
13
23 L
12

DECISIONES ROTAE, PROVINCIAE MARCHIAE.

Auctore

STEPHANO GRATIANO ROMANO V. I. D.

CVM ADDITIONIBVS Eiusdem Auctoris.

IN QVIBVS MVLTA DEFINIVNTVR iuxta receptas Doctorum sententias, & veram praxim præcipuè Sacræ Rotæ Romanæ.

Omnia nunc tertiò diligentiùs edita, cum duplici Indice tàm Argumentorum, quàm rerum, quæ in Decisionibus, & Additionibus continentur.







Ex Legato

W.mi Gocin.



ROMÆ, Ex Typographia Bartholomæi Zannetti. M. DC. XIX.

SVPERIORVM PERMISSV.


Imprimatur, Si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sacr. Pal. Apost.

Cæsar Fidelis Vicesg.




EGo infrascriptus, ex commissione Reuerendiss. P. Fr. Hyachinti Petronij, Sacr. Apostol. Pal. Mag. Vidi has Decisiones Rotæ Prouinciæ Marchiæ, Auctore D. Stephano Gratiano, vnà cum suis Additionibus. Nihilq. in ijs reperi, quòd fidei, bonisvè moribus aduersetur. Romæ, Nono Kalendas Maij. 1619.

Ita est Angelus Lucianus I. V. D. & in Gymnasio Almæ Vrbis Pontificij Iuris Professor Ordinarius.



Imprimatur, Fr. Gregorius Donatus Rom. Mag. Socius Reuerendiss. P. Fr. Hyacinthi Petronij, Sacr. Pal. Apost. Mag. Ord. Præd.



I N D E X
IN QVO MATERIAE
SINGVLARVM DECISIONVM
per Capita subijciuntur.

Index Argumentorum in Decisionibus. I

Index Argumentorum in Decisionibus.

144 Sen-

Index Argumentorum in Decisionibus.

Index Argumentorum in Decisionibus.

FINIS.

Index

INDEX

IN QVO ARGVMENTA ADDITIONVM ad Decisiones breuiter continentur.

Prior numerus Decisionem, secundus autem paginam indicat.





Index Argumentorum in Additionibus.

Index Argumentorum in Additonibus.

Index Argumentorum in Additionibus.

F I N I S.

BVLLA SANCTISS. D. N. SIXTI
DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ QVINTI.
Erectionis Tribunalis Rotæ, in Ciuitate Macerateñ.

SIXTVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Ad perpetuam rei memoriam.

1 ROmanus Pontifex supremi Iudicis in Terris Vicarius, inter innumeras sibi imminẽtes curas, illam propensiori animo amplectitur, per quam omnibus in locis, sed præsertim in Prouincijs sibi, & Apostol. Sedi immediatè subiectis, pro iustitia vnicuique æqua lance administranda iudices deputantur, & ad id necessaria Tribunalia eriguntur, & instituuntur.

2 Sanè etsi semper pro cunctarũ Ciuitatũ nostro dñio subditarũ statu pacifico, tranquillo, ac prospero, fęliciq. regimine cogitauerimus, ad Prouinciã tñ nostram Marchiæ tantò accuratius aciẽ nræ considerationis direximus, quanto illã (ex qua origine duximus) ꝓpẽsiori pñiæ amore proseqmur.

3 Et cum in ea etiã pro cõmoditate illius populorum vnũ Tribunal Iudicũ, Rotam nuncupandũ, instituere decreuissemus, nulla alia nobis cõmodior occurrit Ciuitas, in qua id fieri posśit, q̃ Ciuit. Macer. quæ aliàs insignis existit, & ferè in medio d. Prouinciæ, ac in Territorio fecũdo, & ameno sita reperitur, solitaq. Sedes Legatorum existit, celebriq. Gymnasio duplici Collegio clara, insigniũ insuper Doctorũ copiosa, qui experiẽtia, sciẽtia, & ordine dicẽdi, interpretãdi aduocãdi, patrocinandi eorũ particulari studio præcellant.

4 Hãc igitur cogitationẽ nrãm ad effectũ perducere statuẽtes, Motu proprio non ad alicuius super hoc oblatæ petitionis instantiã, sed ex mera deliberatione, & certa scientia nostris, deq. Apostol. potestatis plenitudine in d. Ciuit. Macer. vnum Tribunal Audientiæ causarum, Rotam nuncupandum perpetuis futuris temporibus duraturum, quod constare debeat quinque iudicibus Auditoribus nuncupandis.

5 Quatuor videlicet per nos, & Rom. Pont. pro tẽpore existentem, & alio per Communitatem, & homines dictæ Ciuitatis Macerateñ. eligendis, & deputandis.

6 Qui oẽs, & singulas Ancon. Ferman. Camer. Ascul. Fanen. Esin. Macer. & Montisalti, earumq. iurisdictionũ, ceterarũq. aliarũ dictæ Prouinciæ Ciuitatũ, Terrarum, Oppidorũ, Castrorũ, Villarum, & locorũ quorũcunq. d. Prouinciæ immediatè subiectorum, causas, lites, & controuersias ciuiles, tàm profanas, q̃ Ecclesiast. ac meras, & mixtas, q̃uolibet actitãdas, necnon ẽt criminales, (in quibus appellationi locus fuerit) inter ciues, incolas, & districtuales, habitatores, Ecclesiasticos, & Sacerdotes, ac Collegia tã regularium, q̃ non regularium, ac Monasteria virorum, agricolas quoq. & alios subiectos sub d. Prouincia cognoscere, decidere, fineq. debito terminare, ac iudicare posśint, & debeant, Apostol. auctoritate, tenore pręsentium perpetuò erigimus, & instituimus.

7 Vt aũt Tribunal hmõi Cõstitutionibus, & ordinationibus firmiter obseruandis fulciatur, per quas feliciter regi, & gubernari debeat, statuimus, mandamus, & ordinamus, ꝙ dicti Auditores debeant esse I. V. DD. excellentes, ac insignes, vsu, & peritia iudicandi præstantes, Clerici, & non vxorati, & qui in eadẽ Ciuit. Macer. saltem per integri anni spatium cum eorũ familijs nõ habitauerint, necnon ab alio Collegio Doctorũ ritè præuio examine seuero ad Doctoratus laureã promoti fuerint, & per quinquennium, aut in aliquo publico gymnasio legerint, aut in locis insignibus iudicandi officio functi fuerint, ac laudabiliter, & cũ honore se gesserint.

8 Duret eorũ officium ad quinquenniũ, quo elapso non posśint iterum eligi, nisi post quinquennium à die finiti officij.

9 Præterea volumus, ꝙ dicti Auditores eorũ officio durãte in eadẽ Ciuit. Macer. seu tota hmõi Prouincia aliquod aliud officium, siue publicum, siue particulare nequeant exercere.

10 Et postquã electi fuerint, in principio, seu ante ingresśũ eorũ officij, in manibus pro tẽpore existentiũ Legati, seu Vicelegati d. Prouincię, vel Gubernatoris eiusdẽ Ciuit. Macer. asśistentibus in hoc Prioribus ipsius Ciuit. iureiurando promittãt se se nõ cõtrauenturos pñtibus statutis, ac Ciuitatũ, Terrarũ, & aliorũ locorum, necnon prouisionibus, & Constitutionibus d. Prou. Marchiæ, sed illa (quatenus d. Apostol. auctorit. comprobata, licita, honesta, & in vsu existant, ac sacris Canonibus, & præsertim Concilij Triden. decretis, ac Apostolicis Constitutionibus contraria non sint) inuiolabiliter obseruaturos, iustitiãq. partibus administraturos, sub pœnis in statutis, & prouisionibus dictæ Prouinciæ expresśis, ac in syndicatu infligendis.

11 Insuper ex eisdem quinq. Auditoribus quolibet anno, & in principio anni sorte extrahatur vnus, qui sit Potestas eiusdem Ciuit. Maceraten. & Rotæ Prætor, cum iurisdictione, & terminationibus, ac oneribus, & honoribus, salarijs, & emolumentis, de quibus infra.

12 Duret autem huiusmodi Potestatis, & Prætoris officium per annum, & eo elapso alius ex reliquis Auditoris sorte extrahendus in eius locum succedat: & nihilominus dicto anno elapso Auditor remaneat.

13 Idemq. Prætor teneatur q̃ñcunq. coram Notario Rotali, & duobus testibus ad instantiã petentis, etiam parte non citata, sorte extrahere singulos Auditores ad singulas causas, sorte educendas, & causæ prius extrahantur, & deinde Auditores, dictaq. extractio intelligatur facta saluis exceptionibus partis, & citra illarum præiudicium.

14 Solus verò Prætor sit iudex in causis pupillorum, viduarum, carceratorum, & miserabilium personarum, etiãsi qualitates ipsorum non essent intentatæ, vel si non esset petitum secundum illa procedi, dummodo dictæ causæ sint valoris, vel æstimationis à centum scutis infra, & si dictum valorem excedant, adhibeatur in decisione illarum votum illorũ Auditorum, & in causa appellationis alius sorte extrahatur.

15 Sitq. dictus Prætor iudex vectigalium, & damnorum datorum, adaptationis stratarum dictæ Prouinciæ.

16 Statuimus ẽt ꝙ Auditores prædicti cognoscere debeant oẽs, & quascunq. causas cuiuscũq. qualitatis, & summæ fuerint Ciuitatis, ac Territorij, seu iurisdictionis Macer. in secunda, & alijs instantijs, non aũt in prima, quæ corã suis iudicibus remaneat prout hactenus obseruatum fuit, nec quo ad causas Ecclesiast. ad forum Ecclesiast. q̃uolibet spectantes, quæ in prima instantia ad Episcopũ Macerat. iuxta d. Concilij decreta pertineant. In secunda verò, & alijs instantijs ad ipsos Auditores spectent.

17 Totius verò Prouinciæ causæ oẽs, etiam Ecclesiasticæ, & ad forum Ecclesiast. q̃uolibet pertinentes. (dummodo non executiuè agatur in præiudicium facultatũ Auditoris Cam. Apost.) summam, & ęstimationem rei, vel facti scutorũ 100. excedentes post primã instantiam, quę apud suos iudices pariter remaneant, in secunda, & alijs instantijs cognosci debeant à supradictis Auditoribus, cum expressa tñ declaratione, quod propterea non sit, nec cẽseatur esse derogatum, seu præiudicatum priuilegijs, seu indultis Apost. illarum ciuitatum, & locorum quibus cõcessum est, quod causæ in secunda instantia cognoscantur, & decidantur ab illorũ iudicibus, seu Præsidibus, nec ad alia loca trahi posśint. Volumus enim quod tunc quoad secundam instantiã sit in potestate, & voluntate appellantium prosequi dictas causas appellationum, iuxta dicta indulta corã dictis iudicibus, vel coram d. Rota. In vlterioribus verò instantijs, coram d. Rota priuatiuè quoad alios iudices cognosci debeant, non obstantibus quoad prædicta dictis priuilegijs, & indultis Apostol. quauis occasione competentibus Vniuersitatibus, & iurisdictionibus d. Prouinciæ Marchiæ, hactenus concesśis, & à nobis confirmatis de primis, & secundis instantijs, quibus per præsentem Rotæ erectionem censeatur quoad prædicta derogatum, ac si de verbo ad verbum de illis particularis mentio facta fuisset ad effectum deuoluendi tantum causas appellationis ad ipsam Rotam, & non aliunde.

18 Habeant dicti Auditores iurisdictionem, & potestatem procedendi, cognoscendi, & decidendi dictas causas, ac in illis vota, prout iuris esse videbitur præstandi, excepto eo,

coram

coram quo pendebit causa, qui in causis per ipsum proponendis votum non habeat, nisi vota essent æqualiter diuisa, quo casu debeat vni parti accedere, & sic semper obtineat illud, quod maior pars iudicauerit.

19 Sententiæ autem proferri debeant ab illo Auditore, coram quo processus formatus fuerit.

20 In quibus proferẽdis illud obseruetur quod illæ sniæ, quæ de cõsilio, & consensu Coauditorũ datæ fuerint legantur, & alta, & intelligibili voce proferri, vt mox Notario causę sub scriptæ ab illo qui eas protulerit tradi debeãt, aliàs sint ipso iure nullæ, ita tñ ꝙ Iudices Rotales prædicti, in quauis causa, etiã à Sede Apost. delegata aliquã diffinitiuam sniam nõ proferãt absq. eius lectura, & publicatione, & sententia aliter lata etiam de consensu partium non valeat, nec iure subsistat, aut aliquo modo executioni demandari possit.

21 Appellationes quoq. & querelæ, & recursus, nullitates, in integrũ restitutiones in prędictis causis etiã tẽpore publicationis præsentium nostrarũ litterarũ quolibet pendentes ab ipsis Auditoribus, seu ab alijs quibuscunq. Iudicibus d. Prouinciæ Marchiæ, necnon etiã a prædictarũ Ciuitatũ Episcopis, eorumq. Vicarijs, seu Locatenentibus, ac etiam ab arbitris, seu arbitratoribus coniunctim, vel diuisim interponendæ, porrigendæ, petendæ, ac respectiuè quolibet proponẽdæ, (priuilegijs tñ, seu indultis prædictis, vt præfertur semper saluis) ad quemcunq. interponendæ ad eosdem Auditores omnes deuoluantur, ac ipso iure deuolutæ esse intelligantur, & cognoscantur, ac etiam si ad nos, & successores nostros Romanos Pontifices interpositæ fuerint.

22 Nihilominus per eosdẽ Auditores Rotæ cognosci, & decidi debeant per Iudicẽ extrahẽdum sm ordinem præitium, nec aliter, aut alio mõ: & fiant processus, corã vno ex eis forte extrahendo, excepto eo, corã quo fuit formatus in prima instantia, qui licet votum hrẽ debeat in secunda, & vlteriori instantijs, tamen coram eo processus formari non possint.

23 Et similiter Iudex extractus in secũda, & vlteriori instantijs, votum non habeat in causa, nisi in casu, de quo supra.

24 In causis verò summi, vel valorẽ scutorum 100. non excedentibus, quilibet Auditor solus possit causam cognoscere, & iudicare cum distributione causarum per dictum Prætorem pro tempore existentem sorte facienda.

25 Et in prædictis causis liceat semel tãtum appellare, & causa appellationis, etiã quod ad nos, & Rom. Potifices deuoluatur, tñ cognosci, & decidi possit per ipsam Rotam, & per alterũ ex prædictis Auditoribus similiter sorte extrahendũ.

26 Quæ duæ sentẽtiæ si erunt conformes transeant illico, vt præfertur, in rẽ iudicatã, & rei iudicatæ vim habeant, & vlterius appellare, etiam ad summum Pontificem non liceat.

27 Si verò prædictæ duæ sententiæ erunt difformes, & cõtingat appellare etiam ad Sum. Pontif. appellatio nihilominus cognosci, & terminari queat per aliquẽ ex tribus alijs Auditoribus, qui non iudicarunt, ordine tamen de quo supra, nec liceat vlterius ad Summum Pontificem appellare.

28 A summa verò, aut valore scut. 100. infra, vsque ad summam scut. 50. summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta quotidie (messibus, & vindemijs, ac alijs temporibus feriatis, & Deo dicatis tamen exceptis) per Auditores prædictos, & in eorum domibus sine extractione, & Coauditorum interuentu procedatur, terminatione illarum in Palatio ad eorum Tribunalia respectiuè sine Coauditorum votis facienda.

29 Et semel tñ appellatio, recursus, aut querela admittatur.

30 Causas insuper ciuiles cuiuslibet quantitatis, siue valoris scutorum 50. infra summarijssimè Breui manu singulis diebus, & horis, præterquam in honorem Dei feriatis, & sine terminorum obseruatione, & per breues dilationes ad summum duas, & etiam si negotium patietur sine scriptis, quilibet ex Auditoribus Rotæ, etiam sine extractione aditus audiat, cognoscat, & terminet.

31 Ac ab eorum terminationibus semel tantum ad Prætorẽ duntaxat appelletur: In casibus aliàs nõ prohibitis appellari ex forma statutorum siue Constitutionum dictæ Prouinciæ.

32 Attamen omnes causæ, in quibus de iure appellatio non debet admitti; per omnes Iudices supradictos coniunctim cognoscantur, & terminentur.

33 Ita tamen quod coram vno eorundem sorte extrahendo procedi possit, qui votũ (vt supra dictũ est) nullatenus hẽat.

34 Et si inter partes fuerit discordia sup natura, & qualitate ipsius causæ, videl. vtrũ appellatio de iure veniat admittenda, necnè, prædicti Iudices ante oĩa super hoc pronuncient

35 Et ab illorum pronunciatione tunc non detur appellatio.

36 Omnes exceptiones iuxta formam Constitutionis Prouinciæ Marchiæ reseruentur in fine litis, & pro reseruatis habeantur, etiam præsentis Constitutionis vigore absq. aliqua Iudicis pronunciatione.

37 Nullitates etiam quæcunq. processum, siue principaliter, siue incidenter proponendæ, vna cum appellatione proponantur, & nihilominus etiam si propositæ non fuerint, pro propositis intelligatur & de illis æqualiter cognosci debeat iuxta Constitutiones dictæ Prouinciæ.

38 In causis mercedum, quarũcunq. ac cibis & potus singuli Auditores procedendi potestatẽ habeant, & illas manu Regia, prout posset Legatus Apostolicus à latere, terminent, & decidant, ac executioni demandent.

39 Causæ ad puncta reducantur, & iuxta stylum, & morem Romanæ Curiæ examinentur, ac decidantur.

40 Vt autem vota præstanda per supradictos Auditores facilius præseruentur, & omnibus pateant, Notarius ipse Rotæ, de eis rogari debeat.

41 Decisiones aũt Rotales nõ publicẽtur, nisi per manus Notarij causæ, à quo diligentissimè custodiri debeant, vt perpetuis futuris tẽporib. ꝓ faciliori litiũ expedione inueniãtur.

42 Tam aũt Prætor, q̃ alij Auditores teneantur in causis, corã eis vertentibus, præsertim summã, & valorẽ scut. 100. excedentibus, aut in quibus aliquid fieri petitur sine certa expressione quantitatis, aut vbi probabiles difficultates adesse apparebit, rõnes, & causas, ac motiua, seu iura, & allegationes in decisionibus describere, ac partibus ad effectũ, vt sup eis ab Aduocatis cõsultari possit tradere teneantur, sub pœnis arbitrio syndicatorum imponendis ipsis Auditoribus.

43 In causis, corã ipsis vertentibus non possit dari adiunctus, qui nõ sit de Rota, & sic aliquo casu non possint Auditores prędicti cũ aliquo casu adiũcto extra Rotã ex qualibet rõne vel causa iudicare, alias sua quo ad impetrantem adiunctum, vel vtentem tali rescripto sit ipso iure, nulla, ac de tali nullitate semper, & quandocunque opponi possit, non obstante quocunque, & longissimi temporis interuallo, & nihilominus Auditores in syndicatu teneantur.

44 Præterea quilibet ex Auditoribus protestationes quascũque, & sequestra, (de iure tñ, aut ex forma Constitutionum, seu statutorũ permissa) cũ clausula associationis, quaslibet ẽt immissiones absque alia extractione de eis facienda committere possint, dummodo prædicta à causis; coram aliquo extracto indecisis pendentibus non dependeant.

45 Et in talibus causis à protestationibus, sequestrationibus, & associationibus inchoandis, si vlteriori processu egeant, fieri debeat extractio Iudicis, & coram eo, tunc extrahendo procedatur.

46 Decernimus etiam ꝙ pendentia iudicij super absolutionibus à iuramento in obligationibus appositis vsuraria prauitate fictione, & simulatione, ac dolo corã Iudice Ecclesiast. non impediat processum inchoatum, vel incohandũ in Rota super executione instrumẽti, nec executionem ipsam, (præstita tamen per exequi volentem cautione idonea, iuxta formam litterarum Apost. fel. rec. Iulij Papæ Secundi prædecessoris nostri, quarum litterarum vis, & effectus ad alios casus præmissos, & similes extendatur.)

47 Auditor etiam qui vltimam sententiam tulerit, expensas non taxatas taxare.

48 Et sententias diffinitiuas, & interlocutorias vim rei iudicatæ sortitas in Rota, vel extra ipsam per quemcunq. etiam superiorem Iudicem latas exequi possit, & debeat.

49 Est istud ẽt seruetur in euentũ quod aliquis ex Auditoribus prædictis, pp aliquod impedimentũ, aut finitũ officiũ deficeret per successorẽ in locũ prædictũ, vt supra vacãtem.

50 Decreta voluntariæ iurisdictionis interponendi in palatio, & extra palatiũ si dictis Auditoribus videbitur, & prout fuerint requisiti, ac dãdi, & decernẽdi tutores, & curatores minoribus, singuli Auditores, sicut Prætor potestatẽ habeãt.

51 Auditores ẽt prædicti singulis diebus cõuenire debeant, ẽt si non sedeatur, semel in die pro cõmoditate litigantiũ: ijs verò diebus, quib. sedere debeãt, & ius reddere, statim post pulsum cãpanæ Rotæ audiant principales, & Protonotarios causarũ, & hora post pulsum dictæ campanæ statim d. Auditores sedere debeant per horam cum dimidia ad minus.

52 Ad hæc ijdem Auditores ius reddant in aula assignanda alternis diebus, videlicet Lunæ, & Mercurij, & Veneris, &

si non

si non potuerint prædictis diebus iam ordinatis, sedeant reliquis diebus, & si essent duo, vel tres successiuè cõtinui sessorij dies, aut in principio, aut in fine hebdomadæ, exceptis diebus feriatis, & die Sabbati.

53 Præterea non possit quoquo modo in Prętorẽ, seu Auditores prædictos, vel aliquẽ ex eis sub eorum nomine proprio cõpromitti, vel remitti in causis corã eis pendẽtibus, vel lite motas quod tñ liceat quãdo lis non est adhuc iudicialiter cępta, & si acciderit quod causæ huiusmodi sic vt supra compromissę per laudũ, siue sententiã à prędictis Auditorib. terminari nõ possint, tunc ille, seu illi Auditores, qui fuerũt arbitri in tali causa electi aliquo modo interuenire, seu cõsensum, aut votũ pręstare nõ debeant; sed solum alij, qui nõ fuerunt arbitri, causam prædictã cognoscere possint, & iudicare, excepto semper voto illius corã quo formatur processus.

54 Et vt fraudibus occurratur, nõ possint Auditores prædicti aduocare in ciuitate Maceraten. aut consulere, aut consilijs aliorũ se subscribere in aliqua causa, ciuili, ecclesiast. vel criminali, aut cuiuscunq; generis, quæ directè, vel indirectè cõcernat, vel cõcernere possit interesse alicuius districtualis, & Prouincialis, seu Vniuersitatis, vel Collegij d. Prouincię Marchiæ, alias si mutatis nominibus, vel quomodocunq; fuerit huic Capitulo contrauentum, contrauenięns statim amittat officium, & teneatur ad alias pœnas arbitrio syndicatorũ.

55 In causis etiam in dicta Rota vertentibus, nulla sententia ferri possit, nisi prius confecto registro.

56 Iidem autem Auditores coram eis introductas expedire valeant, prout de iure.

57 Et qualcunq; inhibitiones post cõclusum in causa eis pręsentatas à quocunque, etiã à Rom. Curia emanatas reijcere possint, & admittere nõ teneãtur. Et si contigerit obitus, vel absentia, aut infirmitas, vel aliud iustũ impedimentũ Prætoris, aut alicuius ex Auditorib. per octo dies cõtinuos, vel paucipres causæ corã impedito, vel absente vertẽtes, stent in suspẽso toto tẽpore octo dierũ, & illis elapsis vlterius procedatur corã subrogatis, dũmodo acta scribãtur per Notarios deputatos d. Iudicis infirmi, vel absentis, aut alias impediti.

58 Et si vnus ex Collegio absens, vel impeditus fuerit vt supra, coram alijs præsentibus causæ agitari possint.

59 Et Rota ipsa a tribus repræsentetur.

60 Causæ omnes tam ordinariæ, quam Commissariæ, etiam à Sede Apost. ad referendũ delegatæ, quæ tempore renouationis Rotæ pendebant indecisæ, intelligantur nouis Auditoribus commissæ, qui in idem Tribunal, & sessionem iuxta ordinem, & prioritatem Doctoratus successerint.

61 Non liceat autem ipsis Prætori, & Auditorib. abesse extra ciuitatẽ Macerateo. & districtũ d. Prouinciæ Marchiæ, nisi cũ licẽtia Legati, Vicelegati, seu Gubernatoris legitime obtẽta, excepto tẽpore feriarũ propter necessitates hominũ introductarũ, quo tẽpore abesse possint per mẽsem, obtenta tñ prius saltẽ verbo, licẽtia à prędicto Gubernatore, seu Vicelegato, ita tñ quod ipsorum Auditorũ tempore prædictarũ feriarum tres, computato Prætore in ciuitate Maceraten. cõtinue resideant, quæ tñ licentia detur iusta præcedẽte causa.

62 Præterea Prætor, & alij quatuor Auditores stare debeant in syndicatu quolibet anno cum retentione salarij infra dicendi, vel debeant præstare cautiones de iudicio sisti, & iudicatum soluendo in forma depositi in d. causa syndicatus.

63 Qui syndicatus fieri debeat Kal. Iul. cuiuslibet anni, & successiue prosequi, nec aliquo modo, vel causa prętermittatur.

64 Et quoniã multi fortan non auderẽt querelare cognoscentes finitũ non esse eorũ officium, pręcludatur via læsis in fine quinquẽnij, debeãt stare syndicatui de oĩbus causis tã ordinarijs, & cõmissarijs, quam à Sede Apost. delegatis, ac de oĩbus gestis per eos, & eorũ quẽlibet respectiuè toto tẽpore eorũ officij, exceptis ijs, de quib. querelatũ, & iudicatũ fuisset in alijs syndicatibus annorũ prędẽtium eorũ officij.

65 Syndici autẽ eligatur per Cõsilium Credẽtiæ, & Gubernatorẽ, seu Vicelegatũ d. ciuitatis Maceraten. qui in numero sint duo Doctores, duo de Cõsilio Credẽtiæ, duo causidici, & additur duo mercatores ꝓ maiori, & faciliori decisione causarũ mercãtiliũ, si quę erũt, & cõtra tales syndicos sic electos nulla exceptio, neq; etiã incompetentiæ opponi possit.

66 Et si quis de Auditorũ numero fuerit cõdẽnatus doli, fraudis, vel circũuentionis, aut imposturæ, seu baratariæ, sit priuatus officio suo, teneanturq. de damno partis læsæ, & puniatur secundum formam Constitutionum dictæ Prouinciæ.

67 Et ad tollẽdam omnẽ dubitationẽ, Auditores prędicti infra proximũ diẽ à die extractionis, siue electionis syndicorũ, & intimationis nominũ eorundẽ, debeant proponere, allegare, & dicere corã Prioribus, & Legato, siue illius Gubernatore prædictis, omnes causas suspicionis, quas singulariter vel coniunctum habuerint contra aliquem ex prædictis syndicis, vt supra eligendis, quas ipsi iustificare debeant infra sex dies tunc proxime futuros; & prædicti Priores, vna cum Legato, siue Gubernatore d. ciuitatis Maceraten. eas admittere, vel reijcere, aut alias super illis prouidere, prout iuri, æquitati, & honestati magis conuenire videbitur.

68 Quibus sex diebus durantibus omnia dicti syndicatus stent in suspenso.

69 In reliquis autem in syndicatu prædicto termini, & alia substantialia iuxta Constitutiones d. Prouinciæ obseruẽtur.

70 Vt autẽ habeant dicti Auditores, ac Prętor vnde sustentari possint, ordinamus, quod ipse Prętor, qui pro tẽpore fuerit, pro suo salario habeat scu. 30. monetæ Marchię quolibet mense, & insuper oẽs redditus, prouentus, emolumẽta, regalia, & ꝓuisiones, quæ iuxta statuta d. Ciuitatis, vel ex approbata consuetudine Prætoribus d. ciuitatis, hactenus præstari consueuerunt, necnon quartam partem pęnarum maleficiorum, seu prouentuum ex maleficijs, vel quasi prouenientium. Cameræ dictæ ciuitatis Maceraten. realiter, & cum effectu incorporandorum iuxta statuta, & reformationes dictæ ciuitatis Maceraten. ac concessionem super eisdem maleficijs per piæ memor. Pium Papam V. etiam prædecessorem nostrum emanatam, prout hactenus obseruatum fuit.

71 Alij vero singuli Auditores habeant pro eorum salario quolibet mense pariter scuta triginta dictæ monetæ.

72 Et in causis Commissarijs Apostolicis habeant sportulas, iuxta formam Constitutionum Prouinciæ prædictæ.

73 In alijs vero causis pro sportulis solui debeat vnũ scutum auri pro quolibet centenario æstimationis causæ tractandæ in sorte principali, vsque ad summam mille scutorum; quod si ęstimatio excesserit d. summã in quacũq; quãtitate, nihilominus nõ amplius decẽ scutis, iuxta modũ infrascriptum distribuendis persolui debeat pro minori litigantiũ dispẽdio.

74 Et si contingat aliquẽ ex Auditorib. pro inspectione, & visione loci, vt facilius, & celerius possit causas decidere, illuc se cõferrę, si in territorio ciuit. Maceraten. fuerit, habeat æquũ pro se, & famulo, & dimidiũ scuti auri. Sin vero extra, ita quod eadẽ die redire nõ possit, habeat expensas, victus pro se, & famulis, ac equis, ac scutũ vnũ auri ꝓ qualibet die. Et ad tollendum omne dubiũ, salariũ, siue publicũ stipendiũ prędictũ, ipsi Auditores percipere debeant pro eo dũtaxat tẽpore, quo officiũ suũ huiusmodi exercuerint, ita quod adueniente casu, vel mortis, vel cessionis, discessus alicuius ipsorum Auditorum, nec ipse, nec eius hæredes prætendere, nec petere possint huiusmodi salariũ, nisi pro tempore quo officiũ exercuerint, nisi aliquid forte deberetur ꝓ residuo.

75 Quo vero ad ea, quæ Notarij, & Baiulorum, siue Cursorum, siue sigilli mercedem, laborem, incommodum, & maximas expensas, & detrimentum respiciunt, obseruetur taxa iam concessa à S. R. E. Camerario.

76 Vlterius Prætor, qui pro tempore erit, facere debeat imbursationẽ omnium nominũ Causidicorum, & Aduocatorũ publice exercentiũ in ciuitate Maceraten. officiũ Procuratoris, & Aduocati, & duas bursas retinere, in quibus erunt breuia nominũ prædictorũ, stareq. debeant penes dictũ Prętorẽ, qui quolibet semestre, & in principio semestris coram duobus testibus, & suo Notario sorte extrahat duos ex nominibus imbursatis, quorum nomina sorte extrahantur pro semestre immediate tunc secuturo, qui sint, & appellari debeant Aduocatus, & Procurator pauperum respectiue.

77 Et teneantur singulis diebus requisiti coram quibuscunq; Iudicibus gratis, & amore Dei pro pauperibus, & miserabilibus intercedere, & postulare.

78 Nec possint aliquid percipere, vel acceptare per se, vel alium, seu alios etiam a sponte dare volentibus, nisi fuerint esculenta, & poculenta, quæ triduo consumi possint.

79 Et si quis extractus pauperũ Procurator, absque causa legitima recusauerit, vel se negligenter gesserit, impletatis nota afficiatur, & extraordinarie arbitrio pro tempore existẽtis Legati, siue Gubernatoris, aut Prætoris Rotæ puniatur.

80 Postremo mandamus, quod causæ semel in dicta Rota introductæ quouis modo, nisi per nos, & successores nostros Ro. Pontifices pro tẽpore existẽtes, ac in vim commissionis per nos, & eosdem successores nostros, nostra, vel eorũ propria manu

itiandi, seu de mandato, vel in præsentia nostra signatæ, nisi de vtriusque partis consensu auocari nequeant.

81 Nec Prætor, vel Auditores prædicti inhibitionibus, seu mandatis eis vigore commissionum aliter quam, vt præfertur, signatarum præsentatis, etiam vigore cuiuscunque sententiæ, ac sub censuris, & pœnis etiam pecuniarijs parere teneantur, & ob non paritionem inhibitionibus, & alijs prædictis aliquam pœnam minimè incurrant.

82 Eisdem quoq; pro tempore existentibus Rotæ huiusmodi Auditoribus, ac Prætori, vt omnibus, & singulis priuilegijs, exẽptionibus, immunitatibus, indultis, concessionibus, & gratijs, etiam circa auctoritatẽ iudicandi, votandi, sententiandi, sequestra, & mandata decernẽdi, reponẽdi, restituẽdi, Apostolos concedendi, relaxandi, inhibendi, citandi, etiã sub censuris, declarandi, aggrauãdi, reaggrauandi, auxiliũq. brachij secularis inuocãdi, omnibusq. alijs, & singulis facultatibus, & auctoritatibus, quibus similes Rotæ Bononien. Auditores vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudẽt (preterquã in his, qui præsentibus, aut alijs nostris litteris aliter disposita reperiuntur) pariformiter vti, frui, potiri, & gaudere omni tempore valeant concedimus, & indulgemus.

83 Et vlterius, vt pro tempore existentes Prætor, & Auditores eorum officio durante à quibusuis gabellis, & datijs tã impositis, quam nouiter, & in futurum quauis de causa imponendis, liberi, immunes, & exempti esse debeant, pariter concedimus, & indulgemus.

84 Præterea Congregationi Collegiorũ Doctorũ Curialiũ d. Prouinciæ, & ipsius ciuitatis Maceraten. & cum interuẽtu moderni, ac pro tẽpore existentis eiusdẽ ciuitatis Maceraten. Gubernatoris, seu Prouinciæ prædictæ Legati, seu Vicelegati, necnon Priorũ d. ciuitatis Maceraten. quãdocunq; pro personarum, tẽporũ, & locorũ qualitate expedire melius videbitur, supradicta statuta, cõstitutiones, & ordinationes mutare, reuocare, & alterare, ac alia de nouo, (licita tamen, & honesta, ac sacris Canonibus, necnon dicti Concilij decretis minime cõtraria per nos tñ, & successores nostros cõfirmãda) illorũ loco facere, statuere, & ordinare possint, et valeant licentiam, & facultatẽ concedimus, & impartimur.

85 Ac vt omnis dubitationis, & dissensionis occasio inter dictos Auditores, & alios quo ad præcedentias, publicæ sessionis, vel incedendi loca adimatur, habeant dicti Auditores, tam incedendo, quam sedẽdo immediatum locum post Locatenentes Legati, seu Vicelegati, aut Gubernatoris dictæ Prouinciæ, & ciuitatis Maceraten.

86 Demum pro cõmodiori exactionis sportularum causarũ ordinariarũ huiusmodi commoditate, vnum Depositariũ in eadem ciuitate Maceraten. ad arbitriũ dicti Gubernatoris, seu Legati, vel Vicelegati eligendum, qui sportulas, prout supra exigere, & conseruare debeat ad hoc, vt ex illis vna massa cõmunis cõstituatur, cuius medietas in solutionẽ stipendiorũ Pretoris, & Auditorũ cõuertatur, vltra supradictũ stipendiũ desuper constitutũ scutorũ triginta pro quolibet Auditore, & altera medietas Cõmunitati, & hominibus dictæ ciuitatis Maceraten. cedat, videlicet pro expẽsis domus Rotalis, & eorum Auditorum constituimus, & deputamus.

87 Cæterũ dilectum filiũ nostrum Henricũ tit. S. Pudentianæ presbyterum Card. Caetanum nuncupatum modernum, & pro tẽpore existẽtem S.R.E. Camerarium in d. Rotæ, & eius Auditorum, earumq. iuriũ, & priuilegiorũ, ac indultorum quorumcunq; Protectorem cũ omnimoda facultate, & auctoritate, omnia, & singula, quæ ad Protectoris officiũ quomodolibet, de iure, vel consuetudine spectãt, & pertinẽt, & quæ alij similiter S.R.E. Card. Protectores, facere, & exercere possunt, & cõsueuerunt faciẽdi, dicendi, & exercendi dicta auctoritate perpetuò etiam cõstituimus, & deputamus.

88 Decernentes præsentes litteras ex quacunque causa nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, siue eas infringi, inualidari, seu reuocari posse, sed illas semper, & perpetuo validas, & efficaces existere, & fore, suosq. plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, necnon inuiolabiliter perpetuo obseruari.

89 Sicq. per quoscunq; Iudices, & Cõmissarios, etiã eiusdem Palatij nostri Apost. causarum Auditores, & eiusdem Rom. Eccles. Card. etiam de latere Legatos, seu Vicelegatos, aut Cam. Apost. Præsidentes, & Clericos, vel quosuis alios sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbique locorum iudicari, diffiniri, & interpretari debere, irritum quoque, & inane, quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

90 Ac mãdantes omnibus, & singulis totius Status Ecclesiast. prędicti Gubernatoribus, Potestatibus, & eorum Locatenentibus. Legatis, Vicelegatis, necnon venerabilibus fratrib. nostris Archiepiscopis, & Episc. ac dilectis filijs eorũ Vicarijs in spiritualibus generalibus, vt quoties super hoc fuerint requisiti, sententias, decreta, statuta, sequestra, mandata, executoriales, litteras remissoriales, citationes, & alia à dicta Rota & eius Auditoribus emananda pro tempore omnibus opportunis remedijs executioni demandari faciant realiter, & cum effectu prout opus fuerit, & eis commissum extiterit.

91 Non obstantibus constitutionibus, & ordinationib. Apostolicis, ac etiã d. Prouinciæ, & huiusmodi ciuitatũ, oppidorum, terrarũ, castrorum, villarum, & locorum, etiã iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, legibus etiam municipalibus, vsibus, & naturis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, etiam eisdem Prouinciæ ciuitatibus, oppidis terris, castris, villis, & locis, eorumq. Cõmunitatib. Vniuersitatibus, iurisdictionib. Gubernatorib. Potestatibus, officialibus, & incolis, & personis sub quibuscũq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in cõtrarium forsan quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis.

92 Quibus omnibus etiamsi de illis, eorumq. totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio ad hoc seruanda foret, eorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & insererẽtur, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habẽtes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat harũ serie specialiter & expresse, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisq. contrarijs quibuscunque.

93 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis, institutionis, mandatorum, ordinationum, concessionum, indultorum, impartitionis, constitutionum, deputationum, decretorum, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

94 Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Idibus Martij, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

A. Cardinalis Montaltus Summator.

M. Vestrius Barbianus.

A. de Alexijs.

Registrata apud Marcellum Secretarium.

Die xxj. Aprilis 1589. Præsentes litteræ Apostolicæ in plena Camera præsentatæ fuerunt, & die xxviij. eiusdem Camera ipsa referente Reueren. D. Bartholomæo Cæsio dictæ Cameræ Clerico, & Iudice ad hoc ab ipsa Camera specialiter deputato, citato prius R. P. D. dictæ Cameræ Generali Commissario illas admisit, & registrari mandauit, prout successiuè registratæ fuerunt in eiusdem Cameræ libris, scilicet libro iij. signaturarum S. D. N. fol. 49. apud me infrascriptum dictæ Cam. Not.


Tydeus de Marchis.



B V L L A

FACVLTATIS DEPVTANDI NOTARIOS Tribunalis Rotæ, in Ciuitate Maceratæ.

SIXTVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, Ad perpetuam rei memoriam.

1 N Suprema Iustitiæ Sede, & potestatis plenitudine à Domino constituti, ad ea libenter intendimus, per quæ acta causarum quarumlibet, à personis idoneis in omnibus Tribunalibus, & præsertim à nobis erectis, & institutis, fideliter, & diligenter cum litigantium commodo adnotentur.

2 Cum itaque nos nuper ex certis rationabilibus causis in Ciuitate nostra Maceraten. vnum Tribunal audientiæ causarum, Rotam nuncupatum, perpetuis futuris temporibus duraturum, quinque Iudicum iuris vtriusq. Doctorum excellentia, vsuq. & peritia iudicandi præstantium, qui omnes, & singulas totius Prouinciæ Marchiæ, ac sub illa comprehensorum, illiq. immediatè subiectorũ Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, Castrorum, & locorum, illorumq. habitatorum, & incolarum causas, & lites, ac controuersias ciuiles tàm prophanas, quã Ecclesiasticas, ac meras, & mixtas quomodolibet actitandas, nec non etiam criminales, in quibus appellationi locus foret inter Ciues, Incolas, districtuales, Clericos, & Sacerdotes, ac Collegia tam secularium, quam Regularium, nec non Monasteria virorum, agricolas quoque, & alios subditos sub dicta Prouincia, tam in prima in Diocesi, & iurisdictione Maceraten. quàm in secunda, & vlterioribus instantijs, in causis appellationum totius Prouinciæ huiusmodi cognoscere, decidere, fineq. debito terminare, ac iudicare possint, & deberent, Apostolica auctoritate, Motuproprio perpetuò erexerimus, & instituerimus, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur.

3 Nos erectionem, & institutionem huiusmodi ad effectũ perducere statuentes, ac operepretium esse reputantes, quo dictum Tribunal magis prosperè dirigatur, ac æquitati, & publicę commoditati, vtilitatique salubrius consulatur prouidere volentes.

4 Motu simili, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiã, sed ex mera deliberatione, & certa scientia nostris, deq. Apostolicæ potestatis plenitudine, vnum prædicti Tribunalis Notariatus officium, à quinque æque idoneis Notarijs exercendum.

5 Vno scilicet pro quolibet Auditore, & Prætore, quod pro tempore obtinens omnium, & singularum causarum, litium, & controuersiarum ciuilium, tàm prophanarum, quàm Ecclesiasticarum, ac merarum, & mixtarum, coram ipsis Auditoribus pro tempore actitandarum, ac ab ipsis decidendarum, etiam omnium sententiarum, tàm diffinitiuarum, quam interlocutoriarum, & decretorum, etiam vim diffinitiuarum sententiarum habentium, ac denique quorumcunque actorum, instrumentorum, scripturarum, concessionum, gratiarum, priuilegiorum, facultatum, & executionum in præmissorum executionem, aut aliàs desuper faciendorum, & quorumuis aliorum, ab eisdem Auditoribus tractandorum, diffiniendorum, decidendorum, & agẽdorum, sigillo tamen solius Prætoris, seu Potestatis ipsius Tribunalis sigillandorum verus, & solus Notarius existat.

6 Necnon octo Cursoriatus officia eiusdem Tribunalis, qui omnes, & singulas personas, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, & excellentiæ existentes, prout opportunum fuerit citare, eisq. intimare, & inhibere, ac quoscunque alios actus ad Cursores, & Mandatarios Ciuitatis nostræ Bononien. de iure, vsu, vel consuetudine, aut alias quomodolibet spectantes, & pertinentes facere, gerere, & exercere liberè, ac licitè valeant, Apostolica auctoritate prædicta, tenore præsentium perpetuò erigimus, & instituimus.

7 Illaq. sic erecta, & instituta, Dilectis filijs Communitati, & hominibus prædictæ Ciuitatis Maceraten. (qui propter vrgentes, quibus hoc tempore premuntur necessitates, summam quatuor millium scutorum monetæ, ad rationem decem iuliorum pro quolibet huiusmodi scuto realiter persoluerunt, & cuilibet ex Auditoribus prædictis salarium menstruum triginta scutorum persoluere promiserunt, cum omnibus, & singulis illorum scripturis, honoribus, oneribus, salarijs, priuilegijs, prærogatiuis, & emolumentis consuetis, Apostolica auctoritate prædicta, etiam perpetuò concedimus, & assignamus.

8 Ita quòd liceat Communitati, & hominibus prædictis Officia prædicta per substitutos idoneos, & ad eorum nutum ponendos, & amouendos, exerceri facere, aut illa personis sibi beneuisis vendere, & alienare, seu ad vitam, vel ad tempus locare, arrendare, ac ad firmam dare, nec non de illis, tanquam de re sua propria disponere, & ordinare.

9 Illorumq. iura, pertinentias obuentiones, & emolumenta, per dilectum filium nostrum Henricum, Tituli S. Pudentianæ, Presbyt. Cardin. Caietanum nuncupatum, S. R. E. Camerarium taxanda, & moderanda percipere, exigere, & leuare, ac in solutionem dicti salarij menstrui omninò conuertere.

10 Decernentes, quòd Communitas, & homines prædicti, dictaq. Officia pro tempore obtinentes, & exercentes omnibus, & singulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, prærogatiuis, honoribus, fauoribus, gratijs, & indultis, quibus Notarij causarum Rotæ Bononien. Auditorum, & prædicti illius Cursores de iure, vsu, consuetudine, vel priuilegio, aut aliàs quomodolibet vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac vsi fuerunt vtique, frui, potiri, & gaudere possint, & poterunt quomodolibet in futurum pariformiter, & æque principaliter, ac sine vlla prorsus differentia vti, frui, potiri, & gaudere.

11 Illisq. (quod nullus alius Notarius sententias, acta, siue scripturas aliquas, coram dictis Prætore, & Auditoribus in causis prædictis, & alias quomodolibet actitandas) rogare, scribere, & subscribere valeat, sub pœna militaris sententiarum, & scripturarum huiusmodi.

12 Insuper, quòd Officia prædicta obtinentes, illa per se, vel idoneos substitutos ab eis ponendos, & amouendos exercere possint, & valeant, eadem auctoritate, & tenore indulgemus.

13 Præterea pro Communitatis, & hominum prædictorum securitate, & cautela præmissorum omnium obseruatione, & exe-

& executione nomine, & loco damnorum, & interesse, quæ per dictã Ciuitatem pati, aut sentire posse contigerit, omnia, & singula eiusdem Cameræ iura, res, & bona tam præsentia, quàm futura ne dum generaliter, verum etiam specialiter, & expressè, ac amplissimè obligamus, & hypothecamus.

14 Decernentes Cameram prædictam omninò teneri, & obligatam esse Communitatem, & homines, ac pro tempore officia huiusmodi obtinentes, in quieta, & pacifica illorum possessione defendere, & manutenere, præsentesque ad probandum plenè, quod eadem summa in nostram, & Sedis Apostolicæ, ac ipsius Cameræ subuentionem conuersa fuerit.

15 Aliaque præmissa vbique tam in iudicio, quàm extra illud sufficere, nec ad id probationis alterius adminiculum requiri.

16 Nec non easdem præsentes nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel quouis alio defectu notari, vel impugnari, aut aliàs quomodolibet infringi, vel retractari posse, sed illas semper validas, & efficaces existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri debere.

17 Neque sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, derogationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus per quascunque litteras, vel Constitutiones Apostolicas, seu Cancellariæ Apostolicæ Regulas, etiam per nos, & successores nostros Rom. Pontifices, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac consistorialiter, nec non sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis pro tempore factis, & concessis comprehẽdi, sed semper ab illis exceptas. Nec non quoties illas reuocari, vel limitari, aut suspendi, seu eis in aliquo derogari contigerit, toties in pristinum, & validissimum statum, etiã sub posteriori data restitutas, & plenariè reintegratas, ac de nouo concessas esse, & censeri.

18 Irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

19 Quocirca dicto Henrico Cardinali, & pro tempore existenti Camerario, ac Venerabili fratri nostro Petro Episcopo Spoletan. Officiorum Rom. Cur. & status Ecclesiastici Præsidenti, ac dilecto filio causarum Cur. Cameræ Apostolicæ generali Auditori, motu pari per Apost. scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcunque solemniter publicantes, ac eisdem Communitati, & hominibus in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, easdem præsentes litteras, & in eis contenta huiusmodi debitæ executioni demandent, ac demandari, nec nõ ab omnibus, quos illæ concernunt inuiolabiliter perpetuò obseruari faciant, mandent, atque procurent.

20 Non permittentes Communitatem, & homines prædictos, atque officia huiusmodi pro tempore obtinentes, seu desuper per quoscunque contra earumdem præsentium tenorem quomodolibet indebitè molestari, perturbari, vel impediri.

21 Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes, per sententias, & censuras Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias, & alias pœnas, aliaq. opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, sententias, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij secularis.

22 Non obstantibus præmissis, & quibusuis cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ciuitatis Maceraten. & Prouinciæ prædictarum iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis Ciuitati Maceraten. & Prouinciæ huiusmodi, ac quibusuis alijs Superioribus, & personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac consistorialiter, nec non de Fratrum nostrorum Consilio, & vnanimi assensu, ac aliàs quomodolibet, & quandocunque etiam pluries in contrarium forsan concessis, confirmatis, & innouatis.

23 Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expressè, harum serie motu simili derogamus, & sufficienter derogatum esse volumus, decernimus, & declaramus contrarijs quibuscunque, seu si aliquibus communiter, aut diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbũ, de indulto huiusmodi mentionem.

24 Nulli ergò omninò hominum liceat hãc paginam nostræ erectionis, institutionis, concessionis, assignationis, indulti, obligationis, hypothecationis, decretorum, mandati, derogationis, voluntatis, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

25 Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorũ eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, M. D. LXXXVIII. Vndecimo Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno quarto.

A. Cardinalis Montaltus Summator.

M. Vestrius Barbianus.

A. de Alexijs.

Registrata apud Marcellum Secretatium.

Die xxj. Aprilis, 1589. Præsentes literæ Apostolicæ in plena Camera Apostol. præsentatæ fuerunt, & Die xxviij. eiusdem Camera ipsa, referente Reuerendiss. D. Bartholomæo Cæsio Camer. Apostol. Clerico, & Iudice S. D. N. PP. fol. 56. apud me infrascriptum dictæ Cameræ Notar. ad hoc ab ipsa Camera specialiter deputato, citato prius R. P. D. dictæ Cameræ Generali Commissario illas admisit, & registrari mandauit, prout registratæ fuerunt libro tertio signaturarum.

Tydeus de Marchis.

S. D. N.

S. D. N. GREGORII
DIVINA PROVIDENTIA
PAPAE XIIII.

Confirmatio Tribunalis, & Priuilegiorum Rotæ, in Ciuitate Maceratēn.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Ad perpetuam rei memoriam.



1 ROMANVM decet Pontificem, æqui, boniq. supremum Assertorem ad ea, quæ per eius prædecessores in subsidium, & vtilitatem pauperum, in quibus locis, sed præsertim in Prouincijs suæ, & Apostolicæ Sedis ditioni immediatè subiectis degētium, nec non faciliorem iurium suorum cōsecutionem prouidè instituta fuerunt, sollicitè intendere, ac vt firma, & illibata persistant, efficaciusque obseruentur, suæ confirmationis præsidio propensius roborare.

2 Si verò aliqua in alieni iuris præiudicium tendere, aut discordiam, ac litium dissensionem dispendia afferre posse reperiuntur, ita declarationis suæ adminiculo elucidare, ac moderari, vt vnicuique quod suum est remaneat, nec debita iustitiæ administratio impediatur, ac aliàs desuper disponere, prout in Domino conspicuit salubriter expedire.

3 Cum itaque fęlicis recordationis Sixtus Papa Quintus Prædecessor Noster, per suas sub plumbo expeditas litteras in subsidium, & vtilitatem pauperū Prouinciæ nostræ Marchiæ, ac ex certis alijs rationabilibus causis in Ciuitate Maceratensi, quæ aliàs satis celebris, & insignis, ac ferè in medio dictæ Prouinciæ, ac Territorio fœcundo, & ameno sita, solitaq. Sedes Legatorum existit, vnum Tribunal Audientiæ causarum Rotam nuncupandum, quinque Iudicum Iuris vtriusque Doctorum, qui omnes, & singulas totius Prouinciæ prædictæ, ac Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, Castrorum, & aliorum locorum sub eadem Prouincia comprehensorum, nec non Incolarum in illis habitantium, causas, lites, & controuersias ciuiles, tàm prophanas, quam Ecclesiasticas, merasq. & mixtas, nec non etiam criminales, in quibus appellationi locus foret, tàm in prima in Diœcesi, ac iurisdictione Maceraten. quàm in secunda, & vlterioribus instantijs in causis appellationis totius Prouinciæ huiusmodi cognoscere, decidere, fineq. debito terminare, ac iudicare possent, & deberent; Motu proprio perpetuò erexerit, & instituerit.

4 Ac inter alia disposuerit, quòd Auditores Rotæ huiusmodi, in causis appellationum, & grauaminum à sententijs, et grauaminibus per Episcopos dictæ Prouinciæ illatis procedere, ac iurisdictionem habere possent.

5 Cumq. vigore, seu prætextu istius facultatis Venerabiles fratres Episcopi dictæ Prouinciæ cōquesti fuerint, prędictos Auditores, etiā in causis ad Forum Ecclesiasticum spectantibus, morumq. correctionem concernentibus, ac in illis, in quibus appellationi suspensiuæ locus non est processisse.

6 Ac proinde habito pro parte dictorum Episcoporum recursu ad Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, super negocijs Episcoporum deputatorum, litteras eorum nomine, etiam de mandato nostro decretas obtinuerint, per quas Auditoribus mandabatur, nè in prædictis, et alijs Episcoporum eorundem causis procederent, prout in singulis litteris prædictis plenius continetur.

7 Verum sicut nobis postea innotuit, et dilecti filij Homines Prouinciæ Marchiæ, necnon Communitas Ciuitatis Maceraten. prædictorum, per dilectos filios Phœbum Rotundum Prouinciæ, et Antonium Franciscum Pellicanum, Nicolaum Herculanum, et Volumnium Picutium Ciuitatis Maceraten. huiusmodi Oratores ad gratulandum nobis, ac præstandam debitam obedientiam destinatos, quos libenter audiuimus; nobis exponi fecerunt literas dictæ Congregationis ipsis, & prædicto Tribunali ac priuilegijs, & facultatibus illius Iudicibus concessis, graue damnum, & præiudicium inferre.

8 Idcirco Nos, quibus in primis semper cordi fuit iustitiam vnicuique æqua lance administrare, ac Episcoporum decori simul, & pauperum subditorum nostrorum commodis, & vtilitati consulere, lites & differentias, quæ occasione litterarum prædictæ Congregationis exoriri possent præcidere, easq. moderari, & elucidare, ac aliàs in præmissis omnibus de opportuno remedio salubriter, & maturè prouidere volentes, ac litterarum earundem tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes.

9 Motu proprio. non ad hominum, aut Communitatis, vel Oratorum prædictorum, seu alicuius ipsorum, aut cuiusuis, seu quorumuis aliorum pro eis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera voluntate, & matura deliberatione, ac ea certa scientia nostra, deq. Apostolicæ Potestatis plenitudine; auctoritate Apostolica, tenore pręsentium, decernimus, & declaramus, modernos, & pro tempore existentes Auditores Rotæ, ac Tribunalis totius Prouinciæ Marchiæ huiusmodi, etiam vigore dictarum litterarum Sixti Prædecessoris, causas appellationum, sed recursus, & querelas, quæ ab ordinarijs locorum dictæ Prouinciæ circa ea, quæ pertinent ad visitationem, aut morum correctionem interponuntur, cognoscere, ac etiam in ijs casibus, in quibus ab eorundem ordinariorum decretis, seu interlocutorijs, sentētijs, aut ordinationibus, ex forma Sacrorum Canonum, & Decretorum Concilij Tridentini, nec non etiam Constitutionum Apostolicarum, appellationes, recursus, & querelæ, quoad effectum suspensiuum prohibentur, procedere non posse, nec debere, ac Rotam, & illius Auditores prædictos in istis casibus nullam prorsus iurisdictioné habere.

10 Inhi-

10 Inhibitiones quoque in huiusmodi causis per eosdem Auditores concessas, & concedendas, cum processibus, ac omnibus inde secutis nullius roboris, vel momenti fore, & esse.

11 In reliquis verò omnibus, & singulis erectionem, ac institutionem prædictæ Rotæ, necnon priuilegia, facultates, & indulta quæcunque eidem Rotæ, eiusque Auditoribus, seu Iudicibus, necnon Notarijs, Cursoribus, ac alijs Officialibus, & personis per litteras ipsius erectionis, ac aliàs quomodolibet concessa; easdemque litteras, necnon omnia, & singula capitula, ordinationes, reformationes, & statuta, ceteraque in vim litterarum erectionis huiusmodi, ac facultatis, ad hoc in illis attributæ, etiam circa taxas, mercedes, ac salaria eorundem officialium facta, & in eis contenta quæcunque; Apostolica auctoritate prædicta perpetuò approbamus, & confirmamus, ac eis plenariæ, & inuiolabilis firmitatis Apostolicæ robur adijcimus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, omnesque & singulos, tam iuris, quàm facti defectus si qui in præmissis quomodolibet interuenerint, supplemus.

12 Decernentes erectionem Rotæ huiusmodi, ac priuilegia, facultates, indulta, & alia præmissa valida, & efficacia esse, & perpetuò fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, quos concernunt, & concernēt, quomodolibet in futurum inuiolabiliter perpetuò obseruari, sicque ab omnibus censeri, atque ita per prædictos, & quoscunque alios Iudices ordinarios, vel delegatos, etiam causarum nostri Palatij Apostolici Auditores, eorumque Locatenentes, ac eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, necnon Cameræ Apostolicæ Præsidentes, & Clericos, aut quosuis alios sublata eis, & ipsorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique locorum iudicari, diffiniri, & interpretari debere, irritum quoque, & inane quicquid secus super his, à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

13 Quo circa dilecto filio Henrico tituli Sanctę Pudentianæ Presbytero Cardinali Caetano nuncupato, Camerario nostro, moderno, & pro tempore existenti, Rotæ, & Auditorum, Priuilegiorumque, & indultorum prædictorum Protectori, Motu, scientia, ac potestatis plenitudine similibus per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipse per se, vel per alium, seu alios easdem præsentes, & in eis contenta, quæcunque solemniter publicans, ac Rotæ, ac eius Auditoribus, nec non Officialibus prædictis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, ipsas præsentes litteras, ac in eis contenta huiusmodi debitæ executioni demandet, ac demandari faciat, necnon ab illis omnibus, quos illę concernunt, inuiolabiliter perpetuò obseruari faciat, mandet, atque procuret. Non permittens Auditores, Notarios, Cursores, ac alios Officiales Rotæ, necnon Homines Prouinciæ huiusmodi desuper per quoscunque, contra præsentium tenorem, quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel impediri.

14 Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes, per sententias, & censuras Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias, & alias pœnas, ceteraque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita compescen. ac legitimis super his haben. seruatis processibus, sententias, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauan.

15 Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis.

16 Non obstan. præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Cameræ, & Prouinciæ Ciuitatum, & locorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, ac vsibus, & naturis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, etiam illis, ac quibusuis superioribus, & personis, sub quibuscunque tenoribus, ac formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam Motu pari, ac aliàs in contrarium quomodolibet facientibus, & concessis, confirmatis, & innouatis.

17 Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, expressa, & indiuidua mentio habenda foret, eorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & insererentur, præsentibus sufficienter expressis haben. illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse harum serie, Motu simili derogamus.

18 Ceterisque contrarijs quibuscumque, seu si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facien. plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

19 Datum Romæ in Monte Quirinali, sub Annulo Piscatoris, Die xij. Iulij, 1591. Pontificatus Nostri Anno primo.

M. Vestrius Barbianus.

DECI-

DECISIONES ROTAE PROVINCIAE MARCHIAE.

Auctore

STEPHANO GRATIANO ROMANO I. V. D.

Eiusdem Rotæ Iudice, & Auditore.

CVM ADDITIONIBVS EIVSDEM AVCTORIS.



E P I T O M E.

INuocatio diuini nominis an sit de substantia instrumenti, etiam in locis in quibus de consuetudine solet apponi. [& de oratione præponenda in principio Rotæ.

S V M M A R I V M.

1 *Sine inuocatione diuini nominis omnis agens frustra agit.*

2 *Inuocatio diuini nominis est praponenda per Notarium in instrumentis, & de ratione, n. 3. non tamen est de substantia, n.5. & de ratione, n.6. & est communis, n.8. & quid operetur in hoc consuetudo, n. 11. & 14. & 16.*

4 *Tria bona, qua percipiuntur ex inuocatione pradicta.*

7 *Leuis solemnitas qua dicatur.*

9 *Ab inuocatione diuini nominis quòd sit incipiendum, an sit de pracepto.*

10 *Nomen Imperatoris est praponendum in instrumentis.*

12 *Statutum, quod per se non valet, à consuetudine roboratur.*

13 *Ommissio solemnitatis etiam consuetudine introducta reddit actum nullum.*

15 *Per verba legis aliquid simpliciter inducentia forma non imponitur.*

19 *Qua de consuetudine solent apponi, habentur pro adiectis etiam si non apponantur.*

20 *Consuetudo honesta pro lege est habenda.*

21 *Rota Romana magistra, & exemplar omnium Tribunalium, & speculum ad imitandum, & mater omnium curiarum.*

22 *Oratio, qua praponitur in principio Rota, & Signatura, & à quo habuerit originem, n. 23.*

Decisio I.

INVOCATIO Diuini nominis, vt ab ea exordiamur,
1 sine quo † omnis agens frustra agit, & nihil honestum, & vtile inchoari potest. *Io. 5. Iac. 1. c. cum paulus. 1. q. 1. c. non obseruetis. 17. q. 7.*
2 debet † per notarium præponi in instrumentis. *c. in nomine Domini. de testib. l. Deo nobis. C. de Episc. & cler. Specul. de instrum. edit. §. breuiter. in princ. n. 2. per tex. in §. si qua verò. Auth. vt prapon. nom. Imper.* Ra-
3 tio † est, quia omne causatum principium debet referri ad principium, quod est ipsius causa, & maximè ad illud quod est prima causa causarũ, sicut est Deus. Vnde illius nomen est præponendum, ne deficiat principium instrumenti. *Bald. in prohem. Cod. n. 1. vers. & ex ista.* Præsertim,
4 quia ex inuocatione Diuini nominis bonũ † sequitur initium, melius medium, optimus finis. *§. nos igitur. auth. quom. opor. episc. glos. in auth. de hered. & falcid. in rub. in verb. in nomine.* Conclusum tamen fuit non esse de substantia instrumenti, ita vt eius ommissio reddat illud in-
5 ualidum, † cum sit leuis solemnitas, cuius defectus non vitiat. *Felin. in c. 1. n. 2. col. 1. vers. sed quod non sit. de fid. instrum. Alex. in rub. ff. de nou. oper. nunciat. col. 4. in princ. n. 10. vers. teneo*
6 *conclusiuè*, vbi dat rationem; quia licet sit † magni momenti in his, quæ pertinent ad fidem, tamen quo ad instrumentum est solemnitas, quæ si omittatur, nullum, aut modicum præiudicium

est allatura, & quæ non est fundata in aliqua
7 vrgenti ratione, aliàs † non diceretur leuis.
l.cum hi. §.si prætor. ff. de transact. Bart.in l.1.
§.fin.ff. de ventr.inspic. Bald. in l. hac consultis-
sima. col.2. in fin. n. 6. vers. est autem leue. C.
qui testam. fac. poss. & quod dicta inuocatio non
sit de essentia, est communis opinio, vt conclu-
8 dunt † omnes in dicta rub. *de nou. oper. nunciat.*
Bald. in proœm. Cod. in princ. Mascard. in
tract. de Iudæis. q. 10. n. 1. in fin. vers. præcedens
tamen opinio.
Non obstat. *l. 1. C. de vet. iur. enucl. l. Deo no-*
bis. C. de Episc. & cler. auth. de armis. in princip.
Rub. ff. vet. & Instit. & auth. de quæstore, cum
multis similibus, in quibus cauetur esse inci-
9 piendum ab inuocatione diuini nominis. † Quia
prædicta procedunt de consilio, non autem de
præcepto, sicut in illo Euangelij: Vade, & ven-
de vniuersa quæ habes, & da pauperibus. aliàs
sequeretur, quòd nullus actus sine scriptura ce-
lebratus valeret, cum soleat absque tali inuoca-
tione fieri: prout in mutuo, & similibus, de qui-
bus per *Dec. in cap. 1. n. 6. col. 2. ad med. vers. &*
hoc patet. de fid. instrumen. & in cap. in nomine
Domini. in princ. ver. sed posset responderi. de
testibus.
Non obstat, quòd nomen Imperatoris sit præ-
10 ponendum in instrumentis. † *auth. vt præpos.*
nomin. imperat. ergo multo magis diuinum
nomen.
Quia respondetur de nomine Imperatoris es-
se cautum, non de Diuino; & nomina Papæ,
Imperatorum, & similia significant tempus, &
sunt necessaria concomitancia actum, qui geri-
tur. *Bald. in proœm. C. n. 1.*
11 Nec obstat, quòd ratione † consuetudinis ista
solemnitas sit effecta de substantia, cum vbique
dicta inuocatio præponatur. Vnde stante huius-
modi consuetudine concludunt Doctores per il-
lius ommissionem vitiari instrumentum. *Abb. in*
c. 1. col. 2. ad med. vers. & per illum. vbi Fel. col. 1.
ad fin. vers. sed dic, quod ratione. Imol. in rub. de
nou. oper. nunc. in princ. vbi Rum. n. 6. vol. 2.
Licet ergo de iure non esset de substantia, sed
potius consilij; tamen consuetudo interpretatur
esse de præcepto, & necessitate, cum vtrumque
simul plus operetur, vt dicimus de statuto, & de
pacto. *Bald. in c. venientes. de iur. iuran. ad fin.*
n. 7. vers. sed nunquid: & statutum quod per se
12 non valet, † à consuetudine interpretatiua robo-
ratur. *Butr. in c. cum dilectus. de consuetud. col. 2.*
ad med. n. 17. vnde dicta consuetudo erit obser-
uanda, aliàs instrumentum non valet. *Bald. in*
13 *rub. de pace constant. in fin.* cum omissio † solem-
nitatis, etiam ex sola consuetudine introductæ
reddat actum nullum. *l. 4. de cust. reor. Fel. in c. 1.*
col. 1. ad fin. vers. sed dic. de fid. instr.
Quia [ommisso, quòd consuetudo præponen-
di diuinum nomen non seruatur vbique, prout in
Ciuitate Pistorij non esse in vsu inchoare instru
mentum à dicta inuocatione dicit *Castr. in rub.*
Cod. in princ. n. 2.] Respondetur, non per hoc
dicendum esse, quòd dicta consuetudo opere-
tur, vt huiusmodi inuocatio sit pro forma, &
14 substantia † instrumenti; vt concludit *Alciat. in*
rub. de nou. oper. nunc. n. 10. col. 2. vers. sed quid
si adsit. vbi dicit credendum esse potius, quòd di-
cta consuetudo inoleuerit ex quadam pia scru-
pulositate, non eo fine vt necessitatem inducat,
prout idem receptum est in mandato legis, quod
si inductum sit dumtaxat causa honestatis, non
adeo obligat, vt actus in contrarium factus di-
catur nullus. *glos. in auth. decernit. C. de arbitr. in*
verbo sacramenti. & in l. rem non nouam. in fin.
15 *C. de iudic.* Nam per verba † legis simpliciter ali
quid inducentia, forma actui non imponitur.
Bald. in l. 1. de lib. & posth. & in l. fin. vbi Salic.
C. de sentent. ex breuic. recitand. Alciat. qui de
communi *in rubr. de nou. oper. nunciat. col. 2. in*
16 *princ. num. 12.* Et quòd ista opinio † sit magis
æqua non obstante dicta consuetudine, conclu-
dit latè *Gonzal. in cap. 1. var. quæst. per to-*
tum, vbi multos alios adducit. cum præsertim
simus in casu fauorabili, quod actus potius su-
17 stineatur, † quàm pereat. *l. quoties. la 2. ff. de*
verbor. obligat. & quia consuetudo strictam in-
18 terpretationem † recipere solet. *l. 1. §. si quis*
hoc interdicto. ff. de itin. actuque priuat. Vltra
quod ea, quæ in instrumentis solent de consue-
19 tudine apponi, pro adiectis habentur † etiam
si non apponantur. *Anchar. in cap. cum in. Fer-*
rariensis n. 3. vers. sexto nota. & ibi Felin. col. 1.
de constitut. per l. fin. in fin. C. de fideiussor. l. quod
si nolit. §. quia assidua. C. de iudic.
Bonum tamen esset ab huiusmodi consuetu-
dine non recedere, cum consuetudines hone-
20 stæ † pro legibus habeantur, & tanquam lau-
dabiles sint obseruandæ. *cap. fin. de consuetud.*
Ob quam rationem semper in principio, & in-
gressu Rotæ consueuerunt Auditores præmitte-
re orationem inuocando nomen Domini, & im-
plorando auxilium Spiritus sancti, vt congre-
gatorum voluntates melius in vnum dirigan-
tur, vt habetur *Ioan. 16.* & docet *Petr. de Mon-*
te in sua Monarchia, quæst. 4. num. 1. aliàs in-
cipit dictus tractatus de primatu Papæ, & de
maiestate Imperator. & est tractatus satis vtilis,
cui etiam fecit additiones Felinus. & ita etiam
seruatur vbique, & præsertim in Sacra Rota
21 Romana; † quam tanquam magistram, & exem-
plar omnium tribunalium venerati sumus, cum
proponatur nobis vti speculum ad imitandum,
& possit dici mater omnium curiarum, vt per
Felin. in cap. quoniam. §. porrò. col. 4. vt lit. non
contest. cum alijs per *Gomes. in proœm. regul.*
Cancell. q. 2. col. 8. vers. quarto pro ista parte.
Neque est audaciæ tribuendum, quod Iudices
minores imitentur Tribunal tam sublime; cum
etiam cælum metiamur, mare pingatur, San-
ctos sequamur, & D. Paulus dicat: Imitatores
mei estote. & Christus ipse: Qui vult venire
post me. & etiam in cultibus Diuinis adest imi-
tatio, & saltim proportionabiliter, & à lon-
ge non est obiectum adeo magnum, quod se-
qui, & imitari non possimus. Horum occasio-
ne volui præmittere Orationem, quam dicunt
in prin-

in principio Rotæ Romanæ, quæ est huiusmodi:
22 Adsumus Domine S. Spiritus, † adsumus peccati quidem laqueis detenti, sed in nomine tuo specialiter congregati, veni ad nos, & esto nobiscum, & dignare illabi cordibus nostris, & doce nos quid agamus, quo gradiamur, & ostende quid efficere debeamus, vt te auxiliante in omnibus complacere valeamus: esto tu solus suggestor effectuum, & iudiciorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre, & Filio nomen possides gloriosum: non nos patiaris perturbatores esse iustitiæ, qui summam diligis æquitatem: non in sinistrum nos ignorantia trahat, non acceptio munerum, vel personæ corrumpant; sed iunge nos tibi efficaciter solius tuæ gratiæ dono, vt simus in te vnum, & in nullo deuiemus à vero, quatenus in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iustitiam, vt hic à te non dissentiat sententia nostra, & in futuro pro benè gestis consequamur
23 præmia sempiterna. Amen. † Modus autem dicendi dictam Orationem habuit origině à concilijs generalibus, initio quorum illa dicebatur; vt dicit eam referendo, *Spec. de modo celebr. concil. p. 2. rub.* 11. *tractat. tom.* 13. *p.* 1. *fol.* 160. *& Petr. de Monte in dicta sua monarchia, siue tractatu de primatu Papæ, & maiestate Imperatoris. q. 4. n. 3. eo. tom. fol.* 146. & fuit composita per S. Isidorum, & dicitur etiam in principio Signaturæ, & legitur alta voce per Referendariũ, qui secũdum turnum debet proponere. *Sarnen. in compendio vtr. sign. fol.* 153. vbi etiam subdit, quod in Signatura Papæ amplius hodie non legitur, cum illius præsentia suppleat omnem solemnitatem.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Pactum nudum præmissa imploratione Diuini auxilij producit actionem.*
2 *Inuentarium an vitietur per omissionem venerabilis signi Crucis.*
3 *Consuetudo non debet plus operari, quàm lex.*

¶ N. 4. *post verba.* in nomine.

Quod etiam in primis solemne fuit *Platoni lib. 4. de legib.* Et idem Soloni fuisse consilium refert *Plutarc. in eius vita. Et Cicer. lib. 2. de legib. in princ. & Plin. initio Panegyrici* quem Traiano dixit, Bene, ac sapienter à Maioribus institutum ait, vt omnium rerum initium à precationibus sumeretur, quod nihil ritè, nihilq; prouidenter sine diuina ope, consilio, & honore auspicarentur; Et multis comprobat *Radul. Forner. lib. 6. rer. quotidian. cap. 1. in fin.* vbi
1 addit illud notãdum de pacto nudo, † quod erit ratum, ac firmum, si implorato DEI Nomine factum fuerit, Quidquid aliàs illud tanquam nudum non producat actionem. *l. iuris gentium. §. sed cum nulla. ff. de pact.*

Decis. Marchiæ.

¶ N. 8. *post verba.* opinio.

Idem dicimus de inuentario, quod non vitiatur per omissionem venerabilis signi Crucis;
2 Cum respectu illius actus † sit leuis solemnitas. *Dec.* qui de communi. *cons.* 633. *num.* 7. *col.* 2. *in fin. Roland. cons.* 73. *num.* 5. *lib.* 2. *Vasq.* qui de magis communi. *de success. creat. §. 9. n. 12. lib.* 1. vbi quod in iudicando non est recedendum ab hac opinione. *Cephal. cons.* 327. *num.* 27. *lib.* 3. vbi quod omissio istius leuis solemnitatis non vitiat. Et quamuis contrariã sententiam tutiorẽ dicat *Grass. in §. inuentarium. q. 10. n. 1. in fi.* Tamen prima opinio est seruanda tanquam magis communiter recepta, vt testatur *Bertazzol. de clausul. in proœm. n. 5. post med. vers. ex quibus videtur.*

¶ N. 16. *post verba.* adducit.

Et veriorem opinionem dicit *Bertazzol. de clausul. in proœm. num. 5. ad fin. vers. nec videtur etiam verum.* ob illam rationem; Nam licet de iure esset de substantia talis inuocatio, tamen nõ debet vitiare actum, cum sit leuis solemnitas, vt dictum est supra. Vnde idem dicendum est, quando esset de substantia vigore consuetudinis, Ne
3 sequatur absurdum, † quod plus operetur consuetudo, quæ est lex non scripta in casu non scripto, quàm lex scripta in casu scripto, quod esse non debet, cum Consuetudo sit altera Lex, & pro Lege seruetur in non scriptis. *l. de quibus.* 32. *& l. diuturna.* 33. *de legib.*

EPITOME.

Iudex quando possit statuere terminum ad prosequendum appellationem. [Assignatio dicti termini an valeat si fiat ex interuallo, vel potius requiratur, quod sit vnico contextu, cum defertur appellationi. [An pendeat à iurisdictione, & possit per Iudicem prorogari. [Dictio post, & postea quid significent.

SVMMARIVM.

1 *Iudex potest dare terminum ad prosequendum appellationem.*
2 *Appellatio est deserta per lapsum termini hominis, sicut per lapsum termini iuris. Intellige, vt num. 6.*
3 *Iudicis auctoritas est viua vox legis.*
4 *Verbum Iudicis est verbum legis, quando per eam datur specialiter potestas ipsi Iudici.*
5 *Per lapsum termini hominis appellatio est deserta in pœnam contumacis, vt ex hoc videatur renunciare appellationi.*
7 *Assignatio termini, quoad prosequendam appellationem debet fieri vnico contextu, non autem ex interuallo post admissam appellationem. Sed contrarium est verius, n. 10. & 14. & habet locum non solum in Iudice ordinario, sed etiam delegato, n. 11.*
8 *Deferre appellationi, & terminum præfigere sunt actus iudiciales. Contrarium, n. 33.*
9 *Iudex non potest prorogare terminum datum ad prosequendum appellationem. Contrarium est verius, n. 28. 30. & 31.*

12 *Iudex à quo poteſt exercere ea, quæ tendunt ad faciliorem exitum cauſæ appellationis, ſuper eo, in quo non poſſet prouideri per Iudicem ad quem.*

13 *Iudex ad quem non poteſt abbreuiare terminum iuris.*

15 *Dictio poſt, comprehendit actum, etiam ex interuallo. Idem in dictione poſtea n. 18. & 19.*

16 *Iudicis arbitrio ſtatur quantum ſit dictum interuallum.*

17 *Dictio poſt intelligitur pro confeſtim.*

20 *Per delationem appellationis, tam acceſſorium, quàm principale negotium eſt transfuſum ad ſuperiorem.*

21 *Deferens appellationi totaliter abdicat à ſe omnem iuriſdictionem. Intellige vt num. 23. 25. & 26.*

22 *Appellans ſtatim habet terminum iuris.*

24 *Termini datio ad proſequendum appellationem non pendet à iuriſdictione.*

25 *Appellans poteſt ſibi dictum terminũ præfigere.*

29 *Deſertionis pœna infertur ipſo iure.*

32 *Terminus etiam de conſenſu partium aſſignatus poteſt prorogari.*

34 *A definitiua appellatur, etiam extraiudicialiter in domo, nec requiritur partis vocatio. num. 35.*

Decisio II.

APpellatio interpoſita per D. Equitẽ Aſcanium Ludouicum fuit declarata deſerta; concedendo executionem ſententię latæ ad fauorem D. Nicolai Tellini. Cum enim per Reuerendiſſimum D. Gubernatorem Anconę datus fuerit terminus ad illam proſequendam,
1 qui † de iure potuit dari. *c. cum cauſa 8. de re iudic. c. cum ſit Romana. 5. de appellatio.* & non conſtet de illius proſequutione; quemadmo-
2 dum † per lapſum termini iuris appellatio eſt deſerta. *clem. ſicut. de appellatio.* ita per lapſum termini hominis tamquam in eius locum ſubrogati ſententia firma remanet; & poterit mandari executioni. *c. licet. 14. de ſenten. excom. in 6. l. præſes. C. de appellatio. Franc. in c. perſonas, in princip. eodem tit. Feder. conſ. 27. punctus talis eſt. Affl. ad conſtitutio. Regni. appellationum*
3 *tempora. n. 3. cum ſeq.* Ratio eſt, quia † Iudicis auctoritas eſt viua vox legis, *l. nam & ipſum. 8. de Iuſt. & Iur.* & cum lex det Iudici ſpecialiter, & expreſsè hanc poteſtatem abbreuiandi
4 dictum tempus, verbum † Iudicis eſt verbum legis. *l. 4. §. duas. de damno infecto.* Ita vt quod expreſſa & ſpecifica legis auctoritate fit, ab ipſa lege fieri videatur. *l. 1. §. omnia. C. de veter. Iur. enucle.* & ita ad caſum noſtrum notat *Bald. in l. fin. in princip. C. de tempor. appell.* quem ſequitur *Afflict. ad d. conſt. Regni. appellationum*
5 *tempora. n. 6.* qui concludit † hoc eſſe etiam in pœnam contumacis, vt ex hoc videatur renunciare appellationi, vt per *l. papinianus. §. ſi quis ff. de inoff. teſtam.* dicit communiter teneri *Bal. in d. l. fi. in princ. C. de tempor. appellatio.*

Maximè cum ex proceſſu appareat congruũ tempus per Iudicem præfixum fuiſſe, quod dicitur competens ſecundum diſtantiam loci, &
6 qualitatem cauſæ, † quia alias appellatio non eſſet deſerta. *Franc. in c. perſonas. in principio de appellatio.* quod dicit eſſe notandum. *Bald. in d. l. præſes, n. 2. col. 2. verſ. & in iure ciuili. C. eod. tit. Grauat. ad Veſtrium lib. 7. c. vlt. n. 24. verſ. & quoniam.*

7 Non obſtat quod † aſſignatio dicti termini non fuit facta vnico contextu, ſed poſt ſex dies ab actu admiſſæ appellationis, quo caſu videtur dicendum, quod Iudex ſolum poſſit d. tempus præfigere; Secus ex interuallo, vt concludit *Veſtr. in praxi c. vlt. n. 3. lib. 7.* vbi etiam teſtatur ita Rotam tenuiſſe *deciſ. 40. incip. ſi appelletur. alias 256. de appellatio. in nouis.* cum defer-
8 re † appellationi, & terminum præfigere ſint actus iudiciales; vnde ſimul, & non diuiſim debent expediri, vt dicit *Paul.* qui ſequitur hanc opinionem *in clem. 1. de appellat. & ibi etiam Zenzell.* quos refert *Rota dict. deciſ. 40. ad medium.*

Ideo videmus, quod etiam ſi tempore habili
9 dictus terminus præfixus fuiſſet; † tamen iudex non poſſet illum prorogare. *gloſ. in c. ſæpè. 44. in verbo peremptoriè. vbi Abb. col. 5. verſ. nota bene iſtam gloſſam. de appellat.* & nunquam, vel raro fieri huiuſmodi prorogationes teſtatur *Veſtrius d. c. vlt. n. 4. lib. 2.* Ergo multo magis videtur dicendum non poſſe poſt admiſſam appellationem ex tam longo interuallo de nouo dari.

10 Quia reſpondetur, † contrariam opinionem veriorem eſſe, quòd immo iudex, qui detulit appellationi, poſſit etiam ex interuallo aſſignare, & abreuiare d. terminum, prout illam tenet *Flortan. in clem. 1. de appellat. q. 28. & ibi Card. q. 29. n. 25. Imol. n. 4. Anchar. n. 5. verſ. octauo collige,* qui dicit hanc opinionem eſſe tutiorem. *Fel. in c. perſonas, col. 3. verſ. ſola delatio appellationis. n. 3. eod. tit. de appellatio. & ibi Decius, & Francus n. 9. verſ. circa tertium. Gemin. in c. 1. §. poſt hac de appellatio. in 6. & ibi Archid. & Anchar. not. 7. verſ. poſt hac. Io. Andr. n. 4. verſ. an verò poſt delationem. Hoſtienſ. colum. 3. ad med. & Francus in §. poſthac in principio. Anchar. in c. cum appellationibus, colum. 2. n. 4. de appellat. in 6. & ibi Francus in §. ſi verò num. 8. colum. 3. in eadem gloſſa, in fin. & Ioan. Andr. num. 1. quæſt. 2. gloſ. in cap. 2. de matrimon. contract. contra interdict. Eccl. in gloſſ. 4.* & ita etiam per omnes fuiſſe iudicatum teſtatur *Rota d. deciſ. 40. ſi appelletur, verſ. & in hanc partem, de appellat. in nouis. Lancell. de attentat. appell. pend. n. 86. lim. 1. tom. 5. fol. 359. Milius in verbo Iudex, qui detulit. fol. mihi 204. Francus in diſputatione ſua petitorij ſuper 2. dubio, n. 3. tom. 3. p. 2.*
11 *fol. 329.* vbi dicit hoc procedere † non ſolum in iudice ordinario, ſed etiam in delegato: vbi etiã ſub nu. 16. aſſignat rationem; quia iudex à quo
12 poteſt exercere ea, quæ † tendunt ad faciliorem exitũ cauſæ appellationis ſuper eo, in quo non poſſet prouideri per iudicem ad quem; cũ id nõ

poſſit

13 possit fieri per † iudicem ad quem, qui non
potest abbreuiare terminum iuris cessante cau-
sa periculi. *c. oblata, de appellatio.*

14 Et quod hæc opinio sit verior † patet per tex.
in c. 1. §. post hac. de appellat. in 6. vbi dicitur,
quòd talis terminus statuitur post delationem,
15 ponderando dictionem, post, † quæ est apta
comprehendere actum, qui fit etiam ex inter-
uallo. *Bart. in l. fructus, ff. solut. matrim. Franc.*
in c. 1. in 1. notab. de constit. in 6. Doctor. in l. 1. in
princ. ff. si tabul. testam. null. extab. Bart. in l. ab
hostibus, §. sed quod simpliciter, colum. 1. ad fin.
ff. ex quib. caus. maior. cum alijs per Tiraq. in l. si
vnquam §. & postea n. 12. vsque ad n. 23. C. de
16 *reuoc. donat.* [Ita vt quantum † sit hoc inter-
uallum, stetur arbitrio Iudicis. *Doctor. in c. cum*
in. Ferrariensis. de Constitut. Imol. in l. qui alie-
num, §. fin. de acquir. haredit. cum alijs per Alex.
ad Bart. in l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de quastio. in
verbo, istud postea.

Neque obstat si diceretur, quòd dictio, post,
17 non possit importare interuallum, † sed potius
intelligatur pro confestim, ad doctrinam *Iason.*
in l. si ita quis promiserit. § seia, colum. 4. in 6. no-
tab. de verb. obligatio. & in l. non erit. §. si neque
de iureiuran. colum. 1. vers. vltimo nota: vbi fa-
cit differentiam inter dictionem, postea, & di-
18 ctionem, post: vt † prima denotet interuallum,
sed post intelligatur pro confestim, *ad tex. in l.*
iuris gentium. §. quinimmo. vers. item respon-
sum scio. ff. de pactis. vbi dicitur, post emptio-
nem ex interuallo: quasi frustra ibi addidisset
Iurisconsultus, ex interuallo, si id intellectum
fuisset; quod sequitur *Crot. in repetit. cap. 1. in*
1. notab. de constit. in 6. & videtur de mente *glos.*
& Innoc. in c. congregato. 53. in verbo postmo-
dum. de elect. Domin. in cap. frequens. in princ.
de restit. spoliat. in 6.

Quia Respondetur, quòd dicta differentia nõ
19 approbatur per Doctores, cum † tam post, quã
postea, interuallum significent, & sint eiusdem
naturæ. *l. forma. 4. §. qua post centum ff. de censib.*
l. 1. in principio. ff. quando de pecul. actio. annal.
l. legem. 7. C. de natur. lib. Bart. & aly. in l. fru-
ctus. 7. n. 10. solut. matrim. Aret. in l. Gallus in
princ. col. 5 de lib. & posthu. glos. in clem. litteras.
in verbo post datam. & ibi Barbat. colum. 7. de
rescript. cum alijs latè per Tiraq. in d. l. si vnquam
in verbo & postea. n. 13 cum seq. vbi reprobat d.
opinionem Iasonis, & infinitos alios adducens,
respondet ad d. §. quinimmò.

20 Non obstat, quod per huiusmodi † delatio-
nem, tam accessorium, quàm principale nego-
tium videatur transfusum in superiorem *c. di-*
lectis filys. 55. §. praterea de appell. itaut ille, qui
21 detulit abdicauerit † totaliter à se omnem iu-
risdictionẽ. *c. cum appellationibus. sup. de appell.*
in 6. Franc. in c personas. n. 9. eod. tit. nec potest
22 dici eum qui † appellauit esse sine termino, cum
statim habeat terminum Iuris. *c. cum sit Roma-*
na. 5. de appellatio.

Quia respondetur primo, quòd in assignatio-
ne huius termini datur sibi iurisdictio à iure
d. c. personas. d. c. cum sit Romana. Vnde quoad
hoc huiusmodi iurisdictio non fuit abdicata, cũ
tendat ad faciliorem expeditionem causæ; licet
ex alia iurisdictione, quam habet in causa prin-
cipali hoc non posset facere, cum à se illam ab-
dicauerit. Et ita respondet *Francus in d. c. per-*
sonas, n. 9. quod repetit in *c. cum appellationibus*
de appellat, in 6. n. 8.

24 Secundò respondetur, quòd statuere † hunc
terminum non pendet à iurisdictione. Vnde vi-
25 demus, quòd pars appellans potest illum † sibi
præfigere. *c. oblata & c. personas. de appell. c. ve-*
niens. de renunciat. Dato ergo, quòd negetur iu-
risdictio, poterit hoc fieri ex iuris ordinatione
ad lites abbreuiandas, prout respondet *Io. And.*
in d. c. cum appellationibus. n. 2. ante fi. de appel-
tio. in 6.

26 Immò nunquam intelligitur suspensa iurisdi-
ctio Iudicis à quo in concernentibus faciliorem
expeditionem causæ appellationis. *c. cum tenea-*
mur 17. de appellatio. vbi Franc. n. 1. dicit tenen-
dum esse mẽti tanquam singulare, & illum textũ
dicit esse notabilem idem *Franc. in d. c. personas*
in princ. in 2. notab. eod. tit. Federicus cons. 98.
Nicolutius Petri. n. 2. in fin. Ratio quia in hoc
27 Iudex † appellationis non offenditur, sed po-
tius coadiuuatur *Io. Andr. in c. cum appellatio-*
nibus. n. 2. de appell. in 6.

Non obstat, ꝙ datio istius termini non possit
prorogari, ex Abb. Vestrio, & alijs supra alleg.

Quia respondetur prædicta tantùm habere
28 locum, quando esset † quæsitum ius parti; puta
si datio primi termini lapsa esset: tunc enim di-
ceretur appellatio deserta, & non posset proro-
gari; secus si ante lapsum termini prorogetur,
quo casu nullum ius est parti acquisitum: Cum
enim moderatio istius termini sit in arbitrio iu-
dicis à quo. *c. cum sit Romana de appellatio.* non
est deneganda ista prorogatio. Ratio quia pœ-
29 na † desertionis infertur à iure. *c. sapè. & c. per-*
sonas de appellatio. Vnde ante lapsum termini nõ
est acquisitum ius parti; & prorogatio impedit
pœnam committi, etiam si certum esset, quòd
appellans infra terminum prosequi non potuis-
set. *Franc. in d. c. sapè. n. 28.* qui etiam ita respon
det ad *Abbat. in d. c. personas. n. 17.*

30 Maximè, quia videtur † intelligendum, quòd
sine causa non possit fieri huiusmodi proroga-
tio; Sed cum iusta causa poterit, quia est ter-
minus hominis, in quo Iudex habet maiorem
iurisdictionem; *c. 1. de dilatio. Franc. in d. c. sapè,*
n. 28. cum alijs ibi per eum adductis.

31 Et quòd huiusmodi opinio † contra Panor. sit
tenenda sine dubio dicit *Franc. in d. c. sapè. n. 29.*
in fi. quam etiam tenet *Glos. in clem. 2. in verb.*
videtur, de appellatio. Idem Franc. in c. cum ap-
pellationibus. § si verò. n. 8. eod. tit. in 6. & in c.
personas, n. 17. & ibi Felin. col. 2. vers. tamen co-
gita quia non potest dici. de appellatio. Card. in
clem. 1. de vita, & honest. clerico. q. 9. & videtur
etiam esse de mente *Rot. decis. 35. incip. nota*
vtrum Iudex. alias 384 de appell. in antiq. licet
ibi in fin. videatur, quòd Iudex ex officio pro-

cesserat. *Dec. in c. cum sit Romana. n. 19. col. 4. eod. tit. Natt. in clem. sæpè. n. 44. vers. quæro. de verb. signif.*

Non obstat, quòd talis terminus approbatus à parte appellata non possit prorogari tanquàm assignatus de consensu partium. Quia Respon-
32 detur quòd etiā d. terminus † de consensu partium assignatus poterit per iudicem prorogari, etiā altera parte contradicente; dummodo subsit causa iusta prorogandi. *Bald. post Innoc. per eum relatum in l. 1. in fi. C. senten. resci non poss. Fran. in c. sæpe n. 28. de appellatio.*

Non obstat quòd deferre, & terminum præfigere sint actus iudiciales; vnde debent simul, & non diuisim expediri, vt per *Paul. in clem. 1. de appellatio.*

33 Quia Respondetur, quòd eius opinio non debet seruari, vt dicit *Rota decis. 40. si appelletur.*
34 *de appellat. in nouis.* Ratio est, quia † à definitiua appellatur etiam extraiudicialiter in domo, & in camera; & dantur Apostoli, & defertur appellationi, nec requiritur partis vocatio, quæ
35 esset necessaria † si essent actus iudiciales. *c. nos in quemquam. 2. q. 1. c. Ecclesiam. 10. de constit. c. inter quatuor. 8. de Maior. & obed.* & ita decl. *Rot. d. decis. 40. si appelletur, de appell. in nouis.*

Ex quibus die 10. Nouembris. 1594. in d. causa Anconitana appellationis mihi commissa, fuit conclusum constare de desertione ad fauorem d. Nicolai Tellini; & propterea sententiam latā contra d. equitem Ascanium Ludouicum esse exequendam, maximè quia etiam ex processu colligitur litteras inhibitorias nunquàm fuisse reproductas, prout disponit constitutio Marchiæ, quod solùm sufficiebat ad declarandum desertionem.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Assignatio termini facta per iudicem procuratori ad prosequendam appellationem an præiudicet Domino, itaut causa dicatur deserta, si in tempore præfixo non fuit prosequutus.*

¶ N. 35. in fin. *post verb.* desertionem.

Quæ magis Dixi habere locum, quia assignatio termini, de quo agimus fuit data ipsimet principali appellanti, qui potest prosequi appellationem, cum aliud esset si daretur procuratori habenti mandatum in prima instantia sine clausula prosequendi appellationem:
1 † Tunc enim præfixio istius termini non posset arctare procuratorem in præiudicium ipsius domini tanquam actus secundæ instantiæ, cum tali procuratori solùm concedatur appellatio, non prosequutio, quæ non est de appenditijs primæ causæ, & ita declaratur tex. *in c. Romana. de appellat. cum alijs supra adductis.* prout in specie concludit *Mandos. form. 17. commiss. in princ. col. 2. vers. ex ijs quæ supra tetigi.* & dixi latius *disceptat forens. c. 155. in vlt. dub.*

EPITOME.

Cautio Mutiana quando sit præstanda per hæredem institutam sub conditione, donec vitam viduilem seruauerit [& quid in conditionibus tam affirmatiuis, quam negatiuis, & quid si non est cohæres, cui præstetur, & an requiratur petitio. [Renunciatio fideicommissi quando habeat vim pacti, & obstet quoad hæreditatem repudiatam, & an, & quando trahatur ad ius futurum.

SVMMARIVM.

1 *Cautio Mutiana est præstanda per hæredem sub conditione, donec vitam viduilem seruauerit, qua nō præstita nō est hæres, intellige, vt n. 17.*
2 *Semel hæres non desinit esse hæres, quando est ex dispositione hominis, secus legis.*
3 *Cautio Mutiana habet locum in conditionibus negatiuis, & affirmatiuis perseuerantiam habentibus, maximè si sit implicita negatiua.*
4 *Renunciatio fideicommissarij, vel eius procuratoris quando habeat vim pacti, & obstet quoad hæreditatem repudiatā, & n. 10. & 11.*
5 *Fideicommissum potest per pactum renunciari. [Iura conditionalia possunt deduci in pactum.*
6 *Fideicommissum non amittitur ante conditionem repudiatam.*
7 *Fideicommissarius ante diem repudiare non potest.*
8 *Renunciatio est abdicatiua iuris præsentis, & ad futurum ius non trahitur. Amplia vt n. 9.*
12 *Renunciatio intelligitur ex causa subsistente, nec comprehendit ius superueniens. Amplia etiam quod adsit iuramentum, n. 13.*
14 *Transactio de fideicommissis prohibetur à lege sine scientia verborum fideicommissi, & generalis non sufficit, sed requiritur scientia particularis.*
15 *Cautio Mutiana non habet locum quando non est cohæres, vel substitutus. Contrarium est verius, n. 16.*
18 *Modus resoluitur in conditionem in institutione hæredis, tanquam actus perpetuus, nec potest esse annuus pro vt in legato.*
19 *Cautio mutiana requiritur in institutione facta sub modo.*
20 *Modus adiectus in fauorem ordinantis idem operatur quod conditio.*
21 *Cautio Mutiana non est præstanda si non sit petita. Contrarium est verius n. 22.*
23 *Vsufructuarius tenetur cauere, & facere inuentarium proprietario non petente.*

Decisio III.

EX Testamēto producto per D. Federicum de Archāgelis de Ancona apparet D. Gabrielam Ferrettā fuisse institutam hæredē sub conditione donec vitam viduilem seruauerit; Vnde conclusum fuit requiri, vt præstaret cautionem Mutianam de seruanda vita viduili,
1 quam cum non præstiterit † nunquam fuit hæres, & transeundo ad secunda vota perinde est ac si non fuisset instituta hæres. *Socci. in l. Mutiana. 7. n. 16. et 17. col. 7. ff. de condit. & demonst.*

Ruin.conf.170.n.10.& 11.lib.3. Pamphil. Fa-
uentin.fideicommissi de passis.23. Ianuar. 1585.
Cum enim ex legis auctoritate titulus hæredita-
rius retro inualidetur, non obstat regula illa,
quòd semel hæres non possit desinere esse hæres,
2 † quæ procedit quando est hæres ex dispositio-
ne hominis, secus legis. *l.in substitutione.de vul.*
& pupill.auth.hoc amplius. C. de fideicom. itaut
inobediens desinat ipso iure esse hæres, & alius
in tota hæreditate succedat. *Peregr.de fideicom.*
art.11.n.127.in fin.

Ratio est, quia ista cautio non solum habet lo-
3 cum † in conditionibus negatiuis, sed etiam in
affirmatiuis perseuerantiam habentibus, vsque
ad vltimum vitæ spiritum, maximè quando ha-
bent implicitam negatiuam, prout sumus in ca-
su de quo agimus. *Bart.in l.mutiana n.3. ff.de*
condit.& demonstr.per tex.in l. titio fundum in
princ.eod.tit.l.seruo inuito.§.1.ff.ad Trebell.Ias.
qui de communi in l.siue apud. n.20. colum.4. in
fi. verf. item aduerte. C. de transact. Grat. conf.
101.viso testamento,n.12.col.2.verf.3.quemad-
modum. lib. 2.

Non obstat renunciatio facta in iudicio per
Federicum, quæ cum fuerit acceptata per pro-
curatorem Gabrielæ habet vim pacti, vnde non
4 debet esse locus amplius † ad habendum hære-
ditatem repudiatam. *l.quæritur.§.si venditor.de*
ædil. edict.l.sicut.C. de repud.hered. & etiam fi-
deicommissum per pactum potest renunciari, cũ
5 etiam inra conditionalia possint † deduci in pa-
ctum *l. quoties de nouatio. l. sub conditione de so-*
lutio. Rom.conf.22.n.3.in 2.dub.Corn.conf.249.
col.4.n.5.lib.3.Soccin.iun.conf.50.n.3. lib.2.post
Doct.in l. 1. C. de pact.

Quia respondetur dictam renunciationem
non obstare, cum fideicommissum conditionale
6 non amittatur † ante conditionem repudiatam.
l.si ita scriptum.§. si sub conditione.de leg.1. Do-
ctor.in c.2.de renunc. Bald. in c. si quis miles. in
tit.constit.feudal.dom. Lotharij. Ratio est quia
non pertinet ad fideicommissarium antequam
conditio existat, aut dies veniat, ideo repudiari
7 nequit. † *l. si potest. de rep. hered. l. qui potest. §.*
quòd quis. de reg. iur. vbi non potest quis repu-
diare illud, quod si velit habere non valet. Nam
repudiatio, & renunciatio est abdicatiua iuris,
8 quod † quis habet, ideo ad futurum ius non tra-
hitur. Natura enim repudiationis est priuati-
ua, & priuatio præsupponit habitum, ideo ad
præsens ius spectat, non futurum. *Bald.in d.§.si*
sub conditione.n 6.vbi Salic.& alij. Abb. in c.ex
multiplici. in fin. de decim. latè Cacher. conf.18.
9 *n.16.* & est cõtra naturam † refutationis vt tra-
hatur ad futura, vt dicit *Bald.in d. c. si quis mi-*
les.n.4.colum.1. verf.secunda conclusio. Peregr.
*de fideicommiss.ar.52.n.10.*vbi etiam *n.11.in fi.*
ampliat ad renunciationem factam per verba
de futuro, puta si fuisset renunciatum fideicom-
misso in futurum debendo, prout in alijs lucris,
& beneficijs ex legibus delatis; licet secus sit in
pacto, vt ibi per eum de communi post *Doct. in*
l.1. C. de pact.

Præterea sumus in renunciatione, in qua non
concurrit vtriusque consensus, neque est facta
inspectis, & cognitis verbis testamenti, sed sine
iuramento, & acceptatione Iudicis, vel partis,
10 & simpliciter † quæ non tenet. *Curt.iun.in l.1.*
n.38.colum.8.post med.verf.prima est. vbi de
communi.C.de pact.late Peregr.d. art.52. n.11.

Neque obstat acceptatio facta per procura-
torem dictæ Gabrielæ, quia fuit cum conditione
petendi terminum ad liberandum, & ideo re
integra poterat talis renunciatio reuocari, &
quatenus esset simpliciter facta, tamen etiam
11 opus erat quòd renunciatio † fieret de fideicõ-
misso sibi in futurum debendo, non autem de iu-
re competenti sibi de præsenti, vt supra dictum
est. Vnde cum renunciatio in casu, de quo agi-
mus non respiciat ius futurum, & renuncians il-
lud non prospexerit, cum D. Gabriela nondum
transijsset ad secunda vota non poterat d.renun-
12 ciatio trahi ad ius superueniens †, cum semper
intelligatur ex causa tunc subsistente. *Misinger.*
obserua.singul.cent.2.obser.7. Georg. Natan.in
*c.quamuis.n.17.de pact.in 6.*licet adsit iuramẽ-
tum, quod tanquam super iure de præsenti non
13 trahitur ad ius † de futuro. *Alex. conf. 189. vi-*
so & mature discusso.col.3.in fi.n.9. verf.postre-
mo non videtur.l.2. Peregr. de fideicom. art.52.
n.11.& multis comprobat *Surd.conf.70.nu. 7.*
Immo cum non constet de scientia cõtentorum
in fideicommisso non præiudicat, cum lex pro-
hibeat de his transigi, nisi prius cognitis, & in-
14 spectis verbis fideicommissi, † itaut non suffi-
ciat scientia generalis, sed requiratur particu-
laris, & in specie. *Rip.& alij in l. qui Romæ. §.*
duo fratres. ff. de verb. oblig. Doct. in l. de his.
de transact. Paris. conf. 95. num.23. lib.3. Osas.
decis. 112. n. 6. late Peregr. de fideicom. art. 52.
n.20.vsque ad n.23.

15 Minus obstat non esse locum dictæ † cautioni
Mutianæ, quando non est cohæres vel substitu-
tus. *Salic. in d.l.fin.n.4. verf.quod placet mihi.C.*
de indict. vid. toll. Natt. conf. 459.n.14. lib 2.
prout in casu, de quo agebamus, nõ erat aliquis,
cui posset dicta cautio præstari stante dicta re-
nunciatione per Federicum facta: Quia de re-
nunciatione non constat, prout supra dictum est,
Et quatenus esset valida, huiusmodi cautio est
16 præstanda etiam quod quis cohæredem † non
habeat, vel substitutum, cum possit præstari ei,
qui successurus est ab intestato tamquam legiti-
mo hæredi, & sic illi de cuius interesse agitur *§.*
qua verò nunc sequitur in fin. verf. præfata au-
tem auth.de nupt.l.is cui.18. ff. de condit. & de-
monstr. Ruin.conf.170.n.7.col.2.ad med. verf.
& vbi etiam lib.3. Bald. in auth. cui relictum
col.3. in fi.n.10.verf.septimo nota. C. de ind. vi-
duit.toll & Salic. in contrarium allegatus non
firmat, sed relinquit cogitandum.

Vltimo non obstat D. Gabrielam non posse
dici institutam sub conditione, sed potius sub
modo, propter illam dictionem, donec, quæ im-
portat temporis modificationem magis quàm
aliquam conditionem; & sic videtur potius in-
stituta

stituta pure, ac simpliciter pro tempore, pro quo viduitatem seruaret. vnde non erat necessaria
17 ista cautio Mutiana †, cum non sit apposita conditio origini, & principio dictæ institutionis. *Natt. consf.459.n.14. post Bald. consf. 266. proponitur. volum.5.* Quia respondetur dicta verba resolui in conditionem quando sumus in institutione hæredis tanquam actu vnico, & perpetuo,
18 qui non † potest esse annuus, neque ad diem, prout sunt legata & præstationes annuæ, in quibus importat dicta verba potius modum, prout inter legata, & hæredum institutiones ita distinguit *Bald. in l. fin. n.3. colum.1. vers. quaritur quid si testator. & ibi Salic. n.4. vers. quaero an prædicta. C. de indict. vidut. toll. Ruin. d. consf. 170. lib.3. n.7. colum.2. Angel. de testam. glos.46. n.8. Costa in l. cum tale. §. si arbitratu. limit.9. in princ. de condit. & demonstr.*

Immo etiamsi in vim modi institutio esset facta, & non conditionis, tamen dicta cautio re-
19 quiritur de modo implendo, propter † mentem testatoris non propter conditionem: Nam quoad illum effectum nihil differt modus à conditione. *Bart. in l. quibus diebus. 40. §. fin. de condit. & demonstr. Cuman. in l. mutiana in princ. ff. eod. tit.* quando præsertim modus adiectus est ad fauorem ordinantis, & sic eum designet cau-
20 sam finalem †, idem iudicamus de eo, prout de conditione, & vtroque casu ob non implementũ operatur effectum inualiditatis, & priuationis hæreditatis. *Aym. consf. 39. in fin. versic. secundo principaliter. n.4. post Bald. consf. 219. Peyns Nicolaij, colum. 2. lib.2. Alex. consf. 102. visis & ponderatis. col. 2. in fine lib.1.*

Non obstat, quòd requiratur petitio dictæ
21 † cautionis, ad hoc vt sit locus priuationi. *Riminald. Inn. consf. 279. n. 99. lib.3.* Quia vltra quod constat de petitione, verior est opinio dictam cautionem esse præstandam, etiam quòd
22 non petatur, † aliàs non datur ingressus possessionis bonorũ. *Socc. in l. mutiana, col.2. n.5. vers. tertio nota. de condit. & demonstr. Grat. consf. 102. n.45. col.5. vers. quod autem lib.2. latè Caualcan. de vsufruct. n.91. & 118 & 132.* & faciunt quæ
23 dicuntur de vsufructuario † non possidente, qui tenetur cauere, & facere inuentarium, etiam proprietario non petente, si vult consequi bona ad vsufructuandum. *Pinell. in l. 1. par. 2. n.77. C. de bon. matern. post Ruin. consf. 202. n. 6. lib.2.*

Ex quibus fuit conclusum ad fauorem D. Federici in dicta causa Anconitana fideicommissi coram me vertente.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *In renunciatione requiritur speciale mandatum, & expressio iuris, cui renunciatur.*
2 *Vsufructuarius an faciat fructus suos antequam præstet cautionem, & an requiratur petitio. n.5.6. & 7.*
3 *Emptor non tenetur offerre pretiũ, nisi petatur.*
4 *Vsufructuarius non admittitur ad cautionem iuratoriam, & interim dantur bona administratori.*
8 *Interdictum quorum legatorum an competat haredi, antequam offerat cautionem de soluendo legatum.*
9 *Vsufructuario an possit remitti cautio per testatorem.*
10 *Cautio an censeatur remissa vsufructuaria per promissionem hæredis de illam non molestando.*

¶ N. 9. *post verba.* C. de pact.

Et regulare est vt renunciatio etiam generalissima non comprehendat ius futurum. *Alex. consf. 190. lib.2.* Quamuis dictum sit omnibus iuribus quæ haberi sperantur. *Aret. consf.3. Socem. consf.73. lib.3. Ann. sing 439.*

¶ N. 14. *in fin. post verba.* vsque ad n.23.

Ideo in renunciatione non solum requiritur
1 mandatum speciale ad renunciandum, † sed etiã expressio iuris, cui deberet renunciari. *Rolan. consf. 11. n.18. lib.1. Put. decis. 100. n.1. lib.2. Rot. coram R. P. D. Litta Romana census, 5. Iunij. 1600. in fin.*

¶ N. 21. *post verba.* n. 99. lib. 3.

Quamuis enim vsufructuarius teneatur offerre cautionem de vtendo, & fruendo. *l.1 vbi glos. in verb. vtendi. C. de vsufr. l. & si possessori. 11. §. sed & si rerum. de iureiur.* Tamen satis est si non faciat moram, quando petitur à proprietario; Et ante petitionem non solum non est in mora,
2 † sed etiã facit fructus suos bona fide perceptos. *Bart. in l. vsufructu. in fin. C. de vsufr. Dec. consf. 607. viso puncto. col.2. vers. & conclusio supradicta. n. 3. Surd.* qui multis similibus comprobat *de alim. tit. 7. q. 19. n. 17.* Exemplo emptoris,
3 † qui tenetur offerre pretiũ, intelligitur tamen si petatur. *Bal. in l. 1. in fin. C. de his quæ sub mod.* Quamuis essemus in verbis præcisis, & necessitatem importantibus. *But. in c. vlt. de iudic. Rip. in l.4. §. hoc autem iudicium. in princip. n. 2. de damn. infect. per tex. in l. in bona fidei. C. de reb. credit.*

¶ N. 23. *post verba.* n. 6. lib. 2.

Quæ adeo vera sunt, vt si non inueniatur cautio, non sufficiat iuratoria, sed bona tradentur
4 administratori, † vel prouidebitur alijs modis, de quibus per *Bald. in l.4. q.2. n.4. & 8. C. de vsufruct.* vbi etiã extendit ad pauperem, in quo neque sufficiet cautio iuratoria, cũ distinctionibus ibi per eum adductis, *& per Ias. in auth. qui rem litium. C. de indict. vidut. toll. Ceuall. q.66.* latè
5 *Surd. decis. 141. per tot.* † Ad exemplum patris habentis vsufructum in re donata, qui tenetur ad cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, aliàs non facit fructus suos. *Socc. consf. 131. in fin.*

*in fin.n.16.lib.1.post glos. in l.si homo. ff. de vsucapion.*eum alijs pet *Ceuall.q.*408.*n.*5.Qui licet
*n.*10. teneat quod tunc vsufructuarius non facit
fructus suos non præstita cautione, quando post
petitionem malitiosè differt cauere, aliàs secus,
subdens hãc esse communem distinctionem post
6 *Abb. in c. cum non constet. de pignor.* † Tamen
prima opinio est verior, quod non requiratur
petitio per supradicta; quam etiam tenet *Azo.
in l.vxori.de vsufruct.legat. Alber.* qui de communi *in l.fructus. n.*12. *de rei vendic. Sim. de
Prat.de interpretat.vltim.voluntat.dub.*1.*interpret.*2. *n.*23. *post med. fol.*501. *Bald.in.l.*1. *n.*3.
C. de his quæ sub mod. legat. vel fideicom. relinq.
quia inquit, ordinatur obligatio ad originem
petitionis, quo casu debet cautio præcedere.
*l. ex placito. de rer. permut. Surd.decis.*57. *n.*11.
*Socin.cons.*131. *in præsenti consultatione. in fin.
7 lib.*1. † Vbi quod vsufructuarius non facit fructus suos ante præstitam cautionem occupando
vsufructum hætede inuito, vel ignorante, aut nõ
consentiente, secus si hæres sciat, aut non contradicat, vel patiatur, seu quia tradidisset non
petita cautione; & ibi testatur hanc esse communem distinctionẽ post *Bald.in l.*1.*C.de vsufruct.
8 leg. & Bart. in l. vxori. ff. eod.tit.*† Et de eo qui
vult recuperare possessionem, vt teneatur cautionem offerre coram honestis, & publicis personis, si nemo sit qui illam recipiat. *Mar. Mut.
super consuetud.panormit. cap.*1. *n.*52.& est tex.
*in cap. pastoralis.*11.*§.vlt.de offic.ordin. l.stipulatio.§.*1.*vbi Bart.de nou.oper.nunciat.* ideo etiã
hæredi non competit interdictum quorum legatorum, nisi offerat cautionem de soluendo legatum, quamuis illa non fuerit petita. *Corn. cons.*
37.*col. antepenult. vers. quod & videtur. lib.* 3.
iuxta dispositionem *l.* 1. *§.quod ait prætor. ff.
quor.legator. & l.*1. C.*eod.tit.* Licet *Surd.consil.*
256. *in fin.lib.*2. teneat sufficere petenti moram
non facere. *Menoch. de adipisc. possess. rem.* 2.
num. 97.

Amplius neque dicta cautio poterit remitti
9 per testatorẽ.† *Bar.in l.*1.*C.de vsufr. Soci.cons.*
131.*col.penult.n.*14. *lib.*1. *Vasq.de success. creat.
§.*7.*n.*33.*ad fin.*Itaut etiam vsufructuaria tenea-
10 tur ad huiusmodi cautionem, † quamuis hæres
promiserit illam non molestare in vsufructu;
Etenim per illa verba non censetur remissa cautio, neque acceptata pro vsufructuaria, cum nõ
dicatur inferri molestia, quæ venit ex natura
actus. *Bald.in l.*1.*n.*13. *in fin. vers. sed pone quod
verba.C.de vsufr.* cuius opinionem approbatam
esse in iudicijs testatur *Surd.de alim.q.*26.*tit.*9.
*n.*23.*in fin.* contra quam licet multa adducat, tamen dicit non esse tutum ab ea discedere.

¶ N. 23. in fin. *post verb.* me vertente.

In hac eadem causa cum de prædictis iterum fuisset dubitatum in Sacra Rota Romana, præualuit opinio supra firmata ad fauorem D. Federici, prout in decisione coram R. P. D. *Lancellotto. Anconitana fideicommissi.* 1598.

EPITOME.

Legatum quanto tempore præscribatur, & quid in legitima, eius supplemento, dote, alimentis; & quando agitur de iure quærendo, & antequam prædicta acceptentur, & petantur, an possit considerari mala fides, itaut etiam de iure canonico currat præscriptio. [Fructus legitimæ quando veniant à die mortis, & an ex mora debeantur, vel ratione dominij, vel hæreditatis. [Ex capite ignorantiæ, an detur restitutio aduersus præscriptionem 30. vel 40. annorum, & quando requiratur probatio præsentiæ partium in præscriptione. [Ex habitatione quando præsumatur agnitio hæreditatis, & præstatione alimentorum acceptatio legati. [An transmittatur ad hæredes legatum pro dote, & an sit purum vel conditionale, & quid stante statuto exclusiuo fœminarũ. [Pro legatis, & fideicommissis quando agatur via executiua.

SVMMARIVM.

1 *Hæres vocatus ex testamento habet scientiam legati; vnde illud non præscribit quia est in mala fide.*

2 *Legatum, quod succedit loco legitimæ, vel illius supplementi, debetur ipso iure, etiam quòd non petatur.*

3 *Legitima, & eius supplementum transmittitur ad hæredes extraneos, etiam nulla præuia petitione per filium facta, & n.* 22.

4 *Suppletio fit ipso iure per legem; vnde actio ad supplementum præsupponit ius iam in esse quæsitum, & venit ad exequutionem iuris quæsiti.*

5 *Dies mortis, & aditionis hæreditatis interpellant Hæredem, qui semper videtur in mora.*

6 *Legitima vna cum fructibus debetur à tempore mortis defuncti, & iuxta illud tempus fiet æstimatio; licet alio tempore, plus & minus valeant bona defuncti, & n.* 35.

7 *Legatum non præscribitur stante notitia testamenti, etiam quòd lapsi sint anni* 40. *& plures, contra n.*10. *cum seq.*

8 *Idem in legitima non itegrè relicta.*

9 *Debitor est in mala fide, etiam quòd nesciat an creditor velit ab eo debitum petere, necne.*

10 *Legatum præscribitur spatio triginta annorum secundum magis communem opinionem.*

11 *Idem in dote.*

12 *Idem in alimentis.*

13 *Idem in supplemento legitimæ.*

14 *Omnis actio, & via agendi tollitur spatio triginta annorum.*

15 *Quando agitur de iure quærendo, non est propriè dare malam fidem in debitore sciente; & quando non est facta declaratio etiam de Iure Canonico, mala fides nõ impedit præscriptionẽ.*

16 *Et ista est magis communis, & verissima opinio, & in iudicando, & consulendo tenenda, & num.* 18.

17 *Idem in legitima, antequam filius illam petat, & declaret, se velle, hæres non est in mala fide, & sic potest etiã de Iure Canonico præscribere.*

19 *Post petitionem legati consideratur mala fides in hærede; secus antequam creditum acceptetur, & fiat interpellatio debitori; quo casu neque de Iure Canonico dicitur in mala fide.*

20 Re-

20 *Repletio quamuis fiat ipso iure, intelligitur tamen si petatur.*
21 *Et ista est magis vera, & communis opinio.*
22 *Petitio non requiritur ad effectum transmittendi ad haredes legitimam & eius supplementum.*
23 *Secus quoad prascriptionem inducendam; quo casu requiritur petitio.*
24 *Vsucapio, & prascriptio bono publico sunt inducta.*
25 *Testator non potest disponere, quòd legatarij possint exigere legata ab harede, prascriptione aliqua non obstante.*
26 *Cautela, ob quam poterit Testator facere vt dicta legata exigantur.*
27 *Declaratio, & petitio legitima requiritur ad effectum, vt non possit prascribi: & idem in legato, fideicommisso, & hareditate.*
28 *Sine petitione non potest quari ius legitima respectu realis, & effectualis acquisitionis.*
29 *Repletio fit ipso iure, quo ad retentionem grauaminis, sed quo ad effectum realis acquisitionis non potest acquiri nisi petatur.*
30 *Realis, & effectualis acquisitio, qua aliàs dicitur acquisitio incommutabilis, non fit nisi per declarationem.*
31 *Fructus legitima, licet veniant à die mortis, non tamen debentur ex aliqua mora vera vel ficta, vel irregulari.*
32 *Debentur tamen, vel ratione dominij, vel hareditatis, qua recipit augmentum in accessionibus fructuum.*
33 *Hares dicitur ille, cui debetur legitima.*
34 *Legitima est quid vniuersale; vnde ex hoc debentur fructus etiam ante moram.*
35 *In legato consistente in quantitate, etiam quòd succedat loco legitima, non debentur fructus, nisi à die petitionis, & mora; secus in specie certa & determinata.*
36 *An ex capite ignorantia detur restitutio aduersus prascriptionem trigintà, vel quadraginta annorum.*
37 *An in filio prasumatur scientia, vel ignorantia testamenti paterni.*
38 *Ignorantia crassa non excusat filium, qui debet explorare testamentum patris, maximè quando agitur de lucro captando.*
39 *Ex consequutione partis prasumitur quis totum sciuisse.*
40 *Scientia probatur ex coniecturis.*
41 *Ignorantia si non sit probabilis, & verisimilis, habet vim scientia.*
42 *In prascriptione requiritur probatio, quòd amba partes sint prasentes, & habuerint domicilium.*
43 *Secus in prascriptione longissimi temporis.*
44 *In prascriptione longi temporis, vbi creditor esset de eadem Ciuitate, prasumitur ibi stetisse, nisi probetur de absentia.*
45 *In prascriptione non requiritur possessio, quando agitur de extinguendo iure alterius, puta si debitor prascribit contra creditorem.*
46 *Possessio non requiritur vbi agitur de prascriptione triginta annorum, cum inducatur ex solo cursu temporis.*
47 *Debitor dicitur possidere, seu quasi possidere debitum vel ius alienum.*
48 *Cum testamentum adest non potest quis adire ab intestato.*
49 *Legatarij loco habetur qui non est institutus hares.*
50 *Pluralis loquutio non potest in vno verificari.*
51 *Erronea assertio Notarij non debet nocere.*
52 *Pluralis numerus, etiā verificatur in singulari.*
53 *Scriptura loquens de socijs verificatur etiam in vno socio.*
54 *Alimentorum prastatio fit ob multas causas; vnde est probandum ob quam causam sint data.*
55 *Probatio dubia non releuat, neque dicitur probatio.*
56 *Interpretatio est facienda contra eum, qui quarit probare.*
57 *Ex habitatione prasumitur quis hareditatem paternam agnouisse.*
58 *Debet tamen probari, quòd fuerit facta ob dictam agnitionem, aliàs non dicetur impediri prascriptio.*
59 *Legatum, etiam quod fuerit acceptatum requiritur, quòd petatur, & debitor sit in mora constitutus, quando sumus in eo, qui non tenetur offerre.*
60 *Immo requiritur, quòd petitio non sit inualida, aliàs non interrumpetur prascriptio.*
61 *Fructus legati pro legitima debent taxari ad rationem quinque pro centenario.*
62 *Legatum quando nuptui tradetur non transmittitur ad haredes quando legataria decessit ante nuptias.*
63 *Legatum pro dote an sit conditionale, vel purū.*
64 *Testator quando se retulit ad tempus quo nuptia facta fuerunt, dictum tempus est expectandum, adeò vt nec ante peti possit, cum debeat legatum verificari sequutis nuptijs.*
65 *In legato debito pro legitima reijcitur onus nuptiarum.*
66 *Secus in legato ob causam nuptiarum, in quo potest imponi grauamen, quando est vltra legitimam.*
67 *Quando legatum dicatur purum, si pater relinquat pro dote, vel nomine dotis stante statuto exclusiuo fœminarum.*
68 *Instrumenta publica non habent exequutionem paratam de iure communi.*
69 *Pro legatis, & fideicommissis potest agi via exequutiua.*
70 *Intellige quando hares non negat testamentum.*
71 *Exequutionem paratam habere nihil aliud est, nisi, quòd eius vigore competit actio sine strepitu, & figura iudicij.*
72 *Via vna electa ad aliam non potest recurri.*

Decisio IV.

Legatum, de quo agimus, videbatur prima facie peti posse per Fiordiligiam, & litis consortes hæredes Marinæ Chiriagæ, etiā quòd à tem-

à tempore conditi testamenti, & mortis Testa-
toris lapsi sint anni 40. vel plures. Ex quo enim
sumus in hærede vocato ex testamento, qui ha-
buit scientiam legati. Bart. in l. qui Roma 122.
§. duo fratres, n. 13. col. 4. q. 3. ff. de verb. obligat.
Mannel. cons. 58. in princ. tractandum non est de
aliqua præscriptione; cum vulgare sit, quòd stan-
1 te † mala fide hæres nunquam præscribit. c. si di-
ligenti, & c. fin. de præscrip. Couar. in c. possessor
2. p. §. 8. n. 4. de reg. iur. in 6. Ferrat. caut. 38. Ce-
phal. cons. 700. n. 25. Aym. cons. 146. n. 5. vers. ter-
tio respondetur. Gabriel. qui de communi, concl. 3.
de præscript.
2 Maximè quia huiusmodi legatum † videtur
succedere loco legitimæ, vel illius supplementi,
quod quidem debetur ipso iure, etiam quod non
petatur, vt voluit Salic. in l. scimus. in princ. n. 4.
C. de inoffic. testam. Illustriss. Mantica de coniect.
vltim. volunt. lib. 7. tit. 8. n. 10. Crass. in §. legiti-
ma. q. 36. in fi. vbi de communi, & vera opinione
testatur. [Alioquin si requireretur petitio, esset
3 in † legitima, & eius supplemento grauamen,
quod esse non debet; neque transmitteretur ad
hæredes, prout verè ad eos transmittitur etiam
extraneos, & nulla præuia petitione per filium
facta. Dec. cons. 103. in princ. Marzar. cons. 31.
n. 36. Alex. cons. 188. in prin. lib. 6. Aym. cons. 142.
n. 2. Mantic. dicto tit. 8. n. 10. vbi de communi.
Immo cum suppletio ipso iure fiat per legem,
4 † actio ad supplementum præsupponit ius iam
in esse quæsitum, & venit ad executionem iuris
quæsiti. Bald. in l. si quis filium. 34. sub n. 6. col. 3.
vers. secundo repello. C. de inoff. testamen. Alex.
cons. 128. consideratis verbis. col. 5. n. 5. vers. &
respondent ad rationem. ibi, idem tenet Pau-
lus, lib. 1.
Vnde cum simus in quæsitis, clarum est, quòd
obstat mala fides, cum non possit dici, quòd fi-
lius sit in mora non petendo, sed hæres in non
5 assignando; † quia dies mortis, & aditionis hæ-
reditatis interpellant hæredem, qui semper vi-
detur in mora, prout ita concludit Fabian. in
auth. nouissima, col. 29. n. 113. vers. septimo quæ-
ritur. C. de inoff. testam. Natt. cons. 156. n. 7. [Ob
6 quam rationem moræ hæredis, dicunt † legiti-
mam vna cum fructibus deberi à tempore mor-
tis defuncti, & iuxta illud tempus fieri æstima-
tionem, licet alio tempore plus, & minus valeāt
bona defuncti; cum illa tamen distinctione; an
dicta legitima fuerit assignata in corporibus,
an in pecunia, iuxta consilium Angel. 101. incip.
considerandum est.
Et in specie, quòd stante notitia testamenti
7 † non præscribatur legatum, etiam quod lapsi
essent 40. anni, vel plures, concludit Dec. in c. Ec-
clesia S. Mariæ col. 12. n. 100. vers. & circa illum
tex. de constit. Mannel. cons. 58. per totum. Castr.
cons. 285. hæreditas d. puellæ. in 2. dubio aliâs 17.
8 lib. 3. Fulg. cons. 83. Bonaccurs. col. 2. sub n. 2. † qui
loquitur in legitima non integrè relicta. Dec.
cons. 103. col. 1. n. 1. vbi etiam in casu simili de
supplemento legitimæ, Capra cons. 40. qui con-
suluit in legitima. Marzar. cons. 31. n. 1. Bertran.
cons. 153. col. 8. [Ratio est, quia non videtur tuta
9 de Iure Canonico conclusio illa, † quod debitor
non videatur esse in mala fide, nesciens, an cre-
ditor velit ab eo debitum petere, nec nè; prout
considerat Rum. cons. 112. col. fin. n. 7. lib. 1. &
Iasius cons. 150. n. 13. col. 4. vers. nihilominus alia
opin. & sub n. 14. vers. non de iure canonico lib. 4.
Fulgos. cons. 122. incip. sed P. Cuman. cons. 147.
domina contessa. sub n. 2. Curt. Iun. cons. 203. Spi-
ritus sancti gratia. per totum. Barbat. cons. 51.
scripsit. col. 13. vol. 1. Balb. de præscriptio. p. 4.
4. partis principalis q. 1. n. 3.
Contrarium tamen fuit decisum, quod immo
in casu, de quo agimus, obstet allegata præscri-
ptio per Benuignatem contra Marinam, vel eius
hæredes. Siue enim consideremus legatum hu-
iusmodi, vti legatum, siue, quod succedat loco
legitimæ, siue illius supplementi, siue dotis, siue
alimentorum, siue ob aliam causam debeatur; se-
cundum magis veras Doctorum opiniones, di-
cendum est, esse locum d. præscriptioni; [Prout
10 de † legato, quod præscribatur 30. vel 40. annis
est tex. in §. pro temporali. Auth. de Ecclesiast. tit.
Corn. cons. 224. videtur in hac cōsultatione. col. 1.
vers. his tamen nō obstantibus. lib. 4. Becc. cons. 48.
11 n. 2. [† De dote est textus in l. in rebus. §. fin. C.
de iur. dot. Rubeus cons. 6. dicitur. sub n. 6. late
12 Decian. cons. 13. n. 55. lib. 2. [De † alimentis con-
suluit. Bal. cons. 484. casus talis. n. 3. lib. 4. Becc.
d. cons. 48. in princ. [De legitima. Alex. cons. 8.
visis subtilissimis. col. fin. n. 25. lib. 3. per doctrinā
Bal. in l. si quis filium, n. 6. col. 3. vers. 2. quia. C.
de inoff. testam. Balb. de præscrip. q. 23. p. 3. 4. par.
princ. n. 5. in fin. Pinell. in auth. nisi tricennalis.
C. de bon. matern. n. 21. Marzar. cons. 31. proce-
dendo. n. 4. col. 2. vbi de communi, & n. 35. col. 9.
Socc. Iun. cons. 34. n. 13. lib. 2. Corn. cons. 264. in
fi lib. 1. & de communi testatur Decian. cons. 6.
n. 56. lib. 1. Tiraq. in l. si vnquam in verb. reuer-
tatur; n. 392. C. de reuocan. donat. & de retractu
13 lignag. §. 36. gloss. 2. n. 37. [† De supplemento
legitimæ voluit Fulg. cons. 83. nu. 1. in fin. Dec.
cons. 103. & cons. 14. Castrens. cons. 109. dubia in
quibus quæritur lib. 1. Corn. cons. 90. col. vlt. lib. 1.
Melchior Plac. qui de communi in tract. de ma-
iorat. q. 6. Tiraq. in d. verb. reuertatur. nu. 396.
Soarez, qui etiam de communi in l. quoniam in
prioribus. ampl. 10. nu. 7. C. de inoff. testam. Put.
14 decis. 127. lib. 2. [Et regulare est, † quòd omnis
actio, & via agendi tollatur spatio triginta an-
norum. l. 2. C. de constitut. pecun. l. 1. §. ad hæc C.
de ann. exceptio. gloss. 2. in l. nemo potest. 58. in
princ. de legatis 1. Bald. cons. 137. quædam vidua.
in fi. lib. 5.
Quæ omnia sine difficultate procedunt in ca-
su, de quo agimus, cum non appareat de acce-
ptatione legati; tunc enim succedit verissima
Doctorum conclusio, quòd legatario omittente
acceptationem, seu petitionem legati tempore
30. annorum, præsumitur non ex alia causa omit-
tere, quàm, quòd nolit legatum acceptare; neque
poterit dici in mala fide is, contra quem datur
actio, etiam quod sciat se debitorem. Cum enim
non

non fuerit facta declaratio, etiam de iure Cano-
nico mala fides non impedit præscriptionem.
15 Ratio, nam † quando agitur de iure quærendo,
non est propriè dare malam fidem in debitore,
sciente, cum facilius tollatur ius quærendum,
quàm quæsitum. Istud fuit originale dictum *An-
charani in c. fine possessione col. 11. in fi. vers. item
intelligas cum intendit. n. 7. in fine de regul. iur.
in 6.* sequitur *Paris. cons. 16. circa præsentem con-
sultationem. col. 23. n. 134. vers. nec consideratur,
lib. 2. & cons. 7. & si in præsenti causa. nu. 24. vs-
que ad 27. lib. 1. & cons. 32. ad fi. lib. 3. nu. 16. &
cons. 48. actores isti col. fi. vers. eo etiã quia. n. 21.
lib. 3. & cons. 66. nobilis Syluester. col. 11. nu. 93.
vers. nec poterit, & col. fi. n. 129. vers. nam istud
procederet lib. 3. & cons. 92. angelus n. 7. col. 1. &
n. 36. col. 3. in fin. lib. 1. & cons. 49. visis dubijs.
col. 3. vers. & isto casu n. 34. lib. 2. Idem Paris. in
c. fi. col. 10. limit. 7. n. 22. de præscriptio.* licet ibi
videatur dubitare quoad legatum. *Socci. cons. 2.
in causa testamentaria. in fin. lib. 3. & cons. 64. in
causa vertente. col. 4. sub n. 7. vers. præterea hanc
partem. lib. 1. Balb. de præscriptio. q. 3. sub nu. 3.
p. 4. 5. par. princip. & q. 13. 2. p. 3. p. sub n. 9. vers.
tertio limitatur, & sub n. 11. Negus. de pignor. 6.
p. memb. 2. n. 28. Thob. cons. 27. n. 15. col. 5. vers.
quia respondetur, & vers. & dum dicitur. Dec.
cons. 554. quod supra. col. 1. n. 3. Grat. cons. 101.
n. 45. col. 6. lib. 2. Rub. cons. 3. Dicitur in fi. Bald.
cons. 386. col. fi. lib. 5. & cons. 484. casus talis. n. 3.
lib. 4. & cons. 12. quidam D. Matthaus. col. 2. n. 7.
vers. & hæc est veritas lib. 1. & cons. 137. qua-
dam vidua lib. 5. in fi. & cons. 168. proponitur,
quòd quidam. n. 1. eod. lib. 5. Idem Bald. in l. si par-
tem. §. si per fundum n. 2. in 2. notab. ff. quemad.
seru. amitt. Gabriel. de præscriptio. conclus. 3. n. 13.
vers. 5. limita. Tiraq. in l. si vnquam in verb. re-
uertatur n. 391. vers. & ex eo fulcitur C. de re-
uocan. donat. & de retract. conuent. §. 1. gloss. 2.
n. 29. Roland. cons. 21. num. 54. vsque ad 58. lib. 2.
Cephal. cons. 176. n. 46. lib. 2. & cons. 40. num. 29.
lib. 1. & cons. 724. n. 54. vsque ad nu. 57. lib. 5. &
cons. 240. in fi. lib. 2. Decian. cons. 10. nu. 65. lib. 1.
Bonius de statut. Vrb. præscriptio. glos. 19. in
verb. cõtra omnes creditores. n. 69. vsque ad n. 79.
Cagnol. in l. 2. C. de pactis inter empto. n. 79. vers.
hinc dicimus. Ang. de testam. n. 8. glos. 21. Couar.
var. resol. lib. 1. c. 9. n. 5. vers. & ideo pro sententia,
& in c. possessor 2. par. §. 11. n. 5. vers. nono legum
ciuilium. de reg. iur. in 6. Auffrer. ad decis. capp.
tholos. 74. Corn. cons. 206. col. 3. num. 8. lib. 2. &
cons. 277. n. 3. col. 1. lib. 4. Ang. in summa in verb.
præscriptio n. 41. vers. secus esset si ignorabat. Pe-
dem, decis. 115. sub n. 9. vers. respondet ad obie-
ctum. additio ad Dec. in c. Ecclesia Sancta Maria
n. 100. col. 12. in verb. notitiam de constitut. Natt.
cons. 488. n. 17. & 20. Cassan. cons. 11. nu. 2. & 3.
Surd. cons. 73. n. 57.* vbi quòd non potest repræ-
hendi iudex, qui ita iudicaret. *& cons. 60. nu. 16.*
16 vbi de communi, † & verissima opinione testa-
tur *Rebuff. in l. vnica. C. de sentent. quæ sine certa
quantitate. notab. 1. n. 54.* vbi dicit hanc esse ma-
gis veram, & communem sententiam, & in iudi-
cando, & consulendo tenendam, prout idem te-
statur *Socein. Iun. cons. 145. viso puncto. n. 64. vs-
que ad 73. col. 9. vers. quinto non obstat lib. 1.* vbi
dicit, hanc verissimam, & communem opinionẽ;
pro vt idem etiam testatur *Becc. cons. 48. per tot.
Put decis. 128. item quòd lib. 2.* & de communi te-
statur *Honded. cons. 83. n. 47. & 48.* Et hanc esse
veritatem dicit *Additio ad Alex. cons. 99. incip.
videtur prima facie. in littera a, & b:* vbi docet
Alex. & multos alios per eum allegatos malè
consuluisse, cum contraria opinio practicetur, &
verior sit. *Bouer. sing. 53. præscriptio n. 18. in fin.*
Et postea in decisionibus *Surdi. 25. nu. 4.* reperi,
quòd ipse sequitur huiusmodi opinionẽ, sequen-
do *Anchar. in d. c. fine possessione,* quem non alle-
gaui, cum adhuc non esset impressus. Et Surdus
loquitur in legato, & fideicommisso, & etiam
sub num. 25.

17 Et in specie † in legitima antequam filius il-
lam petat, & declaret se velle, quòd hæres non
sit in mala fide, & sic possit etiam de iure cano-
nico præscribere, concludit *Balb. de præscriptio.
2. par. 3. par. princip. q. 13. sub n. 9. vers. tertio li-
mitatur.* Et postea in fine *sub n. 11. Socein. cons. 2.
in causa testamentaria. in fi. lib. 3. Paris. cons. 32.
ad fi. lib. 3. n. 16. Ripa in l. si vnquam. C. de reuo-
can. donat. q. 43. n. 52.* & licet ibi dicat cogitandũ,
cum non audeat firmare: Tamen idem voluit cla
rius sine vlla cogitatione, *in l. fi. C. eod. tit. q. 69.
n. 232. Gomes. de testam. tit. 11. de successio. contra
testamentum. sub n. 23. vers. item quæro an filius
Roder. Soarez in l. quoniam in prioribus limit. 3.
n. 2. & 3. fol. 294. & ampliat. 10. fol. 209. C. de
inoff. testam. Cephal. cons. 176. n. 46. lib. 2. Honde.
cons. 83. n. 47.* vbi de communi testatur, dicens;
ita decisum in Rota per *Mohed. decis. 151.*

18 Ex quibus apparet, quòd ista sit magis com-
munis, & vera opinio, ita vt ab ea non sit disce-
dendum, quicquid in contrarium voluerint Ca-
strens. Dec. Mannel. Capra, Ruin. Bertrand. & alij
supra allegati, quorum opinio non habebit lo-
cum, cum Doctores maioris auctoritatis, & nu-
meri sint pro contraria sententia, vltra melio-
res rationes, quæ pro illa adducuntur.

Quibus stantibus, non obstant ea, quæ oppo-
nebantur de mala fide impediente præscriptio-
19 nem; quia prædicta † procedunt post petitionem
legati, tunc enim posset considerari mala fides
in hærede; secus antequam creditum accepte-
tur, & fiat interpellatio debitori; cum neque
hoc casu de iure canonico possit dici verè in ma
la fide ob præsumptam voluntatem remissionis
crediti, seu legati propter cursum tanti tempo-
ris. *Bald. cons. 168. proponitur, quòd quidam n. 1.
lib. 5. Becc. cons. 48. in fine cum alijs supra alleg.*

Non obstat, quòd sumus in legato, quod suc-
cedit loco legitimæ, & eius supplementi, quod
sine alia petitione debetur, vt diximus. Quia
omisso, quòd hic actum fuit pro legato quanti-
tatis, non pro legitima, vt constat ex actis; quod
quidem videbatur sufficere, vt dicatur præscri-
ptum. [Tamen etiamsi essemus in legitima, &
eius supplemento, Respondetur quòd quamuis

† reple-

20† repletio fiat ipso iure. *l. scimus. C. de inoff. testam.* nihilominus intelligitur si petatur secundum magis veram Doctorum opinionem; prout hanc tenet *Gloss. in d. l. scimus, in ver. ipso iure*, quam ibi sequitur *Bart. n. 1. vers. oppono quòd repletio. Bald. in 1. notab. & Ias. n. 2.*
21 vbi testatur † omnes communiter sequi *d. glos.* licet dicat Salicetum solum tenere contrarium. *Bald. in l. si constat. in princ. n. 1. C. de compensat. Corn. cons. 265. circa primum, & secundum consultationis articulum. col. 1. n. 1. vers. & d. repletio. lib. 1. & cons. 264. videtur prima facie dicendum. n. 8. col. 2. in fin. lib. 4. & cons. 126. principale dubium. num. 9. col. 3. in princ. lib. 2. Io. de Amicis cons. 58. angelus cola. col. 1. in fin. n. 3. Ias. in l. de pupillo. §. qui opus. nu. 3. notab. 3. de oper. noui. nunciat. & post Speculat.* per eum allegatum ita concludit *Tiraquell. in l. si vnquam. in ver. reuertatur. n. 14. versic. idem quoque dicimus, & n. 392. vers. caeterum quod primum diximus. C. de reuocan. donation. Natt. consil. 352. num. 9. Bertrand. cons. 121. lib. 5. Ripa in l. 1. num 7. col. 1. vers. confirmatur quia ius petendi. ff. de pignor.* vbi testatur glossam in d. l. esse approbatam.

Et licèt Mantica, Crassus, & alij supra allegati teneant non requiri petitionem: Tamen omnes Doctores per eos relati loquuntur non requiri petitionem ad effectum transmittendi ad hæredes, ad quos istud ius trasmittitur, etiam quòd sint extranei, & non sit petitum; quod non
22 † negatur, cum sit verissimum *Alexan. cons. 55. viso titulo. col. 2. sub n. 5. lib. 2. Aym. cons. 312. n. 5. vers. quarto dubitatur, & cons. 142. lib. 2. Cephal. cons. 404. n. 16. lib. 3. Natt. consil. 199. n. 5. & cons. 238. n. 4. & cons. 255. nu. 4. Rum. cons. 107. n. 12. lib. 3. Alexand. cons. 188. consideratis verbis. in princ. lib. 6. Marzar. cons. 31. n. 36. Angel. cons. 287. pactum super quo. nu. 3. col. 2. vers. quinto præmitto. Dec. cons. 81. nu. 1. & consil. 103. in princip.* vbi dicit de hoc non esse dubitandum.

23 Sed quoad præscriptionem inducẽdam, quòd non requiratur petitio, itaut legitima dicatur ipso iure debita sine declaratione, & petitione; & sic hæres sit in mala fide, vt non possit præscribere, hoc non videtur posse iure probari; quia sic nunquam daretur præscriptio in legitima, & eius supplemento: in quibus tamen vt dictum est, omnes Doctores contrarium concludunt. *Alex. cons. 8. col. fi. n. 23. lib. 3. Dec. cons. 14. cum alijs sup. allegatis.*

24 Et quia vsucapio, & præscriptio bono publico inductæ sunt, *l. 1. de vsucap.* non potest testa-
25 tor disponere, quod † legatarij possint exigere legata ab hærede, præscriptione aliqua non obstante, *l. ius publicum. de pactis. l. quod de bonis. §. 1. ad l. falcid.* Vnde vt legatario non obstet d.
26 exceptio præscriptionis, datur cautela, † quòd testator toties rem leget, quoties esset completa præscriptio: Nam potest testator suscitare ius extinctum, obligationem repetendo, & sic finis vnius obligationis erit principium alterius, Decis. Marchiæ.

Guald. de arte testan. caut. 31. tit. 6. de legatis, Bou. de statut. Vrbis præscript. glos. 19. num. 75. tom. 17. fol. 185.

Quod autem non posset dari præscriptio, patet, quia si non requireretur petitio, hæres semper esset in mala fide, cum sciat legitimam per eum deberi tanquam petitam, & agnitam ipso iure sine alia declaratione; quo casu propter malam fidem de iure canonico hæres nunquam posset præscribere. *c. si diligenti, & c. fin. de præscriptio. Doctor. in c. possessor. de reg. iur. in 6.*

27 Dicendum est igitur requiri † declarationem, & petitionem legitimæ ad effectum, vt non possit præscribi; tunc enim erit hæres in mala fide, in qua non poterit dici, quòd sit antequam filius petat, & declaret se illam velle: Vnde poterit præscribere, cum consistat in volũtate partis accipere, vel non accipere; petere, vel non petere: vt post multos supra adductos, qui loquuntur in legato, fideicommisso, hæreditate, & similibus. Ita in specie de legitima, quod non consideretur ista mala fides, concludunt *Paris. Soccin. Cephal. Rip. Balb.* & alij supra allegati.

28 Et magis in specie † ita declarat *Gomes. de testament. tit. 11. de successio. cõtra testam sub n. 23. vers. item quæro an filius. ibi. secundo quia.* vbi concludit, quòd etiam si suppletio legitimæ fiat ipso iure per legem; & sic videatur præsupponere ius iam in esse productum, & quæsitum: Tamen requiritur declaratio, & petitio, quia sine petitione non potest quæri respectu realis, & effectualis acquisitionis; Vnde inquit præscribitur spatio triginta annorum. Immò etiam postea subdit in d. *n. 23* in fi. Quod licet supplementum legitimæ fiat ipso iure per legem, etiam si filius taceat, & transmittatur ad hæredes; tamen si labatur tempus triginta annorum, in quo nec ipse filius, neque eius hæres petat, benè excluditur, & habebit locum præscriptio.

Idem clarius voluit ante Gomesium *Roder. Soarez in l. quoniam in prioribus limit. 3. n. 2. & 3. fol. mihi 294. & ampliat. 10. fol. 209. C. de inoff.*
29 *testam.* † vbi ita respondet, quòd sit ipso iure repletio, quoad reiectionẽ grauaminis, sed quoad effectum realis acquisitionis est impossibile (inquit) quod acquiratur, nisi petatur; Ideo si stetit per 30. annos non petendo, excluditur, cum videatur illud repudiasse; Satis enim est, quòd si ante 30. annos decedat filius, transmittat purè illud ius, dato quòd in vita nihil petijsset, nec aliquem actum fecisset super legitima consequenda; & ita, inquit, esse intelligẽdum, d. *§ repletionem*, quòd sit ipso iure repletio, si non petatur; quia sufficit, quòd transmittatur ad similitudinẽ aliarum actionum personalium, subdens ita concludendum esse secundum communem opinionem, de qua ipse testatur.

Ex quibus patet responsio ad ea, quæ dicta sunt, non requiri petitionem, & quod sumus in quæstitis; Quia dicti Doctores non loquuntur de
30 reali, & effectuali acquisitione † vel, vt alij dicũt, de acquisitione incommutabiliter, prout de ea intelligunt alij tenentes requiri petitionem; Ista

enim incommutabilis acquisitio non fit nisi per declarationem. Ita etiam videtur sentire *Bald. in d.l. scimus.n.1.C.de inoff.testam. Corn.consil. 264. in hac consultatione. col. 1. lib. 1. vers. tamen his non obstantibus sub n.1.* & ita dicit Soarez,& Gomes. intelligendum esse *Bald. in l. si quis filium.34. col.3.vers.2.repello. C. de inoffic. testam.* vbi vult, quòd actio ad supplementum præsupponit ius iam in esse quæsitum,& Baldum vt dictum est, sequitur *Alex.cons.128.considerātis verbis. col.5.n.5.vers.& respondet ad rationem.lib.1.* & ita etiam videtur sentire *Rum. cōsil.55.n.13.lib.2.* vbi dicit,quòd quamuis legitimæ supplementum augeatur ipso iure quantum ad effectum,vt sit debita; non tamen ipso iure transit dominium augmenti in filium.

Non obstat,quòd fructus vna cum legitima veniant à die mortis,cum hæres dicatur in mora illam non assignando, quasi per aditionem hæreditatis,& diem mortis hæres interpelletur, vt dicebat *Fabian. in auth. nouissima,* cum alijs supra adductis. Quia respondetur non esse veram huiusmodi rationem moræ hæredis; licet
31 vera sit conclusio, quòd † fructus legitimæ veniant à die mortis; qui licet debeantur,tamen non debentur ex aliqua mora vera, vel ficta,vel
32 irregulari, sed vel ratione dominij † rerum debitarum pro legitima, vel ratione hæreditatis, quæ recipit augmentum ex accessionibus fructuum. Nam is cui debetur legitima, dicitur
33 hæres † pro ea portione, vnde non mirum, si vti pars hæreditatis recipit augmentum fructuum;
34 Maximè quia legitima † est quid vniuersale,vnde ex hoc debentur fructus etiam ante moram, vt latè per *Ruin.cons.55.n.6.10.& 11.lib.2.* Et hanc esse veram rationem, non autem illam de mora,concludit *Decian.*cum multis per eum deductis *cons.79.n.15.vsque ad n.21.lib. 2. Natt. cons.156.n.8.col.2.vers.præterea. Alex.cōs.127. sentio fieri.lib.6.per tot.* Immo cum in casu, de
35 quo agimus † legatum consistat in quantitate, etiam quod succederet loco legitimæ, tunc fructus non deberentur,nisi à die petitionis,& moræ,secus quando esset in specie certa,& determinata;quia tūc statim debentur,iuxta distinctionem *Angel. cons.101. considerandum est.ad medium. vers.interdum consistit in relicto.*

Non obstat prætensa allegata ignorantia, ex qua videbatur concedenda restitutio in integrum; Nam quicquid sit de illa opinione, an ex
36 capite † ignorantiæ detur restitutio aduersus præscriptionem 30.vel 40.annorum, de qua per *Fel.in c.vigilanti.de præscriptio.Tiraq. de retrac. lignag.§.35.glo.4.n.36.vsque ad n.45. Rota Bonon. decis.69.* [& quicquid sit etiam de altera opi
37 nione;† An in filio præsumatur scientia,vel ignorantia testamenti paterni,de qua per *Bart. in l. qui mortis. §.duo fratres.q.3. de verb. oblig. Ioseph.decis.Perus.19.n.14.p.1. Petr. de fideicommiss. q.13. num. 280.*

Respondetur in casu, de quo agimus non
38 adesse probabilem ignorantiam; † sed crassam, quæ non excusat filium, qui debet explorare testamentum patris, maxime quando agitur de lucro captando;ita in specie præscriptionis concludit *Paris.consil.16.circa præsentem consultationem.col.23.n.139.vers.nec considerātur. lib.2 Dec.consil.29.n.2.col.2.in fin. & col.fin. in fin. num.8. Alex.cons.163. viso processu.n.6. col. 3. lib.2.Socc.consil.2.in causa testamentaria. n.19. in fin.lib.3.Bald.cons.484.casus talis est.lib.4. in fin.Bon.de Statut. Vrbis præscrip.glos. 19. in verb.contra omnes creditores.n.78. Surd. qui de communi. decis. 4. num.7.*

Maximè quia ista filia legataria habuit aliud legatū domus,de qua in actis sibi in testamento
39 relictæ, ex quo † cum aliquid fuerit consecuta, præsumitur ratione partis totum sciuisse,prout ita in specie de filia concludit *Bald.cons.484.li. 4.in fin per l. non est ferendus.de transact. Alba. cons.18.col.1.vers. quod nullo modo*; ex quibus constat de scientia;cum tamen sufficeret illam
40 probari † ex coniecturis,quæ vltra prædicta in casu nostro adsunt ita, vt non possit considerari ignorantia ad effectum concedendi restitutionem, ad quam requiritur probabilis, & iustissima, quod nihil aliud est, nisi vt sit talis, quæ omni parte sit excusabilis, & circa quam nulla
41 interuenerit negligentia, † alias si non sit probabilis, & verisimilis,habet vim scientiæ;vt post alios concludit *Alba.d.cons.18.in princ. Rota Bonon.decis.69.n.2.& 3.Pinel.in auth.nisi tri- nalis. n.60.C.de bon. matern.Cephal.consil.215. n.8.lib.1.* & decisum fuit in Sacra Rota Romana coram Sanctiss. D. N. in vna Florentina iuris patronatus 14. Maij 1576.

42 Non obstat non † probari præscriptionem,nisi etiam probetur,quòd ambæ partes fuerint præsentes toto præscriptionis tempore, & habuerint domicilium in loco,vbi agitatur iudicium, vt per *Cephal.cons.29. n.14.* Quia respondetur,
43 quod † ex quo sumus in præscriptione longissimi temporis,aduersus eam absentia non defendit.*l. sicut.C.de præscr.30.ann.Tiraq.de retract. lign. §.35.n.39.gloss.4.* Vltra quòd quando creditor
44 est † de eadem ciuitate,vt in casu, de quo agimus,etiamsi essemus in præscriptione longi temporis,præsumitur ibi stetisse,& fuisse,nisi probetur de absentia, cuius probatio incumbit illam replicanti. Ita in specie in materia præscriptionis concludit *Alex.cons.220.ponderatis his. n.4. lib.6.Corn.cons.46.in causa vertente col.5. in princ.n.16.lib.2.& cons.50.n.12 col.3.eodem lib. 2.Balb.de præscript.4.par.princip.2.p.q.3.nu.4.* vbi dicit hoc esse multum iuri,& rationi consonum, & elici ex mente, & verbis *Bart. in l. is potest.ff. de acquir. hæredit.*

Non obstat in præscriptione possessionem requiri,de qua hic non apparet. Quia respōdetur
45 quòd in præscriptione † nō requiritur possessio, quando agitur de extinguendo iure alterius, puta quando debitor præscribit cōtra creditorem; debitor enim nihil possidet,vt post *Oldrad.cons. 254.quia in tota. in princ. ita declarat Aym.cōs. 111.n.20.col.5.vers.respondeo etiam,* subdens ibidem, quod quando agitur de præscriptione

46ne 30.ann.non requiritur † possessio, cum indu-
catur ex solo temporis cursu; per doctrinam
Bart.in l.fi.ff.de eo,per quem factum erit. Decius
in l.petens col.2.post medium.C.de pact. [Immo
47etiam † debitor dicitur possidere, seu quasi pos-
sidere debitum, seu ius alienum, *gloss. fin. in*
l.regulariter. 9.de petit.hæredstat. quod dicit es-
se multum notabile,loquens in specie de præseri-
ptione. *Aym.cons.111.n.20.in fin.post Guid.pap.*
q.631.col.13.
Non obstat, quòd Marina adiuerit hæredita-
tem patris, vna cum Benuignate;& sic ius suum
agnouerit; qua agnatione stante non poterat
currere præscriptio.Quia nullibi in facto constat
48† de huiusmodi aditione; neque poterat adire
ab intestato, cum adsit testamentum: *l.quamdiu*
la 2.ff.de acquir.hæredit. l.quamdiu 90.de regul.
iur. Neque ex testamento potuit adire, cum non
49† sit hæres Instituta, sed solum fuit ei relictum
legatum,vnde habetur loco legatariæ. *l.quoties.*
13.C.de hæred.instituen. Menoch. de adipiscen.
possess. remed. 4.q.19.n.133.
Minus obstat, quòd in quodã monitorio pro-
ducto per Benuignatem, dicatur ad instantiam
hæredum, vnde ex hoc debeat dici Marina etiã
50hæres, † cum pluralis locutio non possit in vno
verificari, sed ad minus requirat concursũ duo-
rum.*l.vbi numerus. de testib. Euerar. in loco ar-*
gumentorum à vi numeri circa princ. Quia re-
spondetur, quod cum in rei veritate in casu, de
51quo agimus non adsit nisi vnus hæres, † erronea
assertio Notarij non debet nocere.*l. imperator.*
de statu hom.l.si librarius 93. vbi Dec. Cagnol.
& alij de reg.iur. Socc. Iun. cons.71. num. 20.
lib.3.Ias.in l.errore.C.de testam. Maximè quia
52verba † pluralis numeri verificari etiam pos-
sunt in singulari.*l.2.§. dolo autem, vers. sed & si*
vnus.ff.de vi bon.rapt. Bald.in l. 1. C. de condit.
insertis. Ias. in l.singularia.col.3. ff.si cert. peta-
tur. Ruin.cons.14.circa primum quæsitum. n.6.
53*lib.5.*vbi post *Cardin. cons. penult. loquitur* † de
scriptura, in qua sit mentio de socijs, quod ve-
rificatur etiam in vno socio per *l. non est sine*
liberis ff.de verb.signif.& per *l.3 ff.de negot.gest.*
cum alijs per eum adductis.
Non obstat, quod per Benuignatem fuerint
præstita alimenta Marinæ legatariæ, & ob id
videatur recognouisse, seu acceptasse legatum
sibi debitum, seu legitimam; quasi habuerit d.
alimenta respectu relicti facti à patre in testa-
mento. Quia (præsupposito, quod fuerit pro-
batum plenè d. alimenta fuisse præstita.) Re-
54spõdetur,quod non probatur,† ob quam causam
sint data, pro vt debebat probari per eum, qui
dicit fuisse præstita occasione legati; Vnde
cum ob multas causas fiat præstatio alimento-
rum; vt per *Doct. in l. nesennius. C. de negot.*
55*gest.* tanquam † probatio dubia non debet re-
leuare. *cap. in præsentia. de probatio. l. non hoc*
C. vnde legitimi; & habetur ac si non esset fa-
cta, cum non possit dici probatio. *Bald. in l.*
matrem in princ. C.de probatio. Bece.cons.53.
num. 101. quod verum est in quacumque causa
favorabili, cum in ea debeat etiam necessario
concludere. *gloss. in d. cap. in præsentia in*
verb. dubium, quod dicit communiter appro-
bari. *Alex. cons. 152. viso processu causa. col.1.*
vers. nec dicatur. lib.5. Ideo fiet interpretatio
56† contra eum, qui quærit probare. *Aym. cons.*
218. num. 6. cum reo satis sit, quod actoris in-
tentionem dubiam reddat. *cap. inter dilectos ad*
fin.de fid. instrum. Ancbar.cons.267.pro parte
num.1. Aym.cons.276 subtilius sub num.4.
57 Idem videmus in † habitatione, ex qua, li-
cet quis præsumatur hæreditatem paternam
agnouisse.*Bart. in l. gerit. & in l. pro hærede.*
de acquir. hæred. Bald. in l. de his. C. de furtis.
Tamen ex quo habitatio potest contingere
ex alia causa, debet specifice probari, quòd
58fuerit facta † ob dictam agnitionem, alias non
dicetur impediri præscriptio; ita in specie præ-
scriptionis, prout in casu, de quo agimus, con-
cludit *Honded. cons. 83. decessit. num.25. in*
fin.vsque ad num.30. per doctrinam *Alex.cons.*
134. lib. 4. Caualcan. de vsufruct. mulier. reli-
cto.num.202. Soccin.Iun.cons.2. in principio.&
num.17. & 19.lib.1.
Immo etiam, quod videretur legatum per
supradicta recognitum seu acceptatum; tamen
requiretur probatio, quòd etiam fuerit pe-
59titum, & † quod debitor sit in mora constitutus;
quando enim sumus in eo, qui non tenetur of-
ferre, vt quia dies solutioni non est apposita;
tunc debitor non soluens non dicitur in mala
fide, & curret præscriptio, cum potuerit cogi-
tare per cursum tanti temporis debitum voluis-
se remitti per creditorem, vt post *Sicul. in cap.*
fin.de præscriptio. per eum allegatum concludit
Aufrer. ad decis.capp.tholos.74.sub num.2. Ang.
in summa.in verb. præscriptio.num.41. vers. se-
cus esset si ignorabat. Et quòd vltra acceptatio-
nem etiam requiratur interpellatio,voluit *Ad-*
dit. ad Dec. in cap.Ecclesia S. Mariæ. num.110.
col.12.in verb.notitiam de constitut.Decian.cons.
10.num.65. col.18. in princ. vers. vbi concludit,
quòd hac distinct. lib.1. Socc.Iun.cons.145. n.65.
col.9.vers.& sic exemplum.lib.1. vbi allegat *Abb.*
in c.quod clericis.col.penult. de foro competen. &
Caccialup. in l.omnes populi col. 24. vers. tertio
60*quando ipse. ff.de iustit. & iur.* † Immo requiri-
tur, quod petitio non sit inualida, aliàs non in-
terrumpetur præscriptio, vt in specie de legiti-
ma concludit *Paris.cons.32.sub n.8.lib.3.* quem
refert,& sequitur *Honded.cons.83.n.40.vsque*
ad num.43. Sim.de Pret. cons.160.num. 81. vs-
que ad num.86.
Præterea alimenta præfata non correspon-
dent legato, etiam quòd diceremus illud succe-
dere loco legitimæ, vnde non militat præsum-
ptio, quod fuerint præstita occasione d. legati;
cuius respectu expensæ pro alimentis sunt multo
maiores, & ferè quadruplicatæ, vt constat in
61facto;cum † tamen fructus legati pro legitima
debeant taxari ad rationem quinque pro cen-
tenario.*gloss.in auth.perpetua;in verb.iusta C.de*
Sacros. Eccles. quam sequitur tanquam notabi-

lem. *Cephal. conf. 85. n. 26. & 27. Caualcan. de vsufruct. mul. relict. sub n. 31.*

Vltimò etiam quòd per d. præstationem alimentorum esset facta agnitio legati, & quod non requireretur alia petitio, & interpellatio; licet contrarium supra probatum fuerit. Tamen ex quo huiusmodi legatum fuit factum Marinæ

62 † de quantitate persoluenda per eius hæredem quando nuptui traderetur, pro sua dote, & in facto constet nunquam esse secutum matrimonium, & legatariam decessisse ante nuptias, non fuit transmissum ad hæredes; cum solutio, vel executio differatur ad tempus non omnino venturum. *Alex. post Ang. in l. Seius Saturninus 46. n. 2. ff. ad trebellianum. Guald. de art. test. tit. de legatis. caut. 54. n. 2. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. nu. 21.* vbi dicit ita Angelum consuluisse ex mente *Cins in l. ex his. C. quando dies legati cedat.*

63 Quicquid † enim sit de illa opinione, quando legatum relictum pro dote sit conditionale, vel purum, itaut transmittatur ad hæredes, de qua per *Bart. & alios in l. titio centum. §. titio genero. de condit. & demonstr. Castrens. cons. 322. viso puncto in princ. lib. 1. Couarr. de testament. cap. 3. sub num. 11. Aym. cons. 101. per tot. Tiraq. de retract. conuentio. §. 2. gloss. vnica num. 54. Paris. cons. 110. statutum Vrbis. num. 7. lib. 4. Corne.*

64 *cons. 229. licet clarum. lib. 4.* [Tamen † satis est, quod in casu, de quo agimus, testator se retulit ad tempus, quo nuptiæ factæ fuerunt; Ideo consequens est, vt d. tempus expectetur, adeò vt nec ante peti possit, cum debeat legatum verificari secutis nuptijs, prout concludit *Rom. cons. 134. colum. 1. sub num. 2. vers. quinimmo posito; Alex. in d. l. seius saturninus num. 2. Guald. d. caut. 38. de leg. Mantic. d. lib. 11. tit. 18. num. 21.* & est communis opinio, vt testatur *Addit. ad Alex. cons. 55. viso titulo quaestionis. in verb. incertus. lib. 2.*

65 Neque obstat, quòd immò legatum huiusmodi † sit purum, cum debeat reijci istud onus nuptiarum quasi sit debitum pro legitima, & eius loco succedat; vt concludit *Alex. d. cons. 55. col. 2. sub n. 5. vers. tamen istis non obstantibus. lib. 2.* Quia id verum est, quando deberetur pro legitima, vel eius supplemento. Tunc enim ista conditio, si nupserit, non potest apponi; vt post Hispanum, *in cap. per vestras. de donatio. inter Vir. & Vxor.* per eum allegatum considerat *Gabriel de legitima. conclus. 1. nu. 13. vers. nono amplia.* Sed in casu nostro fuit per testatorem factum aliud relictum ipsi filiæ; itaut non possit dici, quòd legatum, de quo modo agimus sit pro le-

66 gitima, sed † ob causam nuptiarum, vt ex verbis illius constat; vnde in eo, quod est vltra legitimam poterit imponi grauamen, vt post *Soar. in l quoniam in prioribus ampliat. 12. C. de inoffic. testamen. Vasq. de successio. creatio. §. 10. n. 259.* dicit omnes tenere *Crass. de legitima q. 41. n. 4.* [Immò etiam quod esset purum, iam supra satis dictum est fuisse præscriptum ob lapsum tanti temporis, vt de legitima dixit *Gomes. de succes.* *contra testamen. tit. 11. sub num. 23. in fin. Rip. Soccin. & alij supra allegati*; quos amplius non opus est repetere.

Itaut neque necesse fuerit aliquid particulariter decidere, stante statuto Montis Vlmi exclusiuo fœminarum, quòd filia dotata, stanti-

67 bus masculis, non succedat, An dicatur † purum legatum si pater relinquat pro dote, vel nomine dotis; de quo per Doctores, *in l. titio. §. titio genero. ff. de condition. & demonstrat. Brun. in tractat. de statuto exclus. fœminarum. art. 6. quæst. 3. & quæst. 7. Bece. cons. 103. num. 24. Gabriel de legitima. num. 27. cum sequent. conclus. 1. & num. 24. vers. quarto limita. Couarr. in cap. 3. num. 11. de testamen.* latè *Crass.* qui multos casus distinguit *in §. legatum. n. 7. vers. sed quid stante statuto. q. 48. & in §. legitima q. 41. num. 3. vers. idem procedit.*

Ex quibus fuit conclusum bene fuisse appellatum per Benuignatem, & male iudicatum per D. Iudicem à quo ad fauorem Fiordiligiæ, & litis consortium, reuocando sententiam d. Iudicis mandantis Instrumentum testamenti, de quo agimus fore exequendum realiter, & personaliter contra Benuignatem pro summa, de qua in legato, vna cum expensis; cum satis ex prædictis ostensum fuerit d. legatum peti non potuisse; & sic neque huiusmodi sententiam iure posse subsistere; prout etiam fuerunt reuocata omnia inde secuta, cùm vigore dictæ sententiæ esset facta executio realis, & personalis contra d. Benuignatem hæredem, quæ neque poterat retardari, tam ex forma Constitutionis Marchiæ, quàm secundum ius Commune.:

68 Quo inspecto, licet † instrumenta publica non habeant executionem paratam. *l. minor. 25. annis 41. ff. de minor. Bald. in l. 1. in princ. C. de execut. rei iudic. Alex. cons. 192. visis narratis in princ. lib. 7. Iaf. in l. 2. num. 9. ff. de iurisdict. omn. Iud. Ruin. cons. 144. num. 7. lib. 4.* & de communi testatur *Emanuel Soarez in thesaur. receptar. sentent. in verb. Instrumentum.* [Ta-

69 men † pro legatis, & fideicommissis potest agi via executiua, cum in illis hoc specialiter statutum sit. *gloss. in auth. de hared. & falcid. §. non autem dabimus in fin. in verb. decreto.* quam ibi sequitur *Angel. Soccin. cons. 103. in casu conuentionis in princ. lib. 3. Natt. cons. 625. n. 25. Alex. in l. fin. C. de edict. diu. adr. tollen. col. 1. sub nu. 3. vers. alium ponit. Rip. in l. ait prator. §. si Iudex. num. 7. de re iudic.* & hanc opinionem communem esse testatur *Bece. cons. 17. num. 6. & 7.* contra Menoch. & alios, qui contrariam opinionem sequuntur, [quam saltim dicit de plano proce-

70 dere, † quando hæres non negat testamentum; prout fuit in casu nostro. *Bald. in auth. hoc amplius. sub num. 3. C. de fideicommiss. Guliel. in c. raynutius. vers. si absque litteris num. 193. de testam. Boer. decis. 295. num. 12. Roder. Soarez in l. post rem iudicatã. not. 7. vers. sextus casus. n. 6. de re iudic.* & ita seruatur in Signatura iustitiæ, quòd pro legatis possit agi via executiua; licet negatiuã opinionẽ sequatur Rota Rom. prout in

vna

vna Vrbeuetana 8. Martij 1595. coram Illustriss. Blanchetto, & in vna Mediolanen. legati 3. Octobris eiusdem anni coram Illustriss. Pamphilio.
71 Et habere † paratam executionem, nihil aliud est, nisi, quod eius vigore competit actio sine strepitu, & figura iudicij, & de facto incipiendo à captura personæ. *Bart. in l. si quis. C. deposit. Roman. consil. 133. in princ.* Quæ omnia volui dixisse, vt sigillatim recenseam progressum præsentis causæ, cum etiam huiusmodi disputatio oc curreret, dum fuit petitum per Fiordiligiam moderari inhibitionem ad effectum exequendi sententiam in bonis, licet esset facta executio personalis; quasi sibi non præiudicauerit per
72 † electionem vnius viæ, vt ad aliam non possit recurrere, iuxta notata per *Bar. & alios in l. con sentaneum. n. 17. vers. quaro secundo, & ibi additio in verb. possit; & in verb. velle. C. quom. & quan. Iudex. Negusant. de pignor. & hypothe. in fi. libelli actionis hypothecaria, & Saluiani interdicti n. 118. vers. postremo in materia addendum.* Et ita decisum fuit die 1. Decembris 1595. in d. causa Montis Vlmi legati mihi commissa, & secunda vice, per me proposita ad fauorē d. Benuignati contra d. Fiordiligiam, & litis cōsortes.

Alia ad materiam istius decis. vide infr. *decis. 354.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Legitima continetur sub generali hypotheca bonorum, & publicatur per delictum filij antequam illam petat.*
2 *Præscriptio contra compatronos non præsentantes quando procedat cum mala fide.*
3 *Fructus à quo tempore debeantur tàm in legato conditionali, quàm puro.*
4 *Gratia Principis si pro alijs non fuit scriptum, est nulla, si pro vno fuerit scriptum.*
5 *Statutum puniens producentem falsos testes habet locum in vno teste.*
6 *Singularis numerus trahitur ad plura in vltimis voluntatibus, secus in contractibus. & n. 7.*
8 *Iusiurandum an habeat executionem.*
9 *Scriptura nulla præter laudum habet viam executiuam.*

¶ N. 3. *in fin. post verba.* vbi de communi.

latè *Menoch. consil. 77. n. 8.* vbi ex hoc concludit, quod si transmittitur, ergo est eo tempore debita: cum non transmittantur quæ debita non sunt, prout iura conditionalia: & ideo ius petendi legitimam est in bonis nostris, etiam antequā illa sit petita, quasi ad eius acquisitionem non sit necessaria petitio, cum sufficiat sola agni-
1 tio. † Quare legitima continetur sub generali hypotheca bonorum, & publicatur, quando filius statim deliquit mortuo patre, priusquam illam petat. *Idem Menoch. d. consil. 77. nu. 3. 28. & per tot. lib. 1.*

Decis. Marchiæ.

¶ N. 16. *post verba.* & etiam sub n. 25.

Et multa quod non obstet mala fides quando sumus in querendis, adduxi *c. 118. discepat. n. 19. vsque ad n. 40. & est decisio Rot. coram R. P. D. Manzaned. Vsterbien. cappella. 12. Iuny. 1606.*
2 vbi ex hoc concludit, † quod si antiquior de familia, & Consules mercatorum debeant præsentare, si antiquior solus præsentauit sine consulibus per quadraginta annos, est præscriptum contra alios compatronos. *cap. de quarta. 4. de prascript. Rot. diuers. decis. 229. & 407. n. 7. p. 1.* etiam absque bona fide, cum simus in quærēdis. *Anchar. in d. cap. fine possessione. de reg. iur.* Itaut neque possessio Consulum possit dici præseruata per compatronos, cum ipsi nunquam præsentauerint, & exinde non habeant possessionem, quæ illis valeat præseruari à compatrono. *Dec. consil. 129. n. 5. vers. non obstat quod electio facta. Put. decis. 398. lib. 1. Rot. in d. causa Viterbien. cappella.*

¶ N. 35. *post verba.* in relicto.

Licet in legato conditionali deberentur fru-
3 ctus purificata conditione, † & in re purè legata à die aditæ hæreditatis. *Ias. in l. si tibi homo. §. cum seruus. nu. 3. & 9. de leg. 1.* cum distinctionibus de quibus per *Peregrin. de fideicomm ss. art. 49. n. 103. & per tot.* Intelligendo in legato particulari, secus vniuersali, vel aliàs incerto, quid sit futurum in solutione. *Castr. in l. si quis bonorum. 23. in princip. ff. de leg. 1.* & est decisio *Rot. coram R. P. D. Orano. Ariminen. legati. 18. Aprilis. 1580.* vbi de legato triginta tornaturarum, quas quilibet legatarius habere debeat de terrenis aratiuis arbitrio peritorum eligendorum: in illo enim tanquam incerto quid futurum esset in solutione non venient fructus à die aditæ hæreditatis, sed motæ litis, quasi tunc dominium non transiuerit statim in legatarium.
3 † Quod ampliatur etiam stante absentia eiusdē legatarij, Quidquid dixerit *Rip. in l. fideicommissariam. n. 10. ad trebell.* Quia eius opinio non approbatur, vt *ibi* concludunt *Doctores.* & sequitur *Cost. in cap. si pater. p. 3. vers. obliqua. n. 54. de testam. in 6. Rot. coram R. P. D. Oran. in d. causa Ariminen. legati.*

¶ N. 53. *post verba.* per eum adductis.

& per *Tiraq. in l. si vnquam. in verb. susceperit li-*
4 *beros. n. 255. C. de reuocand. donation.* † Vbi de gratia Principis si pro alijs non fuerit scriptum, quæ erit nulla, si pro vno sit scriptum. *Bald. in*
5 *c. mandatum. n. 4. col. 1. in fin. de rescript.* † Quāuis simus in materia stricta, vt in statuto puniente eum, qui producit falsos testes, non habet locum etiam in vnico teste. *Bald. in d. cap. manda-*
6 *tum. n. 5.* Et idem etiam dicimus è contra, † de singularitate, quæ resoluitur in pluralitatem. *Menoch. præsumpt. 5. lib. 4. n. 23.* Dummodo non esset data pro forma, vel quando sequeretur ab-

B 3 surdum,

surdum, aut mens disponentis repugnaret, vel
nisi essemus in rebus indiuiduis, aut in similibus,
de quibus per *Euerard. in loco à vi numeri.* & la
tè per *Mandos. reg. 3. q. 3. per tot.* Maximè in vlti-
mis voluntatibus, in quibus numerus singularis
7 trahitur ad plura, † quamuis secus sit in contra-
ctibus. latè *Surd. consil. 369. n. 5. lib. 4.* vbi de
emente pro nominando, qui non poterit plures
nominare.

¶ N. 68. *post verba.* instrumentum.

Quamuis adsit iusiurandum, quia quidquid sit in
8 litis decisiuo delato à patre, † promissorium sim
pliciter appositum non habet executionem. *Ias.
in l. 2. n. 20. de iur. iur. Seraphin. priuil. iuram. 77.
n. 32.* sequitur *Rot. coram R. P. D. Lancellott.
Bonon. bonorum. de losignanis. 21. Aprilis.* 1600.
9 post *Thesaur. decis. 26. n. 7.* † Prout etiam nulla
scriptura, præter laudum habet viam executi-
uam. *Ang. in l. cum antea. n. 4. vers. nota bene. C.
de recept. arbitr. Rot. coram R. P. D. Peña Anco-
nitana pecuniaria. 23. Iunij.* 1603.

EPITOME.

Appellatio quando possit interponi, & admitti die feriato in honorem Dei, [& quid stante statuto prohibente aliquid fieri dicto tempore, [& vbi adest consuetudo admittendi dictas appellationes, [& an possit scribi per notarium prohibitum aliquid facere à dicto statuto præfatis diebus.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio potest interponi, die feriata in honorem Dei. Secus prosequutio. & n. 9.*
2 *Actus extraiudicialis potest fiere die feriata.*
3 *Appellatio est actus extraiudicialis. & n. 7. Nec in eius delatione est necessaria citatio partis.*
4 *Appellatio potest admitti die feriata.*
5 *Statutum debet redigi ad formã iuris cõmunis.*
6 *Appellatio non venit sub statuto loquente de contractibus, distractibus, & placitis.*
8 *Dictio alius, comprehendit similia expressis.*
10 *Consuetudo potest tollere ferias, etiam in honorem Dei. & n. 12.*
11 *Consuetudo notoria non indiget probatione.*
13 *Statutum generaliter derogans ferijs non intelligitur de ferijs in honorem Dei, & coronationis Pontificie.*
14 *Vtilitas publica, & priuata non debet præferri Diuinæ Maiestati.*
15 *Iurisdictio, vbi est finitura, potest exerceri etiã diebus feriatis. intellige, vt n. 16.*
17 *Consuetudo, vt reddatur ius diebus feriatis, excusat ex causa, vt venientes de longinquo citius expediantur.*
18 *Permisso eo, quod principaliter geri potest, censetur permissum omne genus probandi ipsum principale negotium. & n. 19.*
20 *Notarius potest adhiberi ad scribendum admissionem appellationis tempore feriato, etiam quod sit prohibitus per statutum dicto tempore aliquid facere.*

Decisio V.

NVllitas appellationis, quæ opponebatur
in causa Incicchi de Asculo coram me
vertente, non fuit visa releuans. Appel-
1 latio enim potest interponi † omni tempore,
etiam die feriato in honorem Dei; licet secus sit
in eius prosequutione. *Abb. in c. fi. col. 5. n. 13. de
fer. Bart. in l. 1. C. eod. Felin. in c. cum in. Ferra-
riensis. col. 18. vers. secunda conclusio. nu. 56. de
2 constitutio.* Ratio est, quia omnis † actus extraiu
dicialis potest fieri die feriata. *l. dies festos. C. de
fer.* prout est appellatio, quæ interponitur à sen-
tentia definitiua extraiudicialiter in domo, &
3 in camera, & dantur Apostoli, † & defertur ap-
pellationi, nec requiritur partis citatio, quæ es-
set necessaria, si esset actus iudicialis. *c. nos in
quemquam. 2. q. 1. c. inter quatuor. de maior. &
obedien. Rot. decis. 40. si appelletur. de appellat. in
nouis.* Et sicut potest appellari die feriata, ita
4 etiam † appellatio potest admitti, quia concessis
extremis, conceduntur media. *Salic. in d. l. 1. ad
fin. n. 4. vers. quæro nunc quid de libello. C. de fer.
Felin. in c. significauerunt. col. 3. in fi. n. 10. vers.
sexta declaratio. de iudic.*

Non obstat statutum, per quod prohibentur
contractus, distractus, ac placita fieri diebus so-
lemnibus, quia intelligitur, nisi in casibus à iure
5 permissis, vt sic † generale statutum redigatur
ad intellectum iuris communis, sicut verba con-
tractuum, & omnium dispositionum generaliter
initarum. *l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. l.
quidam in filium. de verb. oblig.*

Præterea dictum statutum loquitur de con-
tractibus, vel distractibus, quorum nuncupatio-
6 ne † non venit appellatio, pro vt neque etiam
sub nomine placiti, quod propriè dicitur cum in
figura iudicij explicatur. *c. placita. 15. q. 4.* sed ap
pellatio non explicatur. in figura iudicij; & sic
7 nullum habet † in se strepitum, quia potest por-
rigi in scriptis vbicumque Iudici. *c. appellatio. de
appellat. in 6.* Vnde cum cesset ratio prohibitio-
nis, & iuris non comprehensi in statuto, debet
etiam cessare eius dispositio. *l. commodissime de
liber. & post.*

Neque obstat, quod in dicto statuto nõ solum
prohibeantur præfata, sed etiam alij actus; quia
debemus intelligere de illis, qui sunt similes præ-
cedentibus, prout est de natura dictionis, alius,
8 † vt comprehendat similia expressis non contra-
ria, & maiora. *c. sedes. de rescript. l. seru. C. de
seru. fugit.* [Et in specie, quod non obstante di-
cto statuto possit etiam die feriato in honorem
9 Dei appellari, † & admitti appellatio, concludit
*Ancbar. cons. 361. visa plena facti narratione, in
primo dub. Felyn. in c. significauerunt. n. 10. col. 3.
in fi. vers. sexta declaratio. de iudic.*

Non obstat Constitutio generalis Prouinciæ
Marchiæ. *c. 23. lib. 6.* vbi prohibetur Iudicibus,
Notarijs, Procuratoribus, & Aduocatis exerci-
tium quarumcumque causarum, etiam crimina-
lium, & alicuius actus iudicialis, vel extra, etiam
voluntariæ iurisdictionis in dicto die, sub pœna
excom-

excommunicationis,& nullitatis actorum, vltra
alias pœnas,præterquam pro carcerato,& alias
prout latius in dicta Constitutione.

Quia respondetur,quòd de consuetudine pas-
sim in omnibus causis admittuntur appellatio-
nes etiam diebus solemnibus, & feriatis in ho-
norem Dei : quæ quidem consuetudo valet, etiã
10 quòd tollat † dictas ferias, ita vt non possit op-
poni de huiusmodi nullitate. *Bald.in l. quadra-
ginta.C.de fer. Alex.cons.53. quæritur. colum.1.
n.3. lib.5.* Et ista consuetudo non indiget alia
11 probatione,† cum sit notoria in curia. *gloss.in
clem.appellanti de appell. Rom.cons.51.in princ.
Natt.cons.218. n.5 p.1.*

Prædicta tamen responsio non est simpliciter
admittenda : Nam tunc valebit statutum dero
gatorium feriarum in honorem Dei, si fiat ex
12 causa legitima;† vt dicit *Bart. in tract. de repre-
salijs.q.9.principali.q.4.* Vnde vbi causa non pos-
set cõsiderari,nõ esset dicendũ quòd consuetudo
posset simpliciter dictis ferijs derogare : Neque
13 statutũ etiã generaliter super † prædictis dispo-
nens debet intelligi de ferijs in honorem Dei.
*Alex.d.cons.53. col.2. n.10.vers. quia respondeo.
lib.5.* prout neque de ferijs coronationis,& crea-
tionis Pontificis intelligitur derogatio genera-
lis feriarum. *Mandos.in tract.commissionum
form. 13. versic.primus erit.& vers. quod prima
clausula.* Quibus stantibus,semper abstinui à di-
ctis appellationibus interponendis in præfatis
diebus, prout etiam ab alijs actibus, de quibus
in dicta Constitutione, cui non est derogatum
per consuetudinem prædictam, quæ potius cor-
ruptela,& abusus dici potest,cum maximum ab-
surdum à lege habeatur, vt ne dum priuata,
14 sed publica vtilitas anteponatur diuinæ † maie-
stati. *l.dies festos.C.de fer. Alex.d.cons.53.n.10.*

In causa tamen,de qua agebamus non obstan
te dicta consuetudine valuit appellatio ; quia
aderat causa legitima, vt constat ex facto, vltra
quòd eramus in fine termini dati ad appellandũ;
& sic cum appellatio esset peritura, erat neces-
saria eius admissio,quia regulariter vbicumque
iurisdictio finiret, potest etiam diebus feriatis
15 per Iudicem † procedi,ne iudicialis instantia
euanescat. *Specul.de fer.§.sequitur.in fin.nu.12.
arg.tex.in c.consuluit.de offic.delegat.& cap.fin.
de iudic.*

Quod intelligitur quando Iudex non esset in
culpa,neque in ferijs solemnibus,vt per *Io.And.
in addit.ad Specul.in d.§. sequitur. in littera G,
post Guid.de Suzar.* per eum ibi allegatum *in l.
16 sciendum.ff qui satisd. cogant.* [Immo † quando
esset res tempore peritura, posset procedi etiam
diebus feriatis in honorem Dei. *Milius in verbo
Feriatis diebus*. Non autem dicitur peritura,
quando perit sola iurisdictio, sed quando perit
res ipsa,vel ipsum de quo agitur, siue actio, vel
probatio. *Milius ibid. post Antonium* per eum
allegatum *in c.fin.opposit. vlt. de iudic.*

Et ad prædicta facit,quod voluit *Franc. Mar.
17 decis.410.p.1.* vbi testatur † in parlamento Gal-
liæ ius reddi etiam feriatis diebus in honorem
Dei ; & consuetudinem in hoc excusandam, vt
venientes de longinquis partibus citius expe-
diantur.

Non obstat, quòd saltim d.appellatio non te-
nuit, ex quo non videbatur esse probata per di-
ctam scripturam confectam tempore feriato, cũ
actus etiam extraiudicialis sit prohibitus scribi
dicto tẽpore à Notarijs,& tabellionibus, prout
legitur in dicta constitutione.

Quia respondetur, quòd quia dicta appella-
tio potuit admitti, poterit etiam super ea adhi-
beri notarius ad scribendum, licet aliàs prohi-
beretur. Probatio enim dispositionis est necessa-
ria,cum sine ea apud Iudicem parum ius valeret
l.duo sunt Titij. de testam. tutel. & permisso eo,
quod principaliter geri potest tempore feriato,
18 † videtur quoque in consequentiam permissum
omne genus probandi ipsum principale nego-
tium;quia hoc spectat ad officium Iudicis,vt sal-
ua sit rerũ probatio,& facultas probationis non
restringatur ad vnam speciem tantum. *l.eurent
ff.de testib. l.quoniam. C. de haret.* Intelliguntur
19 enim permissa,quæ sunt alias prohibita,† quan-
do veniunt in consequentiam, & incidenter ad
dispositionem, quæ permittitur. *c.super eo de
præbend.l.quoties.C.de iud.c.* Et ita in specie ca-
20 sus nostri de notario † adhibito in causa appel-
lationis tempore feriato,non obstante dicto sta-
tuto,concludit *Ancbar.cons.361.visa plena facti
narratione.n.4.col.2.in fin.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Feriæ in honorem Dei an obstent in causa dam-
ni dati in segetibus.& n.2.& 5.*
3 *Potest procedi diebus feriatis in honorem Dei
quando sumus in re,quæ est tempore peritura.*
4 *Festinatio bona permittitur Iudici.*
6 *Proclamata quando in subhastationibus prohi-
beantur fieri diebus festiuis c..*

¶ N. 8. *post verba*. seru. fugit.

*Roman.cons.42.n.6.*cum alijs per *Gonzal. de
alternat.glos.4.n.22.vsque ad nu.44.* vbi multis
similibus comprobat post *Menoch. de arbitrar.
lib.1.q.80.n.122. Felin.in c.sedes.col.fin.num.6.
de rescript.*

¶ N. 20. *post verba*. col. 2. in fin.

sequitur *Surd. cons.228.num. 12. lib. 2.*

Ob prædictam rationem euitandæ moræ in
actu,qui celeritatem desiderat,dixi aliàs cum
de hoc quæreretur,non obstare ferias in honorẽ
1 Dei in causa damni dati in segetibus, † & in
frumentis,cũ dicto tempore possint eligi periti,
& transmitti ad visionem loci, & damni illati.
Nisi enim statim aspiciatur damnum, superue-
niente pluuia, cum difficultate posset discerni
quale, & quantum fuerit, & quid propterea re-
sarcien-

fareiendum: Nam quemadmodum conceditur exercere opera ruralia, ne occasione momenti pereat commoditas cælesti prouisione concessa.
2 *l.omnes iudices. 3. C. de ferijs.* † Ita etiam debet concedi discussio, & inuestigatio per inspectionem, & similia remedia, ne ob morã pereat pro-
3 batio partis; † Prout regulariter potest procedi diebus feriatis in honorem DEI, quando res est tempore peritura, vel ipsum de quo agitur, cito corrumpitur. *Bart. in l. 1. in princ. de gland. legen. & ibi Add. in verb. debet. Idem Bart. in l. si prius. q. 10. de nou. oper. nunciat. Bald. in l. 1. n. 1. vers. sed nunquid. C. de tempor. appell. Rom. in l. si vero. §. de viro. ff. solut. matrim. Doct. in c. fi. de re iudic. Abb. in cap. licet. de ferijs. Felin. in c. Ecclesia Sancta Maria. col. 13. not. 8. in fi. n. 32. de constit.*
4 † Ista enim dicitur bona festinatio, quæ Iudici permittitur. *Bart. in c. 2. de re iudic.* Et ita in
5 specie de damnis datis notat † *Mandos. for. 13. commission. q. 11.* sequitur *Mar. Mut. super consuet. panormit. c. 70. n. 13. post Petr. de Vreno. in prax. notarior. in tit. de benefic. ne quis vocet. in ius die feriat. n. 6.*

Et quemadmodum permittuntur actus iudiciales diebus Festiuis ratione temporis non patientis dilationem, vt dictum est; Ita etiam hoc permittetur ratione loci; Prout aliàs dixi in subhastationibus, quarum proclamata licet prohibeantur diebus Feriatis in honorem DEI ad instar aliorum actuum iudicialium. *l. 1. §. domini-*
6 *cam diem. C. de ferijs.* † Tamen hoc non habet locum in pagis, in quibus possunt fieri dictis diebus, & in Ecclesia loci illius, vbi res sunt sitæ statim sub exitum Missæ; Etenim rustici non nisi tempore Festiuo, & raro in alio loco, quàm in Ecclesijs, aut tabernis frequentius conueniunt. *Rebuff. ad ordinat. reg. gall. de precon. art. 7. gloss. unic. n. 1.* Et ita seruari dicit *Coler. de process. exequut. c. 9. p. 3. nu. 103.* Vbi quod per saerificulos cuiusque pagi hoc intimatur: quod tamen an conueniat Ecclesiasticis, remittit se ad titulum *ne cleric. secular. negot. se immise.*

EPITOME.

Laudum quando dicatur nullum si latum sit de his, quæ nõ sunt in compromisso. [Et an data facultate super terris, censeatur etiam data facultas pronunciandi super fructibus non expressis in compromisso. [Et quid in æstimatoribus terrarum, [Et quæ in huiusmodi materia dicantur connexa. [Quando possit de dicta nullitate laudi opponi, & quid stante iuramento. [An censeatur recessum a laudo ob nouum compromissum.

SVMMARIVM.

1 *Laudum est nullum quando est latum super his, quæ non sunt in compromisso. Amplia, vt n. 2. cum sequen.*
6 *Data in compromisso facultate iudicandi super terris, censetur data facultas pronunciandi etiam super fructibus, & n. 14.*
7 *Fructus sunt pars fundi, & naturaliter cohærent terræ.*
8 *Aestimator, cui data est potestas astimandi terras, poterit astimare fructus tanquam cohærentes terra. Intellige vt n. 16.*
9 *Arbiter seu arbitrator potest cognoscere de cohærentibus, & accessorijs. Amplia vt n. 10. & 11.*
12 *Aestimatores electi a partibus habentur ad instar iudicum, & tanquam arbitri; secus in electo à Iudice n. 13.*
15 *Arbiter electus super aliquo beneficio non dicitur pronunciasse super re extranea, si vni beneficium, alteri fructus adiudicauit.*
17 *Cohærens dicitur, sine quo non potest res commodè expediri.*
18 *Commissio facta super fundo non extenditur ad cognitionem fructuum.*
19 *Aestimatio fundi differt à quæstione ad quem pertineant fructus recollecti.*
20 *Coniuncta, & connexa quæ dicantur, & n. 21.*
22 *Arbitrator potest iubere vnam rem pro altera dari.*
23 *Arbitrator non potest extendere manum ad aliena, & incogitata, & n. 3.*
24 *Cautela, & clausula ad hoc vt arbiter possit iudicare de alia re extra compromissum.*
26 *Emptor an teneatur ad fructus perceptos ante declarationem pretij, quando illud fuit collatum in arbitrium tertij.*
27 *Data dilatione emptori ad soluendum, vsque ad declarationem pretij, non tenetur restituere fructus perceptos.*
28 *Agrimensor non probat possessionem, sed declarat quantum quis possideat.*
29 *In compromissis præfatio declarat finalem intentionem compromittentium.*
30 *Geminatio præcisa verborum arguit voluntatem compromittentium.*
32 *Arbitri non possunt iudicare sub diuerso sermone, sed sub eodem contextu verborum.*
33 *Arbitri pro bono pacis possunt iudicare res non deductas in compromisso. [Et dictum bonum pacis debet probari. n. 37.*
35 *Laudum latum super rebus non deductis in compromisso, sustinetur si partes fuerint præsentes illius prolationi, & n. 36.*
38 *Nullitas potest semper allegari non obstante quocumque lapsu temporis, si prouenit ex defectu potestatis etiam suspensæ, & inhabilitatis personæ. [Idem in arbitris num. 41. [Et quid stante iuramento. n. 45.*
42 *Iurans stare laudo, neque de nullitate dicere, non poterit de ea opponere.*
43 *Iuramentum non operatur vltra consensum.*
44 *Pactum de non dicendo de nullitate laudi, non extenditur ad nullitatem, quæ procedit ex defectu potestatis arbitrorum.*
46 *Laudum si non valet vt laudum, saltim valet vt pactum, & transactio.*
47 *Transactio non potest induci, nisi probetur simultaneus consensus ambarum partium.*
48 *Per secundum compromissum videtur recessum à primo.*
49 *Laudum secundum latum de consensu partium valet, & primum non attenditur.*
50 *Transactio valet contra transactionem.*

51 Lau-

51 *Laudum secundum valet contra primum.*
52 *Arbitratoribus non arbitrantibus potest agi prima actione competenti.*
53 *Renuncians in compromisso iuri sibi competenti, intelligitur si laudum sequatur.*
55 *Natura clausula reseruationis iurium est, vt salua sint omnia iura partium.*
57 *Reseruatio iurium generalis nihil operatur, nisi prius appareat qua sint ista iura. & n.62.*
59 *Clausula reseruans ius, illud conseruat, non autem ampliat, aut de nouo dat. [Et habet conditionem si de iure competat ius reseruatum. n.60. [Et si fuit erronea nihil nocet. n.61.*
63 *Ex laudo nullo, nulla potest peti executio.*

Decisio VI.

SEntentia D. Iudicis à quo, lata ad fauorem
hæredum q. Francisci Castracani de Fano,
contra DD. de Vigerijs de Senogallia quòd
non subsistat, visum fuit verius: cum per illam
fuerit mãdatum exequi laudum, seu declarationem
æstimatorum, qui licet solum haberent potestatem
æstimandi terras, de quibus agimus; tamen
vltra æstimationem valoris de dictis terris
factam, etiam diuiserunt pro rata temporis fru-
1 ctus recollectos de anno 1587. † Et sic laudum,
seu declaratio dicitur nulla, tanquam de his,
quæ non sunt comprehensa in compromisso. *l. nõ
distinguemus. §. de officio. ff. de arbitris. l. si eum
dies. §. plenum. ff. eod. Bart. in l. cum aquiliana.
de transactio. n.4. Ant. in c. quintaualiis, nu.32.
col.10. differ.23. de iur. iur. Io. Bapt. de S. Blasio.
de differ. int. arbitr. & arbitrat. q.72. num.45.*
2 † [Quod procedit tam in arbitro, quàm in arbitratore.
*Ias. in l. ait prætor. in princ. n.8. de re iudic.
Becc. cons.99. num.13. in fin. Decian. cons.33.*
3 *nu.133. lib.1.* † etiam quòd sit arbiter de Iure, &
de facto, qui neque potest iudicare, nisi super deductis
in libello petitionis. *Castr. cons.136. viso
libello. in fi. lib.2. Corn. cons.188. col.2. vers. atten-*
4 *to quòd lib.3.* [Immo † etiam quòd compromissum
sit generale, extenditur solùm ad prosecuta.
*Soccin. cons.220. n.2. ad fin. lib.2. Rom. cons.108.
in princ. Cephal. cons.693. n.16. lib.5.*
5 † [Et adeo, est nullum vt ratificari non possit.
*Socci. cons.18. col.13. nu.38. vers. & ex prædictis
deciditur. lib.1. Dec. cons.434. in fi. Rom. cons.
155. n.4. post Bald. de pace Const. vers. sententia
quoque, & cons.101. nobiles. ad fin. lib.3. Calcan.
cons.1. viso. n.18. Doctor. in c. examinata de confirmat.
vtili, vel inutili. Paris. cons.24. n.156. lib.
2. Corsett. sing.19.*
6 † Non obstat, quòd data facultate super terris,
censeatur etiam data facultas pronunciandi
super fructibus; cum non sint res diuersæ. *l. fi. §. si
procurator. vers. fructus. ff. quæ in fraud. credit.
Castr. in l. Iulianus. §. si fructibus. nu.2. de actio.*
7 *empti. Ruin. cons.134. n.13. lib.1.* † [Immo potest
dici vnitas terrarum, & fructuum, qui naturaliter
cohærent, & sunt pars, & viscera fundi.
l. fructus pendentes. 44. de rei vendicat. Tiraq. de
8 *retr. lignag. §.1. glos.7. n.38.* † Vnde potuerunt
dicti æstimatores in eorum laudo super fructibus,
tanquam cohærentibus, & connexis pronunciare;
nec propterea dicuntur excedere fines
compromissi. *Butr. in c. constitutus. de relig. domib.
Bald. in l.1. n.3. C. si à non comp. iud. Host. in
c. cum dilectus. ad med. vers. nisi de his. de arbitr.
Ceph. cons.121. n.12. lib.1. Io. Bapt. de arbit. c.15.
num.9. lib.9. Lanfranc. q.9. memb.5. n.14. eod. tit.*
9 † [Quod habet locum non solum in arbitro, sed
etiam in arbitratore, qui potest de incidentibus,
cohærentibus, & accessorijs cognoscere, & pronunciare.
*Ang. cons.42. porrecta. n.3. col.2. vers.
modo restat respondere. Lancellot. de attent. pend.*
10 *comprom. c.15. n.136. & n.77. & 85.* † [immo in
quolibet perito, & à partibus electo, qui omnes
indistinctè possunt apponere modos congruos,
& adiacentes. *Bal. & alij in l. si super possessione
in fi. C. de transact. Natta cons.248. n.5. Anchar.*
11 *cons.207. n.5.* † [Et licet prædicti loquantur in
arbitris; tamen idem dicendum est in æstimato-
12 ribus; intelligendo de illis, † qui electi sunt à partibus,
quia tunc faciunt eorum relationem, tanquam
arbitri, & habentur ad instar iudicum, potius
quàm testium. *c. quia iudicante. de præscript.
Felin. in c. proposuisti. col.4. n.7. concl.3. fall.3. in
fi. de probatio. Natta cons.40. nu.3. & cons.259.
n.1. Couar. var. resol. lib.2. c.13. nu.4. Gabr. cons.
43. n.1. Simon de Pretis,* qui loquitur in æstimatore,
cons.154. n.7. prout etiam *Lupus de Vsur.
§.5. num.33. Redoan. de reb. Ecclesiæ non alien.*
13 *rub.19. n.146.* † licet secus esset in æstimatoribus
à Iudice electis. *Ias. in l. arbitro. n.9. qui satis.
cog.* cum alijs per *Felin. in d. c. proposuisti.
num.11. de probatio.*
14 † Et in specie, quòd possit arbiter iudicare de
fructibus, licet non expressis in compromisso, tenet
*Azo. tit. de recept. arbit. n.27. Inno. in cap. ex
parte. colum.1. cir. med. vers. sed dicet quomodo.
eod. tit. Felin. in c. causam quæ n.5. vers. vbi in
mandato. de re iud. Add. ad Bart. in l. cum aquiliana
in verb. compromissum. de transactio. Sim.
de Pretis, cons.184. n.9. Corn. cons.10. n.12. lib.2.*
15 † vbi arbitrator electus super aliquo beneficio,
pronunciando, quòd vnus habeat partem fructuum,
& alter beneficium, non dicitur pronunciasse
super re omnino extranea, licet potestas
solum esset cognoscendi super beneficio.
16 Quia respondetur prædicta † habere locum
quando quæstio, seu controuersia de prætio, &
æstimatione fundi, super qua fuerunt homines
electi, esset adeo connexa, & dependens cum
quæstione fructuum, itaut necessario sine illis nõ
potuisset explicari, & decidi; vt post *gloss. &
Blanc.* per eum allegatos concludit *Cephal. cons.
693. n.23. & 24. lib.5. post Hostiens. in c. cum dilectus
ad med. vers. nisi de his tantum. de arbitr.*
17 † vbi ad hunc effectum intelligit cohærentia si-
18 ne quibus non potest commodè expediri. † [Et
quod commissio facta super fundo non extendatur
ad cognitionem fructuum post *Aret. in §. ite
si in iudicio in gloss. in ver. legibus n.5. vers. tertio
consideratur. Instit. de except. concludit Beccius
cons.21. n.18. vers. sequitur. col.5. post med.* Quod
non

19 non est in casu, de quo agimus, † cum aliud sit
æstimatio fundi, aliud quæstio, ad quem perti-
neant fructus recollecti in fundo post mortem
vsufructuarij; sunt enim pœnitus diuersæ, & se-
20 paratæ causæ; † cum coniuncta, & connexa di-
cantur quæ ex continentia factorum separatio-
nem non recipiunt, & vnum ad alterius perfe-
ctionem, & ad vnum finem tendit. l. cum actum
18. §. planè de nego. gestis. gloss. in l. cum filius.
49. §. 1. in verb. neuter de verb. oblig. Bald. in l.
21 ampliorem. 35. in princ. n. 4. C. de appellatio. † &
quorum vnum sine alio non potest stare. Aret. in
c. translato. de constit. cum alijs latè per Menoch.
de arbitr. casu 95. per totum. Fely. in c. cum inter
n. 7. de re iud. Lancell. de attent. appell. pend. limi.
2. n. 10. [Et quod sint causæ diuersæ, ita vt vna
sine alia stare possit, & sic non habeant coniun-
ctionem, patet ex secundo laudo postea subsecu-
to, & per partes acceptato; vbi fuerunt distin-
ctim huiusmodi causæ decisæ, & particulariter
super æstimatione fundi pronunciatum, & super
fructibus facta alia prouisio. vt latius in d. laudo
continetur.

Immo etiam in casibus, in quibus concludunt
22 Doctores, † quod possit arbitrator iubere vnam
rem pro altera dari, vel remanere, vel apponere
modum conditionẽ, & terminum, de quibus per
Butr. in c. quintaualles. differ. 24. inter arbitrum,
23 & arbitrat. de iur. iur. † [Tamen intelligunt, nisi
sint talia, de quibus non sit cogitatum, cum ad
aliena prorsus, & incognita nõ possint extende-
re manum. Caccialup. qui dicit esse notandum in
tract. de transactio. q. 18. n. 9. vers. temperant au-
tem. vbi propterea subiungit cautelã, vt ponatur
24 clausula illa; † Quòd quæstio, & lis esse, & fuisse
intelligatur de omni eo, & toto, de quo fuerit lau
datum; tunc enim poterit iudicari de alia re ex-
tra compromissum, cum per partes videatur sal-
25 tim cogitatũ in genere; † [Licet etiã quod ades-
set d. clausula, ita pronunciari poterit, si penden-
te compromisso mota fuerit aliqua lis, alias non
posset esse litis decisio. Socc. cons. 220. ad fi. lib. 2.
post gloss. in l. 2. in ver. iubebit. C. de transact. Fel.
in c. sedes. sub n. 4. vers. & dixit Bald. col. 5. de re-
scriptis. Blanc de compromis. q. 6. n. 9. & 10.

Et hæc quidẽ multum faciũt ad casum nostrũ;
Cum nemo vnquã diceret, ꝙ partes eligendo pe
ritum pro æstimatione fundi cogitauerint illum
elegisse ad diuidendum fructus recollectos post
mortẽ vsufructuarij, cũ dicti homines sint igna-
ri, & idiotæ, & nõ sit in illis scientia iuris ciuilis,
quæ desideratur in casu, de quo agimus; in quo
26 est disputandũ, an † emptor teneatur ad fructus
perceptos ante declarationem prætij, quando il
lud fuit collatũ in arbitrium tertij; vt per Castr.
cons. 267. in facto illorũ. col. 1. lib. 1. Rui. cons. 144.
lib. 1. n. 2. Cagno. in l. curabit n. 42. C. de act. emp.
Herc. in l. de diuisione. sol. mat. Gabr. cons. 57. n. 4.
27 [Et an † videatur data dilatio ad soluendũ vsque
ad declarationẽ d. prætij, qua dilatione data, em
ptor non teneretur ad fructus perceptos. Anan.
cons. 19. Paul. in l. Iulian. §. ex vendito. de actio.
empti. Socci. cons. 88. n. 7. & cons. 130. nu. 6. vol. 4.

Dec. cons. 219. Gabr. d. cons. 57. n. 5. [Præsertim
stantibus clausulis amplissimis, de quibus in in-
strumento vẽditionis, in quo omne ius vẽditores
in emptorẽ transtulerunt, & omnes actiones, cõ-
stituentes interim pro dictis emptoribus possi-
dere cũ alijs, de quibus latius in instrumento; &
sic ex qualitate causæ, & personarũ satis dicitur
28 de hoc per partes non fuisse cogitatũ, † [sicuti di
cimus de agrimensore, ad cuius electionẽ solum
deuenitur, non vt per illũ probetur possessio, &
dominium, sed quando possessio est probata, &
ignoratur quantum possideatur, vt per eius rela
tionẽ declaretur quantum quis possidear. Ruin.
cons. 124. n. 2. & 3. lib. 5. [Maximè cum in cõpro-
29 missis factis, tam in præfationibus, † quæ decla-
rant finalem intentionẽ ipsorum disponentium.
l. 1. ad Maced. Bart. in l. fi. de hæred. instit. Alex.
cons. 79. eleganter. n. 1. lib. 5. quàm etiã in dictis
compromissis repetantur semper eadẽ verba ad
30 æstimandum salmas decẽ; † quæ quidem præcisa
geminatio verborũ arguit voluntatẽ cõpromit-
tentium fuisse super æstimatione fundi, non de
alia differentia fructuũ, de qua neque tũc aderat
31 lis, neque cogitatio litis; † Vnde non mirum si
arbitri ad pœnitus incognita, & incogitata non
potuerunt manus extendere; vt dicit Caccialup.
d. q. 18. num. 9. de transactio.

Maximè quia in casu de quo agimus, isti arbi-
tri non pronunciarũt sub eodẽ contextu verbo-
32 rum; sed sub diuerso sermone, † primo referẽdo
valorem æstimationis terrarũ de Flor. 250. pro
qualibet salma, postea deueniendo ad diuisionẽ
fructuũ; quo casu non possunt arbitri pronuncia-
re, sed solum sub eodẽ capitulo & vnico verborũ
contextu. Corn. cons. 10. n. 12. lib. 2. Ang. in d. l. cũ
Aquiliana. l. de his, & seq. de transact. Et ita post
Iac. de S. Geor. & Spec. per eum allegatos cõclu-
dit Blanc. de comprom. s. q. 6. de potest. arbitr. n. 6.
vers. hoc tamen debet ita interpretari.

33 Nõ obstat, † quod pro bono pacis arbitri pos
sint extendere manus in adiudicãdo res non de-
ductas in cõpromisso. c. nisi essent de præb. Cepha.
cons. 121. n. 15. Corset. de priu. pacis in princ. n. 2.
Bapt. de S. Blasio de arb. q. 72. n. 45. in fi. Io. Bapt.
c. 16 n. 3. eo tit. Caccialup. de transact. q. 18. n. 8. in
fi. vbi refert id factum fuisse in causa confinium
34 inter Auximum, & Recanetum; † vbi arbitrator
assumptus super finibus laudauit in recompensa-
tionem quædam de pedagio.

35 Quia prædicta procedunt † propter præsen-
tiam partiũ prolationi laudi consentientiũ, cum
sic sustineatur, quasi ex nouo cõpromisso Ruin.
cons. 135. n. 6. lib. 5. Socc. cons. 220. n. 1. in fi. lib. 2.
36. † [Vnde videmus, quòd si apparet laudũ latum
præsentibus partibus, licet non adsit compromis
sum, tamen sustineretur in vim taciti compro-
missi, vt post Ang. in l. sciendum de verb. oblig.
dicit Socci. cons. 220. n. 2. lib. 2.

Et quatenus pro quiete, & bono pacis hoc cõ-
37 cederetur, † tamẽ illud deberet deduci, & proba-
ri. ad not. per Bar. in l. 1. de cond. & demon. Bal.
in l. si quis nõ dicã rapere. C. de Episc. et Cler. [Et
ita in specie cõcludit Socci. d. cons. 220. n. 2. lib. 2.

Non

Non obstat ꝙ non possit amplius de dicta nul
38litate opponi,† quia cum simus in ea,quæ proue
nit ex defectu potestatis, & inhabilitatis perso-
næ,semper allegari poterit,non obstante quocũ-
que lapsu temporis.*glos.fi.in clem.1. de sequestr.*
poss.Alex.cons.77.in causa,& hic.n.8.lib.2.Gem.
cons.24.quia diffusè n.12.in fi.Rom.cons.41.n.2.
39*Dec.cons.8.viso puncto.n.7.*† [Non solum quãdo
Iudex omnino caruit iurisdictione,sed etiã quan
do allegatur, ꝙ iurisdictio illius erat suspensa.
Lanfranc.in c.quoniam contra.in verb.exceptio-
nes.n.9.et in tract.de arb.p.7.q.51.Becc.cons.40.
40*sub n.7.*† [Et non solum quãdo quis funditus ca
ret iurisdictione, sed etiã quãdo processit in cau
sa,vti ordinarius cũ esset delegatus,vel è contra.
Bart.in l.1. C. de his, qui pro sua Iuris. Neuiz.
cons.52.n.15 Becc.cons.161.n.7.ad fi.[Et in spe-
41cie † de nullitate prouenięte ex defectu potesta-
tis arbitrorum, quod nunquã censeatur exclusa.
Paris.cons.24.n.102 lib.2.Ruin.cons.14 n.15.in
*2.dub.lib.2.Dec.cons.434 in fi.Becc.*qui dicit re-
ceptissimam opinionem. *cons.99.nu.32. Gaz.ad.*
cons.72.num.12.vers.non obstat.Gabr.de statut.
conclus.3.vers.primo amplia.

42 Non obstat,† quod fuerit promissum stari lau
do cum iuramento, & non contrauenire, neque
de nullitate dicere;quo casu de ea nõ poterit di-
ci,& pactum valebit.*Bald.in l.vb. pactũ. n.9. de*
transact. Ang.cons.187.in fi. Alex.cons.32. nu.4.
43*lib.2.* [Quia iuramentum † non operatur vltra
cõsensum. *Socc.cons.66.n.14.lib.1. Aret.cons.24.*
in princ.Cephal.cons.118. nu.32. Aim.cons.242.
col.3.n.3.Becc.cons 99.n.29.& latius cons.40.n.
8.vbi post *Ang.cons.187.& Ruin.cons.14.n.18.*
44*lib.2.*concludit † d.pactũ non extendi ad nullita-
tem,quæ procedit ex defectu potestatis arbitro-
45rum,† ita vt neque requiratur absolutio à iura-
mento,licet dicat tutius esse illam petere.*Van-*
tius in rub.quis possit dicere de nullit.n.37.

46 Non obstat,ꝙ si non valet vt laudum,† saltim
debeat valere vt pactum,& transactio.*ad not. in*
l.2.C.commu.vtriusque iudicij,& in c.examina-
ta.de confir.vtil.vel inuti.[Quia nõ potest indu-
47ci transactio,† nisi appareat simultaneus consen-
sus ambarum partium,qui cum non probetur in
casu nostro non potest dici, vt fit in vim transa-
ctionis ;cum ad hoc, vt valeat, requiratur pa-
ctum expressum, vt per *Calder. cons.80. de re*
iudic.& post Abb. cons.92. incip. contra senten-
tiam. refert, & sequitur *Soccin. cons.220.num.3.*
col. 3. vers. nec huic conclusioni. lib. 2. Crauett.
cons.29. num.6.& cons.182. nu.12. Natta cons.
95. num. 3.

Præterea, quando præmissa omnia cessarent,
considerabatur in casu, de quo agimus, quod
fuit recessum à primo lando ob nouum compro-
missum, & electionem æstimatorum, qui æsti-
maruut dictas terras ad rationem florenorum
230.pro qualibet salma, reseruando ius vtrique
parti petendi fructus anni 1587. prout de iure;
& d. declaratio fuit per partes acceptata;
48† Quemadmodum enim per secundum compro-
missum videtur recessum à primo, cum non sit
dicendum,quòd partes voluerint fieri duas æsti-
mationes, quia possent esse diuersæ,vna in plus,
altera in minus, & sic esset incertum pro qua
ipsarum deberent illi recipere, vt dicit *Castren.*
49*cons.267.n.2.ante med.lib.2.*† Ita etiam quando
fuit latum secundum laudum de consensu par-
tium, prout in casu nostro, valet secundum, &
primum non attenditur, quasi quodam nouo
compromisso accedente de consensu partium;
50† Sicut enim valet transactio contra transactio-
51nem, si partes volunt,† ita laudum secundum
contra præcedens. prout ita in specie conclu-
dit *Caccialup.de transactio.q.9 nu.4.vers.quan-*
do verò. Anchar.cons.107. nu.4.& 5.

Eo magis,quia partes venerunt ad executio-
nem secundi laudi, quia prætium terrarum fuit
solutum secundum æstimationem illius. Quo ve-
rò ad fructus ibi reseruatos ad hoc vt declara-
retur ad quem de iure spectarent,fuit factum no-
uum compromissum in homines cõmuniter ele-
52ctos qui licet non declarauerint,† ex quo posset
dici quod arbitratoribus non arbitrantibus,pos
sit agi prima actione competenti,cum non intel
ligatur recessum nisi sequatur arbitramentum.
Felyn.in c.cum olim in fin.de præscriptio. Natta
53*cons.390.n.2* † Vbi enim quis renunciat in com
promisso iuri sibi competenti,intelligitur,si lau-
dum sequatur. *Bald.in l.si diuersas.C.de transa-*
ctio.vers.ex prædictis apparet.n.5.col.2.Natta
d.cons.390.n.2. [Tamen non per hoc dicendum
est,quòd possit agi ex primo laudo, sed benè po-
terit agi ex actione, quæ reseruatur in secundo,
cum primum, vt diximus fuerit in totum reuo-
catum,& remaneat secundum in suo robore, vt
videatur ad quem de iure spectent dicti fructus:
sed non quod posit peti executio laudi primi,de
quo est quæstio,& quod nullum esse prætenditur.

54 Non obstat,† ꝙ secundum laudum acceptatũ
(vt diximus) non videatur in totum correctoriũ
primi.Nam licet reformauerint arbitri primam
sententiam, quoad valorem proprietatis terra-
rum:Tamen quoad fructus reseruarunt ius vtri-
que parti, cum clausula petendi. & consequendi
prout de iure:ex quibus verbis videtur in totum
eorũ intentio fuisse non præiudicandi in aliquo
iuribus partium,sed in totum conseruare;tùm
quia super dictis fructibus non fuit per eos in
55specie pronunciatum contrarium,† tum quia na
tura reseruationis est, vt salua sint omnia iura
partium, nihil addendo, vel minuendo, quibus
adhuc vti possunt,prout ac si nulla dispositio, &
sententia post primam subsecuta fuisset.*Castren.*
cons.139.n.6.lib.1.Aym. cons.33.n.17.

56 Quia respondetur,† quòd dicta verba, prout
de iure, non possunt intelligi secundum laudum
latum; quia remitterent ad grauamen ipsum, &
ad Iudicem grauantẽ, de quo partes conquestæ
sunt,& ideo ab illo recesserunt. [Maximè quia il
lud,prout de iure,fuit ab ipsis partibus declara-
tum,quo modo debeat intelligi, dũ in executio-
nẽ d.secundi laudi fecerunt cõpromissum,in quo
narrant,ꝙ vterque prætendit ad se spectare fru-
ctus,de quibus agimus,ideo huiusmodi differen-
tiam

tiam compromittunt terminanndam de iure,
prout latius in d. compromisso, in quo nulla fit
mentio iurium ex d. laudo prouenientium. Præ-
57 sertim † quia d. reseruatio operari non potest, cũ
sit generalis, nisi prius appareat quæ, & qualia
sint ista iura. *Bar. in l. si sic. de leg. 1. Aim. cons. 33.*
n. 20. [Immo etiam, quòd intelligeretur reser-
uatum ius illud, de quo in laudo tamen cum fue-
rit supra plenè probatum de illius nullitate, &
58 sic quòd nullum ius competat, † nihil reseruatio
operabitur *l. si quis legauerit. de leg. 1. Oldrad.*
59 *cons. 214.* [Ratio est quia natura † reseruationis
est ius competens conseruare, non autem am-
pliare, aut de nouo dare. *Veronen. cons. 25. col.*
60 *pen. Aim. cons. 144. n. 15.* † vbi quod habet con-
ditionem si de iure competat ius reseruatum.
Natt. cons. 472. n. 24. Dec. cons. 516. col. 5. Gemin.
cons. 108. col. 2. Ias. cons. 186. col. 4. ad med. lib. 4.
61 † [Et si fuerit erronea nihil nocet, etiam quòd
iuramentum esset interpositum, cum sine consen
su iurantis nihil operetur. *Bal. in l. 1. C. commod.*
Aret. cons. 14. colum. 2. Aim. cons. 144. num. 16.
62 † [Neque est inconueniens, vt reseruatio nihil
operetur, vbi ius reseruatũ non competit. *Aim.*
consil. 127. n. 7. in fine. Ex quibus fuit denegata
63 executio. Cum ex laudo † nullo non possit peti
l. 4. §. condemnatum. ff. de re Iudic. l. si cum nulla.
ff. eod. tit. Rom. cons. 141. in princ.

EPITOME.

Monasterium quando succedat Monacho, & in quibus bonis; [An habeatur loco filij, & excludat parentes à legitima; [Et quid si parentes habent vnde se alere possint.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium succedit Monacho professo, siue in bonis, quæ habebat tempore ingressus, siue in his, quæ postea obuenerunt.*
2 *Intellige in quolibet Monasterio, si prohibitum non reperiatur.*
3 *Religiones fratrũ Hæremitanorum sub regula sancti Augustini sunt capaces successionum ex priuilegio Alexandri Papæ Quarti.*
4 *Monasterium ad bona obuenta, vel acquisita consequenda, an possit intentare rei vendicationem, vel potius implorare officium Iudicis.*
5 *Monasterium habetur loco filij, & num. 9. Intellige, vt num. 10.*
6 *Monasterium excludit parentes à legitima. Contrarium est verius, & æquius, vt num. 8.*
7 *Opinio vltimo loco relata videtur approbari.*
11 *Non est expressum quo ad legitimam, quòd monasterium habeatur loco filij.*
12 *Melioramenta sunt præcipua eius, qui illa fecit, ita vt non teneatur relaxare rem donec sibi soluantur.*
13 *Etiam quòd non esset probata certa quantitas, cum debeat æstimari, vel concedi retentio pro melioramentis liquidandis.*
14 *Idem in interesse non probato.*

Decisio VII.

IN causa inter Monasterium sancti Augustini de Monte Sancto, cum Erminia Bartholomæi, coram me vertente, vt colligitur ex processu facto, tàm in primis duabus instantijs, quàm in tertia. Facti species, ex quo ius oritur. *l. si ex plagijs. §. cum in cliuo. ff. ad leg. aquil. Dec. in l. precibus. C. de impub. & a ijs substit.* reducitur solùm ad instrumentum confectum die 7. Septembris 1559. à Matthia matre Meniæ vxoris Crucitti; Quæ Matthia vna cum Ioanne Iacobo de Monte Appono eius viro vendidit tertiam partem domus, de qua agimus, Crucitto eius genero; quam venditionem dixit facere pro danda dote Iuliæ tertiæ filiæ, cum alias duas partes d. domus dedisset etiam in dotem alijs duabus suis filiabus, quarum vna est Angela secunda filia; altera est Menica prima filia, & vxor Crucitti.

Ex quo instrumento apparet, quòd Crucittus tunc temporis habebat duas partes d. Domus; videlicet, vnam partem pro dote Meniæ suæ vxoris, alteram, quam emit à Matthia eius Socru, vt dictum est.

Defuncta Menica Crucittus olim eius vir non vendidit præfatam domum Erminiæ, & Bartholomæo coniugibus, vt præsupponitur in libello porrecto ad instantiam monasterij S. Augustini, contra Erminiam; sed dat totam Domum in dotem Bartholomæo pro Erminia eius futura vxore, cum conditionibus, & pactis, prout in instrumento celebrato die prima Septembris 1584.

Cui dotationi de præfata domo consensit frater Io. Baptista filius vnicus d. q. Meniæ, & Crucitti pro omni suo iure, & interesse; quod non poterat facere, cum per multos annos ante esset
1 monachus † professus religionis sancti Augu-
stini, cui professo succedit monasterium, siue
in bonis, quæ habebat tempore ingressus, siue
in his, quæ postea obuenerunt, *cap. quia ingre-*
dientibus. 19. q. 3. c. in præsentia. de probation.
authen. ingressi, vbi Bart. num. 15. & authen.
2 *si qua mulier. C. de Sacros. Ecclesijs*; quæ † per-
missio extenditur ad quodlibet monasterium,
si prohibitum non reperiatur; vt post *Calder.*
cons. 46. an bona ingressi. de testam. refert, &
sequitur *Guliel. Redoan. de Spol. ecclesiasticis,*
q. 8. de successione clerici ab intestato, n. 46. vers.
vnde si tenemus. vbi refert omnes religiones
capaces successionum; & sub *nu.* 51. loquitur
3 de † fratribus Hæremitanis, qui viuunt sub re-
gula sancti Augustini, qui ex priuilegio eisdem
concesso per Alexandrum Papam Quartum, pos
sunt in communi acquirere, & retinere quæcun-
que bona mobilia, aut immobilia, exceptis bo-
nis feudalibus, vt latius ibi per eum.

Vnde ex prædictis, die 2. Decembris 1594. confirmaui in parte sententiã D. Iudicis à quo; videlicet quo ad tertiam partem præfatæ domus quam dixi spectare ad Monasterium, tanquã successorem Fratris Ioannis Baptistæ; & in

alia

alia parte fuit reuocata d. sententia, quæ loquitur de tota domo, prout etiam præsupponebat libellus, cum ex instrumento producto per Erminiam ream conuentam appareat, ius solum competere Monasterio pro d. tertia parte; ad quam dimittendam fuit Erminia condemnata:
4 Licèt enim † monasterium ad ipsa bona obuenta, vel acquisita consequenda non habeat actionem, nec possit intentare rei vendicationem; Tamen potest implorare officium Iudicis; vt cõcludit *Nicol. de Vbaldis de successio. cleric. ab intestato. in 2. p. num. 9. colum. 2. vers. restat iã videre ibi, tamen ipsum monasterium. Redoan. de spolijs ecclesiast. q. 8. num. 47. & 48. §. deueniendo. eod. tit. de successio. clerici ab intestato regularis & secularis.*

Et quoniã superuixit pater filio monacho defuncto, conclusum fuit, quoad legitimam succedere patrem in bonis ingressi, excluso monasterio. Et licèt *Azo.* teneat contrarium, vt refert *Bart. in auth. si qua mulier. col. 4. num. 18. vers. dicunt quidam, quòd etiam parentibus. C.*
5 *de Sacrosf. Eccl.* † quia monasterium habetur vt filius: vnde debet excludere parentes. [Tamen *Bart. ibidem* post *O. drad.* & alios dicit verius esse, & etiam suadere æquitatem, quòd debea-
6 tur legitima patri. Et huius opinionis † fuit etiam *Specul. in §. qualiter concipiet. n. 9. col. 2. vers. quintò quæritur. de stat. Monachor.* vbi dicit, quòd aduentitia transeunt in monasteriũ, quoad proprietatem, quando filius in potestate existens intrat religionem; salua tamen falcidia patri, & saluo vsufructu; & clarius ita concludit idem *Specul. in d. § qualiter. n. 59. colum. 9. vers. quinquagesimotertio quæritur. eod. tit. de statu monach.* vbi referendo opiniones, hanc vltimam ponit, quòd parentes debeant habere debitum bonorum subsidium in bonis ingressi;
7 quæ opinio † in dubio, tanquam vltimo loco relata, videtur approbari; *Alexand. consil. 164. viso processu in princ. lib. 2.* [Prout etiam idem repetit *Specul. ibid. n. 71. verb. ad præmissorũ. col. 10.* Et hanc opinionem esse veriorem contra Azonem dicit *Apostilla ad gloss. in d. auth. si qua mulier. in verb. liberos C. de Sacrosf. Eccl. vbi Salic. & Iason. n. 36. col. 9. ad med. Innoc. & Io. And. in c. in præsentia. de probatio. vbi Abb. nu. 53. col. 15. vers. item ex dictis.* testatur de communi. per *text. in auth. presbyteros. C. de Episc. & Cleric.* contra *gloss. in d. auth. si qua mulier. in verb. liberos. & gloss. in c. si qua mulier 19. q. vlt. Nicol. de Vbaldis de successio. ab intest. cleri. regul. & secul. in 2. p. col. 3. n. 14. in 3. conclus. vers. quæro quid si habeat parentes.* vbi dicit opi-
8 nionem *Azonis* † esse nimis rigorosam, licet dicat procedere de iure, distinguendo quando parentes non haberent vnde se alerent; tunc illis deberetur aliquid pro alimentis. Et hanc opinionem tanquam communem latè sequitur *Ioãnes Roias in Epitome successiõn. c. 29. in 8. amplia. num. 40.*

Ex quibus fuit deducta legitima partis de dictis bonis filij ingressi religionem, cum secundũ Decis. Marchiæ.

veriorem opinionem, per monasterium non excludatur à d. legitima, vt dictum est.
9 Non obstat, quòd immo monasterium debeat excludere parentes, cum habeatur loco filij. *c. in præsentia. de probat. g. oss. 1. in §. sed & hoc præsenti. ad fin. auth de Sanctis Episcopis. & in l. si ita quis promiserit. 135. in vers. interesset. de verb. oblig. §. ea lege. & in auth. si qua mulier. in verb. liberos. C. de sacrosf. Eccl. Barbat. de præstantia Cardinal. p. 1. q. 5. n. 14.* vbi reprehendit *Salicet.* qui *in d. auth. si qua mulier*, mordendo canonistas, tenet contrarium, dicens, illum imperitè loqui. *Spec. in §. nunc aliqua. n. 181. col. 46. vers. 153. quæro. in tit. de locat. Ang. cõs. 235. ad fi. n. 2.*
10 Quia respondetur quòd † monasterium nõ habetur loco filij, nisi in casibus à iure expressis; cum sit quædam fictio ad exemplum mortis ciuilis, quæ æquiparatur naturali, in casibus tantũ expressis; vt post multa cõcludit *Felin. c. in præsentia. de probatio. n. 42. col. 18. vers. tertio quæro vtrum monasterium.* dicens *Bartolum* bene locutum fuisse *in d. auth. si qua mulier.* dum dixit, non reperiri iure cautum, quod monasterium habeatur loco filij. *Bal. in l. filium. n. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur.* vbi quòd est fatuitas dicere, quòd sit loco filij; sequitur *Mantic. de cõiect. vlt. volunt. tit. 1. n. 6. lib. 1. 1.* latè *Iraq. ad l. si vnquam. C. de reuocand. donat. in verb. susceperit liberos. num. 46. ibi. sed nec semper. & nu. 47. vers. sed & sunt qui constanter. Couar. var. resolut. lib. 1. c. 16. num. 6. vers. nullibi tamen expressum est.* [Et satis dictum est per Docto-
11 res allegatos, † non esse expressum quoad istam legitimam, vt habeatur loco filij; vt per *Roiam in Epitome de successio. d. c. 29. ampliat 8. nu. 40.* cum alijs supra deductis.

Et quoniam per Erminiam fuerunt deducta quædam pretensa melioramenta facta in dicta tertia parte domus; ideo fuit reseruatum ius
12 pro dictis † melioramentis, cum sint præcipua eius, qui illa fecit; ita vt non teneatur relaxare rem, donec sibi soluantur. *l. pen. ff. locati. l. domos. de leg. 1. Paris. cons. 69. nu. 14. lib. 3. Gozad. cons. 86. n. 25. Cephal. consil. 189. n. 37. l b. 2.* latè *Decian. consil. 79. num. 5. lib. 2.* etiam quòd non
13 esset † probata certa quantitas, cum debeant æstimari, vel saltim concedi retentio pro melioramentis liquidandis; vt per *Cagnol. in l. quæte-*
14 *nus. in fi. de reg. iur.* ad exemplum interesse † non probati. *Bart. & alij in l. vnica. C. de sententijs, quæ pro eo, quod interest. Corn. cons. 318. col. fi. in fi. lib. 4.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Pro legato alimentorum facto religioso, seruo, & persona incapaci non datur actio, sed competit officium iudicis. & n. 2.*

¶ N. 4. *post illa verba.* regularis, & secularis.

Prout dicimus de legato alimentorũ, pro quo

1 licet detur actio, † Tamen secus est quando fuit
factum alicui Religioso, & sic personæ incapa-
ci, quia cum habeatur pro mortuo, non potest
exercere actionem; Exemplo serui, qui est etiam
incapax actionis. Vnde datur officium iudicis,
in quo illud residet, ita vt possit quandocunque
velit exercere. *Rip. in l. 1. n. 47. col. 11. in prin-
cip. vers. vltimo fallit. ff. de leg. 1. Ias. in l. 1. col. 5.
in princ. num. 9. vers. adde quod fratres. C. qui
admitt. Doctor. in l. seruos ad custodiam.* vbi
*Bart. num. 3. in fin. de alim. & cibar. leg. Go-
mes. de testam. tit. de legat. c. 12. num. 46. Surd.
de alim. tit. 3. q. 4. n. 12. vsque ad num. 14. Pere-
grin. de iur. Fisc. lib. 3. tit. 14. vers. duodecima
conclusio. per tex. in c. exijt qui seminat. col. 11.
vers. ita tamen quod ab omni. & col. 14. in fin.
vers. in hoc casu illud in omnibus. de verb. signif.*
2 *in 6.* † Et in seruo, qui non potest agere, tamen
intentat officium iudicis pro alimentis etiam
contra Dominum. *est tex. in l. seruus ad cu-
stodiam templi. de alimen. & cibar. leg. l. qui-
dam. §. illo. C. de necess. seru. hæred. instit.* latè
Surd. de alim. priuil. 7. tit. 8. num. 2.

¶ N. 10. *post verba.* & sunt qui constanter.

Et *de retr. lign. §. 1. glos. 8. num.* 20. Et ab hac opi
nione non esse recedendum, tàm in iudicando,
quàm consulendo, testatur *Hieron. Ceuall. q.
192. in fin.*

EPITOME.

An detur appellatio à reiectione appellationis, tàm de iu-
re communi, quàm secundum formam Constitutio-
num Rotalium.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non admittitur à reiectione appel-
lationis secundum formam* Constitutionum
Rotalium.
2 *Sententia lata super impotentia appellandi di-
citur interlocutoria quoad principale, secus
quoad instantiam appellationis.*
3 *A sententia, quod non possit appellari, de iure
non datur, appellatio quando reiectio appella-
tionis esset facta cum causa cognitione.*
4 *Secus si incontinenti Iudex appellationem
reijceret, & num. 6.*
5 *Causa debet esse aperta, ob quam Iudex appel-
lationem non admittit.*
7 *Dictum Doctoris est intelligendum secundum
doctrinas allegatas.*

Decisio VIII.

IN causa inter D. Hieronymum Cuneum, &
D. Constantiam de Grimaldis de Ancona,
sub die 26. Octobris 1594. Rota declara-
uit non esse locum appellationi interpositæ per
d. Grimaldam, mandando exequi sententiam
latam contra eam ad fauorem d. Hieronymi. Et
quia fuit interposita appellatio ab huiusmodi
reiectione appellationis, dubitabatur an esset
admittenda; Et negatiua opinio visa fuit ve-
rior; Nam per constitutiones Rotales in §. 34.
1 disponitur, † quòd si inter partes fuerit discor-
dia super natura & qualitate ipsius causæ, vtrū
appellatio de iure veniat admittenda, necne,
Auditores Rotæ ante omnia super hoc pronun-
cient, & ab illorum pronunciatione tunc non
detur appellatio. Vnde cum ita fuerit serua-
tum in huiusmodi causa, in qua omnes iudica-
runt, non poterit vlterius appellari. [Idem
dicendum est inspecto iure communi. Nam
sententia lata super impotentia appellandi di-
citur interlocutoria; quod intelligitur quoad
principale; secus quoad instantiam appellatio-
nis, quam definit, quia illo respectu est defi-
nitiua. *Card. in clem. fin. colum. 1. in fin. vers.
secundo quæro. de appellatio. Franc. in c. sua
nobis. 65. num. 3. eod. tit.* vbi dicit esse interlo-
cutoriam, cum dicimus de iure non posse ap-
pellari: & tamen dirimit totam causam appel-
lationis; quod dicit, secundum *Bald.* esse men-
ti tenendum, & alibi non inuenisse, neque scri-
ptum, neque notatum; & sic d. respectu, habet
3 vim definitiuæ. [Et ab ista † sententia, quòd
non possit appellari, non datur appellatio,
quando reiectio appellationis esset facta cum
causæ cognitione, prout in casu nostro. *Bart.
in l. 1. in fin. vbi Matthesil. num. 4. C. quorum
appellat. non recipiunt. Natt. consil. 529. nu.
30. Cephal. consil. 185. num. 3. lib. 2. Contard.
in l. vnica. C. si de moment. possess. quæst. 5. in-
hibitio. num. 9. & q. 1. num. 27. vsque ad nu. 31.*
4 † Secus si incontinenti Iudex appellationem re-
spueret; quia tunc posset appellari ab ista re-
5 iectione. Immo † causa debet esse aperta, pro-
pter quam Iudex appellationem reijcit: vt post
*Alexand. ad Bart. in dicta l. 1. C. quor. app.
non recipiuntur*, dicit *Contard. ibidem dicta
quæstione 5.*

Neque obstat quod posset allegari exaduer-
so, eundem *Contardum in d. quæst. 1. sub nu. 3.*
concludere, quòd detur appellatio à reiectione
6 appellationis † facta à Iudice ad quem; Quia
intelligitur quando causa non cognita, & par-
te non citata Iudex non detulit appellationi;
quo casu omnes supradicti Doctores conclu-
dunt, posse appellari. Et ita loquitur *Barto-
lus* per *Contardum* allegatus *in dicta l. 1.* se-
7 cundum quem † ipsum debemus intelligere;
& sic per doctrinas adductas. *Roman. consil.
211. col. fin. num. 5. versic. quod vltimum.
post Bart. in l. non solum. §. si liberationis. n.
7. vers. præterea. ff. de liberat. legata. Alexand.
cons. 32. in causa executionis. num. 7. col. 2. in
fi. vers. nec obstat si ad hoc. lib. 4.*

EPITOME.

An detur appellatio à sententia, in qua confirmatur tenuta
mandando subhastari bona, & plus offerenti deliberari.
Et quando in possessorio, vel in executiuis per appel-
lationem impediatur executio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Appellatio admittitur à sententia, quæ non continet solam possessionem, sed est mixta in proprietate.*
2 *Propter condemnationem expensarum datur appellatio etiam in possessorio.*
3 *Appellatio in dubio debet admitti.*
4 *Appellatio est admittenda, etiam in possessorio, & in executiuis, cum constat de iniustitia ex eisdem actis. & num. 8.*
5 *Ad tenutam renunciatam non datur regressus.*
6 *Renuncians liti & causa amplius non auditur.*
7 *Impugnans contractum ob non consensum proximiorum debet probare tunc habuisse consanguineos habiles ad consentiendum.*
9 *Notorium dicitur, quod constat ex actis.*
10 *Attentata sunt reuocanda post appellationem legitimè interpositam.*
11 *Appellatio suspendit sententiam, vt executioni demandari non possit.*
12 *Per appellationem, siue reiectam, siue admissam semper tota iurisdictio Iudicis à quo suspenditur, itaut non possit se amplius in causa intromittere.*

Decisio IX.

A Sententia lata ad fauorem Lauræ q. Ludo-
uici de Ancona, contra Ioannem Lamam,
& litis consortes dabatur appellatio, cum
in ea confirmetur tenuta capta per d. Lauram,
& mandetur subhastari bona, & plus offerenti
deliberari, & de retractu satisfieri, prout latius
in d. sententia continetur; ex quibus verbis pos
sessores, ne dum priuantur possessione, sed etiam
dominio rei; Vnde cum non contineat solam
possessionem, sed sit mixta cum proprietate, &
1 excedat † terminos simplicis possessionis, de iu-
re datur in totum appellatio. *Contard. in l. fin. limit. 2. in princ. n. 45. C. si de momēt. poss.* Ma-
2 ximè † stante condemnatione expensarum, de
qua in d. sententia apparet, quarum occasione
datur in totum appellatio, vigore constitutionis
Prouincialis *lib. 6. c. 2. in fi.* & quatenus esset du
bium, in omni casu censetur appellatio permissa,
3 † nisi expresse reperiatur prohibita. *gloss. fin. in l. qui restituere. in fi. ff. de rei vend. Socc. consil. 39. capio primum. n. 1. lib. 4.*

Præterea dato quod essemus in casu, in quo
appellatio non esset admittenda, puta, quia in
mero possessorio, vel in executiuis; Tamen cum
de iniustitia appareat ex iisdem actis, appella-
4 tio debet admitti, etiam quoad effectū † suspen-
siuum, & impedit executionem. *Alex. cons. 106. viso themate anteposito. n. 27. li. 3. Menoch. de adipisc. possess. n. 8. 0. & 854. rem. 4. Gabr. cons. 36. in princ. lib. 2.* De manifesta autem iniustitia pa
tet per duo instrumenta in iudicio exhibita, in
quibus Laura liberat Patrignanum, fatendo scu-
ta 100. per eā modo petita ad eius manus per-
uenisse, & denuò, quatenus opus sit, extinguēdo
censum, & renunciando liti, & causæ, cum pro-
missione amplius non molestādi, occasione præ-
dicta, cum alijs, de quibus latius in dictis instru-
mentis cum decreto, & consanguineis, iuxta for-
mam statuti: Vnde in sententia non poterat con
5 firmari tenuta renunciata, ad quam † non datur
regressus. *l. quæritur. §. si venditor. de adil. edicto. Paris. cons. 5. n. 156. lib. 4. Roland. cons. 95. n. 34. vol. 1.* & renūcians liti, & causæ amplius non au
ditur. *Doct. in l. postquam liti. C. de pact. Caputaq.*
6 *decis. 205. n. 4. lib. 1.* † quia dicitur renunciasse iu
ri, quod habet maxime in prophanis. *Rot. in antiq. decis. 52. de sent. & re iud.* Itaut perdat pos-
sessionem, & dominium quando sponte liti, &
causæ renunciat. *Menoch. de recuper. possess. remed. 1. num. 270.*

Neque obstat, quod dicitur d. contractum, &
liberationem factam à Laura esse nullam, cum
non interuenerit nisi solus Franciscus frater
Lauræ; Nam prædicta sufficiunt iuxta disposi-
tionem Statuti. Maximè cum Laura iuret,
prout in instrumento, se nullum alium habere
consanguineum in Ciuitate, & districtu Anco-
næ, prout vere non constat alios habuisse, qui
contractui interuenire deberent: [Et qui vult
impugnare contractum, sub prætextu, quòd
7 consensus proximiorum non † interuenerit,
probare debet tunc habuisse consanguineos
habiles ad consentiendum, & quòd de facili
potuisset d. consensus adhiberi. *Alexand. ad Bart. in l. si tertius. in princip. ff. de aqua pluu. arcen. Castren. consil. 124. in causa, quæ vertitur. colum. 2. volum. 1. Corn. consil. 316. colum. 5. num. 7. dub. 3. lib. 1. Aym. consil. 80. num. 14. Roland. de lucro dotis. quæst. 64. num. 19. Lamberteng. de contract. mulier. glos. 12. num. 2.*

Et quatenus omnia prædicta non sufficerent, constat de manifesta calumnia in actis,
quæ etiam est digna non mediocri pœna, &
apertum ius reddit contra Lauram. Nam cum
fuissent exhibitæ dictæ renunciationes contra
cam per Ioannem Lamam, & litis consortes,
fuit pro parte ipsius Lauræ oppositum de nul-
litate contra prædicta instrumenta cum alijs
exceptionibus præsertim simulationis, ad quam
ostendendā fuit producta apoca solutionis cen-
sus, de quo agimus, subscripta à Patrignano
venditore d. census die 29. Octobris 1591. in
quo falsitas est detecta, cum exaduerso fuerit
exhibita fides curati, probans, quòd Patrigna-
nus decessit die 17. Iunij 1591. & sic per qua-
tuor menses, & duodecim dies antequam di-
cta apoca fuit scripta; quòd solum sufficeret
pro verificanda manifesta iniustitia, & nulli-
8 tate dictæ sententiæ, quæ admittebat † appel-
lationem, etiam quod essemus in casu non ap-
pellabili, tam ex forma iuris communis, vt latè
per *Contard. in l. vnica. limit. 7. C. si de mom. possess.* cum alijs supra allegatis, quam ex forma cō-
stitutionis prouincialis. *lib. 2. c. 6.* Et cum ista cō-
9 stet ex † actis, dicitur euidens iniustitia, cum per
eam fiat legitimè notorium Iudici. *Corn. cons.*

10.colum.2.lib.4.Neuizan.consf.81.n.32.

Cum igitur appellatio esset admittenda, ea pendente nihil erat innouandum sub pœna nullitatis, & reuocationis omnium, quæ gesta sunt; maximè quia per Lamam fuit appellatum, & dicta appellatio legitimè intimata; vnde erat abstinendum ab executione, & alijs, de quibus in
10 † processu. Quæ omnia sunt reuocanda tanquā attentata. *Doctor. in cap. non solum. de appellat. in 6. Lancellot. de attent. appell. penden. in præfat. n.* 108. vbi quod appellatio suspendit sententiam, vnde neque executioni demandari, aut
11 innouari poterit, † iste enim est effectus, qui prouenit ex tali suspensione. *Lap. alleg. 2. n. 5. Paris. consf. 28. n. 22. lib. 4. Osas. decis. pedem. 5. n. 1.* Quæ etiam habent locum, quamuis Iudex à quo non admiserit appellationem, prout fuit factum in
12 casu de quo agimus. Nam † siue reiecta, siue admissa fuerit appellatio, semper tota iurisdictio Iudicis à quo suspenditur per appellationem, itaut non possit se amplius in causa intromittere, & propterea facit attentata. *Franc. in c. constitutus. 45. n. 19. de appell. Bursat. consf. 21. n. 13. lib. 2. Lancell. de attent. appell. pend. in præfatio. nu. 210. & ampl. 5. n. 5 6. & 7.* Bene igitur fuit iudicatum per D. Iudicē à quo, dum declarauit omnia facta post d. appellationem reuocanda tanquam attentata, prout etiam conclusum fuit per Rotam. Ex quibus confirmaui d. sententiam die 22. Iulij 1596. ad fauorem Io. Lamæ contra d. Lauram, cum eius condemnatione in expensis, quæ regulariter veniūt in huiusmodi iudicio attentatorum. *Lancell. de pœnis attent. num. 96.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians liti an videatur fateri aduersarij ius fouere, itaut per talem renunciationem possit actor obtinere sententiam, quamuis aliter non probet. num. 2.*
3 *Committens falsum perdit causam, non tamen aduersarius obtinet, si non probat.*
4 *Ad obtinendum non sufficit probare non ius alicuius, nisi probetur ius actoris.*
5 *Condemnatio in fructibus perceptis, & percipiendis quando fiat. & n. 6.*
7 *Obligatus ad fructus percipiendos non tenetur ad eos, quos posset percipere ex suis meliorationibus.*
8 *Taxatio fructuum percipiendorum quomodo sit facienda.*

¶ N. 6. *post verba.* remed. 1. n. 270.

Addebatur quod renuncians liti videtur etiā
1 fateri aduersariom ius fouere, † secundum opinionem *Bald. in l. postquam lite. nu. 9. vbi Curt. Fulgos. & Alex.* dicunt communem. *C. de pact.* Quamuis hoc non sit tutum; Nam verior est opinio contraria, quod per talem renunciationē factam à reo, nō possit actor obtinere sententiam, si actio sibi non competit, vel aliter probet suam intentionem, quando scilicet actoris intentio nō
2 est fundata, † licet secus sit in casu, in quo erat fundata, sed exceptione sublata. *Bart. in d. l. postquam lite. n. 7. Surd. decis. 282. nu. 21. & 22.* vbi testatur de magis communi. Exemplo committentis falsitatem, qui perdit causam, non tamen aduersarius obtinet, nisi plenè probet suam
3 intentionem; † Sufficit enim, quod reus perdat, & non possit vti defensione, quam deduxit ex proprio suo iure, non autem quod excludatur ex alia defensione sibi competente ex non iure actoris, qui si probabit obtinebit, & reus condemnabitur. *c. olim. 25. in fin. de rescript.* Vbi *Felin. col. 3.* docet quod ad obtinendum non suf-
4 ficit probare non ius aduersarij, † nisi etiam probetur ius actoris. *Alex. ad Bart. in l. in fraudem. §. quoties. de iur. Fisc. Ruin. consf. 15. n. 4. lib. 5. Surd. decis. 282. n. 23.*

¶ N. 12. *in fin. post verba.* attent. n. 96.

p. 3. c. fin. Vbi etiam quod fit condemnatio in
5 fructibus tām perceptis, † quām illis, qui percipi potuerunt. *Rot. decis. 5. de restitut. spoliat. in nou. Mandos. form. 14. commiss. in verb. fructusque.* Prout quando agitur contra spoliatorem violentum. *Bisiguet. decis. 11. de restit. spol.*
6 *Rot. diuers. decis. 552. p. 1.* † Cum alias ista condemnatio in fructibus, qui percipi potuerunt non fiat, nisi ad fauorem Pupilli, Minoris, & Ecclesiæ. *Tiraq. de retract. lignag. §. 15. glos. 1. n. 28. Crescen. decis. 8. de caus. poss. & propriet.* & voluit *glos. in l. patri. 28. §. item ex diuerso. in verb. cum fructibus. de minorib. Roman. consf. 454. in re præsenti. col. fin. vers. cæterum dico. num. 28.* Vbi *Mandos. in verb. singularis.* dicit multum notandum, allegando *d. decis. Crescent. Idem Roman. singul. 534. tu habes textum. Ias. in l. apud Iulianum. §. fructus. in 3. notab. de leg. 3.*

In casibus tamen, in quibus teneretur quis ad
7 fructus percipiendos, non venirent illi, † quos ex suis meliorationibus posset percipere. *Angel. in l. cæterum. §. improbe. de rei vendic. Rom. sing. 336. malæ fidei. Surd. decis. 294. n. 11. et decis. 282. n. 30.* vbi quod est multum notandum. *Rot. di-*
8 *uers. decis. 294. n. 1. p. 2.* † Et quomodo sit facienda istorum fructuum taxatio, *Alex. consf. 72. in fin. lib. 1. Masc. conclus. 817. n. 6. Surd. decis. 282. n. 26. vsque ad num. 34.*

EPITOME.

Possidens quando priuetur possessione per expulsionem coloni. [Et quid si non fuit expulsus cum tota familia. [Et qui veniant appellatione familiæ. [Attentata non considerantur in eo, qui continuat suam possessionem.

SVMMARIVM.

1 *Possidens animo suo, & corpore alieno, priuetur possessione per expulsionem coloni. Intellige vt num. 2. & 5. & 7.*

3 *Præ-*

3 *Præsumitur esse quod communiter accidit.*
4 *Probatio debet necessario concludere.*
6 *Indefinita non æquipollet vniuersali, in quibus agitur de præiudicio alterius.*
8 *Colonus si antequam eijciatur de fundo illum conduxerit ab eijciente, non dicitur ab eo acquisita possessio.*
9 *Familia quando dicatur de vno, vel de duobus, & num. 10.*
11 *Familiæ nomen quando contineat eos, qui in ministerio sunt.*
12 *Familia in edicto de publicanis significat corpus quoddam vectigalis causa paratum, & pertinet ad quoscunque, in eo ministrantes.*
13 *Attentata non considerantur in eo, qui continuat suam possessionem, etiam quod fieret per modum recuperationis, n. 14.*
15 *Spoliatum se asserens debet probare possessionem præcedentem, & spolium subsequutum.*

Decisio X.

CONclusum fuit D. Andream Pileum non
fuisse priuatum sua possessione per im-
missionem, & associationem concessam
procuratori D. Magdalenæ Fräcišcutiæ, de præ-
dio, de quo agimus cum eiectione coloni: Nam
1 quamuis ille, qui animo suo, † & corpore alieno
possidet, priuetur possessione per expulsioné co-
loni *l. peregrè 44. §. quibus de acquir. poss. Aret. in l. quamuis. §. si conductor. eod. tit. Doctor. in l. fi. C. eodem. Dec. cons. 400. n. 9.* [Tamen hoc est ve-
2 rum, quando omnes coloni † fuerunt expulsi, non
si vnus tantum, vel maior pars illorū, tunc enim
nunquam possidens sua possessione priuatur. *l. 1. §. non alij. de vi, & vi armata. Alex. in d. l. peregrè. §. quibus. col. 1. n. 2. & ibi Imol. de acquiren. poss. Berous q. 47. sub n. 4.* [Quod quidem non
constat in casu, de quo agimus. Cum enim simus
in prædio aratorio, & vineato, præsumptio est,
quòd adsint plures; vnde transfertur onus pro-
bandi, in aduersarium. argum. eorum, quæ no-
tantur per *DD. in l. cum dotem. C. de iure dot. & in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert. pet.*
3 *& in l. 1. eod. tit.* vbi volunt † quod præsumitur es-
se quod communiter accidit: [Ex quo apparet,
quod isti, qui fundane se in expulsione, debet ple-
nè, & perfectè probare, colonum expulsum cum
tota familia, vel saltim eum expulsum, qui solus
erat colonus. vel possessor, vel solus repertus in
domo, & expulsus, alias non sequitur, quòd per
d. expulsionem quis sit priuatus commodo suæ
4 possessionis; cum sic † probatio, necessario non
concluderet. *c. quoniam contra. de probat. l. non hoc. C. vnde legit.* & ita in spetie concludit *Gozadin. cons. 86. n. 12. col. 2. vers. præterea, & secundo, & vers. præterea, & quarto.*

Idque multo magis suadebatur, cū in casu, de
quo agimus non appareat, quòd d. colonus fue-
rit eiectus cum tota sua familia; tunc enim etiā
quod vnus remaneret de eius familia, prout ex
processu constat hic remansisse, non dicitur quis
5 priuatus sua possessione † *d. l. 1. §. non alij. de vi, et* Decis. Marchiæ. *vi arm. Alex. in d. l. peregrè. §. quibus in princ. n. 2. Gozad. cons. 86. n. 11. vers. 2. quod non sit priuatus. Bero. d. q. 47. n. 4. Rota diuersorum. decis. 643. in fin. p. 1.*

Quod adeo verum est, vt neque sufficiat si di-
ceretur indefinitè colonos, & familias eorum
expulsas esse; Debet enim dici omnes de familia,
vel omnes colonos. prout omnes expellere neces-
se fuit; Cum enim simus in ijs, in quibus agitur
de præiudicio, & damno alterius, illa indefinita
6 non † æquipollet vniuersali; cum æquipolleant ex
larga significatione; & interpretatione vocabu-
li. *Bart. in l. omnes populi. col. 20. de iust. & iur. Dinus in rubr. de reg. iur. in sexto.* & satis dicitur
tractari de damno, cum agatur de priuando iure
alterius, prout ità in specie per supradicta con-
cludit *Bero. q. 47. n. 4. in fi. vers. & licet in instrumento.* [Immò nequè sufficiet probare expulsio-
nem colonorum, cum etiam requiratur, quod
7 fuerint † expulsi actualiter de domo, & de fundo.
Burs. cons. 60. n. 19. vers. 4. quia possessio. Et quod
plus est, etiam vbi colonus eijcitur de domo, si
antequā eijciatur de fundo illum conduxerit ab
8 eijciente, non tamen ab eo † dicitur acquisita
possessio. *Put. decis. 131. lib. 2. Honded. cons. 20. num. 16. lib. 1.*

Non obstat, quod familia non dicatur de vno
9 cum immo † neque duo faciant familiam. *l. de-testatio. 40. §. fin. de verb. signif.* Quia hoc ve-
rum est secundum vim latini sermonis; Secus si
inspiciamus iuris rationem, & vim interdicti, &
prætorum voluntatem, secundum quam etiam
10 vnus facit familiam: Nam si vnus † seruus deie-
cit, tota familia deiecisse intelligenda est. *l. 1. §. familia autem. de vi, & vi arm. Alciat. in d. l. detestatio. §. fin. in glos. in verb. vnicus. de verb. signif. Bald. in l. iubemus. §. fin autem. C. ad Trebellianum. Prateius in suo lexicon iuris. in verb.*
11 *familia deiecit.* vbi etiam declarat † familiæ no-
men in edicto vi bonorum raptorum continere
eos, qui in ministerio sunt, etiam si liberi esse
proponantur, vel alieni bona fide nobis seruien-
tes. *ad l. 2. §. familia. de vi bonorum raptorum. l. 1. §. familia. vbi glos. in verb. seruorum. de vi,*
12 *& vi arm.* prout in edicto † de publicanis fami-
lia corpus quoddam significat vectigalis causa
paratum. *l. pronunciatio. 195. §. seruientium; vbi Alciat. de verb. signific.* nec ad seruos mo-
do publicanorum pertinet, sed ad quoscunque,
qui publicanis in eo vectigali ministrant. *l. 1. §. familia. & l. quanta. 12. de publicanis.* cum
alijs per *Alciat. in d. l. pronunciatio.* vbi etiam
docet, qui dicantur de familia, & illius appella-
tione veniant.

Quibus stantibus, neque ad fauorem d. Ma-
gdalenæ fuit acquisita aliqua possessio, nec d. An-
dreas fuit illa priuatus; & per consequens non
13 poterit dici extare aliqua attentata, quæ † non
cōsiderantur in eo, qui continuat suā possessio-
nem, prout est in casu, de quo agimus. *Rota decis. 10. alias 89. de appellat. in antiq. Franc. in c. cum teneantur. in primo notab. eodem tit. Castr. cons. 346. forma capituli. num. 2. lib. 1.*

14 etiam quod dicta continuatio fieret † per modum recuperationis. *Fastolus cauſ.20. dub.40. Lancell. de attent. 2. par. c.4. de attentat. lit. pend. limitat.1.num.35.*

Prout etiam, neque dictum fuit extare aliquod ſpolium, cum aſſerens ſe ſpoliatum † debeat probare poſſeſſionem præcedentem, & inde ſpolium ſubſecutum. *c. conſultationibus. de offic. deleg. l. 1. §. interdictum, de vi, & vi arm. Socin. in l. cum qua nobis. de acquir. poſſ. Roland. conſ. 6. n.5. vol.2. Menoch. de recuper. poſſ. in præludijs. n. 1. cum ſeqq.* Vnde non conſtat de prætenſis attentatis, prout ita fuit declaratum die 23. Iunij 1595.

A. D. D. I. T. I. O.

S. V. M M A R I V M.

1 *Colonus antequam eijciatur de fundo, ſi illum conducat ab expellente, non acquirit ei poſſeſſionem. & num. 2.*

3 *Extentores deponentes conſignaſſe fundum vacuum, & liberum, faciunt præſumi fuiſſe omnes colonos expulſos.*

4 *Executoribus creditur in ſpectantibus ad eorum officium.*

5 *Eiectio bonorum inquilini non requiritur, vt dicatur amiſſa poſſeſſio.*

6 *Promiſſio de ſoluendo penſionem, & conductio facta per colonum an operetur idem, quod expulſio ad acquirendam poſſeſſionem, & num. 7.*

¶ *N. 15. in fin. poſt verba.* die 23. Iun. 1595.

Ex prædictis etiam colligitur veriorem eſſe opinionem, quam alias in caſu mihi propoſito Dixi ſeruandam non obſtantibus his, quæ in contrarium opponebantur, quod colonus eiectus de domo: ſi antequam expellatur ex fundo conducat illum ab expellente, non facit ei acquiri poſſeſſionem; Expulſio enim videtur
1 ficta, & non vera. † Ideo magis præſumendum eſt, quod inquilinus voluerit ſtatim poſſeſſionem recuperare, quàm interuertere per calumniam poſſeſſionem domini, cui huiuſmodi ficta traditio non debet nocere. *l. fin. C. de*
2 *acquiren. poſſeſſ.* Et quamuis † *Bero. conſil.45. in fin. lib. 3.* voluerit contrarium, quod ſcilicet amittatur poſſeſſio, Tamen à priori ſententia non eſt recedendum, cum coloni debeant eijci de fundo actualiter, itaut difficilis ſit reditus ad poſſeſſionem. *Gozad. conſil.86.n. 10. poſt Aret. in l. quod meo. §. fin. de acquiren. poſſ.*

Quod magis habebat locum in caſu noſtro, quia in depoſitionibus executorũ nulla fit mentio, quod fuerit conſignata domus, ſeu fundus li-
3 ber, & vacuus †: tunc enim cenſeretur tota familia expulſa, cum alias non potuiſſet hoc fieri ſine dicta expulſione omnium, & ſic eſſet amiſſa poſſeſſio. *l. 2. §. vacua. & ibi gloſ. in verb. pertinet. ff. de action. empt. Bald. in l. fin. num. 42. verſ. ſexto opponendo. C. de edict. diu. adr. toll.* & eſt deciſio *Rot. coram Gardin. Seraphin. Spo-*
4 *letan. domus 30. Ianuarij 1581.* † Vbi etiam quod executoribus in hoc eſſet credendum, cum ſimus in his quæ ſpectant ad eorum officium. *Salic. in l. ob maritorum. in princip. verſ. iuxta dictum. C. ne ux. pro mar. Tiraq. de retract. lignag. §. 8. gloſ. 9. num. 22. poſt Bald. in l. 1. C. de priuil. fiſc.*

Non tamen requireretur eiectio bonorum inquilini, quia ſuper illis non reſidet ciuilis
5 poſſeſſio, † quæ eſt penes dominum, ſed ſuper naturali, quæ eſt apud colonum, ſeu inquilinum, quidquid contrarium dicat *Benint. deciſ. 93. num. 3.* cum eius opinio non ſit admittenda, vt per *Rot. coram Gardin. Seraphin. Spoletan. domus. 30. Ianuarij 1582.*

Neque obſtat quod ſimplex recognitio colo-
6 ni priuet dominum poſſeſſione, † quaſi promiſſio de ſoluendo penſionem, & conductio idem operetur, quod expulſio circa acquirendam poſſeſſionem. *Natt. conſil. 538. n. 10. Cephal. conſil. 19. n. 3.* Quia contrarium eſt verius, vt concludit *Dec. conſ. 410. num. 9. Surd. conſ. 117. n. 19. lib. 1.*
7 Et eſt ratio, † nam requiritur actus facti inducendo in poſſeſſionem cum receſſu coloni, neque enim ſufficit ſolum verbum, cogitatio, ſeu deſtinatio. *Bald.* in ſpecie. *in l. 1. in fin. verſic. quæro nunquid colonus. C. commun. de vſucap.*

E P I T O M E.

An & quando requiratur expulſio Coloni, ſi quis accipiat poſſeſſionem auctore prætore. ¶ Et quid operetur dicta auctoritas Iudicis, & quando pignus prætorium conſtituatur. ¶ Et ſi iuſſus prætoris non eſt iuſtus, an perdatur poſſeſſio, hic nẽ. ¶ Et quid in ingrediente poſſeſſionem ex mandato Principis non iuſto.

S. V M M A R I V M.

1 *Expulſio violenta, & immiſſio auctore prætore idem operatur, quo ad perdendam poſſeſſionem ciuilem, & naturalem.*

2 *Factum Iudicis dicitur repræſentare factum partis. & num. 9.*

3 *Poſſidens non amittit ſuam poſſeſſionẽ cum alius in eam inducitur, niſi quando inueſtitus occupat, vel niſi iuſto iuſſu Prætoris. & num. 4.*

5 *Iudicis auctoritas tantum operatur, vt qui debuit immitti in poſſeſſionem auctore prætore, et impeditus eſt, perinde eſt, ac ſi fuiſſet immiſſus.*

6 *Pignus prætorium non conſtituitur nudo verbo Iudicis, ſed neceſſarium eſt, quod inducatur in poſſeſſionem.*

7 *Prætoria miſſio non dat, niſi quandam deſenſionem, quæ eſt facti.*

8 *Iudex quemadmodum poteſt mandare Nuntio, vt me immittat in poſſeſſionem, poteſt etiam mihi dare licentiam, vt ingrediar propria auctoritate.*

9 *Idem ex conuentione partium, & in teſtatore qui poteſt dare licentiam. num. 10.*

11 *Electa vna via non poteſt ad aliam rediri.*

12 *Per*

12 *Per expulsionem colonorum colligitur coniectu-
ra, quod voluerit quis accipere possessionem
per viam facti non virtute mandati Iudicis.*
13 *Per immissionem Iudicis non perditur possessio,
nisi etiam fuerint expulsi coloni; licet secus
sit in eo, qui per se ipsum possideret secundum
Decium, sed contrarium est verius.*
14 *Iussus Iudicis si non est iustus, perditur posses-
sio, quamuis possit postea recuperari. contra-
rium est verius. vt num. 15. & 20.*
16 *Actus iudicialis fortius operatur, quā violentus.*
17 *Possessio iudicialis habet plus iuris, quam facti,
secus violenta.*
18 *Opinio vltimo loco relata videtur approbari.*
19 *Possidens ciuiliter contra quemcunque, & à quo-
cunque habet causam, potest illam ingredi pro-
pria auctoritate.*
21 *Ingressus possessionem, ex mādato Principis etiā
iniusto, si constat de eius voluntate, facit vt a-
mittatur omnis possessio ciuilis, & naturalis.*
22 *Idem in eo, qui fungeretur officio commissaria-
tus Summi Pontificis; secus in alijs inferio-
ribus.*

Decisio XI.

EXpulsio coloni cum tota familia, licet re-
quiratur ad hoc vt quis priuetur sua pos
sessione, Tamen in eadem causa Fanensi
ad fauorem Sor Magdalenæ de Pileis videbatur
nō esse necessaria, Quia sumus in eo, qui accepit
possessionem auctore Iudice, vt constat ex actis.
Vnde succedit conclusio, quod quicquid opera-
tur expulsio violenta ad perdendam possessio-
nem, per quam violentiam perditur omnis pos-
sessio, tàm ciuilis quàm naturalis, illud operatur
1 † immissio auctore prætore, licet nulla violentia
intercedat. *Ang. in l. qui vniuersas 30. §. item
cum prætor. de acquir. poss. ff.* quem refert *Ias.
in l. clàm possidere. § qui ad nundinas. n. 20. col. 3
post principium vers. tertio potest limitari. eod.
tit.* [Et est ratio secundum *Bart in d. l. qui vni-
2 uersas § possessionem*, quia † inquit factum Iudi-
cis dicitur repræsentare factum partis, vt per
Soccin. cons. 15. n. 6. lib. 4. & sequitur *Mohed. de-
cis. 86. aliàs q. de restit. spoliat. n. 4.* & idem vide-
tur in effectu voluisse idem *Angel. in d. §. qui ad
nundinas. n. 2. & in l. à diuo pio. §. si post aditā,
num. 1. vers. saluo quod non perdidit. de re iud.*
Et *Angelum* refert, licet non sequatur, *Dec. con-
sil. 103. in causa possessionis. n. 1. vers. sed tunc in-
surgit difficultas. Honded. cons. 20. n. 18. lib. 1.* vbi
testatur ita in Rota Romana fuisse decisum. *Si-
mon Vincentinus de iudiciali missione in posses-
sionem. col. 1. vers. cum verò. n. 11.*
3 Et ista opinio videtur † verissima, prout etiā
ita concludit *Compostell. in c. transmissa. ad fi.
de elect.* vbi dicit, quòd cum alio possidente ego
inuestior, vel in possessionem inducor, alius pos-
sidens non amittit suam possessionem; nisi qua-
tenus inuestitus occupat. *l. qui cum eo. in fin. de
acquir. possess.* nisi iusto iussu prætoris, puta, si
præcedente sententia contra possessorem, quis
inuestiatur, vel inductus fuerit; quia sic inductus
& inuestitus incipit possidere, & detentor amit-
tit possessionem. *l. damni. § non solum. de damn.
4 infect.* † [Secus si prætoris iussus non esset iu-
stus. *l. fin. C. si per vim, vel alio modo.* Idem vo-
luit *Cardin. in d. c. transmissa. col. 3. in principio,
vers. dicit etiam. Et ibidem Anchar. col. 2. vers. 2.
requiritur. sub n. 3.* qui sequuntur *Compostella-
num*, referendo omnia prædicta.
Et tantum operatur d. auctoritas Iudicis, vt
5 qui debuit immitti † in possessionem auctore
prætore, & non potuit, quia impeditus est,
perinde est, ac si fuisset immissus. *l. cum vnus.
§. fin. cum l. seq. ff. de bonis auctor. iud. possid.
Bald. in l. si postquam. num. 1.* vbi dicit esse sin-
gulare, *C. vt in possess. legatorum. Afflict. decis.
302. in princip. Alexand. in l. 3. in princip. n. 16.
col. 4. vers. aliter est casus. de acquiren. possess.
Pontan. de spolio, lib. 2. cap. 14. num. 130. Fe-
lin. post Milium*, & alios allegatos. *in c. cum
aliquibus. sub num. 5. col. 2. in princip. vers. li-
mita opinionem. de re iudic.* vbi intelligit habe-
ri pro immisso quoad commodum; secus quoad
incommodum.
6 Prædicta tamen intelligenda sunt; † vt pi-
gnus prætorium non constituatur nudo verbo
Iudicis; sed est necessarium, quòd inducatur in
possessionem. *Bald. in l. si postquam. n. 1. C. vt
in poss. ff. legatorum.* [Ratio autem quare hoc
possit contrahens, non autem Iudex; cum nō mi-
nor sit auctoritas Iudicis, quam contrahentis
7 est; Quia prætoria missio † non dat nisi quan-
dam defensionem, quæ facti est; & sine facto
nihil est, vt per *Bald. ibid.* & sic ex sola adiu-
dicatione per Iudicem simpliciter facta absque
mandato de immittendo, seu corporea tradi-
tione non oriretur effectus possessionis. *l. non
est mirum. de pignor. actio. l. cum postulasset.
eod. tit. Anchar. cons. 353. oportet primo. n. 3. Do-
ctor. in c. cum aliquibus. de re iudic. Pontan. de
spolio. c. 14. lib. 2. num. 130. in fin. Vincentinus
de iudiciali missione in possess. num. 12.* & faciunt
notata per *Dinum in c. 1. de regul. iur. in 6. in
princ. n. 6. vers. & hoc est certum.*
Ampliari etiam possunt prędicta, quando quis
esset executor de mandato Iudicis in causa
8 propria: Quemadmodum enim † potest Iudex
mandare nuntio, vt me immittat in possessio-
nem, potest etiam mihi dare licentiam, vt ego
ingrediar propria auctoritate, licet ista licentia
secundum Doctores intelligatur, si non reperio
resistentem, aliàs secus. *Castren. in l. iuste pos-
sidet. 11. num. 2. & ibi Iason de communi nu. 13.
9 ff. de acquir. poss.* & sicut † ex conuentione par-
tium potest quis ingredi possessionem propria
auctoritate. *l. creditores. C. de pignor.* ita etiam
potest hoc concedi à Iudice, quia factum Iudicis
censetur factum partis. *Ias. in d. l. iuste. nu. 18.*
Vbi intelligit quando Iudex iuste procedit. *Bar.
10 in l. meminerint. C. vnde vi.* † [Idem in testatore,
qui potest dare istam licentiam legatario, & fi-
deicommissario ingrediendi propria auctorita-
te; ergo etiam Iudex potest hoc facere. *Castr.
in*

in l. iustè. possidet. de acquiren. possess.

Istis tamen non obstantibus in eadem causa Panen. coram me vertente die 23. Iunij 1595. conclusum fuit non esse recedendum à conclusione superius firmata per ea quæ dicta sunt in præcedenti decisione. Neque obstat contrarium, quòd non videbatur requiri dicta expulsio coloni, cum fuerit capta possessio auctore Iudice: Quia respondetur quòd ille, qui cepit possessionem, non videtur cepisse illam vigore mandati Iudicis, cum elegerit viam expulsionis colonorum, qui non fuerunt omnes electi, vt supra dictum est, per quam censetur renunciasse alteri viæ sibi competenti, virtute d. mandati, & auctoritatis Iudicis non requirentis expulsionem;

11 † cum electa vna via, non possit ad alteram rediri. l. commissoriæ, C. de pact. int. emptor. & venditor. Specul. de arbitro, & arbitratore. n. 9. col. 2. in fi. vers. quid si compromissum. §. fin. Felyn. in c. cum ex officij. col. 9. vers. sed hic attende. n. 23. de

12 præscription. Et ex d. † expulsione potius colligitur coniectura, quòd voluerit accipere possessionem per viam facti, non virtute mandati Iudicis; licet illud præcesserit. Quod non attenditur quando constat de alijs coniecturis, prout in ingrediente possessionem alicuius dicit Bald. in l. possessionem. ad l. Iul. de vi pub. Menoch. rem. 5. de adipis. possess. in fine.

Secundo respondetur, quòd doctrina Ang. in d. l. qui vniuersas, limitatur, vt nõ procedat quãdo quis possidet per colonum; Tunc enim per

13 † immissionem Iudicis non perditur possessio, nisi etiam fuerint expulsi coloni; licet secus sit in eo, qui per se ipsum possideret. ita respondet Decius, cons. 103. in causa. col. fin. vers. non obstat tex. & pro hoc videtur facere etiam Rota diuers. decis. 645. p. 1. quæ loquitur in possessione data à Iudice; & tamen requirit expulsionem coloni. Quæ tamen non videntur tuta, cum Doctores ex aduerso videantur etiam loqui quando quis possidet per colonos.

Tertio omissa d. responsione dicitur, quod tũc non requiritur expulsio coloni in eo, qui Iudicis auctoritate capit possessionem, quando iussus prætoris est iustus; secus autem si iustus non esset. Vnde prius esset videndum, an mandatum Iudicis, cuius vigore fuit capta possessio sit validum nec ne, prout inferius de eius inualiditate constabit.

Neque obstat nonnullos Doctores tenere, quod quando decretum est nullum, & iussus iudicis non est iustus, perdatur possessio, quamuis possit postea recuperari agendo ad possessionẽ Iudicis officio, & condictione. l. fin. C. si per vim vel alio modo. Quia verior opinio, & magis com-

14 munis est, quod † non perdat possessionem is, contra quem fuit non iuridice actum, puta quia non esset citatus; licet alius fuerit immissus auctoritate Iudicis; pro vt tenet Hostiens. in c. quoniam frequenter, col. 11. vers. sed oppones sic. vt lite non contest. vbi etiam respõdet ad rationem differentiæ; quòd eiecto colono per violentiam, dominus perdit etiam ciuilem, quare idem non

15 erit, cum per Iudicem quis fuit immissus, † cum fortius debeat operari actus iudicialis, quàm violentus: quia (inquit) violentus intendit auferre possessionem colono, domino, & cuilibet, illamque sibi acquirere; non sic in iudice, qui non intendit eam sibi auferre, sed cuilibet ius suum reseruare: & ibi ampliat habere locum, non solùm in missione in possessionem, sed in mandato, sententia, & quolibet alio iudiciali

16 processu † Possessio enim iudicialis habet plus iuris, quàm facti; violenta nihil iuris habet, sed in solo facto consistit. Idem voluit Soccin. qui dicit veriorem opinionem. in d. c. quoniam frequenter, in fi. & ibidem Anchar. in §. quod si super. n. 13. vers. sexto quæro, & ibi Ambros. de Vignate in §. alijs verò, nu. 30. vbi de communi post Innoc. ibi col. 3. n. 8. in verb. nominare. licet ipse videatur referre aliam opinionem, quæ cum

18 sit vltimo loco † relata, censetur ab eo potius approbari, quàm prima. Alex. cons. 164. viso processu. in principio. lib. 2. Idem tenet Soccin. in l. rem quæ nobis, vers. tertio & vltimo. de acquir. possess. post Bart. in l. 2. n. 17. C. vbi in rem actio. Pontan. de spolio. p. 3. c. 5. n. 144. Alex. in l. a diuo pio. §. si post adiectum. n. 9. vers. extra glossam. de re iud. subdens ibi cum Imol. quòd etiam poterit propria auctoritate ingredi, cum non perdiderit ciuilem. Idem. Alex. in l. qui vniuersas. 30. § item cum prætor. de acquir. possess. vbi intelligit doctrinam Angeli procedere quando Iudex iuridice alium immisit in possessionem, quo casu absens fuisset priuatus omni possessione; & clarius cõtra Angelum tenet idem Alex. in l. clam. §. qui ad nundinas, col. 2. vers. prætereà de acquiren. possess. subdens, quòd alias sequeretur absurdum, quod iussus iudicis, & actus iudicialis afferret magnum præiudicium etiam quoad non citatum, cõtra l. de vnoquoque. de re. iud. & quòd auferret sibi ius, & potestatem ingrediendi propria auctoritate naturalem vigore suæ ciuilis;

19 cum regulariter † possidens ciuiliter contra quemcumque hominem mundi, & à quecumque habeat causam, possit illam ingredi propria auctoritate, vt per Aret. cons. 21. n. 5. Idem etiam voluit Anchar. cons. 353. nu. 3. Vbi quando quis possidet per Inquilinum, vel conductorem, si talis conductor de mandato Iudicis alteri respondeat, si talis pronunciatio fuit nulla, non priuatur dominus possessione. Idem dixit Bald. in l. 2. quæ incipit, ob maritorum. n. 5. C. ne vxor pro marito; qui loquitur etiam quando esset expulsus colonus possessoris non citati. Et ita in effectu videtur sentire Castr. in d. l. qui vniuersas. §. possessionem. de acquir. poss. Sarn. de ann. alt. q. 45. in princ. vers. punctus igitur. Vbi ita testatur deci-

20 sum esse in Rota. † Et ab ista opinione non est discedendum, cum omnes Doctores præsupponãt non requiri expulsionem coloni, quando quis fuit immissus ex iudicis iussu iusto; secus iniusto, prout concludit Compostellanus in d. c. transmissa in fin. vbi Cardin. col. 3. in princ. Anchar. col. 2. n. 3. de electio. Vincentinus, Honded. & alij supra allegati.

Præ-

21 Prædicta tamen non procederent † in ingref-
so possessionem ex mandato principis, quando
constaret de enixa, & expressa eius voluntate;
ex quo per consequens apparet de bono iure in-
gredientis; Tunc enim amittitur omnis posses-
sio ciuilis, & naturalis, etiam quod non adsit ci-
tatio, & iussus principis nō sit iustus. *Aym. consf. 5. n. 7. & 10. Bellam. decis. 105. in fin. Lancell. de*
22 *attentatis lite penden. in princ. n. 425.* † Quod ta-
men non poterit impune ab inferioribus impe-
trari, nisi esset qui fungeretur officio commissa-
riatus Summi Pontificis. *Paris. consf. 99. n. 19. lib. 4. Pontan. de spolio. p. 3. c. 8. in fin. nu. 145. & c. 2. num. 97. p. 3.*

Stante igitur firma d. conclusione, quòd non fuerit amissa possessio quando iussus Iudicis nō fuit iustus, & illius decretum nullum, nihil obstabunt prædicta; quia nos sumus in decreto nullo, & iniusto, ex rationibus in sequenti decisione allegandis. Et sic apparet requiri d. expulsionem coloni in casu, de quo agimus, etiam quòd simus in eo, qui accepit possessionem auctore iudice.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet ritè, & rectè procedere, vt priuet aliquem possessione non expulsis colonis, et n. 3.*

2 *Manutentio possessionis est danda quando executio est iniusta, & possidens non habet se pro spoliato.*

4 *Appellatio datur à decreto declarationis competentia iudicis.*

5 *Creditor ingressus possessionem debitoris præuia licentia data per Statutum, seu pactum quando dicatur custos, seu verus possessor. n. 6. 7. & 8.*

9 *Licentia data à Iudice creditori ingrediendi possessionem non citato debitore, non est prætoria, nec facit incurrerè in pœnam edicti ne vis fiat ei qui in possessionem missus est, & n. 10.*

11 *Spoliatus de mandato Principis non debet reintegrari ad suam possessionem. Declara vt num. 12. & 13.*

¶ N. 20. *post verba.* supra allegati.

Et quod Iudex debeat ritè procedere, vt pri-
1 uet aliquē possessione non expulsis colonis † sæ-
pè fuit in Rot. decisum *vt per Cardin. Seraphin. nullius seu theatina beneficij. 5. Iuly. 1599. & coram R. P. D. Lancellott. Romana deuolutionis domus. 5. Decembris. 1599.* Vnde cum executio est
iniusta, & possidens non habuerit se pro spoliato
2 debet manuteneri in sua possessione. † *Put. decis. 419. lib. 2. Rot. coram R. P. D. Ludouisio Salutiarum iurispatronatus. 1. Iulij. 1602.* Vbi de
executione facta in casu, in quo licebat appel-
lare, tunc enim immissio post appellationem
est nulla, & ideo quamuis facta de mandato iu-
3 dicis non sufficit, † neque illius auctoritas ope-
rabitur expulsionem. *Rot. coram R. P. D. Decan. Spoletan. domus. 29. Decembris. 1580. & coram Card. Pamph. Lucan. capellania. 17. Iunij. 1599. & coram R. P. D. Caualerio. Lucen. beneficiorū.*
4 *6. Iunij. 1607.* vbi de Iudice immittente in pos-
sessionem postquam fuerat appellatum à pronū-
cia, in qua declarauerat se competentem, quæ
tanquam nulla, & attentata non priuat posses-
sione, cum ab isto decreto detur appellatio. *Bar. in l. 2. n. 13. de appell. recip. Roland. consf. 33. lib. 4.*

Prout etiam dicimus, quod creditor habens li-
5 centiam per statutum, † seu per pactum ingre-
diendi possessionem bonorum debitoris, post in-
gressum subsecutum sit tantum custos rerum,
quas apprehendit, nihil aliud consequendo, nisi
nudam detentionem, quam vocant asininam.
Bart. in l. creditores. 3. nu. 4. C. de pignor. Salic. in auth. qui iurat. n. 22. & 54. C. de bon. auctor. iud. possid. & de veriori opinione testatur latè con-
trarijs respondens *Coler. de process. execut. c. 12.*
6 *p. 3. n. 11.* Quod tamen Dixi intelligendū, † quan-
do propria auctoritate ingreditur, secus si id fa-
ciat ex permissione iudicis, tunc enim efficitur
verus possessor, Ideo habebit interdictum vti
possidetis, si molestetur, & interdictum vnde
vi, si expellatur. *Bald. in l. consentaneum. 8. n. 30.*
7 *C. quomod. & quand. iud.* † Dummodo iste in-
gressus, vel immissio iudicis non sit nulla, sed
fiat parte citata, cum aliàs omissio citationis fa-
ceret, quod ingressus non haberetur pro posses-
sore, non secus ac, si propria auctoritate accipe-
ret possessionem: neque enim illa facultas per
Iudicem data, tanquam nulla aliquid adderet,
aut operaretur, nec possessionem transferret.
8 *Bart. in l. creditores. n. 25. C. de pignor.* † Ratio est
quia tunc talis licencia habita à Iudice omissa
citatione non dicitur prætoria, cum potius tūc
Iudex debeat reputari merus executor contra-
ctus, non Iudex, itaut neque possit tunc mulctari
ille, contra quem fit immissio, si missum non ad-
9 mittat, † nec teneatur edicto, ne vis fiat ei, qui in
possessionem missus est. *Bald. in l. nec quidquam 9. §. vbi decretum. in 1. lect. n. 5. vers. sed dubitatur si possum ingredi. ff. de offic. proconf. & legat.* & veriorem opinionem dicit *Coler. de process.*
10 *execut. c. 12. p. 3. n. 65.* vbi etiam *n. 66.* † non so-
lùm requirit citationē, sed etiam libellum post.
Bart. in l. creditores. n. 27. C. de pignor. Menoch. de adipis. possess. remed. 15. nu. 155.

¶ N. 22. *post verba.* & c. 2. n. 97. p. 3.

Quemadmodum etiam esset quando consta-
ret de enixa Principis voluntate, tunc enim ces-
11 sat dispositio. *l. meminerint. 6. C. vnd. vi.* † Ideo
spoliatus de mandato Principis non est reinte-
grandus ad suam possessionem. *Dec. consf. 125. n. 4. Affl. decis. 361. nu. 12.* Intelligendo quando
Principi notoriè constitit de iniusta alicuius pos-
12 sessione. † Secus in dubio, & parte non audita,
tunc enim huiusmodi spoliato æquiparatur spo-
liationi factæ per iudicem, & dabitur reintegra-
tio, quamuis vigore commissionis, vel rescri-

pti

pti Principis aliquis spoliatetur. *Ruin.* in spe-
13 cie. *cons.46.n.6. lib.1.* † & ita distinguendo con-
cordat opiniones. *Claud.ad Bertazol.cons.crim.*
366.in prin.lib.2.disceptat.c.167.n.52.

EPITOME.

Quando res æstimatæ dantur in dotem, qua actione sit agẽdum, & dicatur petitorium seu possessorium intentatum [immissus in possessionem ex primo decreto in actione personali, an efficiatur possessor itaut expellat antiquum possessorem.

SVMMARIVM.

1 *Res æstimata, & in solutum data censentur vendita Marito. Amplia vt n.2. limita vt ibid.*
3 *Actione personali est agendum ex contractu ad quantitatem pecuniæ soluta.*
4 *Libelli conclusio demonstrat qualitatẽ actionis.*
5 *Sententia debet esse conformis libello.*
6 *Petitorium & possessorium non dicitur intentatum stante actione personali.*
7 *Non dicitur attentari si causa est diuersa ab ea in qua est attentatum.*
8 *Si pendet lis de beneficio non attentat qui fructus percipit propria auctoritate; sententia si est lata in quantitate, requiritur causæ cognitio, vt primo apprehendantur mobilia, postea stabilia.*
10 *Iudex non potest committere parti, vt ipse exequatur quando sententia esset lata super quantitate.*
11 *Immissus in possessionem ex primo decreto in actione personali non efficitur possessor, sed simplex detentor. Amplia, vt n.12.*
13 *Et vterque debet stare in re immissus tanquam iustus & detentor, & alius tamquam dominus & possessor.*
14 *Retinens possessionem non præsumitur habere animum deserendi, sed continuandi, & non dicitur attentare.*

Decisio XII.

IN eadem causa Faneñ attentatorũ fuit de-
claratum decretum, de quo agimus factum
ad fauorem D.Magdalenæ Franciscutiæ es-
se nullum, & iniustum; Nam dos petita consistit
in certa quantitate pecuniæ, videlicet scutorum
3300. pro qua summa licèt fuerint assignatę quę-
1 dam petiæ terrarum: tamen quia † fuerunt æsti-
matæ, & in solutum datæ, censentur venditæ ma-
rito. *l. quoties 5.* vbi *Bald.C.de iur.dotiũ. Cephal.*
cons.735.vol.5. Tiraq.de retr.lignag.§.1.gloss.14.
n. 20. [Quod procedit etiamsi in instrumento
2 dicatur, vt dos debeat restitui † sicut fuit habita,
& recepta. *Corn.cons.15.vol.2. Roland.cons.86.*
vol.4. Thob.cons.52.n.6. Vnde cum dos consistat
in pecunia, pro illius restitutione non potest agi
actione in rem contra bona assignara; sed solum
3 actione † personali ex contractu ad quantitatem
pecuniæ solutæ. *l. ex pecunia dotali. C.de iur.dot.*
Bero.cons.65.n.40.vers.præterea, vol.2. Roland.
cons.86.n.7.vol.4. Socc.iun.cons.vlt.n.7. vol.3.
Iason in §.omnium. Instit. de actio. prout etiam
actum fuit d. actione personali per D. Magdale-
4 nam, vt constat ex cõclusione libelli, ex quo † de-
monstratur qualitas actionis. *Bart. in l. si prius*
in 5. oppos.2.par.de noui op. nunciat. Decius, cons.
497.n.28. Sicuti etiam apparet ex sententia, in
qua iudex condemnat ad dandum, & soluendum
quantitatem dotis prædictæ, & vt supra petitæ:
5 secundum formam libelli, prout † esse debet. *c.licet heli.de simo. l. vt fundus. ff. cõmuni diuidundo.*
Ex quibus non dicitur intentatum aliquod pe
6 titorium, neque possessorium, † stante actione
personali, vt dictum est. *Crot.in l.4.§.cato.n.24.*
de verborum obligatio. Conturd. in l. vnica. C. si
de moment. possess. q.13.n.84. Quare cum Iudex
statim contra petita, & sententiata excedendo,
concesserit mandatum de immittẽdo Magdale-
nam in possessionem fundi, de quo agimus, vti-
que tale mandatum immissio, & præceptum re-
spiciunt possessorium, & sic rem diuersam à peti-
tis, & sentẽtiatis: Vnde neque poterit dici, quod
D. Andreas attentauerit continuando possessio-
nem, & fructus colligendo; quia quando causa,
7 † quæ pendet, & illa, in qua dicitur attentatum
sunt pœnitus diuersæ, talis actus considerata di-
uersitate non dicitur attentatus. *Lancell. de at-*
tent. lite pend. limit.2.c.4.2.partis, n.11. vbi ita
etiam fuisse sæpius resolutum per Rotam Roma-
nam testatur. & ibi refert multa exempla, & ma
8 ximè *n.11.* inquit, quòd † si de beneficio pendeat
lis, & iure regrediendi ad illud, non dicitur atten
tasse, qui propria auctoritate fructus percepit;
quia talis lis erat solum super beneficio, non au-
tem super possessorio.

Maximè, quia quando sententia lata est in
quantitate, vt est ista, requiritur aliqua causæ
cognitio vt primo apprehendantur mobilia si
sunt. Secundo immobilia. Tertio nomina debi.
9 torum † *ad l. à diuo pio. § in venditione. de re iud.*
Alex. in l. iustè possidet, col.7.n.29. vers. vel & se-
cundo. de acquiren. possess. vbi ex hoc infert, quòd
10 licet † possit Iudex committere parti, vt ipse exe
quatur; tamen hoc non procedit quando senten-
tia esset lata super quãtitate. Ex quibus constat,
quòd in casu de quo agimus, non poterat Iudex
concedere mandatum de immittendo in posses-
sionem, de qua in actis.

Et si dicatur, quòd immissio fuit facta vigore
actionis personalis, ex primo tamen decreto,
prout ita fieri debet. *Bart in l. si finita. §. Iulia-*
nus, de damno infect. cũ intentione postea subha-
standi pro consequendo credito. *Alex. in l. à di-*
uo pio. §. in venditione de re iudic. Afin. in prax.
§.7. n.10. limit.11.

Respondetur, quòd ex actis constat Iudicem
voluisse dare veram possessionem; & quatenus
11 esset tenuta; tunc dicitur, † quòd immissus in pos
sessionem ex primo decreto in actione persona-
li non efficitur possessor, sed simplex detentor, &
nullam acquirit possessionem. *l.3. §. fin. de acq.*
poss. Dec. cons.400.n.8. in fi. Alex. in l. à diuo pio
§. si super rebus, num.11. de re iudic. & de magis
com-

communni docet *Neguſ.de pignor. in 2.memb.*
tertiæ partis,n.11.verſ.quinto quæritur. Menoc.
12 *de reti.poſſeſ.remed.3.q.27.n.225.* † vbi ampliãt
etiam, quòd immiſsio fieret vigore inſtrumenti
habentis executionem ſecundum formam Statuti.
Non poterit igitur expellere antiquum
poſſeſſorem;ſed vterque debet ſtare in re,& im-
13 miſſus † qui poſsidet tanquam cuſtos & detentor;
& alius tanquam dominus, & poſſeſſor,
vt per *Neguſ. vbi ſupra num. 18. verſ. inſuper
aduerte.l.ſi finita §.ſi quis ante de damn.inf.
Doctores in c.contingit.de dolo, & contum. Bald.
in l.conſentaneum,col.pen.oppoſit.6. C.quom &
quando iudex.* Cum igitur antiquus poſſeſſor
remaneat in poſſeſsione,non poteſt dici attentaſ
14 ſe;† quia qui retinet poſſeſsionem,nõ præſumitur
habere animum deſerendi, ſed continuandi.
*l.ſiue poſſidetis. C.de probatio. Bald.conſ..05. in
princ vol.1.*& ſic continuando non dicitur attentaſſe,vt
ſupradictum eſt.Nec immiſſus poteſt dicere
ſe ſpoliatum, cum poſſeſſor non efficiatur.

Ex quibus apparet de nullitate, & iniuſtitia d decreti,prout cõcluſum fuit die 23.Iunij 1595. Ad fauorem D.Andreæ Pilij contra D. Magdalenam Franciſcutiam.Qua nullitate,& iniuſtitia ſtante requirebatur expulſio coloni, etiam quod in caſu de quo agimus, præſupponatur capta poſſeſsio auctore iudice,ex his quæ ſuperius firmata ſunt; Ideò non rectè fuit actum pro reuocatione attentatorum,& reintegratione ad poſſeſsionem contra d Andream, qui à prædictis erat abſoluendus, prout fuit abſolutus.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Dos promiſſa in certa quantitate cenſetur data tali æſtimatione, quæ facit emptionem. Intellige vt n.2.3. & 4.*

5 *Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto in actionibus realibus intra annum an poſsideat, ſeu detineat. n. 6. 7. & 8.*

¶ N. 2. *poſt verb.* conſ. 52. n. 2.

Bero.conſ 63.n.6.lib.3.et conſ.165.n.39.lib.2.
Prout regulare eſt,quod quando fuit promiſſa
dos in certa quantitate, cenſetur data tali æſti-
1 matione,† quæ facit emptionem.*l.in dotem.C.de
iur.dot.Bald.in l.ex conuentione.C.de pact.Socc.
conſ.57.ſtant hus ſupraſcr.ptis.in princ.lib.1.Tiraq.de
retract.lignag gloſ.14.nu.20 §.1.Couar.
pract.quæſt.c.28.Rot.coram Car.Plat.interamnen.fundi
dotalis.29.Febr.1589. & coram Car.
Seraphin.ſpoletan.legitimæ.15.Nouembr.1596.*
2 † Vbi quod procedit, quamuis non appareat de
æſtimatione,nam nihilominus cenſetur facta pro
pretio,quod tũc valebat. *Aſſl decıſ.270. Rimin.
inſtit.quib.alien.lic.vel non. in princ.n.79.*
Quod magis eſt in caſu noſtro,quia huiuſmo-
di aſsignatio eſt facta in eodem inſtrumento tẽ-
3 pore conſtitutionis dotis † cum ſecus eſſet,ſi fie-
ret ex interuallo,quia tunc non faceret emptio-
neni.Etenim non eſt veriſimile,quod contrahen-
tes voluerint recedere à primo contractu,ne in-
ducatur alienatio rei dotalis, quæ ſequitur ex
hac æſtimatione.*Bald. in l.ex conuentione. C.de
pact.Couar.pract.quæſt.c.28. Rot. corã R.P.D.
Lancellot. Romana ſaluiani. 5.Decembr.1603.*
4 † Quaſi tũc præſumatur facta æſtimatio ob pro-
bandum valorem rei,vel vt ſciatur quantitas bo
norum, quæ cõſignantur in dotem, & ſic tunc
non deſinit eſſe fundus dotalis.*Roland conſ.92.
n.6.lib.2.Doct.in l.ex conuentione.* vbi *Bald. oppoſ.3.C.de
pact. Rot.coram R.P.D. Peña. ſpoletan.
bonorum.16 Aprilis.1602.& coram Car.
Lancell.Rom.fundi dotalis. 6.Iunij. 1578.*

¶ N. 12. *poſt verb.* formam ſtatuti.

Prout neque in actionibus realibus miſſus in
poſſeſsionem ex primo decreto intra annum
5 poſsidet, † ſed detinet ſecundum communem
opinionem,de qua per *Iaſ.in l.3.§.genera.n.21.
de acquir.poſſeſ. post gloſ.in c.quoniam frequenter.§.fin.vt
lit.non conteſt.& in c.contingit de
6 dol.& contum.* † quam ita ſeruandam poſt *Ne-
guſ.& alios*,quos allegat dicit *Ceuall.q.176.ante
fin.* Et quamuis *Azo.in l.ſi quis.8. §.ſed & ſi
quis.C. de præſcript. 30. annor. & in l.conſentaneum.
C.quom.& quand.iud.* teneat contrariũ,
7 † quod immo miſſus in reali ex cauſa contuma-
ciæ conuenti transferat in ſe poſſeſsionem bo-
norum, itaut reus conſtituatur petitor. *Specul.
8 de prim.decret.§.iam de eff.Et.. n.3.& 19.*† Ta-
men prior opinio eſt magis communis ſecundũ
Canoniſtas, vt teſtatur *Coler.de proceſ.executi.
c.12.p.3.n.53.*quidquid ipſe dubitet,& videatur
adhærere opinioni contra communem.

EPITOME.

Quando per venditorem reſeruatur dominium ob non ſolutionem pretij, an valeat alienatio, & cenſus impoſitio, & agatur ad pretij reſtitutionem. [An emptor ſolum poſſit agere, vt res liberetur, vel potius contractus reſcindatur. [Ceſſio quando ſit valida. [Et an facta contra principalem, intelligatur etiam contra fideiuſſores debitoris ceſſi. [Ad quem ſpectet periculum exigendi, & an cedenti debeat denunciari lis mota.

SVMMARIVM.

1 *Venditor poteſt reſeruare iniectionem manus in rem, ſi pretium non ſoluatur, vel pacta non ſeruentur.*

2 *Pactum reſeruans venditori dominium pretio non ſoluto, non reddit contractum conditionalem. & num. 3.*

4 *Emptor ſtante huiuſmodi reſeruatione dominij non eſt dominus rei emptæ ante ſolutum pretium, nec res poteſt alienari. num. 5.*

6 *Cenſus non poteſt imponi ſuper re prohibita alienari, & n. 24. nec ſuper fundo dotali. n. 10. nec ſuper rebus Eccleſiæ,n. 11.*

7 *Cenſus eſt perpetuus, & intelligitur vti res immobilis, & n. 8.*

9 Cen-

9 *Censum possidens excusatur ab onere satisdãdi.*
12 *Ignorans debet excusari à damno.*
13 *Emptor census postquam sciuit illum esse impositum super re non libera, tenetur fructus computare in sortem, & puniri pœna vsurariorum. num. 14.*
15 *Emptor census potest compellere venditorem ad restituendum pretium, si sit impositus super re non libera. & num. 18.*
16 *Vendens prædium subiectum seruituti, tenetur venditori ignoranti actione ex empto, & ad interesse. num. 17.*
19 *Ratione doli debet irritari contractus, & tanquam nullus iudicari.*
20 *Emptor census si sciuisset rem super qua imponendus erat non esse liberam, non contraxisset.*
21 *Si fuit expresse promissum rem esse liberam, ea tali non existente agitur contra venditorem, vt libera tradatur, & ad interesse, non autem ad rescissionem contractus, & num. 22. Intellige vt num. 23.*
25 *Cessio facta de re nulla nullum producit effectum.*
26 *Paria sunt nullam obligationem præcedere, vel eam esse inefficacem.*
27 *Cessionarius si est deceptus, habet actionem contra cedentem.*
28 *Stante deceptione potest rescindi contractus.*
29 *Cessio non debet esse inutilis.*
30 *Cedens debet facere verum debitorem.*
31 *Census super re non libera impositus non potest cedi, cum non dicatur esse in bonis cedẽtis.*
32 *Promittens censum esse exigibilem intelligitur de iure, & non esse exactum, intelligitur de facto.*
33 *Cessionarius vtitur solum iure cedentis.*
34 *Non dicitur posse, quod contra ius possumus.*
35 *Cessio facta contra principalem censetur facta contra fideiussorem.*
36 *Vassallus vassalli mei quando dicatur meus.*
37 *Cessionarius licet possit agere contra auctorem auctoris sui & fideiussores, non tamen arctatur quin possit agere contra cedentem, deceptione cessionis detecta.*
38 *Cessio est similis emptioni, & est loco solutionis, num. 39.*
40 *Cessione facta, & data potestate exigendi, periculum spectat ad cessionarium, & numer. 43. & 44.*
41 *Cessione facta videtur datum nomen debitoris in solutum. Intellige vt num. 42.*
45 *Emptor non habet regressum contra venditorem, nisi facta denunciatione litis motæ.*
46 *Denunciatio litis requiritur, cum emptor conuenitur, & quando succumbit. Fallit vt nu. 47. & 48.*
49 *Qui non potest agere de euictione, poterit tamen agere ad pretium.*
50 *Emptor potest agere contra venditorem, vt res vendita liberetur, etiam ante motam litem.*
51 *Cedens non tenetur, nisi ad id quod promisit.*
52 *Cedens licet non promittat rem esse liberam, tamen ad hoc tenetur ex natura contractus.*

Decisio XIII.

CEnsus, de quo agimus fuit impositus super re non libera, cum fuerit per Lucam constitutus super fundo per ipsum empto, habita fide de pretio, præuia hypotheca speciali pro illius solutione facta de eodemmet fundo ad fauorem venditoris; quod quidem
1 poterat de iure fieri, † cum venditor possit sibi reseruare iniectionem manus in rem, si pretium non soluatur, vel si pacta non seruentur. *l. si titius. ff. de seruis export.* [Et valet istud pactum, quod non transferatur dominium, donec pretium fuerit solutum. *Bal. in rubr. C. de contrab. emptio. q. 13. Dec. cons. 119. licet instrumentum. colum. 3. n. 4. & cons. 440. superioribus diebus. in princip. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 2. num. 36. & latius sub num. 39.*
2 [Neque † enim hoc pactum aliquid operabitur, aut reddet contractum conditionalem, quia quod est expressum, est proprium naturæ ipsius contractus. *l. continuus. §. cum ita. & l. inter-*
3 *dum. de verb. obligatio.* Vnde † verè est pura venditio, quamuis non fuerit translatum dominium. *Couarr. var. resolut. lib. 3. c. 11. nu. 6. in*
4 *princ.* licèt † emptor ante solutum pretium non sit dominus rei emptæ. *l. quod vendidi. de contrab. empt. §. venditæ. Instit. de rerum diuis. Tiraq. de retract. conuent. ad fin. tituli. n. 72. & de retr. lignag. gloss. 2. §. 1. n. 43. & 44.*
5 Stante † igitur dicta reseruatione dominij, & hypotheca, res erat prohibita alienari, & impeditur translatio dominij. *Bart. in l. si ita quis promiserit. §. ea lege. n. 3. ff. de verb. oblig. per text. in l. si creditor. §. fin. ff. de distr. pignor. & in l. vlt. C. de reb. alien. non alienand. Bald. in l. ea lege. n. 4. in fin. col. 1. C. de condit. ob causam. Doctores in l. filius fam. §. diui. ff. de legat. 1. Gabriel.* qui de communi *conclus. 1. n. 3. de pignor. & hypoth.*
6 Ex quibus sequitur, quòd † census non poterat imponi super re prohibita alienari. *Bart. in l. codicillis. 91. §. instituto. n. 4. de legat. 2. Bald. in c. ad audientiam, il 2. col. 2. & in gloss. 1. de rescript. Doctor. in l. vlt. C. de rebus alien. non alienand. Redoan. de reb. Eccles. non alienan. rub. 16. tit. de constit. annui census. num. 23. & 26. Bonsius de censibus. artic. 30. num. 36. Rota diuers. decis. 121. num. 5. part. 2. & decis. 480. par. 1. post Foller. in prax. fol. 167. n. 41. & alios ibi allegatos. Caputaq. decis. 17. par. 1.*
7 Ratio est, quia † cẽsus est perpetuus, & intelligitur vti res immobilis. *l. si quis inquilinos. de legat. 1. l. iubemus nulli. vbi glos. in verb. annonas. Bald. & Castr. C. de Sacros. Eccles.* & ve-
8 nit appellatione immobilium. *Ang. consil. 328. anastasius. num. 1. in fin. Fulgos. cons. 103. ti-*
9 *tius condidit. n. 2.* Ita † vt censum possidens excusetur ab onere satisdandi. *Bart. & Bald. in l. sciendum. in principio. ff. qui satisdare cog.*

prout

10 prout in marito,† qui super fundo dotali non
potest in perpetuum censum constituere. *l. lex*
iulia.cum l.seq.ff. de fund. dotali; neque census
11 † potest imponi in rebus Ecclesiæ, tamquam
alienari prohibitis, & alijs bonis restitutioni
subiectis, licèt super fructibus possit; vt per
Rodoan. d. rubr. 16. tit. de constit. ann. censi.n.
20. cum seq.

Immo cum census fuerit impositus super re
non libera, & in qua venditor non poterat il-
lum constituere, licet pro tempore, quo emptor
12 ignorabat potuerit illum exigere, cum † igno-
rans debeat excusari à damno. *c.2.de constitut.*
13 Tamen modo data † scientia, absque peccato
non poterit illum recipere, & si recipit, tene-
tur restituere, vel computare in partem solu-
14 tionis pretij, & etiam † puniri pœna vsurario-
rum, vltra id, ad quod in foro conscientiæ obli-
gatur, vt concludit *Nauar.q.26.sub n.116. &*
q.29.n.114.de vsur.

Vnde ad euitandum prædicta melius est,
15 quòd emptor † compellat venditorem ad resti-
tuendum pretium, quod de iure poterit; cum
enim illud dederit ob censum super re libera
constituendum, causa non secuta debet redire
ad dantem. *toto tit.C.de condit.causa dat. non*
16 *seq.* Maxime quia† venditor prædij seruituti su-
biecti tenetur emptori id ignoranti ex empto
17 actione.*l.1.de act.empti.* &†ad interesse si sciens
vitiū celauerit, prout est in casu de quo agimus,
licet si ignorasset, quanti minoris, iuxta distin-
ctionem, de qua per *Doctores in l.Iulianus.ff.de*
actio.empt.

18 Et ita in specie † posse agi ad pretij restitu-
tionem, quando detegitur censum esse impositū
super re non libera, concludit *Nauarr. in tract.*
de vsur.q.27.n.116.in fin.

Præsertim, quia venditor in casu de quo agi-
mus, constituendo censum expresse promisit, &
asseruit rem pro d.censu venditam esse liberam,
& expeditam, cum tamen sciret, se illius rei non
19 habere dominium. Vnde†ratione doli debet ir-
ritari contractus, & tanquam nullus iudicari. *l.*
eleganter.in princ.ff.de dolo.vbi glos.in verb.si in
hoc ipso.ad med.Doct.in l.3.§.si.ff.pro socio.

20 Emptor†enim si sciuisset, rem non liberam,
non vtique censum in ea constituisset.*l.quod vē-*
ditor.iuncta gloss.ff.de dolo. Alberic.in d.l.elegan-
*ter.eod.tit. Margar.cons.57.n.1.*vbi etiam *n.14.*
ita dicit esse intelligendum *Rum.consil. 141. in*
princ. lib.1. licet dicat secus esse quando nō fuis
21 set expresse promissum†rem venditam esse li-
beram, quia tunc agitur contra venditorem, vt
libera tradatur, & ad omne interesse, non vt ven
ditio nulla declaretur, & cōtractus rescindatur.

22 Et licet *Alex. cons.65.n.3.lib.5.* velit,† quod
emptor solum possit agere, vt res à venditore
liberetur, & sic contractus non rescinditur, neq;
potest peti restitui pretium, etiam quod de
dicta hypotheca venditor non certiorauerit
emptorem, cum sufficiat rem liberari à dicta
obligatione.

23 Tamen secus est in casu nostro, cum † vt di-
ctum est, fuerit per venditorem expresse narra-
tum rem esse liberam; tunc enim contractus re-
scinditur, vt per *Marzar.d.cons.57.n.14.* Quod
non est in casu *Alex.* qui etiam loquitur quan-
do emptor licet sciuisset d. obligationem, non
fuisset non empturus, sed minus emisset, prout
declarat *Neguss. de pignor. 5. p. memb.1. n.34.*
[Secus autem est in emptore census, qui si sciuis-
set rem, super qua fundabatur census, non esse
24 liberam, nunquam consensisset; cum †de natura
impositionis census debeat constitui super re,
quæ non sit prohibita alienari, & quæ sit libera,
vt supra dictum est. Vnde non debet esse aliena,
neque in toto, neque in parte, neque alteri obli-
gata, vt post *Salic.in l.si pro fundo.C.de transac.*
refert, & sequitur *Fel.in c.cum Ioannes.col.7.in*
fin.n.33.de fid.instrum.

25 Quibus stantibus constat, cessionem, †de qua
agimus esse nullius roboris, & nullam iudican-
dam esse, tanquam factam de re nulla, & quæ
nullum habebat effectū, cum aliud pro alio fue-
rit cessum.*l.in venditionibus.de contrahen.emp.*
26 quia paria †sunt nullam obligationem præcede-
re, vel aliquam, sed inefficacem. *l.quoties.qui sa-*
tisd.cogant.l.4.§.condemnatum. de re iudic.Ne-
guss.de pignor.par.3.1.memb.n.11. & 20.

27 Et cum isti pupilli† cessionarij fuerint decep-
ti in d.cessione, quam nunquam fecissent, si ha-
buissent notitiam, quòd census esset impositus
super re non libera, habebunt actionem contra
cedentem. *Bart.in l.si sterilis.§.quamuis.de act.*
empt. & in l. at qui natura. §. cum me. num.8.
28 *de neg.gest.* & † stante deceptione prædicta etiā
in cessione rescindi contractum, late consuluit
29 *Fulgos.consil.242.* cum † cessio non debeat esse
inutilis. *Bald. in l.liberti. circa med. C. de oper.*
30 *libert.Gerard.sing.35.n.2.* & cedens† debitorē,
debet illū facere verum debitorem. *l.si nomen.*
C.de hered.vel act.vēd.Paris.cons.88.n.13.li.1.
31 Immo † neq; census cessus potest dici esse in bo
nis ipsius cedentis, tāquā in re non libera cōsti-
tutus, vnde neq; poterit cedi: *Marza.cōs.86.n.6*

Confirmantur prædicta ex instrumento ip-
siusmet cessionis, ex quo apertè colligitur, pos-
se contra ipsum cedentem agi: Nam cedens
32 promittit censum † non esse exactum, quod in-
telligitur de facto; & esse exigibilem, quod in-
telligitur de iure. *glos.in l.si plus.§. quod si no-*
lit. de euictio. Vnde cum dictum sit de iure, non
posse illum exigi, tanquam impositum super re
non libera per principalem emptorem ipsius
census. *Nauarr. de vsur.d.quæst.26. sub num.*
116. & quæst.29. num.119. [Neque dicendum
est posse exigi sine peccato per cessionarium,
33 † qui solum vtitur iure cedentis. *l.emptor nomi-*
nis. & l. postquam. C.de hered. vel actio.vend.
Guid. de Suzar. de instrum. quarantig. nu.39.
col.4. in fin. Bald. in d. l. emptor. C. de hered.
vend. [& sic etiam quòd census esset exigibilis
respectu principalium debitorum, & fideiusso-
rum, qui cessi fuerunt; tamen neque debe-
ret, aut poterit salua conscientia exigi, cum
sit impositus super re non libera, & ius re-

34 sistat, vt supra dictum est,† & non dicimur pos-
se, quod contra ius possumus: cum verba sint
intelligenda secundum ius. *l. quaro. §. inter
locatorem. ff. locati. l. nepos. de verb. signif. cap.
causam qua. de rescript. cap. cum dilectus. de
consuetud.*

Ex quibus die 14. Decembris 1594. fuit
conclusum potuisse agi per DD. Margaritam,
& Ioseph de Adrianis de Macerata ad pretij
restitutionem contra D. Antonium,& Hierony-
mum etiam de Adrianis cedentes, stante nulli-
tate cessionis, de qua in actis.

35 Non obstat † quod facta cessione contra
principalem censetur etiam facta contra fide-
iussores debitoris cessi. *Bart. in l. hares à de-
bitore. num. 2. de fideiussor. Bald. in l. 1. col. 2.
num. 9. versic. quaro testator legauit. C. comm.
de legat. Alexand. in l. si vero. in princip. 64. ff.
solut. matrim.* [Immo quando est actio cessa,
emptor habet regressum de euictione contra
36 auctorem auctoris; quia licet † vassallus vas-
salli mei, non sit meus vassallus inspecta obli-
gatione conuentionis; tamen inspecta re, meus
dici potest. *Bald. in l. 2. num. 9. C. commun. de
leg.* Vnde dicendum est cessionarium experiri
debere actiones contra d. fideiussores, & non
cedentem.

Qnia omissa responsione, quòd illud proce-
deret qnando esset cessio valida, neque dubita-
retur de iuribus cessionis, quod non est in ca-
su nostro, cum appareat per supradicta de illius
nullitate,& deceptione.

37 Respondetur† verum esse, cessionarium posse
agere cõtra auctorẽ anctoris sui, & sic cedentis,
& cõtra fideiussores; tñ non per hoc arctatur ad
agendum contra illum, itaut non possit etiam
agere contra cedentem, statim quod detegitur
deceptio cessionis,& quod est facta de re, quę nõ
poterat cedi; ad exemplũ emptoris, qui licet ha-
buerit à venditore fideiussores pro re empta, nõ
tamen per hoc debet arctari ad agendum ex em
pto contra fideiussores solum, ita vt non possit
etiam agere contra principalem venditorem, cũ
vtrumque habeat obligatum; Vnde idem dicen-
38 dum est in cessionario, † cum cessio sit similis
emptioni. *l. cum ii. de fideiussorib. Roman. cons.
85. n. 12.* & satis dicitur esse obligatus cedens ad
fanorem cessionarij, cum promittat facere cen-
sum exigibilem, qui tamen non reperitur exigi-
bilis de iure, vt supra dictum est, etiam quòd fi-
deiussores illnm vellent soluere, cum non possit
exigi salua conscientia.

39 Non obstat † quod cessio sit loco solutionis.
Dec. cons. 99. n. 4. l. pupillo. ff. de solution. & ap-
pellatur delegatio. *l. delegare. l. 1. ff. de nouatio.*
40 vnde cessione facta, & data potestate † exigendi
periculum spectat ad cessionarium. *Gozad. cõs.
86. n. 11.* quasi videatur datum nomen debito-
41 ris in solutum, ad *tex. in l. fin. C. quãdo † fis. vel
priuat. l. pupilli. §. soror. ff. de solut. l. 3. C.
de nouat.*

42 Quia omisso, † quod illud procedit quando
cessio à principio esset valida, & postquam fuit
legitime facta, occurreret aliquod periculum,
quod non est in casu nostro; nam quoad origi-
nem cessionis, constat de eius inualiditate, &
nullitate, vt supra dictum est.

43 Respondetur, quod † aliud est dare simplici-
ter nomen in solutum,& cedere actionem; quo
casu periculum nominis immediatè transit in
cessionarium. *l. pupilli §. soror. de solut.* aliud est
44 cedere † actiones contra debitorem suum solu-
tionis causa suo creditori, vt sibi satisfaciat; tũc
enim periculum nominis est ipsius cedẽtis,& iste
est casus cum *glos. in l. 3. C. de nouat.* & sic cedẽs
non liberatur, donec satisfiat creditori sno; &
consequenter poterit conueniri; quia ante solu-
tionem non videtur cedere in solutum talis ces-
sio, ex quo periculũ nominis pertinet ad ceden-
tẽ,& ita post *Io. de Imol. in l. facta. §. si hares. ff.
ad Trebell.* refert tanquam singulare,& sequitur
*Soce. cons. 37. visa puncti narratione. col. 2. nu. 8.
vers. confirmatur ista responsio. lib. 4.* Et satis in
casu de quo agimus apparet censum de iure esse
inexigibilem per supradicta, itaut meritò de-
beat contra cedentem actio intentari.

45 Non obstat † quod cedenti nulla fuerit facta
denũciatio litis motę; vnde omissa tali denũcia-
tione, emptor nõ habet regressum cõtra vẽdito-
rem. *l. 1. C. de peric. et com. rei vend. l. si paritèr. §.
46 empti. actio. C. de euict.* † quæ denũciatio requiri-
tur, nõ solũ quãdo emptor cõuenitur, sed etiam
quãdo agit,& succũbit. *Cast. in l. fi. C. de act. emp.*

47 Nam omisso, quod † in casu nostro non erat
opus denunciare, quia cessionarius erat procu-
rator ipsius cedentis; vnde in tali iudicio cedẽs
videtur fuisse præsens. *l. 1. §. 1. de procurat. l. fin.
C. eodem tit. Castren. in d. l. 1. in fin. C. de peri. &
com. rei vend. Dec. latè consil. 102. n. 1. ad med.*
vbi etiam dat alias responsiones, de quibus ibi
per eum.

Respondetur hic non agi de euictione, in qua
48 opus est denunciatione, sed agitatur contra † ce-
dentem, vt adimpleat, quod promisit facere, no-
men cessum bonum,& verum; quo casu, cum aga
tur, vt detur res libera, quæ reperitur obligata,
potest agi, etiam quod nulla denunciatio inter-
ueniat, vt post *glos. in l. qui rem. C. de euict. & Io.
And. in addit. ad Specul. de empt. & vend. §. 1. in
addit.* quæ incipit *quia iste. §. & Alex. cons. 63. ad
fi. n. 11. vers. fortificatur pradicta conclusio. li. 6.*
refert,& sequitur *Dec. d. cons. 102. ad fin. versic.
49 item diligenter considerandum est.* † Immo licet
quis non possit agere de euictione, non tamen
excluditur, quin ad pretium agere possit. *l. em-
ptorem. §. qui autem. circa fin. ff. de action. empt.
Dec. in d. cons. 102. in fi.* in vltimis verbis,& quod
non requiratur denunciatio, vltra supradictos
tenuit etiam *Aym. consil. 83. num. 4. Rimin. se-
nior cons. 262. n. 8. vol. 2.*

50 Ratio est, † quia etiam quod lis non fuisset mo
ta, venditor ad hoc tenebatur. *Bal. in l. ex ijs pra
dijs. nu. 4. vers. sed pone. C. de euictio. gloss. in l. qui
rem. eodem tit. Alexan. cons. 65. n. 1. & ibi ad-
ditio. lib. 5.*

Et licet omnes prædicti Doctores cõcludant
agen-

agendum esse, vt res liberetur per venditorem; tamen satis supra deductum est, quare in casu de quo agimus contractus debeat iudicari nullus, & possit ad pretium agi.

Non obstat quod non fuerit assertum à cedente esse rem liberam, super qua est impositus census, sed à principali venditore census; vnde ex eo, quòd non sit libera, & capax, erit locus repetitioni contra dictos venditores, & constituentes censum, & non contra cedentem; cum in instrumento cessionis hoc non promiserit, & ce-
51 dens † non tenetur, nisi ad id, quod promisit. *l. si nomen. de hared. vel action. vend. Becc. cons.* 105.
52 Quia respondetur † quòd licet non asseratur à cedente rem esse liberam, quoad censum; tamen tenetur ad hoc, cum sit proprium naturæ ipsius contractus. *l. continuus. §. cum ita. & l. interdum. de verb. oblig.* Vltra quod cum in cessione promittat censum esse exigibilem, ex quo apparet, illum non esse talem tanquam impositum super re aliena, & non libera, neque de iure per cessionarium absque pœna vsurarum possit exigi; vt per *Nauarr. vbi supra*, dicendum est non posse negari, quòd virtute d. promissionis contra cedentem possit agi.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Pretium soluere, aut habere fidem de eo, idem est quo ad dominij translationem.*
2 *Vendens rem vni, qui non soluit pretium, quando possit vendere alteri. n. 3.*
4 *Vsura non committitur si locetur res vendita cum reseruatione dominij.*
5 *Possessor census dicitur possidere immobilia, & non potest collectari. n. 6.*
7 *Cessionarius succedit cedenti etiam in priuilegio obligationis cameralis.*

¶ N. 4. *post verb.* §. 1. n. 43. & 44.

Et licet paria sint pretium solutum esse, aut de eo habitam fidem quo ad dominij trāslatio-
1 nem † *§. vendita. instit. de rer. diuis.* Tamen quando aduenit dies, vel emptor est in mora soluendi pretium, res habetur pro inempta, & contractus pro infecto; Ideo qui vendit vni potest citra suspicionem falsi vendere alteri, si primus nō
2 soluit pretium † *Bal. in l. quoties. n. 2. C. de rei vendic. Menoch. de arbitr. c. 381. n. 18. Surd. dec. 220. n. 16.* Vbi *n. 17.* intelligit dari rescissionem contractus, non per viam actionis, sed exceptionis,
3 † *Becc. cons. 45. n. 38.* Dummodo non deficiat illud, quod principaliter mouit ad contrahendū, quia tunc etiā per viam actionis daretur rescissio. *Aym. cons. 192. n. 22* Et multa de reseruatione dominij, *Claud. ad Bertazzol. cōs. crimin. 540.*
4 *lib. 2.* † vbi etiam quod dominus vendens rem reseruato dominio, & postea illam locans emptori non committit vsuram, & de cautela, vt fiat promissio vendendi, itaut soluto pretio conficiatur instrumentum venditionis, & interim locetur, *idem Claud. d. cons. 540.*

¶ N. 9. *post verb.* l. sciendum. in princ. ff. qui satisd. cog.

Cum dicatur possidere immobilia. *l. fin. C. de vend. reb. ciuit. lib. 11. Feder. cons. 12. col. 2. nu. 7.*
5 † & tanquam possessor bonorum immobilium possit collectari. *Auendañ. resp. 23. nu. 2* Quidquid aliter sentiat *Abb. in c. nulli. col. 3. vers. quid autem. de reb. eccl. non alien. cum alijs per Tiraq.*
6 *de retr. consang. §. 1. glos. 6. n. 3.* † Quia contraria opinio est verior, vt testatur *Surd. decis. 204. per tot. Gabr. cons. 145. lib. 2.* vbi etiam *n. 15.* ampliat venire appellatione immobilium, quamuis locus circumscribatur.

¶ N. 41. *post. verb.* C. de nouat.

Itaut cessionarius succedat cedenti etiam in
7 priuilegio guarātigiæ, † seu obligationis cameralis. *Rot. coram Card. Seraph. Roman. societatis officij. 29. Nouemb. 1596. post Bart. in l. 1. nu. 22. de act. & obligat. Rom. cons. 38. in princ.*

EPITOME.

Statutum quando præsumatur in viridi obseruantia, & quid si fuit confirmatum cum clausula, quatenus in vsu, ad quem pertineat probatio dicti vsus, & obseruantiæ.

SVMMARIVM.

1 *Vsus consistit in facto, & debet probari per eum, qui illum allegat. & n. 5.*
2 *Ius non indiget probatione.*
3 *Qualitas à statuto requisita est probanda.*
4 *Consuetudo tanquam consistens in facto debet probari.*
6 *Ad probationem vsus quæ requirantur.*
7 *Vsus non est causa proxima consuetudinis, & quæ requirantur ad illam probandam. num. 8.*
9 *Lex præsumitur in viridi obseruantia, prout etiam statutum. Intellige vt n. 11.*
10 *Dispositio statuti probatur per aperturam voluminis.*
12 *In decreto facto quatenus de iure, conditio est de præsenti, quæ si deficit reddit dispositionem nullam ipso iure.*
13 *Iudex potest se informare de vsu, & obseruantia, etiam absente parte. Intellige in ea, quæ spectat ad ordinem iudicij. num. 14. & in notoria. n. 15.*
16 *Vsus non debet probari, quando casus à lege, vel statuto decisus non accidisset.*
17 *Ius non perditur, vbi non exigitur obsequium, quia non expedit.*
18 *Desidia causa non imputatur vbi necessitas non adest.*

Decisio XIV.

STatutum in quo se fundabant Gabellarij di-
ctum fuit non habere locum contra Lau-
rentium, & litis consortes de Comitatu
Fani, in casu, & ad effectum de quo agebatur.
Nam cum illud sit insertum inter ea quæ fuerũt
confirmata quatenus in vsu, debebat per Gabel
larios probari obseruantia, & vsus Statuti; non
autem per reos conuentos, qui impugnabant il-
lud tanquam non vsitatum. Ratio est, quia ad es-
1 se Statuti requiritur vsus, † qui consistit in facto,
quod est probandum per eum, qui se fundat in
illo. *glos. in l. 1. in verb. probatis.* vbi *Bald. col. 2. in vers. secundo glossa opponit. C. quæ sit long. cõsuet.* idem sequitur *Salicet. ibid. col. 2. in fi. n. 11. vers. nunc transeo*; quia inquit non probatur ius
2 immediate, quod † regulariter non indiget pro-
batione. *l. ab ea parte. ff. de probat.* sed probatur
factum, quod ex illo iure resultat.

Maximè quia cum per dictam confirmatio-
nem factam de Statutis requiratur qualitas vsus
& obseruantiæ, non dicitur probatio sufficiens,
3 † si non probetur qualitas requisita, & sic vsus
de quo in confirmatione. *l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in flum. publ. Alexand. cons. 172. visis & opportune. col. 2. in princ. num. 5. lib. 2. Soccin. consil. 220. visis compromisso. col. penult. in princip. num. 9. lib. 2. Tiraquell. de retract. lignag. §. 8 gloss. 7. num. 1.*

Præterea statuta prædicta confirmata cum
clausula, quatenus in vsu, transierunt in con-
suetudinem, à qua voluit confirmans quod su-
4 mant robur, † vnde d. consuetudo tanquam
consistens in facto erit probanda, prout regu-
lariter illius probatio requiritur, *Io. Fab. in §. ex non scripto. colum. 5. ad med. num. 20. versic. circa quintum. Instit. de iur. natur. gent. & ciuil. Alexand. consil. 45. visis attestationibus. in princ. lib. 2. & consil. 131. in causa. num 9. col. 3. in princip. & consil. 136. in causa, & lite. colum. 5. in princip. num. 18. eodem lib. Dec. consil. 402. num. 11. col. 6. ad med. lib. 2.* & ita in specie, quod
5 stante clausula, quatenus in vsu, † requiratur
probatio per eum, qui se fundat in statuto, per
multa concludit *Roder. Soarez ad leg. fori. in probem. num. 9. col. 5. vers. sed contrarium*, licet
ibi *num. 11. vers. tene tamen cordi*, intelligat
6 de probatione † vsus simplicis, non autem vsus
cum illis qualitatibus, quæ requiruntur ad con-
suetudinem probandam, per doctrinam *Bart. in l. de quibus. col. 4. num. 10. vers. vltra hoc. ff. de legib.* vbi ponit differentiam inter vsum, & con-
suetudinem. Nam vsus non est causa proxima
7 † consuetudinis, sed tacitus consensus populi,
vnde vsus sonat factum, ex quo descendit con-
suetudo, idest ius. Stante igitur d. differentia
obligatus ad vsum probandum non arctabitur
ad probationem illius vsus, qui inducere posset
consuetudinem, nec cum qualitatibus consuetu-
dinis, puta diuturnitatem temporis, & actuum
frequentiam, & quod fuerit ita iudicatum, quæ
8 respiciunt † probationem consuetudinis. *Bart. in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo. nu. 12. Syluester. in §. ex non scripto. num. 22. Instit. de iur. natur. gent. & ciuil. Aym. consil. 55. nu. 6.*
vbi declarant quo modo debeant intelligi præ-
dicta requisita circa probationẽ consuetudinis.
9 Non obstat † quod statutum, seu lex semper
præsumatur in viridi obseruantia quandocunq;
casus acciderit, etiam post mille annos, & al-
leganti non vsum legis, seu statuti incumbit onus
probandi contrarium vsum. *Felin. in c. 1. nu. 10 de treug. & pace. Curt. Iun.* de communi. *cons. 129. num. 25. Roland. cons. 99. nu. 39. lib. 2.* vn-
de non erit probandum quod disponit statutum,
10 quia ita apparet per aperturam voluminis † sta-
tutorum, vt dicit *Bald. in l. 1. num. 8. in fin. vers. secundo glossa opponit. C. quæ sit longa consuetudo.* Nam prædicta procedunt in his legi-
bus, seu statutis, in quibus de iure ad earum
11 essentiam non requiritur vsus, vt sunt † om-
nes leges, & statuta: Secus in casu nostro,
in quo ad validitatem statuti confirmans re-
quirit obseruantiam, quæ erit probanda per
illum qui se fundat in ea. *Decius consilio 402. num. 11.*

Immo cum dicta verba, quatenus in vsu, im-
portent conditionem, si non verificentur, dispo-
sitio, seu statutum, redditur ipso iure nullum,
12 prout dicimus de † ordinatione, seu decreto fa-
cto cum clausula, quatenus de iure, quæ impor-
tat si de iure fieri possit effectualiter, quæ con-
ditio est de præsenti, & si deficit reddit dispo-
sitionem nullam ipso iure. *Bar. in l. ambitiosa. col. fin. n. 32. vers. quæro quid si in reformatione. ff. de decret. ab ordin. facien. per tex. in l. cum ad præsens. ff. si cert. pet. l. conditio in præteritum. de verb. obligat.* De qua nullitate poterit opponi
coram quocumque iudice incidenter, coram
quo tale decretum produceretur. *l. quoties. C. de iudic. l. 1. de ordin. iudic.* & de dicta nullitate
perpetuo excipi. *l. pure. in fin. de dol. except. l. licet. C. de except.* Quod non esset, si deberet
rescindi. *l. nec non. §. exemplo. ff. ex quib. caus. maior. l. exceptiones. in fin. de except. Bart. in d. l. ambitiosa. col. fin. n. 32.*

Non obstat quod etiamsi non fuerit probatus
dictus vsus, seu obseruantia, tamen Iudex po-
13 test de ea † se informare, etiam parte absente,
& non citata. *Bart. in l. 4. ff. de testib. Alexand. cons. 14. viso processu. in princip. lib. 5.* Quia illud
procedit in consuetudine respiciente ordinem
iudicij, in qua agitur de modico præiudicio; se-
14 cus † in ea quæ spectat ad decisionem litis, de
qua agitur in casu nostro; illa enim debet plene
probari. *Soccin. cons. 39. col. 6. post med. vers. & si dicatur. n. 28. lib. 4.* post *Bart.* qui ita distinguit *in l. de quibus. n. 22. col. antepen. in princ. versic. secundo probatur consuetudo. in 4. q. princ. ff. de legib. Dec. cons. 402. col. 5. n. 12. vers. non obstat dum successiue.*

Præterea illud procedit in consuetudine no-
15 toria, de † qua Iudex potest se informare, prout
quando se informat de iure scripto in came-

ra, libros aperiendo, secus autem in ea quæ nõ
est notoria, quæ debet probari tãquam incerta,
& consistens in facto. l. 1. C. *qua sit long. consuetud. c. 1. de constitut. in 6. Aretin. in §. ex non scripto. num. 18. versic. quaro an necesse. Instit. de iure natur. gent. & ciuil.* & ita in specie statuti cum clausula quatenus in vsu, concludit, &
intelligit *Roderic. Soarez ad dictas leges fori. in probem. num. 14. in princip. vers. pradicta limita duobus modis.*

Vltimo est aduertendum non esse probandam
obseruantiam statutorum confirmatorum, cum
16 clausula quatenus in vsu, † quando casus à le-
ge decisus non accidisset, tunc enim non tollitur
effectus illorum, & sufficeret probare saltim
ex fama, & præsumptione, quod testes non recordantur tale negotium occurrisse in Ciuitate; ex quo enim nunquam accidit, impossibile
est probare vsum. *Cin in l. 2. n. 8. col. 6. in princ. vers. si vero ille non vsus. q. 2. C. qua sit longa consuetudo.* vbi loquitur de Hermafrodito, qui
etiamsi non fuerit visus à mille annis citra, non
per hoc sunt sublatæ leges loquentes de illo; nõ
enim perditur ius, vbi non exigitur obsequium,
quia non expedit. *l. in filijs. in princ. C. de decur. lib.* 10. vbi *Bart.* per multa similia comprobat, &
in l. cum scimus. C. de Agric. & censit. lib. 12.
[Nam nulla potest imputari causa desidiæ, ex
quo necessitatem non habeo, vnde videor vti,
quando casus non euenit. *Bal.* ponens exemplũ
de iurisdictione *in l. imperium. in 2. lect. col. 5. ad med. n. 14. vers. sed quanto tempore. ff. de iurisd. omni. iud. Innoc. in c. dilectus. col. 1. in fi. n. 3. vers. generalis autem. de cappell. monach.* Et in specie
casus nostri de statuto, cum clausula quatenus
in vsu, ita concludit *Roderic. Soarez ad l. fori. in probem. n. 15. vers. secundo limita.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio minoris partis populi non facit aliquid dici vsu receptum, prout neque per paucas vices. num. 2.*
3 *Non probato vsu censetur probatus contrarius non vsus.*
4 *Clausula prout hactenus obseruatum fuit, stat conditionaliter. & n. 6.*
5 *Dictio prout quando stet limitatiuè, conditionaliter, & causatiuè. num. 7.*
8 *Iudex habens facultatem procedendi extraiudicialiter, non tenetur publicare processum, vel testes comparare.*
9 *Per non vsum quando quis amittat ius suum, & quid si non venit occasio vtendi. & n. 10.*
11 *Priuilegium an amittatur ob non vsum per decem, seu quadraginta annos. & n. 12.*

¶ N. 8. *post verb.* probationem consuetudinis.

Non tamen dicetur vsu receptum, quãdo per
allegantem probatur illud ratificatum à minori
1 parte populi, † ob illam rationem, quia actus
aliquorum non potest præiudicare omnibus.
Bald. in c. fin. col. 6. in princ. nu. 30. vers. deinde quaro. de consuetud. Felin. in c. 1. col. 6. in princ. n. 11. de treug. & pac. Caputaq. decis. 192. par. 3.
2 † vbi etiam quod non sufficit probari vsum per
paucas vices, cum hoc esset probare exemplo,
3 † itaut eo ipso quod non probetur vsus, censeatur probatus contrarius non vsus. *Aim. cons. 1. n. 10. Caputaq. decis. 203. num. 4. par. 3.*

¶ N. 11. *post verb.* conditionem.

l. fiebum qui meus erit. de leg. 1. Bar. in l. 1. col. 6 in princ. vers. quaro. de aduerbijs. n. 19. de condit. & demonstrat. Caputaq. decis. 343. p. 3.

¶ N. 12. in fi. *post verb.* l. ambitiosa. col. fi. n. 32.

Quemadmodum etiam dicimus de confirmatione cum clausula, prout hactenus obseruatum
4 fuit, quæ stat conditionaliter, † non dispositiuè,
cum dictio, prout, denotet qualitatem. *l. prout. de solut. Bart. in extrauag. ad reprimendũ. in verb. prout. & in l. edita. post glos. ibi in verb. prout. C. de edend. Alex. consil. 179. n. 9. lib. 5.* Et stet limitatiuè. *Felin. in c. 2. colum. 5. n. 10. de rescript. Dec. cons. 362. n. 1. Rom. consil. 194.* & in specie
de statutis confirmatis cum huiusmodi clausula
6 † est *decis. Rot. coram R. P. D. Cantuc. Montis Falisci hereditatis. 19. martij* 1584. Quidquid
aliàs, quando præcessit certa dispositio, dictio,
7 prout stet, causatiuè non conditionaliter † exponatur, pro quia *Natt. cons. 40. in fi. Decian. cons. 58. n. 61. lib. 2. Menoch. cons. 791. n. 32. lib. 4.*

¶ N. 14. *post. verb.* Non obstat dum successiuè.

Prout idem esset, quando Iudex haberet facul
8 tatem procedendi extraiudicialiter, † tunc enim
formal motum animi sui ex ijs, quæ in præsentia illius proponuntur, itaut in ista informatione extraiudiciali non teneatur publicare processum, vel testes comparare. *Abb. cons. 41. Saluatoris. col. 2. vers. ex quibus verbis clare patet. n. 1. in fin. lib. 1.* cuius doctrina seruatur per *Rot. diuer. decis. 160. n. 8. p. 2. & per R. P. D. Oran. Leodien. pratensi census. 20. Ianuarij* 1596.

¶ N. 16. *in fin. post verba*, vers. secundo limita.

Et regulare est, quod nemo amittat ius suum
9 per non vsum, † si non euenit occasio vtendi; Vnde Dominus, qui non exegit longissimo tempore seruitium à Ciuitate debitum belli tẽpore,
non perdit ius suum, si nunquam cõtigit bellum,
vnde illo eueniente poterit petere. *Felin. in cap. cum accessissent. col. 9. de constit. Surd. cons. 323. n. 50. lib. 3. post Ias. in l. fin. col. antepenult. de con-*
20 *stit. pecun.* † vbi multa quando per nõ vsum amie
tatur priuilegium. *Riminal. iun. cons. 56. nu. 67.*
vbi quod priuilegium non perditur per non vsũ
etiam mille annorum, si non fuit præstita occa-

fio vtendi, latè *Fab. Ann. conf.* 129. *num.* 9. *& in*
11 *addit. ad Io. Vinc. Ann. singul.* 400. † Quamuis
aliàs non vsus per decennium sufficeret ad amit
tendum priuilegium, licet in locis pijs require-
retur spatium 40. annorum. *Innoc. in c. accedētibus. de priuil. Abb. in c. pro illorum. de preb. Doctor. in l. imperium. de iurisdict. omn. iud.*

EPITOME.

Quanto tempore præscribatur agenti Saluiano Interdicto, & quid in hypothecaria.

SVMMARIVM.

1 *In Saluiano requiritur probatio possessionis debitoris tempore obligationis bonorũ, vel postea.*
2 *Hypotheca, & obligatio præscribitur spatio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes. Idem in Saluiano. n. 8.*
3 *Limitatur quando adesset precarium.*
4 *Præscriptio non currit in hypothecaria ante factam discussionem contra tertium. Cõtrarium est verius. n. 7.*
5 *Præscriptio non currit non valenti agere. Limita vt num. 6.*
8 *Præscriptio currit in Saluiano, prout in hypothecaria. Limita vt num. 9.*
In Saluiano non requiritur excussio.
9 *Hæres principalis debitoris non dicitur tertius possessor.*
10 *Saluianum datur pro adipiscenda possessione bonorum obligatorum existentium, tam penes tertium quam ipsum debitorem, et eius hæredem.*
11 *Actio vtilis an directa oriatur, quando habet locum mens legis, & non verba.*
12 *Præscriptio, vt procedat, debet probari partes fuisse præsentes, & habuisse domicilium in loco iudicij præscriptionis tempore. & n. 14.*
13 *Personæ eiusdem Ciuitatis præsumuntur præsentes tempore præscriptionis, & absentia venit probanda per replicantem.*
15 *Fructus quando computentur in sortem in Saluiano interdicto.*

Decisio XV.

AGenti Saluiano interdicto conclusum
fuit obstare præscriptionem decem an-
norum inter præsentes, & viginti inter
1 absentes, quia † in huiusmodi iudicio requiritur
probatio possessionis debitoris tempore obliga-
tionis bonorum, vel postea, quando sunt obliga-
ta bona futura. *Bar. in l. rem alienam. col. 3. ver-*
sic. oppono cum prædicta. ff. de pignor. Negus. eod.
tit. 8. p. primæ partis. nu. 9. col. 3. vers. secundo dif-
ferunt; quæ quidem obligatio, & hypotheca spa-
tio dicti temporis præscribitur. *l. 1. & 2. C. si ad-*
2 *uers. credit. præscrip. oppon.* † vbi tertius posses-
sor cũ titulo, & bona fide nesciẽs, quòd res posses
sa fuerit prius alteri hypothecata præscribit cõ-
tra creditorem habentem dictam rem hypothe-
catam spatio decem annorum inter præsentes,
& viginti inter absentes; & passim prædicta ser-
uari dicunt omnes in *d. l. 1. Dec. in c. cum inter. n.*
23. de except. Bouius de Statut. Vrbis præscrip. in
gloss. 19. in verb. contra omnes creditores. nu. 49.
tom. 17. fol. 185. Tiraquell. de præscriptio. gloss.
7. Bellon. consil. 24. num. 3. Neguš. de pignor. p.
6. memb. 2. Paris. consil. 50. lib. 1. Roland. con-
sil. 79. num. 7. lib. 1. Oddo consil. 82. cum alijs
per *Afflict. decis. 139. in princip.* licet prædi-
cta intelligat solum quando adesset hypotheca,
3 secus si esset appositum † precarium per debito-
rem, qui si constituat se possidere dicto nomi-
ne, & postea alienet huiusmodi bona in tertium,
non per hoc iste tertius bona fide possidens ex-
cludet spatio dicti temporis creditorem, qui ha-
bet hypothecam, & precarium, cum dicta actio
duret vsque ad triginta annos: de quo tamen
late per *Tiraq. de constit. possess. limit.* 21.

Neque obstat quod non curra præscriptio in
4 hypothecaria ante† factam discussionem, vt per
Alexand. consil. 58. col. fin. lib. 5. per authens. hoc
si debitor. C. de pignor. vbi non potest agere
creditor contra tertium possessorem, nisi prius
discusso principali debitore, & eo non reperto
soluendo; vnde tanquam non valenti agere non
currit præscriptio, prout etiã dictã opinionem
sequitur *Crot. in l. si is qui pro emptore. nu. 57. de*
vsucap. Affl. decis. 139. n. 3. & posse defendi hanc
sententiam dicit *Balb. de præscrip. p. 4. q. 3. in fi.*
4. par. princip. fol. 321. allegando *Bald. in l. fi. col.*
10. & 11. C. de præscr. long. temp. vbi tenet,
quod non præscribatur actioni nondum ortæ,
nec in esse productæ, etiam quod sit in potesta-
te partis quod oriatur, & in esse producatur.

Quia respondetur contrariam opinionem
esse veriorem. Nam impedimentum discussio-
nis non factæ amoueri poterat per creditorem;
vnde si illud non fecit, sibi debet imputare, & sic
non potest dici, vt habeat locum illa regula *l.*
fin. C. de ann. except. quod non valenti agere
non currit præscriptio, quia non procedit in
6 eo, qui poterat † remouere impedimentum,
& non amouit, *Felin. in cap. ex transmissa. col. 1.*
de præscript. Vnde debet currere præscriptio,
7 etiam in hypothecaria † ante factam discussio-
nem, prout contra *Alexan.* tenent *Dec. Bouius,*
Neguš. & alij supra allegati. Aym. cons. 263. co-
lum. 3. vers. ex alio etiam capite. & cons. 148. col.
fin. in princip. Natt. *in addit. ad Alex. d. cons.* 158
& ab hac opinione non esse recedendum in iudi
cando, & consulendo, dicit *Balb. d. p. 4. q. 3. in fin.*
Soccin. iun. cons. 17. per totum, lib. 2. Paris. in c.
ex transmissa. in fin. de præscript. & cons. 50. co-
lum. 1. vol. 1. Rolan. cons. 79. n. 17. lib. 1. vbi sub-
dit, quod *Alex.* sibi contrarius, etiam hoc secu-
tus est *cons. 220. col. pen. in fi. lib. 6. & Crot. in l.*
si constante. in prima lect. n. 100. & in 2. not. ff.
solut. matrim. & veriorem dicit opinionem *Vr-*
sill. ad Affl. d. decis. 139. n. 2.

Quod quidem multo magis dicẽdum est pro-
8 cedere in Saluiano interdicto, † vt scilicet illi
præscribatur dicto tempore, cum in eo non re-
quiratur excussio; licet enim non videatur ista
opinio admittenda secundum *Bertr. cons. 213.*
n. 13.

*n.13.lib.2.Bellon.conf.34.n.8.Becc.conf.*88.late *Thef.dec.175.per tot.Rot.Diuer.dec.34.p.2.*[Tñ verior,& magis cõis est sentẽtia supradicta,quæ semper ita in pract. obseruatur. *Alex.cõs.15.viso & cõsiderato themate,col.vlt.li.6.Menoc.de adip. poss.rem.30.n.179.Aim.cõs.201.n.43.Rol.cõs.14 n.18.li.1.Soc.conf.80.n.2.li.3.Surd.cõs.4.n.36.*

Prædicta tñ dicebã non habere locũ in causa Esina Saluiani mihi cõmissa,quia pręscriptio 10. annorũ allegata per Federicũ nõ poterat obstare agẽti d.remedio,ex quo eramus in hęrede de-
9 bitoris†principalis,qui tãquã repręsentãs persona defuncti nõ dicitur tertius possessor, & ideo nõ pręscribit d.tẽpore. *l.cũ notissimi.§.1.de præscr.30.ann.Balb.eod.tit.4.par.4.p.princ.q.3.n.2.*

Neq; obstat,q̃ dicebatur ad exclusionẽ Saluiani illud nõ dari,ex quo eramus in debitore principali,quia clarũ est illud cõcedi cuilibet creditori ꝓ adipisc.possess. bonorũ debitoris obliga-
10 torũ†creditori existentiũ,non solũ penes tertiũ possessorem,sed etiã apud ipsũmet debitorẽ,seu eius hęredẽ. *Bar.et Salic.in l.1.C.de Salu.interd. Negus.de pignor.8.p.1.p.n.6.col.1.vers. & qñ.* vbi dicit hoc esse ex mẽte legis, nõ autẽ ex verbis,quo casu erit vtile nõ directũ;qñ enim habet
11 locũ mẽs,†& nõ verba legis,oritur solũ vtilis,& nõ directa actio, *Bar.in l.curat.C.de neg.gest.n.3.col.1.vers secũdo est vidẽdũ:*[licet ipse *n.5.versic.dicẽdũ est.*teneat dari etiã actionẽ directã,nõ solũ qñ habent locũ verba,& mẽs legis, sed etiã vbi mens tantũ;actionem vero vtilem tunc procedere,cũ deficientibus verbis,& mẽte legis extenditur lex per identitatem , & similitudinem rationis. *l.pen.ff.si quadrup. pauper. fecis. dicat.*

Immo etiã q̃ prædicta cessarent,nõ poterat habere locũ pręscriptio,cũ nõ fuerit probatũ par-
12 tes fuisse pręsentes pręscriptionis tẽpore,† & habuisse domiciliũ in loco vbi agitatur iudicium. *Ceph.cõs.29.n.14.post Lac.Butrig.et Ang.in l.fi. C.de præscr.lõg.tẽp.*cũ pręsertim nõ simus in ꝑso-
13 nis eiusdẽ ciuitatis,†qui etiã in pręscriptione lõgi temporis pręsumũtur ibi stetisse & fecisse, nisi ꝓbetur de absentia, cuius probatio incũbit illã replicãti. *Alex.cons.220.põderatis his.n.4. lib.6. Corn cõs.50.n.12.col.3.li.2.Balb.de præscr. 4. p.*
14 *princ.2.p.q.3.n.4.* Requiritur†enim probatio,q̃ quis sit ciuis,& habeat incolatũ,& domiciliũ,ad hoc vt colligatur pręsũptio,quod quis fuerit p̃sens in ciuitate. *Fel.in c.in præsẽtia. n.1.de prob. Rõcagal.in l.3.§.vbi duo. n.186. de duobus reis. Bertaz.cõs.ciuil.25.n.53.Menoc.præs.19.fi.li.6.*

Ex pręedictis declaraui nõ obstare pręscriptionẽ in casu de quo agebamus. Ideo bene fuisse cõcessum mandatũ de immittẽdo vigore Saluiani intentati:Et quia dicebatur fructus cõputandos esse in sortẽ creditori immisso in possessionẽ bonorũ ex Saluiano interd.de hoc erit particulari-
15 ter videndũ,cũ pręedicta videãtur habere† locũ, quãdo qs esset creditor pecuniarũ,quo casu fructus cõputantur in sortẽ;quando enim esset creditor bonorũ,& ad illa tanquã creditor agit,secus esset;quia nõ est vsura,cũ ex bonis ipsis fructus percipiãtur, *Rot.diuer.dec.44.n.7.et 10.p.1.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca dotalis quanto tempore præscribatur contra mulierem,& à quo tempore currat.n.2. & quid in Ecclesia.n.3.*

4 *Præscriptio à quo tẽpore incipiat in tertio possessore habẽte bona hypothecata.& n.5.6.& 7.*

8 *Habens causam à possessore titulo vniuersali an præscribat spatio decem annorum hypothecã; sicut is qui habet titulo particulari,& n.9.*

¶ N. 3. *post verba.* limit. 21.

Quæ etiam procedũt in hipotheca dotali,quæ pręscribitur cõtra mulierẽ per tertios possessores spatio 10.annorũ inter pręsentes,& 20.inter
1 †absentes. *Burg.in c.peruenit.n.23.de emp.et vẽdit.* Itaut illa ꝑscriptio incipiat currere mulieri
2 ab eo tẽpore,quo maritus vergit ad inopiã,† & dissipat bona. *l.in reb.§.omnis.C.de iur.dot.* Et si per dictũ tẽpus mulier nõ petat sibi restitui dotẽ,nõ poterit agere cõtra tertios possessores bonorũ hypothecatorũ. *Cuman.cõs.93.viso subscri-*
3 *pto casu.n.1.*†Vbi etiã quid cõtra maritũ,cũ alijs per *Masc.cõcl.1153.n.11.* Licet cõtra Ecclesiã
5 nõ pręscriberetur hipothecaria decẽnio,†etiã à tertio possess. *Rot.corã Seraph.Rom.Salu.11.maij 1550.*

¶ N.7.*in fi.post verba.* dec.139.n.2.

Itaut huiusmodi pręscriptio currat ab eo die, quo tertius possess.cepit possidere bona hypothe-
5 cata†secundũ opin. *Felician.de solu.*qui alios refert,& multis rõnibus cõprobat. *de cẽsib.c.4.li.3 n.12.vers.cui resolut.cõiuncta est.* Quãuis videatur magis tuta sentẽtia, vt incipiat à die,in quo debitor cessauit in solutione,& creditor sciẽs esse alienata bona hypothecæ subiecta cessauit in
6 petitione† *Parlador.li.1.rer.quotid.§.16.c.1.per tex.in l.sicut.§.nõ videtur.ff.quib.mod.pig.vel hipoth.solut.*quẽ dicit singularẽ *Caual. q.3. n.10.* vbi quod non põt currere pręscriptio cõtra creditorẽ ignorantem alienationẽ rerũ hypotheca-
7 tarum,& tertium possessorem,†& soluente debitore,quasi absq; eius damno pignus suum vbiq; duret *d.l.sicut.* Aliud enim esset si creditor sciuerit,tacuerit, & permiserit labi tantum tempus, quo casu esset inducta præscriptio,quę ignorantia in dubio esset pręsumenda. *l.verius. de prob.*

¶ N.9. *post verba.* q. 3. n. 2.

Negus.de pig.6.p.m.2.n.1.Rot.corã R.P.D.Lãcellot.Rom.saluiani.19.Dec.1599.in fi. vbi alle-
8 gantur concordantes decisiones;† Intelligendo quando habet causam à possessore titulo vniuersali,vt in casu de quo agimus:nam si haberet titulo particulari,præscriberet decem annis,prout loquitur *text.in l.cũ notissimi.§.1.C.de præsc. 30.annor. Rot.coram R.P.D.Iusto.Rom.sal-*
9 *uiani 5.Decemb.1601.*†vbi ita declarat *Rip.in rub.de pig.* dum vult quod tertius habẽs causam à possessore,non pręscribat spatio 10.annorum.

¶ N.11.

¶ N. 11. *post verba.* non directa actio.

Niconit. in rub. de nou. oper. nunciat. n. 184. vbi de communi post *gloss. in l. actio. de negot. gest.*

¶ d. N. 11. *post verba.* si quadrup. pauper. fecisse dicar.

Alex. in l. si quis id quod. n. 20. *de iurisd. omn. iud. Ceuall.* qui de communi. *q.* 665. *in fin.*

EPITOME.

Canonicus maior ordine postea receptus, an præcedat prius admissum minorem ordinem habentem, & quid in hoc operetur consuetudo.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus maior ordine præfertur, etiam quod postea sit receptus. Fallit stante consuetudine. n.* 6. *Sed contrarium est verius, vt in decreto Congregationis Rituum num.* 7.
2 *Consuetudo attenditur in præcedentijs.*
3 *Obseruantia facit, vt vetustior habeat locum inferiorem, & Doctoratus priuatè præferatur publicè Doctorato.*
4 *Consuetudo est obseruanda, vt Vicarius Episcopi non præferatur Archidiacono.*
5 *Consuetudo antiquissima habet vim priuilegij.*
8 *Consuetudo specialis non tollit legem generalē.*
9 *Consuetudo non valet contra legem derogantem consuetudini.*

Decisio XVI.

1 CAnonicus, qui maior est † ordine, præfertur, etiam quod postea sit receptus. *c. statuimus de maiorit. & obedien.* quod videtur procedere, dummodo non extet consuetudo in contrarium, secundùm quam primo loco receptus potest præcedere postea admissum, etiā maiorem ordinem habentem, quia in præceden-
2 tijs dicta † consuetudo attenditur. *Nauar. cons.* 3. *de maiorit. & obed.*

Ideo videmus, quod ista obseruantia subsecuta multum operatur in sessionibus Magistratuū, Collegiorum, Confraternitatū, vel Vniuersitatū, in quibus quicquid sit de Iure, seruatur cōsuetu-
3 do, licèt possit euenire quod vetustior † sedere debeat in loco inferiori, vel nobilior, aut Doctoratus priuatè præferatur in sedendo in consilijs ciuitatum alijs Doctoribus publicè à Collegio doctoratis. *Ludou. concl.* 38. *illat.* 100. vbi etiam infert, quod licet sit controuersum apud Doctores, an Vicarius Episcopi debeat præferri Archidiacono residēte Episcopo, vel Archipresbytero,
4 vt per *Abb. cons.* 21. *lib.* 1. Tamen in † hoc erit seruandum, quicquid per obseruantiam subsecutam seruatum fuerit. *Menoch. cons.* 52. *n.* 153. *lib.* 1.

Quæ magis procederent, si dicta consuetudo esset antiqua, cuius initij non esset memoria,
5 † tunc enim haberet vim priuilegij legitimè obtenti. *c. super quibusdā. §. præterea, & ibi gloss. in verb. non extat. de verb. signif. gloss. in c. fin. in verb. legitimè. de consuetud. Dec. cons.* 31. *nu.* 9. *in fin. Gabr. conclus.* 1. *princip. de præscript.* Et in
6 specie, quod valeat dicta † consuetudo etiam quod sit contra ius, tenet *Felyn.* reprobata opinione *Abbatis* contrarium sentientis *in d. c. statuimus in princ. de maiorit. & obed. Gallesi. in tract. de ann. aus. fol.* 35. *Bero. cons.* 7. *n.* 7. *lib.* 1. *Ludouic. d. conclus.* 38. *illat.* 136.

Contrarium tamen in Ecclesijs, vbi præbendæ sunt distinctæ, cum de prædictis quæreretur seruatum fuit, ob declarationem Sacræ Congre-
7 gationis † Rituum, cuius tenor talis est. Cum secundum cuiusque dignitatem, quilibet in sede sit honorandus, & qui prior est in ordine, in loco etiam præmitti debeat. Declarauit Sacrorum Rituum Congregatio, Canonicos, qui in ordine presbyterali constituti canonicatum presbyteralē obtinuerint, in Choro, Capitulo, processionibus, & sessionibus præcedere debere Canonicos in Diaconatu, vel subdiaconatu constitutos canonicatus diaconales, aut subdiaconales obtinentes, etiamsi postea fuerint in Ecclesia admissi, & recepti; non obstante cōsuetudine Ecclesiæ, quæ tanquam abusiua atque improbata non debet admitti. Vnde Canonico prouiso de canonicatu presbyterali in Ecclesia, vbi præbendæ sunt distinctæ, censuit dicta Congregatio deberi locum inter alios presbyteros supra omnes diaconos, & subdiaconos licet prius in Ecclesia receptos. Qua declaratione stante non est faciendа vis in doctoribus supra allegatis, neque enim videtur sapere honestatem, quod minor ordine præcedat maiorem. *Hostien. in cap.* 1. *de maiorit. & obed.*

Neque obstat, quod dicebatur de consuetudi-
8 ne: Quia tanquam specialis non † potest tollere legem generalem. *Bart. in l. de quibus, col.* 2. *n.* 5. *de legib.* maximè quia cum *in d. c. statuimus de maiorit. & obedien.* derogetur consuetudini, quoad dictam præcedentiam, vt ibi notat *Abb. in*
9 *princ.* dicendum est non valere † consuetudinem contra legem derogantem consuetudini; cum per dictam derogationē intelligatur etiā sublata consuetudo futura, quæ tunc dicetur irrationabilis, & illegitima, vt de veriori, & magis communi opinione testatur *Alex. in l. si mihi, & tibi.* 12. *§. vlt. col. fin. vers. puto tamen, & vers. ex quibus apparet. ff. de leg.* 1.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus qui præuenit in apprehendenda possessione an præcedat alios quamuis priores in prouisione. n.* 2. 4. 5. *&* 6.
3 *Præminentia sunt fructus possessionis, & dantur propter seruitia præstita Ecclesijs.*
7 *Dolus nemini debet patrocinari.*

¶ d. N. 1. *post verba.* & obedien.

Caputaq. decis. 357. *n.* 2. *lib.* 2.

¶ N. 9.

¶ N. 9. *in fi. post verba.* ff. de leg. 1.

Aliàs quo ad huiusmodi præcedentias serua-
tur, quod Canonicus qui præuenit in apprehen-
1 denda poss:ssione,† & antiquiori receptiooe de-
beat alios præcedere. *cap. 1. de maiorit. & obed.*
Bald. in cap. cum olim. in princ. de consuet. Rot.
decis. 2. eod. tit. in nou. Caput. decis. 357. n. 1. lib. 2.
2 Quamuis alij sint priores in prouisione, † & po-
steriores in possessione, etiam si per eos non ste-
terit, vt possessionem prius nõ ceperint, propter
aliquod impedimentum litis, vel alterius causæ.
5 † Ratio est, quia istæ præeminentiæ sunt fructus
possessionis, & dantur propter onera, & seruitia
præstita Ecclesijs, prout ita passim seruari tàm
in Collegio, quam in Ecclesijs dicit *Rot. coram*
R. P. D. Gipsio Vicen. præcedentiæ. 27. Aprilis.
1594. & coram R. P. D. Litt. Burgen. de vellora-
do. 30. Aprilis. 1599.

Neq; obstat ꝙ de iure cõmuni attẽdatur prio
4 ritas prouisionis, † quamuis sit posterius rece-
pta. latè *Gonzal. q. 14.* quasi secunda receptio
retrotrahatur, ex quo primus impetrans erat re-
cipiendus, cum non steterit per eum. *Bisign. de-*
cis. 6. in fin. versic. aliquibus videtur. de consuet.
in antiquior. quem sequitur *Roce. eod. tit. sect. 4.*
5 *n. 11.* † Quia prior opinio est verior, & in praxi
seruatur, vt multis comprobat *Hier. Gonzal. ad*
reg. 8. de alternat. in proœm. §. 3. nu. 24. vsque ad
6 *n. 41.* † Dummodo non simus in eodemmet qui
dedit impedimentum, ne ex sua culpa commo-
dum consequatur, cum dolus nemini debeat pa-
7 trocinari † *l. si quis in suo. 33. §. legis autem. vbi*
glos. in verb. prægrauetur. C. de inoffic. test. c. se-
des 15. in fi. de rescrip. Tiraq. de retract. consang.
§. 1. gloss. 9. n. 68. Aym. cons. 100. n. 11.

EPITOME.

Debitor quando possit præiudicare in quærendis credito-
ri, tàm chirographario, quam hypothecario. Et quid in
fisco [Renunciatio iuris quærendi, an sit proprie dona-
tio, & comprehendatur in statuto requirente insinua-
tionem donationis : [An aditio dicatur præcessisse, &
sint acquisita prius iura per dictam renunciationem.

SVMMARIVM.

1 *Debitor an possit repudiando hæreditatem præ-*
iudicare Creditori, & n. 3. & quid in alijs iu-
ribus, vt in lucro dotis, n. 5. legato n. 6. In mi-
nore n. 7. In donatario. n. 8. In hærede debito-
ris. n. 9. & 31.
2 *Fiscus habet tacitam hypothecam in bonis de-*
bitoris.
10 *Creditor chyrographarius habet ius solum in*
personam, non in bonis debitoris.
11 *Debitor non potest præiudicare creditori hypo-*
thecario in querendis, & n. 12. Contrarium est
verius, n. 16.
13 *Fiscus in dubio præsumitur velle vti iure suo.*
14 *Repudiatio est quædam alienatio.*
15 *Debitor non potest alienare in præiudicium*
creditorum.
17 *Ius adeundi non est in bonis nostris.*
18 *Bona in quibus debitor habet spem de præsenti,*
non veniunt in obligatione bonorum præsen-
tium & futurorum.
19 *Lex habens varios intellectus non potest allega-*
ri ad decisionem causarum.
20 *Dispositio l. in fraudem. ff. de iure fisci. procedit*
fauore fisci non ratione hypothecæ.
21 *Fraudem faciens fisco in quærendis punitur in*
duplum.
22 *Læsio non est considerabilis in quærendis.*
23 *Renunciatio iuris quærendi non dicitur pro-*
priè donatio, nec comprehenditur in statuto
requirente insinuationem donationis. n. 24.
25 *Mulier prohibita renunciare iura sua, poterit*
renunciare ius quærendum.
26 *Extensio omnis excluditur si statutum dicat ver*
ba esse intelligenda ad litteram.
27 *Per renunciationem, & cessionẽ videntur prius*
esse acquisita iura, & aditio præcessisse. Intel-
lige, vt num. 28.
28 *Acquisitio momentanea non est habenda in*
consideratione.
29 *Solemnitas requisita per constitutionem Pauli-*
nam non est necessaria in renunciatione, & ces
sione facta de iuribus hæreditatis per Monaste-
rium. Intellige, vt n. 30.
31 *Patronus potest vendicare partem sibi debitam*
non obstante repudiatione hæredis debitoris:
& de ratione n. 32.
33 *Intellectus l. liberto octuaginta. ff. de bonis li-*
bertorum.

Decisio XVII.

PEr hypothecam generalem, quam habent
creditores D. Antonij de Asculo, ius hære-
ditatis affectum fuit. Vnde dicebatur ve-
1 rius esse, quod † ipse non possit illum in credito-
rum præiuditium repudiare, prout est *tex. l. in*
fraudem in princ. & in §. idemque iuris. de iure
fisci, vbi debitor non potest in præiudicium fisci
repudiare ius sibi delatum. Ratio est propter ta-
2 citam hypothecã, quam fiscus in eius bonis † ha-
bet vt dicunt *Doctores per text. in l. aufertur.*
§. 1. de iure fisci, vbi glos. in verb. pignoris, l. 2. C.
quibus ex caus. pign. taci. contra. l. 1. C. de priui-
leg. fisci.

Non obstat *l. non fraudantur, de reg. iur. & l.*
qui autem §. 1. ff. quæ in fraudem creditorum,
3 † vbi videtur casus in contrarium, quod debi-
tor non teneatur acquirere, sed possit repudiare
legatum, vel hæreditatem sibi delatam, nec prò-
pterea dicatur creditorem fraudare.

4 Et id prope perpetuum est, vt in quærendis no
cere possimus, quibus aliàs non possumus. *l. vlt.*
C. de acquir. possess. l. cum proponas, in fine. C. de
hæred. instit. l. quoties solut. matrim. l. si duo. ff. si
quis cautio. l. 1. §. vtrum autem. ff. si quis in frau-
dem patronorum. Tiraq. de retract. lignag. §. 26.
5 *n. 15. glos. 1.* † [Et de lucro dotis spectante ad
maritum vigore statuti, quod possit remitti in
præiudicium creditorũ, consuluit *Dec. cons. 259.*
quæri-

quaritur breuiter, an lucrum, & in l.1.n.18.C.de secund.nupt. quem sequitur *Couar. de sponsalib. §.1.n.12.p.2.c.7.* late *Phannuccius de lucro dotis,glos.8.n.17.& n.20.post Rolan.eod.tit. q.40. per totam.Soccin.Iun.cons.*109.*ad fin. lib.3.Pa-*
6 *ris.cons.*127.*lib.*1. [Et de hæreditate,† vel legato etiam postquam eessit dies, quod possint repudiari, neque ex hoc dicuntur fraudari creditores. *Couar. in c.Rainaldus,§.3.n.12. vers. addit praterea de testam.Gomes.de rest.minor.n.*14.
7 *vers.tertio extende*;vbi tamen limitat † in minore, qui prohibetur etiam desinere acquirere; ideo non poterit repudiare hæreditatem sine decreto ; idem *Gomes.de donat.num.16. in fi.vers.*
8 *quinto infero*; vbi limitat † in donatario, qui semel consensit stipulando,vel acceptando, qui nõ potest donationem causa mortis repudiare. *Ias. in §.item si quis col.penult.n.122. vers.aduertite*
9 *ad id; Instit. de action.* vbi limitat † in hærede debitoris vt infra dicetur.

Nam respondetur prædicta iura non obstare
10 quũ loquantur in creditore chyrographario,† qui in bonis non habet aliquod ius, sed tantum in personam.*l.pro hoc debito.C.de bon.auct.iud.possid. l.eos qui. C. qui potior. in pignor.habeantur:* Secus autem in hypothecarijs,prout in casu de
11 quo agimus, † vt per multa ita concludit *Anchar.cons.*101.*incip.ex prædicto themate. ad fin. num.*8. quem sequitur *Franc.Pepius inter cons. Socci.vol.4.cons.76.n.6.Negusan.in tract.de pignor.p.4.ante fi.n.33. vers.4. quæritur an in re. & n.41.vers.non obstat quod debitor.*
12 Non obstat † *cons.Socci.iun.124.lib.3.*qui contra *Anchar.* consuluit non esse faciendam differẽtiam inter istos creditores chyrographarios, & habentes hypothecam; Immo *d.l. qui autem*, indistincte esse intelligendam in omnibus creditoribus,prout ibi etiam allegat *Ripam in l.1.ff. de pignor.n.7.* reprobantem dictum *Ancharan.* Quia *Ripa* solum dubitat de doctrina *Anchar.* & non se resoluit,& in *fi. dicti n.* 7. relinquit cogitandum, dicens, magnam esse auctoritatem *Anchar.*non tamen per hoc sequitur, quod contra eum *Ripa* sentiat, maximè per *d.l. in fraudem.de iure fisci*,quæ videtur in terminis huiusmodi easum decidere, vt bene notant præcitati Doctores.

Neque obstat, quod in *d.l.in fraudem*. hoc disponatur propter priuilegium fisci,ex *glos.Bart. Alberic. & alijs in d.l.in fraudem*.

Quia respondetur non posse ita intelligi illum
13 tex. eum fiscus in dubio præsumatur † velle vti iure priuati.*l.1. & l.cogi.*vbi *Doct.C.de peti.hared.* Maximè cum in creditis exigẽdis magis sint priuilegiati creditores priuati, quam fiscus. *l. quod placuit.de iure fisci.* Vnde si esset verum, ꝙ repudiatio præiudicaret omnibus priuatis creditoribus per *d.l. qui autem*;fortius deberet nocere fisco, in quo cum aliter disponatur per *d.l. in fraudem*,oportet de necessitate dicere, quod illud operetur tacita hypotheca, & non priuilegium,vt bene concludunt *Ancharan. Pepius & Negus.in locis supracitatis.*

14 Eo magis quia ista † repudiatio est quædam alienatio.*l.magis puto.§.fundum. ff.de rebus eorum.Castren.Aret.& Alex.in l.legatum.de leg.1 Imol.in c. vt super.de rebus Eccles. non alienan. Laur.de Rodul.in c.fine exceptione.q.55.12.q.2. Lud. & Aret.in l.is qui hares. §.fi.de acquir.hared.Matthes.sing.181.n.4.Redoa.de rebus Eccl. non alien.rub.1.vers. pariter repudiatio.* Vnde
15 cum debitori non sit † permissum alienare in præiudicium creditorum *toto tit. de his qui in fraudem creditorum*, neque repudiatio erit concedenda.

Contrarium tamen declaraui ad fauorẽ debitoris pro validitate repudiationis, de qua agebamus, non obstantibus supra allegatis,cum verior sit conclusio,quod *tex. in l. qui autem. ff. quæ in fraudem credit. & in l.non fraudantur, ff. de reg. iur.* tanquam generalis habeat locum tàm in creditore habente actionem personalem,
16 quàm in † hypothecario, prout per multa concludit, & de magis communi opinione testatur *Franc.decis.*101.*n.*21. vbi ostendit maiores auctoritates, & rationes esse contra *Anchar.* subdens latè hanc opinionem defendi per *Tellum Ferdinandez in l.4. n.55.super constitutionibus taurinis*, de quo etiam dicit fieri mentionem per *Io.Gutier. pract. quæst. lib.11.q.127.* Ius enim
17 † adeundi non est in bonis nostris, *l.pratia rerũ ad l.falcid.*& in obligatione bonorum præsentiũ & futurorum,non veniunt bona,in quibus debi-
18 tor haberet spem de præsenti † nisi illud exprimatur. *Paris.cons.127.n.26. lib.1. post Bald.* per illum *tex.in l.fin.C.de pact.& ibi Ias.Sal. Alex.* & alij,qui ita declarant. *l.fin. C.quæ res pignor. oblig. poss.*

Non obstat *l.in fraudem,de iure fisci.* Quia habet varios intellectus, de quibus per *Doct. in l. qui autem, ff. quæ in fraudem credit. Picus in l.*
19 *post contractus,n.106.de donat.* Vnde † non potest allegari ad decisionem causarum. *Bart.in l. in ambiguo.de reb dub.* & ita respondet *Franc. d.decis.101.n.21.* Maximè quia dispositio d. le-
20 gis procedit fauore fisci,† non ratione hypothecæ, vt post multos per eum allegatos concludit *Io.de Plat.in l.qui in contractibus. C. de iure fisci,lib.10.Franc. Lucanus de fisco, & eius priuil. p.1.casu 75.* Immo etiam punitur in duplum qui
21 fraudem facit fisco in quærendis,*glo. in l.† facultas.C.de iure fisci lib.10.*

Non obstat,quod in huiusmodi renunciatione non interuenerit solemnitas statuti, quæ saltim debebat interuenire ratione lesionis allegatæ. Quia respondetur non posse considerari lesionẽ in hoc casu,cum non simus in quæsitis,sed in quæ-
22 rendis † in quibus non est considerabilis læsio. *l. de fideicommisso. C. de transact. l. si pater puellæ. C.de inoff.testam.Castrens.cons.174.contra superius consulta.col.2.post med.lib.1. Aym.cons.114. n.13.col.fi.versic. tertio respondeo.* subdens quòd
23 huiusmodi renunciatio iuris quærendi † non dicitur propriè donatio. *Curt. Iun.cons.47. nu.7. col.3. vers. quia puto. & vers. ex præmissis*; vbi concludit non compræhendi statuto in requi-

reute

24 rēte † infinuationē in donationibus;[Prout vi-
demus mulierem, quæ ex forma ftatuti non po-
25 teft renunciare iura fua, poffe † tamen renuncia-
re ius quærendum. *Caftren. conf. 17. in cafu præ-
fenti. lib. 2. Aym. conf.* 114. *n.* 14 *verf. ideo genera-
liter.* Tollitur enim facilius ius quærendū, quàm
quæfitum. *l.* 1. *§. confertur. ff. de collatio. l. filius pa-
cifcendo. C. de pactis.* Maximè propter aliud fta-
26 tutum difponens † verba effe intelligenda ad lit
teram prout iacent, per quod intelligitur exclu-
fa omnis extenfio; Ita in fpecie renunciationis
de qua agimus, concludit *Curt. Iun. conf.* 47. *n.* 7.
ad fin. col. penult.

Non obftat quòd dicta folemnitas faltim re-
quirebatur, quia fuit facta ceffio, & renuncia-
tio de huiufmodi hæreditate; vnde in neceffariū
27 antecedens cenfendum † eft prius fuiffe acquifi-
ta. d. iura, & aditionem præceſsiffe faltim ordine
intellectus; alioquin ceſsio, & renunciatio nihil
continuiffet, vt concludit *Ruin.* in fpecie renun-
ciationis. *conf.* 170. *n.* 9. *col.* 2. *in fi. verf. ad hoc er-
go lib.* 1. *Surd. decif.* 70. *duo proponebantur. n.* 11.
& conf. 244. *n.* 19. *lib.* 2. Vnde videbatur effe alie-
natio iuris acquifiti, & fic tanquam facta fine
folemnitate non debet valere. Quia refpondetur
quòd licèt renunciando, & cedendo videatur
prius acquirere, nihilominus d. renunciatio non
eft principaliter ordinata ad adeundum, & ac-
28 quirendum, fed ad renunciandum; Vnde illa † ac-
quifitio momentanea non eft habenda in confi-
deratione. *arg. l. qui fic. de folutio.* prout non dici-
tur verfum quòd non durat verfum, & non dici-
tur factum, quod non durat factum. *c. vnde. de
verb. fignif. l.* 1. *§. verfum. ff. de in rem verfo.* Et
ita in fpecie concludit, & refpondet *Socci. conf.*
53. *vifo inftrumento. col. penult. n.* 28. *lib.* 4. *Pha-
nucci. de lucro dotis glof.* 8. *n.* 18. *verf. quæ conclu-
fio*; vbi etiam fubdit ita fuiffe per Rotam refolu-
tum, vt in *recollectis D. Fabij Epifcopi Veftani
decif.* 66 dum declarauit folemnitatem requifitā
29 per Conftitutionem Paulinam † non effe necef-
fariam in renunciatione, & ceſsione facta per
Monafterium de iuribus hæreditatis; quod in-
quit procedere in terminis propriè, quando èx
actu qui fit ad renunciandum, non refultat acqui
30 fitio; fecus fi duo actus feparati, licèt in † conti-
nenti vnus poft alium, facti fuiffent, puta fi Mo-
nafterium prius adiuiffet hæreditatem, deinde
etiam in eodem inftrumento ceſsiffet, & renun-
ciaffet.

Non obftat *l. liberto octuaginta. ff. de bonis li-
bert.* vbi non obftante repudiatione hæredis. pa-
31 tronus † poteft vendicare partem fibi debitam:
Vnde idem in creditoribus, qui non obftante re-
pudiatione facta de lucro poterunt nihilominus
vendicare. Quia verius eft ibi non agi de ipfo li-
berto, qui potuiffet lucrum repudiare in damnū
patroni. *l.* 1. *§ vtrum. ff. fi quid in fraud. patr.* fed
agi de hærede liberti, qui non potuit in damnum
32 patroni repudiare legatum factum liberto. † Ra
tio eft, quia cum libertus deceſſerit animo non
declarato, an voluerit agnofcere legatū, nec ne,
præfumitur per legem quòd voluerit illud agno-
fcere, vel quòd agnouerit; & ideo ibi difponitur,
quòd libertus decedens dicitur reliquiffe fub-
ftantiam ampliorem, & ita refpondet in fpecie
cafus noftri *Socc. Iun. conf.* 109. *in fin. lib.* 3. prout
etiā dicit fe tenuiffe *in l.* 1. *ff. de leg.* 1. *et Phanuc-
ci. de lucro dotis. glof.* 8. *n.* 21. de cuius dicti veri-
33 tate, & ratione multa † *Couar. in c. Raynaldus.
§.* 3. *n.* 12. *verf. illud tamen. & n.* 14. *verf. fexto, vt
ad propofitam. Additio ad Alex. conf.* 113. *pro de-
cifione lib.* 3. *& Additio ad Dec. conf.* 259. *alias*
260. *Hieron. Zanchus. in l. hæredes mei. §. cum
ita. p.* 4. *n.* 418. *ff. ad Trebell. Iaf. in §. item fi quis.
col. penul. n.* 122. *Inftit. de action.* vbi late tractāt
de intellectu *d. legis liberto octuaginta. ff. de oper.
libert.*

E P I T O M E.

Quando dicatur conftare de tribus conformibus.[Exceptio folutionis, vel nullitatis, an impediat executionem trium conformium.[Et quid vbi eft fufpicio probabilis calumniæ.[Quantum tempus debeat dari opponentibus dictas exceptiones.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia dicuntur conformes, fi tendunt ad eundem finem, & effectum & n.* 2. *etiam quòd in caufa non conueniant. num.* 3.

4 *In confirmatione fententia licet fit aliquid immutatum, tamen eft locus priuilegio trium conformium quo ad id in quo omnes conueniunt.*

5 *Executio conceditur poft tres conformes, non obftante quacumque nullitatis exceptione. Amplia vt num.* 6.

7 *Exceptio folutionis poteft opponi etiam in actu executionis. Intellige vt num.* 8.

9 *Exceptio nullitatis impedit executionem vnius fententia, fi probari poteft fummariè, & infra breue tempus. Intellige vt n.* 10. 11. *&* 12.

13 *Solutio notoria impedit executionem.*

14 *Exceptio nulla debet retardare executionem, cū iudex poteft fufpicari caufam calumnia, aut dilationis folutionis. Amplia vt n.* 15.

16 *Exceptio in dubio præfumitur proponi ob caufam moranda folutionis, & propter calumniā.*

17 *Arbitrarium eft iudici quantum tempus debeat dari opponentibus huiufmodi exceptiones.*

Decifio XVIII.

EX fententijs productis ad fauorem Lau-
riani de Monticulo contra Petrū Petroc-
chi, dictum fuit conftare de tribus confor
1 mibus; cum ex illis appareat effe eundem † fi-
nem, & effectum, quod facit conformitatē. *l. qui
fententiam. C. de pœn. c. nihil obftat. de verb. fign.
l. in fumma. de re iudic. l. quid tamen. §. fi arbiter
ff. de arbitr. l.* 1. *§. fi quis ita. de verb. oblig.* Et ita
in fpecie de fententijs dicit *Corn. conf.* 14. *in hac
confultatione. vol.* 4. *in princip. Soccin. Iun. conf.*
73. *num.* 2. *volum.* 2.

Maximè cum fint latæ in eadem caufa, & nihil
plus, aut diuerfum contineatur in vna, quàm in
alijs,

alijs,ita quòd aliquid non sit immutatum de sen-
tentia causæ principalis in confirmatioue, quæ
fit tàm in prima,quàm in secunda appellatione,
tunc enim tendunt ad idem, & super eodem fe-
2 runtur, & debent † diei omnino conformes, vt
dicit *Card.in cle.1.de re iud.in princ.in 1.opposi-*
tione,per text. in c.coram in princ. de offic. deleg.
Alex.cons.77.col.1.vol.2.Socc.Iun.cons.45.col.5.
n.20. vers.vel tertio dicas. vol.1. Aym. cons.183.
3 *col.1.Couar.pract.quæst.c.25.n.6.*† licèt etiam
sufficeret ad hoc, vt dicantur conformes, quòd
concordent in effectu,quamuis in causa non cō-
uenirent. *Ruin.cons.114.col.1.n.5.vers.& quā-*
uis etiam plus. vol.5. Gabr. de executio.rei iudic.
conclus.1.n.34.limit.13. Prout etiam,quando ali
4 quid est in † confirmatione immutatum, tamen
quoad id, in quo omnes sententiæ conueniunt
erit locus priuilegio trium conformium, vt post
glo.Laur. & alios,quos allegat, concludit *Card.*
in d.clem.1.de re iudic.n.2.oppos.1.& q.17.n.15.
Aym.cons.183.n.3.

Quo stante fuit concessa executio,iuxta teno-
rem Breuis Sanctissimi Domini Nostri, in quo
mandatur ad illam procedi debere, constito de
5 tribus conformibus; † quæ etiam de iure erat
concedenda, non obstante quacumque nullitatis
exceptione.*clem.1.de re iud. Doctor. in l.4.§.con*
demnatum.cod.tit.Io.de Imol. in l. si expressim.
ff.de appellatio.Felyn. in c.ex parte.col.4. nu.16.
vers. 18.fallit. de offic. deleg. Socc. Iun.cons.45.
n.20.*vol.1.Couarr.pract.quæstio.c.25.n.1.Vant.*
in tit.qui poss.dicere de nullit.n.19.Lancell.de at-
tent.nullit.penden. c.18. n.113.

6 Quæ omnia habent locum,† siue causa sit pro-
phana, siue Ecclesiastica, siue spiritualis, siue
quasi spiritualis,siue criminalis, siue mixta.*glos.*
in d.clem.1.in ver quamuis,& ibi Imol.col.4.su-
per glos.2.& Cardin.in q.2. siue simus in posses-
sorio, siue in petitorio; & generaliter in omni
causa. *Barbat. in d.clem.1.col.6. & ibi Card.&*
Ancharan. in 2.not. Gabr. de executio. rei iudic.
concl.1.n.3.& 4.

7 Non obstat exceptio † solutionis exaduerso
allegata,de qua semper potest opponi, etiam in
actu executionis;vt per *Castren.cons.257. lib.2.*
Berous cons.189.nu.12. lib.3. Rota Florent.per
Magonium decis.94. n.8.

Quia respondetur,quòd dicti Doctores loquū-
tur,quando exceptio solutionis opponitur con-
tra vnam sententiam, quæ transiuit in rem iudi-
8 catam; † secus autem quando sumus in tribus
conformibus.Ratio differentiæ est. Quia ex illis
tribus oritur maxima calumniæ pręsumptio ad-
uersus eum,qui per viam exceptionis vult impe-
dire illarum executionem. *Docto.in d.clem.1.de*
re iudic.Felyn.in c.ex parte.col.4.n.16. vers.18.
fallit.de offic.deleg.Socc.Iun.cons.45.n.20.col.5.
vers.sed contra prædicta.volum.1.Couarr.pract.
quæst.n.1. cap.15.in principio.

Alioquin parum vtilitatis induceret priuile-
gium trium conformium, & nihil esset speciali-
ter inductum per *d. clem.primam,* si idem dice-
remus in tribus conformibus, quod in vna, quæ
transisset in rem iudicatam, quod non est dicen-
dum. *Alex.cons.77.in causa,& lite vertente.n.12.*
col.pen. vers.nec ad hoc obstat si diceretur. lib.2.
Couarr. pract. quæstio. cap. 25. vers. alioquin si
nullitas.

9 Vnde videmus, quòd † exceptio nullitatis im
pedit executionem vnius sententiæ, si probari,
& expediri potest summariè,& infra breue tem-
pus.*Bart.in l.4.§.condemnatum.n.3.de re iudic.*
Bald.in l.ab executore.n.8.C.quor.appell.non
recip.Franeus in c.dilecto.q.10.n.26. vers.circa
*secundum.de appellatio.Affl.decis.283. Alex.*qui
de communi.*cons.33.n.9 lib.1.Vant.in tit. quot,*
& quibus modis possit nullitas opponi. n.32.

10 Quod secus est in † tribus conformibus, quo-
rum executio non potest impediri, etiam si opo
natur nullitas cum probatione statim, & incon-
tinenti assumenda. *Rip.in d.l.4.§.condemnatum*
n.15.de re iudic. & ibi *Castrens. col.1. Ias. col.3.*
in fin.vers.3.principaliter limit. Alex. consil.77.
col.pen.n.12.vers. sed quando sunt lata tres sen-
tentia lib.2.Couar.pract.quæst.c.25.n.2.vers.ex
quibus vt propriè. Et hanc opinionem veram es-
se, & tenendam dicit *Lancellot.de attent.nullit.*
pend.cap.17.n.113.vers.tertio regula limitatur.
Grauat.ad Vestr.lib.8. c.7. de nullitate eiusque
temporibus,& processu.in verb.secundo verò.

11 Licet quando nullitatis exceptio esset noto-
ria,& euidēs, ex actis admitteretur ad impediē-
dum executionem etiam trium conformium.
Oldrad.cons.106.Bald.in l.1.n.2.ne liceat 3.pro-
uoc.Cardin.& Bonifac.in d.clement.1. de re iud.
Felyn. in cap. inter cæteras. colum.5. vers. sexta
declaratio. eod.tit. Roland.consil.29.n.44. lib.1.
de communi.*Couarr.practic.quæst.cap.25. n.2.*
Gabr.d.conclus.1.n.8.de execut.rei iudic. Et ma-
13 gis communem † opinionem, & ab ea non esse
recedendum in iudicando, & consulendo, dicit
Lancellot.d.c.17.num.114.de attent.nullit.pend.
Menoch.de arb.cent.1.lib.2.casu 9.n.3.

13 Secundo respondetur, quòd d. exceptio solu-
tionis admittitur etiā in actu executionis, vt per
Castr. d.cons. 257. quia in casu illo, in quo con-
suluit *Castrens.*particulæ solutionum sumptę de
libris Cameræ realiter producebantur, ita quòd
solutio iam erat facta manifesta,& notoria; cum
colligeretur, & induceretur ex inspectione scri-
pturæ; prout ita ad litteram dicit *Castrens. d.*
cons.257.col.1.versic.constat autem lib.2. Et Ra-
tio est secundum eum: Quia tunc illud, quod
excipitur, dicitur euidenter constare ex inspe-
ctione scripturæ,tanquam manifestum, & noto-
rium; Vnde non mirum, si eo casu exceptio sic
qualificata operabitur.*glos.in cap.cum olim in*
verb.non qua iudici.in fi.de verbor.signif.Innoc.
in c.ex insinuatione.in fi.de appell. cum alijs per
Castrens.d.consil.257.lib.2. vbi declarat quomo
do hoc casu dicatur notoria exceptio per scri-
pturæ inspectionem.

Secus autem est in exceptione solutionis op-
posita in casu, de quo agimus, quæ non solum nō
est notoria; immo potest dici calumniosa; Cum
enim habuerit primam, & secundam dilationē,
licet

licet, forsan non debuisset concedi, & nihil in-
fra tempus dictarum dilationum fuerit dedu-
ctum, & probatum per excipientem, non mi-
rum si fuerit negata vlterior dilatio, etiam
quòd pars aliam exceptionem proponeret, quòd
plus debito fuerit petitum per eum, qui instat
pro executione sententiarum; cum manifestè ap-
pareat, exceptiones prædictas opponi per ma-
litiam causa differendi solutionem. Quo casu
succedit vera Doctorum conclusio; Quòd nul-
14 læ † exceptiones debeant retardare executio-
nem, dummodo possit Iudex suspicari aliquam
probabilem causam calumniæ, aut dilationis so-
lutionis. *Innocen. in cap. cum in iure. in gloss. de
mandato. in fin. de offic. delegat. & in cap. post
electionem. in fin. de concessio. prabenda. Bart. in
l. defendente. in fi. ff. quando ex facto tutor. Abb.
in cap. pastoralis. §. quia vero. de offic. deleg. Fely.
in cap. de catero. colum. 3. n. 11. versic. limita om-
nia pradicta. de re iudic. Ruin. consil. 7. n. 4. vol. 4
Gigas de pensio. q. 100. in fin. n. 26. Couar. pract.
quast. cap. 16. n. 2.* vbi testatur de communi.
15 Quæ omnia procedunt non † solum in exce-
ptione nullitatis, sed appellationis, & omnis al-
terius legitimæ exceptionis. *Barbat. consil. 10.
mihi videtur. in princip. lib. 1. & consil. 1. pracla-
re num. 3. lib. 2.* cum alijs per *Lancellot.* qui dicit
esse singulare. *de attentatis nullit. pendent. num.
124. cap.* 17. Subdens, in dubio præsumi, quòd
16 talis exceptio proponatur † causa morandæ so-
lutionis, & propter calumniam. *Ripa in l. 4. §.
condemnatum. nu. 14. de re iudic.* & post *Butrig.*
quē refert & sequitur *Vitali. in claus. nil nouari
nullit. pendent. num. 8. versic. & pramissa ve-
ra sunt.*
Non obstat breuitas dilationum exaduerso
allegata. Quia vltra quòd fuerunt plus, quàm
cōpetentes, vt ex actis constat; omissis alijs opi-
nionibus, de quibus per *Menoch. de arbitr. lib. 2.
cent. 1. casu 9.* Dicitur, id totum esse in Iudicis
17 arbitrio, † quantum temporis debeat dari op-
ponentibus huiusmodi exceptiones. *glo. & Bar.
in l. 3. ff. vt in possess. legator. Bald. in l. 3. §. ibidem.
ff. ad exhiben. Gigas de pensio. quast.* 100. *in fin.
Soccin. Iun. consil. 67. nu. 9. lib. 1. Neuizzan. con-
sil. 56. sub n. 4. Natta consil.* 501. *num.* 3. & de
communi testatur *Grauat. ad pract. Vestrij. lib.
8. cap. 7. de Nullitate, eiusque temporibus & pro-
cessu. in verbo, secundo vero.* Et ita sententiaui,
concedendo prædictam executionem, Die 12.
Septembris 1594. in d. causa Monticuli execu-
tionis mihi per rescriptum Sanctiss. D. N. com-
missæ.

E P I T O M E.

Dos, & eius augmentum, quando debeat solui per fidei-
commissarium, & bona subiecta fideicommisso possint
pro eis alienari. [An requiratur probatio circa augmen-
tum dotium [Confessio procuratoris, quando noceat
Domino, & præsumatur scientia illius, & quid in con-
fessione facta in exceptionibus [Mutatio, quando præ-
sumatur [Dos assignata a Patre an dicatur competens
itaut non possit augeri [Frater dotans sororem an præ-
sumatur animo donandi fecisse.

Decis. Marchiæ.

S V M M A R I V M.

1 *Legata non sunt soluenda per haredem, sed per fideicommissarium. & datur repetitio si fuerint per eum soluta. n. 2.*
3 *Dotes sunt constituenda secundum qualitatem temporis.*
4 *Augmentum dotis dicitur ipsa dos.*
5 *Bona subiecta fideicommisso possunt alienari pro dote augenda.*
6 *Augmentum dotis stante temporum mutatione censendum est factum esse quasi ipse testator viuens fecisset.*
7 *Pater potest cogi ad dandam congruam dotem filia, itaut hac obligatio bonis eius inhareat, & cum illis transeat ad quemcumque vadant.*
8 *Dos censetur as alienum respectu Patris.*
9 *Probandum est dotes tunc temporis fuisse auctas. Intellige vt nu. 10. & n. 30. & 33.*
11 *Probatio per experientiam facit vt veram notitiam rerum habeamus.*
12 *Notorium non indiget probatione, sed sufficit allegari post conclusum in causa, & parte non monita. num. 13.*
14 *Confessio procuratoris praiudicat Domino si Dominus non ostendit rem aliter se habere. & prasumitur scientia illius. n. 15.*
16 *Dominus non potest opponere de negligentia procuratoris, tanquam fuerit approbata eius diligentia.*
17 *Scire prasumitur quis illud, quòd inquirere tenetur.*
18 *Prasumitur notitia de contentis in lite, quando de ea est facta mentio.*
19 *Excipiens non videtur fateri. Intellige. vt n. 20 & 25.*
21 *Confessio facta in libello, & positionibus nocet confitenti, prout in alia scriptura in iudicio producta. n. 23. & in supplicatione. n. 24.*
22 *Potest quis se fundare super mero facto exceptionis.*
25 *Confessio expressa facta in exceptionibus praiudicat confitētis, & inducit notorium iuris. n. 26.*
27 *Mutatio non prasumitur.*
28 *Fallit in his, qua temporis cursu mutantur.*
29 *Vel in his, quæ tempore mutari possunt.*
31 *Ex breuitate temporis non debet præsumi aliqua variatio.*
32 *Iudex arbitratur, quòd sit longum interuallum.*
34 *Dos assignata à Patre præsumitur competens. Intellige. vt n. 35.*
36 *Dos vt dicatur competens, inspicitur tempus dotationis.*
37 *Iudex arbitratur An dos sit competens necne.*
38 *Dos magna, & congrua dicebatur in summa scutorum mille, non tamen secundum tempora hodierna.*
39 *Frater pro extraneo habetur vnde videtur dotasse animo donandi. & num. 40. Intellige vt num. 44.*
41 *Ex persona haredis non mutatur conditio obligationis principalis.*
42 *Datum ab harede præsumitur animo compen-*

B *sandi,*

sandi, vel tollendi debitum necessarium in personam defuncti.

43 *Donatio non præsumitur vbi alia coniectura potest sumi.*

Decisio XIX.

EX bonis subiectis fideicommisso q.D. Archangeli conclusum fuit esse detrahendas dotes solutas sororibus D. Equitis. Nam cum illas testator dotauerit, non ad hæredem,
1 sed ad fideicommissarium † spectat onus soluendi legata. *l.2.C.ad Trebell. Bart.in l. Marcellus. in princ. num. 3. ff. eodem titulo.* Immo si hæres
2 grauatus † fideicommissum restituisset non detractis legatis solutis, posset illa repetere à fideicommissario. *Roman.consil.276.in 7. dubio. num.6. Aym. consil.316. num.4. versic. septimo quæritur.*

Idem etiam fuit dictum de dote aucta, quod de legata; Cum enim ob varietatem temporum
3 auctæ † fuerint, erant constituendæ secundum qualitatem illius temporis. *Soccin.cons.57.n.30. & 31.volum.4. Menoch.de arbit.iudic.casu.149.*
4 *num.* 19. Cum idem iudicetur † de augmento, quod de dote, ita vt etiam illud dicatur dos. *l.si proprietatem.de Iur.dot.l. etiam.vbi Bald.C.eod. Roland. de lucro dotis. quæst. 100. Menoch. de præsumptio.lib.3.præsumptio. 29.nu.78. & præsumptio. 45. num. 16.*

Et in specie quando post taxatam quantita-
5 tem dotium fuerunt illæ auctæ, quòd possint † bona subiecta fideicommisso alienari pro dote augenda attenta temporum qualitate, concludit *Portius consil.92.num.102.versic. nono quæritur Marzar.de fideicommiss. quæst. 48.versic. an verò si post prouisionem*; vbi dicit, ita Vicentiæ fuisse iudicatum, & etiam in Rota Florentina nemine dissentiente. *Aym. consil. 291. num. 4. vers.quinto nos habemus. Ludouic.decis.Lucensi. 28. num.95. Menoch. de præsumptio. lib.4. præsumptio.189. num. 156. Peregr. de fideicommiss. art.42.num.77.* vbi ita concludit in filia testatoris, licet in Nepte ex filio dubitet, quòd non possit dotari vltra onus fideicommissi.

Ratio est, quia ad hoc, vt congrua dos daretur filijs, testator etiam illas dotasset in quantitate aucta, ex qua præsumpta mente testatoris
6 † censendum est huiusmodi augmentum factum esse quasi ipse viuens fecisset. *l. cum seruus. 81. prope finem.de conditio.& demonstratio. Dec.consil.376.num.2. Soccin. consil.33. num. 4. in fin. volum.2. Couar. variar.resolut.lib.3.cap.6.n.10. versic.4. non tantum.circa med.*

7 Immo quemadmodum pater † cogi posset ad dandum congruam dotem, ita hæc obligatio eius bonis inhæret, & cum illis transit ad quemcumque vadant, ac si ab eo fuissent dicta bona obligata pro congrua dote. *Castrens consil. 80. num.1.volum.1. Decius consil.376.num.2. Curt. Iun.consil.59.colum.2.ad fin.nu.6. Rolan.consil. 85. num 36. lib. 1.*

8 Dos enim censetur † æs alienum respectu patris. *Bald. in l.papinianus. §. vnde si quis. de inofficio.testamen. Tiraquell. in l. si vnquam. in verb. s sceperit liberos. num.114 C. de reuoc. donat.* Ita vt nunquam videatur esse in fideicommisso, quod pro dote filiæ fuerit necessarium. *Bartol. in l. a filia. 62. numero 3. ad Trebell.*

Non obstat, quòd probandum erant, dotes
9 † tunc temporis fuisse auctas, vt per *Strac.in addit.ad consil. Aym.291. in fi.* cum sit fundamentum partis, cui onus probandi incumbit. *l.ab ea parte. C.de probatio.l.fin.ff.quòd met.causa.l.quintus.de donatio.inter vir.& uxor.*

10 Quia respondetur satis dici posse, † hoc probatum, cum quotidie, & in dies crescant dotes. *Roland.consil. 25. num. 19. volum. 4. Menoch.de arbitr. casu. 149.num.40. Simon de Pretis.de interpr.vlt. volunt.lib.4. interpr.2.*
11 *dub. 10. num. 24 fol. 410.* Quæ quidem † probatio per experientiam facit, vt veram notitiam rerum habeamus. *capit. quam sit. in princip. de electiou. in 6. l.certi. C. de iudic. Cassan. in catalog. glor. mundi. par. 12. consid.23.*

12 Immo cum certum sit huiusmodi dotes † singulis quibuscumque diebus augeri, non opus erit aliqua probatione, tanquam de re notoria, cum sit probatio probata. *Bald. in l. 1. circa med. versic. porro. num. 3. C. de reuocan. his, quòd in fraud. Hosti. in summa, in titulo de probatio. in fin. Marsil. in rubric. C. eodem titulo num. 198. Mascard. de probat. conclusio. 1101. num. 5. & conclusio. 1103. num. 1.* Et
13 licet † allegandum sit. *gloss. in element. appellanti. in verb. alias causas. de appellation. Natta. consil. 275. num. 1.* Tamen sufficit illud allegare etiam post conclusum in causa. *capit. dudum. il 1.* vbi *Abbas column. 4. de election. & in cap. tua nos. de cohab. cleric. & mul.* Immo etiam in allegationibus Iuris. *Afflict. decision. 178. num. 15. Cephal. consil. 108. num. 15. Mascard. de probat. conclusio. 1214. num. 2.* & Iudex de eo in cubiculo se informat, etiam parte non monita. *Aretin. cons 127. num.1. in fin. Soccin. Iun. cons.65. num. 4. lib.1.* Cum enim factum se exhibeat quotidie oculis omnium, non eget alia probatione. *Butr. in tractat. de notorio. articulo secundo, numer. 10. Baldus in authent. quòd locum. in fin. quæst. 6. C. de Collatio.*

Secundo etiam dicitur istud augmentum dotis probatum esse, cum in processu appareat, quòd procurator D. Federici ad excludendum Franciscum fratrem ipsius, fatetur, quòd Domina Eleonora, & Domina Elisabeth post mortem eorum patris fuerunt nuptui traditæ, & dotatæ in maiori summa eis à patre relicta, vt collocarentur iuxta temporum qualitatem, & condi-
14 tionis earum gradum; quæ quidem † confessio procuratoris, de cuius mandato etiam constat in actis, præiudicat domino, & contra eum probat, si dominus non ostendit rem aliter se habere. *gloss. in c.1. in verb. non negauit. de postul. prælat. Spec. de confess. §. nunc videndum. vers. sed nunquid confessio. num. 4. & § postremo. versic.*

versic. si vero per procuratorem. num. 2. Francus in cap. cum speciali in fin. num. 14. versic. vltimo quaeritur. de appellatio. Bellam. decis. 164. Mascar. de probatio. conclus. 369. n. 1.

15 Et huiusmodi confessionis † scientia in domino praesumitur. iuxta doctrinam *Rom. cons. 481. num. 7.* vbi quòd ex lapsu temporis sex mensium praesumitur, procuratorem intimasse domino rē grauem; quae quidem erat talis in casu, de quo agimus; cum procurator vellet minuere legitimam Francisci, ob augmētum dotium tunc eius sororibus factum propter dictorum temporum

16 varietatem. Neque de † procuratoris negligentia dominus potest opponere, tanquam fuerit eius diligentia approbata. *l. si vxor. §. fin. de adulter. l. si quis testib. C. de testibus. Roman. d. consil. 481. nu. 7.* Immo dominus tenebatur praedicta inuestigare; quo casu praesumitur quem

17 † scire illud, quod inquirere tenetur; vt post *Innocen. & alios* concludit *Roman. dicto cons. 481. num. 8.*

Et quamuis etiam ex lapsu sex mensium non diceretur inducta praesumptio notificationis; attamen scientia negari non potest, eum postea fuerit lata sententia inter dictos fratres; immo facta solutio, & transactio super legitima debita Francisco ex bonis paternis, vbi fit mentio illius litis, in qua fuit facta confessio, de qua agi-

18 mus, † quo casu praesumitur habuisse notitiam de contentis in ea. *Alexand. consil. 39. num. 6. lib. 2. Aym. consil. 245. num. 1. Soccin. consil. 73. colum. 4. ad fin. lib. 3.*

Non obstat, quòd fit facta confessio in exceptionibus, tanquàm non sufficiens, eum ille,

19 qui † excipit non videatur fateri. *cap. de regul. iur. in 6. l. non vtique de exception. Salic. in l. Si quidem. C. eod.*

Quia respondetur praedicta procedere, quòd

20 excipiens non videatur fateri, quoad † fundandam intentionem actoris, vt dicitur per *Doctores in dicto cap. exceptionem.* quod non est in casu, de quo agimus, cum loquamur de confessione facta in exceptionibus, in quibus fuit dictum, dotes auctas ob qualitatem temporum: tunc enim praeiudicat, prout dicimus de confessio-

21 ne † facta in libello, & positionibus, quae nocet confitenti. *Roman. consil. 91. in fine. Alexan. consil. 71. num. 4. lib. 3. Ruin. consil. 73. num. 8. lib. 5. Mascar. de probatio. conclusio. 347. nu. 16. & conclusio. 348. num. 48.*

Maximè, quia super mero facto exceptionis,

22 & respectu eius, quod explicitè ponitur † in exceptione, potest quis se fundare, & in eis nullam reus habet exceptionem. *Aretin. in §. sequitur. sub num. 27. versic. illud tamen nota. Institut. de exceptio. Abb. in cap. cum venerabilis. nu. 26. & ibi Felyn. num. 16. eodem titulo. Alexand. in l. decem. num. 28. de verbor. obligatio. Mandos. ad Roman. consil. 70. n. 10. Dinus in c. exceptionem. num. 4. de regul. iur. in 6.*

Prout etiam videmus generaliter, confessio-

23 nem † factam in qualibet scriptura in Iudicio productam praeiudicare. *Bald. in l. vnica. colum.* Decis. Marchiae.

penult. C. de confess. Hyppol. sing. 202. ad med. versic. & teneas menti. Baldus, Angel. & alij in l. 2. C. de institut. & substitut. sub condit. Mascard. de probatio. conclus. 347. nu. 16. vers. quod idem erit.

Sicuti etiam dicimus de confessione facta

24 † in supplicatione. *l. cum precum; vbi Doctor. C. de lib. causa. Gabriel. de confess. conclus. 1. nu. 13. Mascard. de probat. concl. 368.*

25 Et in specie, † quòd stetur confessioni expressae factae in exceptionibus, quoad confitentis praeiudicium, dicit *Bar. in l. 1. ff. de his, qui potentio. nomin. Roman. consil. 59. in vltimo dubio post num. 9.* & de communi post *Lanfranc. in tractatu. de exceptio. colum. 2. versic. illud quoque est notandum,* testatur *Mascard. de probatio. conclusio. 368. num. 8. lib. 1.* Vnde non est dubitandum, quòd plena fuerit inducta confes-

26 sio, ita vt per eam † etiam inducatur notorium iuris *Grammat. decisio. 37. num. 38. Milius in verb. Notorium iuris, il 2. in fin.* vbi ampliat, etiam quod sit facta confessio in exceptionibus. *Archidiac. in cap. in primis 2. quaest. 1. Mascar. conclusio. 1102. num. 12.* cum per acta iudicij satis inducatur notorium. *Soccin. consil. 38. colum. 8. num. 15. versic. 7. principaliter. Cephal. consil. 57. num. 33.*

27 Non obstat, quòd † mutatio non praesumatur. *Alexand. cons. 81. num. 4. lib. 5. Roman. consil. 295. num 8.* Quia quando sumus in his,

28 quae temporis cursu mutatur, † prout in istis augmentis dotium; tunc vtique est praesumenda mutatio. *l. spadonem. §. qui solutis. de excusat. tutor. Ancharan. in regul. semel malus. col. 8. de regul. iur. in 6. Baldus in l. ex persona. ad fin. C. de probatio. Soccin. consil. 89. num. 10. volum. primo.* quae quidem habent locum, non solum in

29 his quae tempore mutantur, † sed etiam quae tempore mutari possunt, vt post *Anchar. Felyn. & alios,* quos allegat, concludit *Mascard. de probatio. conclusio. 1078. in fin.*

30 Et in specie in augmento dotis, † quòd non valeat argumentum, fuit olim, ergo est hodie; dicit *Socc. cons. 57. n. 30. lib. 4.*

Non obstat modicum interuallum quod exaduerso praetenditur lapsum à die constitutionis dotis ad diem augmenti, ex quo non debet

31 praesumi aliqua variatio, † cum ex breuitate temporis potius identitas, quàm diuersitas arguatur. *argum. eorum quae notantur per Bart. in l. si ventri. §. fin. vbi Rip. ff. de priuil. credito. Curtius Sen. consil. 55.*

Quia respondetur, quòd si est modicum interuallum, etiam videmus esse modicum augmentum, ita vt possit verisimiliter considerari, quòd dotes erant augendae tempore Matrimonij in quantitate soluta; maximè quia etiam in facto potius constat non adesse dicti temporis breuitatem, cum duae ex sororibus Domini Federici fuerint dotatae, & nuptui traditae post sex annos à die obitus testatoris; quod etiā poterit

32 iudex arbitrare † esse longum interuallū. *ad not. per Menoc. de arb. lib. 2. cent. prima casu 5. n. 9.*

& in dicti temporis spatio præsumendum est do-
33 tes augmentum recepisse;† cum ex cõmuni cur-
su ista præsumptio inducatur. *Baldus consil.351. Ioannes, & Federicus, colum.2. ante med. lib.5.* qui locus à communiter accidentibus præsum-
ptiuè concludit. *Aym.consil.40.n.2.in fine.*

34 Non obstat, quòd dos assignata † à patre filiæ
præsumatur competens, adeo vt de ea non pos-
sit conqueri. *Alex.cons.33.n.4.lib.4. Ruin.cons. 52.n.13.lib.2.*

35 Quia respondetur præsumendam † quidem
esse congruam dotem tempore constitutionis;
secus quando apparet de lapsu temporis; secun-
dum quod, cum, vt diximus, mutentur dotes, di-
cendum est, illam non esse competentem; quia
ad considerandam dotem congruam nõ licet ar-
guere de tempore ad tempus. *Socein. consil.57. n.29. lib.4.* Nam vt dicatur competens inspici-
36 tur † tempus dotationis. *Cepb.cons.502.n.11.*

Vnde videmus, quòd quamuis dos à patre
data dicatur congrua; tamen non per hoc pro-
37 hibetur † Iudex arbitrari, an fuerit competens,
nec ne, vt post *Castr. Ruin. Tiraq. & alios* per
eum allegatos concludit *Mascar. de prob. concl. 570. n.12.* quòd arbitrium debet regulari iuxta
tradita per d. *Doctores, & per Decium cons.26. n.4. Afflict. decis.337. n.9.* Itaut non possit ne-
gari, quòd non sit habenda ratio augmenti do-
tium; cum illas videamus quotidie augeri.

Non obstat, quòd dotes, de quibus agimus
38 † ascendant ad summam 1000. scutorum; qua-
re, & magnæ, & congruæ dicuntur etiam inter
nobiles. *Silu.cons.2. Bursatt.cons.223. n.18.* ex
auctoritate *Baldi, & Fulgosii*, quos allegant;
Quia *Bald.* & *Fulgos.* loquūtur secundum eorum
tempora; quod de præsenti non est; vt dicit *Roland.cons.25.n.19.lib.4.* vbi inquit, hodie etiam
ignobiles habere dotem. 1500. scutorum *Menoch. casu 149.n.40.cent.2. lib.2. Sim.de pret. de Interp.vltim.volunt.lib.4.interpret.prima n.24. dubit.10.fol.410. & cons.90. in fi. Thesaur decis. 192. num. 6.*

Non obstat præsumendam esse hoc casu dona
tionem, ex quo fratres pro extraneis habentur,
39 † qui videntur animo donandi dotasse. *l.vnica §. accedit C. de rei vxor. actio.* cum alijs per *Menoch.de arbitr.casu 88.n.36.lib.2.cent.1.* Vnde
etiam augendo dotem animo donandi auxisse,
cum d. augmentum etiam dicatur dos. *l. si proprietate.de Iur.dotium.*

40 Et in specie, quòd frater † dotans sororem
præsumatur animo donandi fecisse, dicit *Bald. in l.fin.n.3.ad fin.vbi Salic. C.de Iur. dotium Ripa in l.1.n.94.solut.matrim. Masc. de probatio.conclus.571.n.7.*

Quia respondetur, quòd cum Pater teneatur
dotare filiam secundum qualitatem temporum
nuptiarum, dicitur hoc esse debitum necessariũ
in personam defuncti; Vnde dicendum est ne-
41 cessarium in personam filiorum hæredum, †cum
ex persona hæredis non mutetur conditio obli-
gationis principalis; licet hæres spontè se obli-
get adeundo hæreditatem. *l.2.§. ex his de verb. obligat.* Quare cum sit eadem obligatio, sequi-
42 tur, quòd datum ab hærede† præsumatur datum
animo compensandi, vel tollendi debitum ne-
cessarium in personam defuncti. *Anchar.cons.7. in quæstione agitata. sub num.4. & cons.26. n.5. Aym.cons.131.num.14. Apost. ad Alex.consil.12. Viso themate. sub num. 5. in ver. compensandi. Menoch.lib.4.præsumptio.109.num.26. & præsumpt.110.sub n.5.*

Nec *Menochius* exaduerso allegatus in *d.casu 88. n. 36.* dissentit ab hac opinione; cum ibi
non præsupponat debitum hæredis; quãdo enim
illud præsupponit, sequitur hanc sententiam, vt
in *d.casu 88. num. 41. & 43.* Vnde cum in casu,
de quo agimus secundum qualitatem temporũ
debitum esset necessarium in personam defun-
cti, ita etiam hæredum; quare videntur dedis-
se maiorem dotem in extinctionem d. debiti,
non autem animo donandi.

43 Maximè quia † quotiescumque potest sumi
alia coniectura, donatio non præsumitur. *l.cum de indebito.de probatio. Anchar.consil.32.num.4. Mascar. de probatio. conclusio.554.*

Et in specie in fratre dotante, quòd non præ-
44 sumatur dotasse sororem † animo donandi, si
alia coniectura etiam leuis capi potest, dicit
Soccin. cons.121.col. penult.r.. 4 lib.1. Ruin. consil. 223.num.1. & 2.lib.1. Menoch.d.casu 88. num. 41. Bart. in l. vxorem. 39. §. pater naturalis de leg. 3. Mascar. de probat. conclus.571. num.12. Et satis dicitur posse sumi in casu, de
quo agimus coniecturam, quòd dederint maio-
rem dotem ob temporum qualitatem, quàm
quòd voluerint donare. Et ita conclusum fuit
in causa Aconitana Fideicommissi coram me
vertente 23. Nouémb. 1594. ad fauorem hære-
dis d. q. Archangeli.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas personarum est consideranda in taxatione dotium.*

2 *Pater tenetur dotare filiam etiam diuitem, & contrahentem matrimonium sine denunciationibus.*

3 *Excipiens non videtur fateri non facta expressa confessione.*

4 *Confessio præiudicat confitenti, nec requiritur acceptatio, aut præsentia partis.*

5 *Ius Canonicum considerat solum mentem non apices.*

¶ N. 5. *post verba.* onus fideicommissi.

Immo etiam poterit mulier hoc facere de bo-
nis fideicommisso subiectis vltra quantitatem
1 patrimonij, †si conditio personę hoc requireret,
quæ est consideranda in istis taxationibus do-
tium. *l.cum post.70.§.gener.de iur.dot. Abb.cons. 115. videtur primo.num.1.lib.1. Surd. de alim. tit.1.q.10. n.21.*

¶ N.8.

¶ N. 8. *in fin. post verba.* ad trebell.

Et multa de obligatione patris dotandi filias
2 *Ceual.q.5.* † vbi quod cogitur iure actionis,quã-uis filia sit diues, & nupta sine voluntate patris, etiam absque promissione dotis, & in matrimonio, in quo fuerunt omissæ denunciationes,quod est validum,quamuis sit clandestinum. *Spec.in specul.testament.glos.13.nu.19.Nauarr.in Manual.c.22.nu.70. vers.tertio aduertendum.Menoch.cons.69.nu.70.*

¶ N. 21. *in fin.post verb.*concluſ.348. n.48.

Nam tunc excipiens non videtur fateri non
3 facta expressa confessione,† aliàs secus. *Iaſ.in l. iulianus verum.n.13. de condict. indeb. Huron. Ceuall. quæst. 362. in princ.* vbi multa de excipiente simpliciter, vel conditionaliter, & quando est præsumptio contra illum, & sumus in eo, quod à principio inerat nec ne, & si quis primo negat,& postea excipit, cum alijs ibi per eum post *Alber.in l.quadam.§.nummularium.n.2.ff. de edend. Boer.decis.243.Iaſ.in §. item si quis postulante.col.4. inst.de action.*

¶ N. 26. *in fin.post illa verba.* conſ.57. n.33.

Et confessio præiudicat confitenti,ita vt non
4 requiratur acceptatio partis †.*Soccin.cons.228. in causa gabriæ.col.2.in fin. n.6. lib.2. Roland. cons.26.n.19.lib.1.Gutier.de iuram.confirm.p.1. cap.54. nu.20.per tex.in l.publia meuia ff.depos.* Neque illius præsentia de iure canonico, quod
5 considerat solum mentem, † non apices iuris. *Felin.in c.si cautio.n.27.col.6.ad med.vers.fallit secundo.de fid.instr. Masc.concl.348.n.58.*

EPITOME.

Venditor census an remaneat dominus, & possessor prædij censuati,an teneatur ad Collectas. Et quid in pensionario.

SVMMARIVM.

1 *Venditor census remanet dominus, & possessor prædij censuati. Intellige.vt n.6.7.& 8.*
2 *Venditor census tenetur ad collectas.*
3 *Collectarum onus pertinet ad possessorem.*
4 *Collectæ sunt soluendæ per eum qui percipit fructus & num.12.*
6 *In emphyteosi reseruatur domino directum dominium non vtile; secus in censu, in quo etiam directum transfertur. Intellige. vt n.7.*
8 *Clausula precarij non est apponenda in contractu censuali.*
10 *Pensionarius tenetur pro rata ad subsidium caritatiuum, & ad collectas.*

Decisio XX.

1 VEnditor census remanet dominus,& possessor prædij censuati, quia censum solnimus † de re nostra,non autem aliena. Decis.Marchiæ. *glos.in c.constitutus de censib.* Ob quam rationẽ dictum fuit venditorem census teneri ad colle-
2 ctas, quæ † pertinent ad possessorem vt concludit in specie *Surd.cons.162. n.26.& 27.lib.2.* Nã
3 onera † pertinent ad possessorem. *l.fin. C.sine censu vel reliq. Dec.cons.694. pro resolutione. col. 2.n.10. vers.& ista conclusio.*

Maximè quia dominus prædij censuati perci-
4 pit † fructus illius, vnde tenetur ad colectas,quæ pertinent ad eum, qui habet fructus. *l. hactenus §.1.de vsufruct.legat. Natt.cons. 312.n.5.lib.2. Alex.cons.4.videretur.col.1.in princ.lib.5. Ceph. cons.290.in princ.lib.2.*

Non obstat qnòd venditor pro ea parte,quam
5 censui subijcit nõ remaneat domious,† quasi per dictam venditionem alienet, & trãsferat dominium tàm vtile, quàm directum in emptorem census,& hæc est vna de differẽtijs inter emphy-
6 teosim,& censum,quia in emphyteosi † dominus rei illam alteri tradit,quo ad vtile dominium, reseruato directo sub annua pensione, vel propter aliud prætium simul, & recognitionis solutionem.*l.1.C.de iur.emphyt.vbi Iaſ.n.48.*Secus autem in censu, qoia ibi etiam dominium directom transfertur.*Couar.lib.3. variar. resol.c.7. n.1.Affl.de iure protho.in princ, legis n.25. vers. septimo nota.*

Quia respondetor prædicta procedere in eo,
7 qui tradit rem alteri vt sibi soluat † aliqnid annuum,quia tunc transfertur omne ius in emptorem,de quo nihil disponit Bulla super impositione censuum,quæ solum loquitur de constituendo censu super re, quæ retinetur à venditore; & de vno ad aliud non infertur,neque est eadẽ ratio. *Nauar.*qui ita distinguit *in tract.de vsur.n.110.*
8 subdens *n.137.* esse ineptam † clausulam illam, per quam venditor census constituit se possessorem nomine præcarij; cum venditor census non vendat rem censuariam,nec minus possideat eã post venditum censum,quam ante possideret: vnde non mirum, quòd quando quis imponit censum super suo fundo,domo, vel redditu, & illum vendit alicui pro prætio conuento,non transfe-
9 ratur neque vtile, † neque directum dominium, sed illud retineat venditor penes se cum obligatione tamen soluendi illa decem aut septem pro centenario,hypothecãdo rem certam super qua imponitur cum obligatione tàm personæ qoàm aliorum bonorum pro dicta solutione facienda. *Redoa. de rebus. Eccles. non alienan. rubric.16. num. 6.*

Non obstat,quòd saltim pro rata emptor census teneatur ad dictas collectas ad exemplum
10 † pensionarij,qui tenetur pro rata ad subsidium chariratiuum,& ad collectas. *Bellenc. de charit. subsid.q.37.Gig.pension.q.28.n.19.*Quia respondetur illud procedere ex quo pensio est imposita
11 super † fructibus, & quia pẽsionarius æquiparatur vsufructuario. *Gig.de pension. q.38. nu.2.* ad
12 quem vsufructuariũ spectat onus † soluendi collectas.*l.quaro de vsufruct.leg. Roman.cons.130. ad fin.vers.in contrarium tamen. Rum.cons.77. in princ. lib.1. Natt.cons.415.nu.1.lib.2.* Quod

non est in censu qui imponitur super ipsa re, & emptor illius non ingerit se in fructibus, licet ratione obligationis detur hypothecaria ad fructus rei censuatæ. *Surd.consil.162. num.10. 29. & 32. lib.2.*

EPITOME.

Nundinæ solemnes & priuatæ, an & quãdo possint prohiberi per Episcopos diebus festiuis, non obstante consuetudine, tam de iure communi, quam ex decreto Sacræ Congregationis Concilij [Et quid debeat seruari dictis diebus in nundinis solemnibus Ciuitatis Recaneti in pertinentibus ad iuditia, & in alijs ex decreto Sacræ Congregationis Rituum.

SVMMARIVM.

1 *Nundinæ priuatæ possunt prohiberi per Episcopos diebus festiuis non obstante consuetudine. & num. 6. & ita declarauit Sacra Congregatio Concilij. vt n.18.*
2 *Constitutio propter verba præceptiua, & prohibitiua obligat inobedientes ad peccatum mortale. & num. 8.*
3 *Festiuis diebus abstinendum est ab opere seruili.*
4 *Mercatus, & nundinæ debent prohiberi festiuis diebus.*
5 *Consuetudo potest tollere etiam ferias in honorem Dei. Intellige vt n.6. 11. 12. & 13.*
7 *Tolerantia Episcopi an excuset quo ad dictas ferias non seruandas. & num. 9.*
10 *Consuetudo inductiua peccati est tollenda.*
13 *Nundinæ solemnes possunt fieri etiam diebus festiuis. Intellige vt n.14. 15. & 17.*
14 *Dictio, in, ponitur pro ante, vel iuxta.*
16 *Consuetudo vt reddatur ius diebus feriatis excusat.*
19 *Dies Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis hodie est de præcepto, licèt antea non esset.*
20 *In nundinis publicis Ciuitatis Recaneti quid debeat seruari diebus festiuis, tam in his quæ pertinent ad iudicia, quàm quoad alia ex decreto Congregationis Sacrorum Rituum.*

Decisio XXI.

PRohibitiones quæ fiunt per Episcopos de nundinis priuatis, & prophanis negociationibus diebus festiuis in aliquibus locis Prouinciæ Marchiæ, dictum fuit esse obseruã-
1 das, etiam † quòd consuetum esset illas fieri:
Nam habent intentionem fundatam, tam de iure communi. *c.1. de ferijs*. quam ex forma constitutionis Sanctæ memoriæ Pij Papæ Quinti incipiente: *Cum primum Apostolatus officium. §. cum vero dierum festorum obseruatio. vt in Bullario n. 5.* vbi expresse prohibentur Dominicis, & alijs diebus festiuis in honorem Dei, & B. Mariæ Virginis fieri mercatus, & huiusmodi prophanæ negotiationes, & opera seruilia; quæ con-
2 stitutio † obligat inobedientes ad peccatum
mortale propter verba præceptiua, & prohibitiua. *Nauarr. in sum. c. 23. nu. 52. post Felin. in c. nam concupiscentiam. d. constitutio. Abb. in c. dolentes. de celebrat. missar. Doctor. in clem. dudum. de sepult. & clem. si dominum. §. ideoque. de reliquijs, & veneratione Sanctorum.* Vacandum est enim diebus his orationibus, & ab
3 opere seruili abstinendum; † Nam quod dicitur
alias licitè exerceri, est illicitum dictis diebus. *Hostien. in summ. in titul. de ferijs. §. quid non. in princip. & in c. 1. vbi Abb. nu. 5. Butr. Cardin. & alij eodem titu. Petr. Gregorius in suo opere sintagm. iuris par. 3. lib. 25. cap. 3. num. 8.* qui testatur prohibitum esse per legem genera-
4 lem, mercatus, & nundinas † his diebus in Gal-
lia fieri. *Rebuff. in constit. Regni Galliæ. tit. de mercatoribus. art. vnic. gloss. vlt. n. 5.* & in omni bene constituta Ecclesia prohiberi videmus; vt in *constitutionibus Ecclesiæ, & Prouinciæ Mediolan. lib. 1. tit. de festorum dierum cultu. §. 1. Paul. Fuscus de visitat. lib. 2. c. 21. n. 41.*
5 Non obstat consuetudo, † per quam tollun-
tur, & moderantur etiam feriæ in honorem Dei. *Nau. in sum. c. 13. num. 5. versic. 9. dicimus:*
6 Quia † tunc consuetudo excusat à peccato, quã-
do est tolerata ab Episcopo causa rationabili subsistente, puta, necessitatis, pietatis, & similis; sed non propterea arctantur Episcopi, ne huiusmodi abusus possint prohibere, maxime in diebus solemnibus, in quibus secundum ali-
7 quos, nec etiam † tolerantia Episcopi excusa-
ret: & ita loquitur *Angel. in summ. in verb. feria. §. 21. Siluest. in ver. Dominica. §. 3. quæritur. Caiet. in verb. festum. §. quoad tertium. Arm. eo. ver. n. 15. Nauarr. in man. cap. 15. nu. 8.* Poterunt ergo Episcopi præfata prohibere; immo ad id tenentur, prout expressè præcipitur in dicta constitutione Pij Quinti. *§. cum vero.*
8 *versic. quibus † omnibus districtè præcipimus:*
quę verba magis obligant ad peccatum mortale. *Butr. & Ioan. Andr. in c. dolentes. de celebrat. missar.* Et licet *Caiet. in d. §. festum.* fauendo dictæ consuetudini dicat, excusationem tribuere: tamen etiam fatetur laudabile esse
9 † huiusmodi nundinas, & mercatus prohibere,
vbi obedientia speratur. Immo d. consuetudo tanquam inductiua peccati potius abusus est;
10 ideo tollendus, † vt dicit *Butr. in d. c. fin. de fer.*
num. 3. & ibi *Abb. num. 5. Roch. in cap. fin. de consuet. in princ. num. 14.* & latius *num. 28. & sect. 2. num. 4. nu. 21. cum seq. Rebuff. in tract. de consuet. n. 44.*

Non obstat doctrina *Baldi in l. quadraginta. C. de fer.* vbi concludit valere consuetudi-
11 nem, per quam † tolluntur feriæ in honorem
Dei: quia non procedit vbi agitur de peccato, vel periculo animæ, prout esset in violatione festorum, quæ præcipiuntur in venerationem Diuinæ Maiestatis, prout explicat *Alex. consil. 53. quæritur an stante. n. 11. lib. 5.*

Præterea tunc valebit dicta consuetudo, per quam tolluntur huiusmodi feriæ, quando sub-
12 esset publica, & † legitima causa, de qua hic
non constat. *Bart. de represalijs. quæst. 9. principali. quæst. 4.* vt cum publica necessitas vr-

get, iuxta *cap. licet. de ferijs. l. omnes iudices. C. eodem.*

Non obstat *Bal. in l. vnica. n. 1. C. de nundin.* vbi testatur Perusij fieri huiusmodi nundinas in festo omnium Sanctorum; quia loquitur de nun

13 dinis solemnibus, † & priuilegiatis, inter quæ, & huiusmodi mercatus sunt multæ differentiæ, vt per *Bald. ibid. Marant. in praxi iudiciorum dist. 9. n. 49. Franc. Marc. decis. 53. num. 1. p. 1.* [Immo non dicit, quod in ipso festo omnium Sanctorum celebrentur, cum possit intelligi in festo, idest, circa festum, cum talis sit commu-

14 nis vsus loquendi, vt ad expressionem † temporis sumatur dies magis notus, cum tamen actus fiat in circumstantibus diebus, prout etiam denotat dictio illa, in, quæ ponitur pro ante, vel iuxta diem. *glos. in clem. causam. ad medium. in verb. in domo. de elect. Alex. ad Bart. in l. 1. in verb. continetur. ff. de cloacis.*

Non obstat *Sotus de iustit. & iur. lib. 2. q. 4. art. 4. circa fi.* vbi dicit, esse consuetudinem creberrimam, quod fiant nundinæ in diebus festiuis; quia loquitur de solemnibus nundinis, in

15 quibus posset concedi, † vt negotiantes, qui à longinquis partibus veniunt, etiam dictis diebus mercarentur, quo se citius expediant, prout in simili dicit *Franc. Marc. decis. 410. par. 1.* vbi testatur in parlamento Galliæ ius reddi etiam feriatis diebus in honorem Dei, & huius

16 modi † consuetudinem excusandam, vt venientes de longinquis partibus citius expediantur.

Vltimo præfata intelliguntur, nisi Episcopus prohiberet, vt supra dictum est, & stante constitutione Pij Quinti hodie non est curandum de

17 præfatis dictis Doctorum: † & ita Sacra Congregatio Concilij etiam resoluit, declarando licuisse Archiepiscopo Neapolitano prohibere nundinas, siue mercatus, quæ de consuetudine antiqua celebrabantur in Ciuitate Neapolitana in festiuitatibus Sanctæ Mariæ Annunciatæ,

18 † & Spiritus Sancti, cum à præfato decreto facto per Archiepiscopum fuisset habitus recursus ad dictam Sacram Congregationem per Præpositos seu Magistros dictarum Ecclesiarũ.

Neque obstabat quod dies festus Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis non exprimatur

19 † inter festa de præcepto Ecclesiæ obseruanda; vt in *dist. 3. in princip. de consecrat.* cum hodie sit celeberrimum festum, vt ibi notat *glos. in ver. Natiuitas. in fin.* & ex nouis constitutionibus solemnissimè est celebrandum, cum in hoc initium redemptionis nostræ factum sit.

Quo vero ad nundinas publicas adest particularis resolutio facta occasione nundinarum, quę in Ciuitate Recinetensi consueuerunt fieri ex indultis, & auctoritate Summorum Pontificum, cuius tenorem volui hic inferere, vt innotescat, quid obseruandum sit, tàm mercatoribus, qui ex varijs mundi partibus cum eorum mercibus cōfluere solent, quam alijs, qui ad eas accedunt; Tenor autem dicti decreti talis est.

20 Præceptum de Dominicis, & festiuis † diebus sanctificandis, & obseruandis, sub prætextu mercatuum, nundinarum, & feriarum nullatenus esse violãdum. Cæterum his diebus licere Agasonibus, ac alijs iumentorum vectoribus, seu mercium conductoribus, baiulis, & alijs huiusmodi seruientibus, ac ministris sarcinas, & onera nundinarum causa exonerare, & deponere, inceptumque iter, Missa tamen prius audita, transeundo prosequi, & continuare; non autem debere sarcinas cōponere, & iumenta onerare ad iter de nouo incipiendum: Neque mercatoribus, aut alijs ciuibus, & viatoribus, ijs diebus, etiam clausis apothecis merces vendere, emere, aut adsportare licere, nisi tantum ad victum necessaria, aut alia minuscula, & modici momenti opera iam confiata, & elaborata, pro transeuntium, hospitum, aduenarum, & exterorum vrgenti, & præsentanea necessitate, & opportunitate. In quo partes erunt Episcopi propositis edictis prouidere, vt in primis hi festi dies debita obseruatione colantur, simulque populorum eo confluentium necessitatibus, quantum sine diuina offensione fieri potest consulatur. Quoad iudicia autem, quæ Dominicis & festis diebus silere debent, id obseruari poterit, quod iure communi permittitur in quibusdam vrgentibus casibus, qui moram, & dilationem non patiuntur; In quibus, & alijs iurisdictionem Consulum Nundinis prępositorum concernentibus, constitutiones, & Summorum Pontificum, si quæ habent priuilegia, & allegatum Breue fel. recordat. Pij Quinti seruanda esse statuit.

E P I T O M E.

Legatum annuum Ecclesię relictum an præscribatur spatio centum annorum [& quid stante dictione in perpetuum [& quid si fuerit factum, vt anima liberetur à Purgatorio, vel donec, & quousque fuerit liberata. [Liberatio animæ à pœnis Purgatorij, quanto tempore præsumatur fieri. [Suffragia non prosunt damnatis; Et quæ dicuntur de anima Traiani an sint fictitia, & reprobata nec ne.

S V M M A R I V M.

1 *Legatum annuum Ecclesiæ relictum præscribitur spatio centum annorum. Contrarium est verius. n. 4.*
2 *Legatum vsusfructus quanto tempore præscribatur. Et à quo tempore debeat computari. n. 3.*
5 *Opinio quæ fauet piæ causæ in dubio est tenenda.*
6 *In legato annuo priuatorum tempus durat post centum annos.*
7 *Interpretatio magis plena fit in legato facto Ecclesiæ; quam in eo quod fit priuato.*
8 *Legatum annuum cum dictione in perpetuum durat post centum annos.*
9 *Dictio in perpetuum intelligitur in infinitum.*
10 *Infinitas toleratur vbi verba illam inducunt.*
11 *Legatum annuum, vt anima liberetur à Purgatorio, vel donec, & quousque fuerit liberata finitur spatio centum annorum. Contrarium est verius. n. 12. & 13.*
12 *Liberatio animæ à pœnis Purgatorij præsumitur*

tur fieri ſpatio decem annorum ſecundum opinionem Soti. Contrarium eſt verius. n. 13. & 16. cum ſequentibus.

14 *Eccleſia celebrat anniuerſaria pro defunctis etiam vltra centum, & ducentum annos. & num. 15.*

17 *Orationes ſunt continuandæ, quia certi non ſumus animas pro quibus preces fundimus, eſſe liberatas à pœnis purgatorij, licet in ſingulis miſſis aliqua liberetur.*

18 *Anniuerſaria defunctorum quare introducta.*

19 *Anniuerſarium pro defuncto Pontifice immediate ſolum fit in Cappella Papæ.*

20 *Orationes pro defunctis beatis, vel damnatis in ſinu noſtro conuertuntur cum ipſi non egeant.*

21 *Suffragia non proſunt damnatis, neque beatis, neque ad limbum perpetuo detinendis. & num. 22. Fallit ex priuilegio alicuius Sancti, vt dicitur de Diuo Gregorio pro anima Traiani. num. 23. Sed quòd prædicta ſint fictitia, & reprobata eſt verius. vt n. 24.*

22 *Inter Theologos, & Canoniſtas non eſt diſcrepantia, quod in purgatorio ſint mediocriter boni, & mediocriter mali. & num. 25.*

Deciſio XXII.

LEgatum annuum Eccleſiæ relictum præ-
1 ſcribitur ſpatio centum annorum † ſe-
cundum opinionem *Bartoli in l. annua.*
§. titia. ff. de annuis legat. & in l. ſi vſusfructus.
ff. de vſufruct. Alexand. in l. 3. §. vltim. ff. ad
l. falcid. & conſil. 60. omiſſo multiloquio. & cō-
ſil. 86. lib. 1. & in l. 2. num. 2. ff. ſolut. matrim.
vbi *Hercul. col. 2. Lancellott. Dec. Ripa, &*
Aquen. Anchar. & Barbat. in c. vlt. de teſta-
ment. Cephal. conſil. 268. num. 25. lib. 2. Surd.
conſil. 123. num. 16. lib. 1. Turrett. qui de com
muni, & æquiori opinione teſtatur. *conſil. 26.*
num. 6. Dilect. de arte teſtandi. tit. 6. de legat.
caut. 57. Ruin. conſ. 143. num. 11. lib. 4. vbi
allegat *Federicum conſ. 12.* licet dicat ſecun-
dum quoſdam non habere locum in legato an-
2 nuo, bene tamen in legato † vſusfructus. *Dec.*
conſ. 378. viſo motiuo. in fin. vbi allegat *Ana-*
niam conſil. 39. præſuppoſito quod legatum; ſub-
3 dens quod iſta prohibitio † computabitur à die
mortis teſtatoris, vel aditæ hæreditatis. *Card.*
conſil. 66. colum. 1. verſ. contrarium de iure.
Iacob. de Rauenna, Andr. de Piſis, & Nicol.
de Neap. & in l. annua. de annuis legat. Man-
tua. apophteg. 53. Foller. de cenſib. nu. 76. verſ.
cenſus enim dici ſolent. tractat. tom. 6. par. 2.
fol. 144. Tiraquell. de priuileg. piæ cauſa pri-
uileg. 90. Crott. in l. filiusfamilias. §. diui. in
fin. de legat. 1. & ibi Alciat. num. 42. & Ri-
pa. num. 112.

In cauſa tamen vertente inter Monaſterium
S. Auguſtini de Ancona, & hæredes Puccij Pe-
tri de Agugliano, cum de prædictis occurre-
ret dubitari, licet nulla fuerit facta reſolutio,
cum partes receſſerint à lite ob concordiam
initam, inclinabatur tamen in opinionem ne-
gatiuam, quòd potius dictum legatum non fue-
4 rit præſcriptum † ſpatio centum annorum, pro-
ut tenet *Iaſ. in l. annalibus. C. de legat. & in l.*
videamus. §. deferre. num. 9. ff. de in lit. iu-
rand. & in l. 2. num. 1. vbi *Rip. num. 2. ff. ſo-*
lut. matrim. Socc. in l. 3. §. item ſi Reſp. colum.
2. ff. ad l. falcid. Couarr. variar. reſolut. lib. 3.
cap. 9. num. 10. ad med. Ant. Burgos in cap. quæ
in Eccleſiarum. num. 459. de conſtitut. Gomeſ.
de contractib. cap. vlt. in tit. de ſeruit. num. 19.
Viuius in ſuis commun. opin. in verb. legatum.
Pancirol. conſil. 135. Rimin. iun. conſil. 129. vo-
lum. 2. Simon de Prat. de interpr. vltim. volunt.
lib. 4. cap. fin. num. 12. fol. 476. Iacob. Venet.
de annuis præſtationibus. part. 2. quæſt. 38. tra-
ctat. tom. 6. p. 2. fol. 250. vbi limitat hanc con-
cluſionem duobus modis. *Barbat. conſil. 20. lib.*
4. Bald. conſil. 126. factum ſic proponitur. ad
med. lib. 5. Abb. in cap. fin. de teſtam. Angel.
& Cuman. in d. l. 3. §. fin. ff. ad l. falcid. Corn.
conſil. 22. num. 19. lib. 3. Licet dicat eſſe dubiū,
ſecus ſtante dictione, in perpetuum. *Dyn. in l.*
in ſingulos. num. 2. ff. de annuis legat. Alberic.
in l. annuus vſusfructus. & ibi *Ripa de vſufr.*
Idem Albericus poſt Rogerium, & Accur-
ſium in l. annuam. ff. de annuis legat. late *Fra-*
ter Io. Mar. Veratus in libello ſuo diſputatio-
num aduerſus Lutheranos, & Rimin. in conſil.
ibi inſerto, vbi dicunt hanc opinionem eſſe te-
nendam. *Villalob. Soarez, & Verinus in verb.*
legatum annuum. tom. 2. commun. opin. fol. 252.

Et hæc quidem opinio videtur tenenda, quia
in dubio non eſt recedendum à ſententia, quæ
5 † fauet piæ cauſæ. *Tiraquell. in tract. piæ cau-*
ſæ. priuil. 98. in fin. poſt Bald. in cap. in præ-
ſentia. col. penult. de probat. [vltra quòd pro
dicta opinione eſt *textus in l. annuam. & in l.*
annua. de annuis legat. & in l. cum quidam.
eodem tit. Quæ iura non videntur poſſe cauilla-
ri, vt dicit *Rimin. iun. d. conſil. 219.* qui om-
nibus exaduerſo allegatis late reſpondet. [Im-
6 mo etiam in legato annuo priuatorum † tem-
pus durat poſt centum annos, vt in *l. in an-*
nalibus. C. de legat. & tamen in eo non ita ple-
na, & ampla ſit interpretatio, ſicut in legato
7 Eccleſiæ. † *l. hæreditatem. ff. ad l. falcid.*

Quæ magis ſine difficultate procedunt, quan-
do dictum legatum eſſet factum cum dictione
perpetuum, tunc enim durat etiam poſt cen-
8 tum annos, † *Dilect. de art. teſtan. tom. 6. de*
legat. caut. 57. Foller. de cenſib. nu. 76. verſic.
cenſus enim dici ſolet. Pancirol. conſil. 195. Ti-
raq. d. priuil. 90. de priuil. piæ cauſæ. Cum ſit
differentia inter ſpatium centum annorum, &
9 perpetuum, quod intelligi † debet in infinitum
ſecundum proprietatem dicti verbi. *Alberic. in*
diction. verb. perpetuo. Riminald. iun. conſil.
219. num. 32. lib. 2. Licet enim infinitas ſit
euitanda. *cap. cum in multis. de reſcript. in 6.*
tamen toleratur vbi verba ſunt apta ad il-
10 lam † inducendam. *Bero. conſil. 155. in prin-*
cip. lib. 1.

Non obſtat quod in caſu, de quo agimus te-

ſta-

ſtator fecit dictum annuum legatum pro ani-
ma ſua, & ſic apparet non ſenſiſſe de perpetui-
tate præſtationis, ſed de tempore quodam ſor-
tiente exitum ex cauſa per teſtatorem appoſi-
ta, vt eius anima liberetur à purgatorio; tunc
11 enim finitur ſpatio centum annorum, † prout
ita diſtinguit concordando opiniones, *Simon de Pret. de interpret. vlt. volunt. lib. 4. c. fin. nu.
12. fol. 476* poſt *Micha. de Accolt. conſ. 91. num.
23. quod eſt inter conſilia vlt. volunt.* vbi etiam
exemplificat idem eſſe ſi teſtator dixerit, donec,
& quouſque eius anima fuerit liberata à pœnis
12 purgatorij, cum tanto tempore † præſumendũ
ſit de eius liberatione, prout dicit *Sot. ſuper 4.
ſenten. diſt. 19. q. 3. art. 2.*

Quia reſpondetur dictam opinionem non
eſſe tenendam, cum ſit res incertiſſima, & non
niſi temere poſſit definiri, vt per *Illuſtriſſimum*
13 *Cardinalem Bellarminum* † *controuerſ. tom. 1.
de purgat. lib. 2. cap. 9. verſ. præter hos errores:*
vbi reprobat dictam opinionem Soti, cum re-
pugnet ſententiæ viſionis Sanctorum, quibus
reuelatum eſt, aliquos manſuros in purgatorio
vſque ad diem iudicij; ſubdens eſſe conſuetu-
14 dinem Eccleſiæ, † quæ celebrat anniuerſaria
pro defunctis, quos conſtat eſſe mortuos vltra
centum, & ducentum annos; quod non fieret ſi
Eccleſia crederet, non detinendos in purgato-
rio vltra decem annos.

Et facit quod dicit *Beda presbyter lib. 5. hi-
ſtor. Eccleſ. gentis Angl. cap. 13. poſt medium.*
vbi refert de quodam, qui mortuus reſurrexe-
rat, & narrabat horrenda de flammis feruen-
tibus, & frigoribus rigidis, & de valle in qua
caſtigandæ ſunt animæ illorum, qui differentes
confiteri, & emendare ſcelera ſua, in ipſo tan-
dem mortis articulo ad pœnitentiam confu-
giunt; qui tamen, quia confeſſionem, & pœ-
nitentiam in morte habuerunt, omnes in die
iudicij ad regnum cælorum perueniunt.

15 Idem voluit *Enriquez in* † *ſumma lib. 7. de
indulgent. cap. 16. §. 4.* vbi reprobat opinio-
nem Soti, & aliorum, dicens, quod temerè lo-
quuntur, & contra morem Eccleſiæ, quæ orat
pro certa anima vltra ducentum annos, & quod
quidam inſignis prædicator coactus fuit ab of-
ficio Sanctæ Inquiſitionis retractare ſe, eo quòd
retraheret viuos à miſſis offerendis, & quòd
quidam Sancti Patres ſignificant quarundam
animarum pœnas vſque ad diem iudicij du-
raturas.

Idem dicit *Toſtat. ſuper Matthæum. cap.
25. quæſt. 710.* vbi concludit, quod reſpectu
16 cuiuslibet perſonæ † durabit pœna purgatorij
in quolibet tamdiu, quamdiu omnia peccata
ſua, ideſt venialia, & reatus pœnarum, tàm
pro venialibus, quàm pro mortalibus purga-
uerit, ſiue ipſa purgatio pauco tempore, ſiue
longo duret, reſpectu verò totius pęnę purga-
torij, quæ durabit vſque ad diem iudicij. Idem
repetit *paradox. 5. c. 118.*

Vnde dicebat *Altiſiodorenſis Doctor*, in cele-
bratione miſſarum ſingularum liberari animã
aliquam pęnis purgatorij, & quoniam, in-
quit *D. Auguſtinus de octo quæſtionibus Dulci-
tij. quæſt. 2.* certi non ſumus de liberatione
17 † earum, pro quibus preces fundimus, hac de
cauſa orationes continuandæ ſunt: propter quã
Auguſtini ſententiam, *Clingius lib. 4. cap. 34.
locorum communium*, arbitratur fundationes,
teſtamenta, memorias anniuerſarias defuncto-
18 rum vtiliter introductas. † Ita *Renatus Lau-
rentius de la Barre in annotat. ad Tertull. lib. de
Monogamia. fol. mihi 474. ad fin.*

Verum tamen eſt, quod in Cappella Papæ
non ſit anniuerſarium pro defunctis Pontifici-
19 bus, ſed ſolum † pro Pontifice immediate præ-
defuncto. Et ratio eſt, quia credi poteſt, quòd
Pontifices prędefuncti antea non indigeant am-
plius ſuffragijs, ſed ſolum Papa immediate præ-
mortuus, pro quo ſucceſſor orat. & ita obſerua-
tur in dicta cappella.

Ex prædictis patet æquius eſſe, vt præſtetur
legatum etiam poſt centum annos, quamuis ſit
factum per defunctum pro eius anima, vel do-
nec erit in purgatorio. Nam vt dicit *S. Augu-
ſtinus ſerm. 44. ad fratres in hæremo.* indu-
bitanter credendum eſt, quòd licet pro defun-
ctis beatis, vel damnatis obſecres; bona, quæ
20 facis pro eis non amittis, † nullum malum abit
impunitum, nullum bonum irremuneratum;
ipſi ſi non egeant, oratio noſtra in ſinu noſtro
conuertetur. [Et huiuſmodi ſuffragia prode-
runt alijs exiſtentibus in purgatorio, non au-
21 tem damnatis. *Angel. in ſumma, in verb. ſuf-
fragia. in fin. Mag. ſent. lib. 4. diſt. 45. c. fin. de
pœnit. diſt. 7. & 26. diſt. §. alleg. ea demum.* ibi,
*ſed æterna illum flamma ſine vllo remedio truci-
dabit.* Card. *in cap. cum martha. §. tertio loco.
in fin. & ibi Anchar. num. 23. de celebrat. miſ-
ſar.* vbi reſpondet ad *c. tempus 14. quæſt. 2.* quod
procedat de exiſtentibus in purgatorio, de
quibus ibi loquitur Auguſtinus. [Et quod non
proſint damnatis, voluit etiam *Silua de Benefi-
cio q. 5. p. 1. num. 125. Nauarr. de iubil. & in-
dulg. notab. 22. num. 46. verſic. ad ſecundum*,
vbi quòd non proſunt damnatis, neque beatis,
22 † neque ad lymbum perpetuo detinendis: pro-
ſunt autem omnibus purgatorij, qui non ſunt
valde mali, nec valde boni; & ibi etiam ſubdit,
quod inter Theologos, & Canoniſtas conuenit
omnes, qui ſunt in purgatorio eſſe mediocriter
bonos, & mediocriter malos.

Dicunt tamen Doctores prædicta limitari ex
23 priuilegio ſpeciali fauore alicuius † Sancti, qui
ob dictum priuilegium poſſet de inferno aliquẽ
redimere, & ad vitam ſeruare, & reducere; &
ſic nonnulli intelligunt, quod legitur de Beato
Maccario, Gregorio, & Traiano Imperatore,
de quo per *D. Thomam 3. ſent. 45. diſt. q. 2.
artic. 2.* & per *Anchar. & Cardin. in d. c. cum
Martha. de celebrat. miſſar.* [Et multa de ani-
ma Traiani tradit *Henriquez in ſumma mora-
li lib. 9. de ſacrific. miſſæ. cap. 16. §. 3.* vbi in
fine videtur tenere non eſſe reijciendam hanc
hiſtoriam vt fabulam, ſed nititur eam defen-
dere,

dere, non quòd in totum sit liberata à damnatione, sed quod pœna sensus fuerit ei suspensa.

Sed quod potius prædicta sint fictitia, & hi-
24 storia reprobata, dicit † *Bellarmin. p. 1. controuers. lib. 2. de purgatorio. cap. 8.* vbi sequitur in hoc *Melchiorem Canum, & Scotum contra Alphonsum Ciaconum*, qui eam defendere conatus est in apologia de ea re facta; prout idem etiam tenet *Baron. tom. 2. ann. 100. ad fin.* & late *tom. 8. ann. 604. fol.* 181. vbi omnino probat eam falsam esse. Quæ volui dixisse, cum occasione prædictorum incidisset sermo, quibus dicta suffragia prodessent, stante liberatione, quæ præsupponebatur de anima defuncti, qui legatum fecerat post spatium cętum anno-
25 rum, & quia etiam inter † Theologos, & Canonistas non erat discrepantia, quæ dicta sunt de suffragijs, vt per *Nauar. de subsil. & indulg. notab. 22. num. 46.*

EPITOME.

Appellans quando possit renunciare suæ appellationi. Et quid post citationem Iudicis, & vbi appellatus dictæ appellationi adhæsit.

SVMMARIVM.

1 *Appellans potest renunciare appellationi, sed condemnatur in expensis. n. 2.*
2 *Post citationem Iudicis non est locus dictæ renunciationi.*
4 *Appellatus vbi adhæsit appellationi non potest per appellantem renunciari.*
5 *Adhæsio appellationis debet fieri infra decem dies.*
6 *Appellatio est communis vtrique parti.*
7 *Tempus ad appellandum, & adhærendum appellationi currit à die scientiæ.*
8 *Tempus decem dierum ad appellandum est vtile, & non currit ignoranti.*
9 *Adhæsio appellationis debet ratificari infra decem dies. Fallit in ea quæ fuit facta per coniunctum. n. 11.*
10 *Ratificatio præsumitur facta à die scientiæ.*

Decisio XXIII.

1 Appellans potest renunciare † suæ appellationi. *l. si quis libellos. 28. C. de appellat. Aym. consil. 115. n. 12.* licet talis
2 renuncians veniat condemnandus † in expensis. *Innocent. in cap. ex parte. de rescript. Guid. pap. quæst. 436. num. 36.* In causa tamen Marini de Laureto coram me vertente contrarium fuit conclusum; quia prædicta procedunt antequam Iudex citauerit partem; secus autem post citationem, prout erat in casu nostro: tunc
3 enim non est locus dictæ renunciationi, † ex quo appellatio est communis. *Imol. in c. interposita. §. illi denique. de appellat. Afflict. in consil. appellationum tempora. in fin. lib. 2. rubric. 45.*
4 Præterea appellatus † adhæserat appellationi; quo casu non potest renunciari per appellantem illo inuito. *Bald. in l. omnem honorem. C. quando prouoc. non est necess. Tiraq. de vtroque retract. in fin. tit. §. 36. n. 25. Gomes.* qui de communi, *de trien quæst. 54.*
5 Non obstat quod adhæsio non fuerit † facta infra decem dies, prout requiritur quod enim dicitur in appellante, procedit etiam in eo, qui vult adhærere appellationi alterius: & sic in vtroque requiritur dictum tempus. *Franc. in cap. dilecta. col. penult. conclus. 5. de appellat.* vbi
6 dat rationem, quia appellatio est † communis. *Alex. cons. 101. & consil. 125. lib. 2. Doctor. post gloss. in cap. vt circa. §. alioquin. in verb. adhærentes. de elect. in 6. Bald. in authent. hodie. colum. 2. C. de appell. Fel. in cap. super. in fin. de re iudic.* & est receptissima opinio, vt per *Granat. ad Vestr. in praxi lib. 7. cap. 3. in fin. in verbo, non debent. de appellat.*

Quia respondetur prædicta esse intelligenda à die scientiæ: ab illo enim tempore quemad-
7 modum currit † tempus ad appellandum, ita etiam ad adhærendum appellationi, & in dubio semper præsumitur appellatum à die notitiæ, nisi contrarium probetur; quia tempus decem
8 † dierum est vtile à principio, & non currit ignoranti. *Franc. in cap. bona. num. 20. columna 5. versic. 8. debet appellari. de appellat.* post *gloss. in cap. concertationi. in verb. si seiuerit. eodem tit. in 6.*

Non obstat quod dicta adhæsio non fuerit facta per appellatum, sed per alium eius nomi-
9 ne; vnde cum non fuerit ratificata † intra legitima tempora decem dierum, nihil operatur. *Guid. pap. decis 13. & 436. & consil. 124. n. 8.* Quia respondetur prout supra de scientia: nam quemadmodum appellatio præsumitur interposita infra decem dies à die scientiæ. ita etiam
10 † ratificatio. *Speculat. §. 1. num. 7. de appellat. Oldrad. consil. 130. n. 12.*

Præterea eramus in adhæsione appellationis facta per fratrem, & sic coniunctam personam,
11 quæ potest ratificari etiam post decem † dies, licet secus sit regulariter in alio negotiorum gestore. *Bald. in Margarita. in verb. coniuncta persona. Magon. decis. Lucensi 49. numer. 29.* quamuis contrarium sequatur *Crot. in l. si quis pro emptore. n. 55. ff. de vsucap.*

EPITOME.

An à sententijs latis per Delegatos Apostolicos possit appellari ad Auditores Rotæ Marchiæ stante constitutione Rotali. §. 6. & §. 21. Et quid in legatis de latere. & an debeat appellari ad Sanctissimum, vel sufficiat interponere appellationes ad ipsos Legatos, & Auditores.

SVMMARIVM.

1 *Appellationes omnes interpositæ ad Sanctiss. censentur deuolutæ ad Aud. Rot. Marchiæ ex constitutione.*
2 *Dictio generalis omnium, & quarumcunque causarum comprehendit etiam causas delegati Apostolici.*

3 Le-

3 *Legatus de latere non potest inhibere delegatis Apostolicis. Intellige,vt n. 16.17. & 18.*
4 *Dictiones vniuersales comprehendunt maiora expressis.*
5 *Dictio omnis,quid importet, & de dictione quibusuis,& quibuscunque. n.6. & 7.*
8 *Obseruantia subsecuta declarat formam concessionis.*
9 *Obseruantia in iurisdictione attenditur,vt quis sit in quasi possessione.*
10 *Consuetudo, vt appelletur à Iudice maiori ad minorem non valet. Intellige vt n. 11. contrarium. n.12. & 15.*
13 *Mulier à consuetudine recipit iurisdictionem.*
14 *Consuetudo derogat iuri positiuo.*
15 *Maior, & minor quis potest iudicari diuersis respectibus.*
19 *Legatus de latere habens priuilegium cognoscendi causas delegati apostolici non cognoscit si appellatio interponatur ad ipsum, sed requiritur vt appelletur ad Sanctissimum. Intellige vt num.22. & 23.*
20 *Concessio non debet extendi ad illud, quod diuersum est.*
21 *Extensio in exorbitantibus non debet fieri ex identitate rationis.*
22 *Appellare ad inferiorem est contra substantiam appellationis.*
24 *Faciens aliquid auctoritate committentis non dicitur ex se ipso facere.*

Decisio XXIV.

A Sententijs latis,etiam per Iudices delegatos Apostolicos cõclusum fuit posse appellari ad Auditores Rotæ Prouinciæ Marchiæ; & propterea inhibitiones per eos concessas in dictis causis non esse reuocandas: nam *ex constitutione Rotali §. 6. & 21.* conce-
1 ditur eis facultas † per Summum Pontificem cognoscendi omnes, & singulas causas dictæ Prouinciæ ciuiles, prophanas, Ecclesiasticas, meras, mixtas, & quomodolibet actitandas; ita vt appellationes, querelæ, recursus, nullitates, & in integrum restitutiones à quibuscunque Iudicibus interponendæ, & quomodolibet proponendæ censeantur omnes deuolutæ ad dictos Auditores, ac si ad Romanum Pontificem interpositæ fuerint: per quas dictiones generales, & amplas censetur etiam data facultas super
2 † causis à delegatis Apostolicis cognitis. Ex quo enim ad hunc effectum admittendi appellationes subrogantur in locum Sanctissimi, videtur eis datum speciale mandatum cognoscendi de dictis appellationibus; licet secus esset de iure, cum cessante dicto priuilegio, solus Papa posset retractare sententiam delegati Apostolici: ita vt neque etiam Legatus de latere pos-
3 set se intromittere † in dictis causis, nec huiusmodi delegatis inhibere. *Franc. in c. dilecti. il 3. num. 23. de appellat. Abb. in cap. studuisti.de offic. legat.* Præsertim propter supradictas di-
4 ctiones vniuersales, & toties † geminatas, quæ magis augent dispositionem, & comprehendunt etiam maiora expressis, maxime quando sunt prolatæ ab homine, ita vt etiam trahantur ad
5 casus improprios, [vt de dictione, † omnis, dicit *Roland.conf.85. num.49. lib. 4. & conf. 13.*
6 *num. 30.eodem lib.* [& de dictione, † quibusuis, *Alex. consil. 30.consideratis narratis in themate. num.14.col.4. vers.circa sextum. lib. 5. Imol. in clem.1. col.2. num.8. vers. glos.2. quærit. de re*
7 *iudic.* [Et de dictione, quibuscunque, † *Felin. in cap. sedes. colum.6. de rescript.* late *Tiraquel. de retract. lignag. gloss. 7. §.1. num.20. vsque ad num.28.* quæ omnes dictiones adsunt in supradicto priuilegio Auditoribus concesso.

Idque magis suadebatur ex obseruantia subsecuta, secundum quam semper præfati Auditores cognouerunt appellationes interpositas in causis, & sententijs latis per Delegatos Apostolicos, prout constat ex longa serie causarum, de quibus in fide etiam Sacræ Consultæ transmissa: per quam obseruantiam
8 declaratur † priuilegium præfatum, & forma concessionis, quæ præsumitur talis, prout fuit obseruata. *cap. cum venissent.* vbi *Butr. colum.2 de instit. Natt. conf. 406. n.28. Bero. conf. 101. num.49.* late *Ludouicus conclus. 38. vers. infertur primo. & per totam.* Vnde cum ita fuerit receptum, & practicatum, sunt Auditores in quasi possessione procedendi in similibus causis,
9 prout in† specie de iurisdictione concludit *Rota Lucensis per Magonium decis.49.in fi.*

Non obstat quod delegatus Papæ sit maior dictis Auditoribus. *Doctor. in d.cap. studuisti.de offic.legat.* Vnde non est dicendum, quod ista obseruantia, seu consuetudo valeat, quæ non
10 tenet quando appellatur à Iudice † maiore ad minorem, & sic quod inferior possit cognoscere de gestis per superiorem: *Anchar. conf. 132. prima facie. col.2. in 1.dub. Præpos. in cap.dilecto. col.10. de appellat. Firman.in verb. consuetudo quando valeat. vers. 83. Gozad. conf. 76. col.2. post med. Aym.conf.148. n.4.*

Quia respondetur, quod dicta obseruantia habuit originem à præfata constitutione; vnde non potest dici aliquid de nouo esse introductũ, sed potius declaratum quod in ea statuitur: cũ enim Auditores repræsentent in dictis appellationibus personam Pontificis, eiusque vices gerant,quemadmodum ad Papam posset appella-
11 ri, ita etiam † ad eos, qui in hoc casu erunt maiores dictis delegatis. *Mandos. de inhibit. quæst. 5.*

Præterea non est simpliciter verum, quòd non valeat consuetudo appellandi ad minorem,
12 immo nihil repugnat, † quo minus debeat valere: nam consuetudo tribuit iurisdictionem etiam non habenti. *c. cum contingat. de for.compet. c. conquestus. 9. quæst. 3.* Mulier enim, cui
13 iudicandi munus † interdicitur, *l. 2. ff. de regul. iur.* à consuetudine tamen recipit iurisdictionem,vt est casus *in c.dilecti. de arbitr.* ergo à fortiori poterit consuetudo habilitare minorẽ iudicẽ, vt in causa appellationis cõpetẽs efficiatur.

Neque

Neque obstat quod ad maiorem Iudicem appellatio debet fieri, quia hoc à iure positiuo in-
14 ductum est, cui † potest per consuetudinem derogari. *c. fin. de consuet.*

Immo etiam quod appellatio deferatur ad minorem, vel parem, respectu istius appellationis reputatur maior; nam potest quis vno re-
15 spectu vti maior † considerari. *Bart. in l. 1. §. si quis. ff. de appellat.* Et ita per supradicta concludit *Dec. in c. referente. n. 8. de prab.* vbi testatur ita seruari, & esse consuetudinem in Ciuitate Pisarum, vt à Capitaneo, qui maior est, appelletur ad Potestatem.

Non obstat quod à delegato Papę non appel-
16 letur ad Legatum Papæ, etiam de latere, † & quantumcunque vices Pontificis gerat, & eius locum teneat. *Corn. cons. 89. num 8. lib. 2. Franc. in d. cap. dilecti. il terzo. num. 23. de appellat.* [licet ex magna causa posset Legatus se intromittere in causis delegato commissis, & illi inhibere. *Cardin. in cap. studuisti. de offic. legat. Tiraquell. de pœnis temperandis. in præfat. nu. 34.* vbi in fine allegat simile de delegato Episcopi, à quo ex causa posset appellari ad Vicarium Episcopi, puta, quia Episcopus esset absens. [Vnde multo magis dicendum est non esse hoc concedendum dictis Auditoribus, licet quoad huiusmodi appellationes obtineant vices Pontificis, maxime nulla causa subsistente.

Quia respondetur quod secundum constitutionem prædictam, & particulare priuilegium Auditoribus concessum potest ad eos appellari, etiam in præfatis causis, quasi super hoc habeāt speciale mandatum à Summo Pontifice: quo
17 stante, etiam † Legatus posset cognoscere de appellatione interposita ad Sanctissimum, vt dicit *Franc. in c dilecti. il terzo. num. 23. de appellat.* [Immo etiam Legati de latere, qui aliquibus præsunt Prouincijs ob eorum amplissimas fa-
18 cultates † inhibent delegatis Apostolicis, ex quo representant personam Papæ, eiusque vices gerunt, vt in specie testatur *Mandos. in tract. de inhibitionibus. quæst. 5. per text. in cap. cum venerabilis. ante med. de consuetud. gloss. magna in cap. quod translationem. post med. de offic. legat.*

An autem appellationes, quæ interponuntur ab huiusmodi delegatis Apostolicis, debeant interponi ad Sanctissimum, & postea vigore dictæ constitutionis & priuilegij reassumi in Rota, vel potius sufficiat, quòd appelletur ad dictos Auditores. *Ruin. cons. 3. num. 4. lib. 4.*
19 concludit debere † appellari ad Sanctissimum; loquitur enim ibi in Legato, qui etiam quod possit cognoscere de causa delegati Apostolici, tanquam habens priuilegium cognoscendi appellationes interponendas ad Papam à quibuscunque Iudicibus, etiam delegatis; tamen intelligitur dummodo appellatio interponatur ad Sanctissimum, non autem ad ipsum Legatum, quia solum reperitur recessum à iure communi, quoad cognitionem appellationis interpositæ ad Papam; sed quantum ad modum appellandi nihil est innouatum, neque permissum, quòd à delegato Papæ possit appel-
20 lari ad Legatum; vnde dicta concessio † non debet extendi ad illud quod diuersum est. *cap. dilecta. de rescript.*

Neque obstat quod concessio licet hoc non comprehendat, debeat tamen extendi ex identitate rationis. Sicut enim potest cognoscere de appellatione interposita ad Papam contra dispositionem iuris communis, ita dicendum est posse appellari à sententia delegati Apostolici ad ipsum Legatum.

Quia respondetur, quod in correctorijs, &
21 exorbitantibus non fit extensio † ex identitate rationis, quando non agitur de fauore, sed odio. *Bart. in l. si constante. quæst. 9. solut. matrim.* maximè quia cessat extensio quando sumus in dispositione hominis. *Imol. in l. si vero. §. de viro. ff. solut. matrim.* [Vltra quod appellare ad
22 inferiorem est contra † substantiam appellationis; & sic facilius demandatur Legato cognitio causarum, quæ deuoluuntur ad Papam per appellationem, quam quod possit appellari ad Legatum à delegato Papæ; vnde cum hoc sit maius, non est dicendum, quod adsit eadem ratio, prout per prædicta concludit *Ruin. cons. 3. ad fin. lib. 4.* vbi dicit transire sine dubitatione. [Propterea ad euitandam omnem difficultatem, seruatum fuit interponere appellationes ad Sanctissimum, non autem ad Auditores d. Rotæ, quando occurrit appellari à sententijs latis per delegatos, & Commissarios Apostolicos; [Licet etiam posset dici, quòd
23 valeret † appellatio ad ipsos Auditores in præfatis causis; cum ex *constitutione Rotali. §. 6. & §. 21.* videatur apertè colligi posse ad ipsosmet Auditores appellationes interponi eo modo, quo ad Romanos Pontifices interpositæ essent. Quicquid enim faciunt, censentur fa-
24 cere † auctoritate committentis, & eius, qui priuilegium illis concessit. *cap. cum aliquibus. in fin. de rescript. in 6. cap. 1. de clerico ægrotante. eodem lib. Corn. consil. 89. num. 6. libro 2.*

EPITOME.

Excussio an requiratur in Saluiano Interdicto, & quæ opinio sit magis vsu recepta.

SVMMARIVM.

1 *Excussio non requiritur in Saluiano Interdicto. & ita seruatur de consuetudine. nu. 6. licet contrarium sit æquius. n. 3.*
2 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur in possessorijs.*
4 *Saluianum datur cui competit hypotheca.*
5 *Excussionis exceptio admittitur in summarijs, & vbi agitur sola facti veritate inspecta.*
6 *Opinio vsu recepta est seruanda, non obstante dispositione iuris communis.*

DE-

Decisio XXV.

IN Saluiano interdicto conclusum fuit non
1 requiri excussionem; † quia est remedium
possessorium adipiscendæ, in quo non ad-
2 mittuntur exceptiones requirentes † altiorem
indaginem. *Bart. in l.fin. C.quor.bon. Rip. in
rubr. de pignor. num.*19. & ita concludit *Socin.
cons.*80. *col.*2. *vers. vel etiam. lib.*3. *Rolan. cons.*
9. *num.*18. *lib.*1. *Bursatt.cons.*32. *num.*45. *lib.*1.
*Aym.cons.*201. *num.*45. *Gabr.de fideiussor. con-
clus.*1. *n.*112. *limit.*39. *Menoch.de acquir.possess.
rem.*3. *n.*179. *Ludouic.decis.*46. *p.*1. *Surd.consil.*
4. *n.*36. *lib.*1. post *Auffrer. Boer. Bertrand. Ma-
rant. Tiraquell.* & alios ibi per eum allegatos.
*Alexan. cons.*15. *viso, & considerato themate.
col. vlt. lib.*6.

Prædicta tamen non videbantur ita simpli-
citer admittenda, prout non esse clarum in iure
3 † dicit *Rot. diuers. decis.*34. *par.*2. quia contra
tertium possessorem non potest agi, nisi prius
excusso principali: quod etiam habet locum in
Saluiano interdicto, prout concludit *Bertran.
cons.*213. *num.*7. *in* 6. *dub. lib.*2. *Calcan. consil.*
29. *n.*6. *Bellon.cons.*34. *n.*8. *Natt.cons.*521. *lib.*3.
*Becc.cons.*89. *Thesaur. decis.*51. *num.*3. *& decis.*
32. *num.*6. *ad fin. & decis.*175. *num.* 4. vbi dicit
ita esse iudicandum, & non esse recedendum ab
hac opinione, quia est verior, & magis æqua.
per *text. in l. moschis. ff. de re iudic. & in auth.
hoc iure. C. de pignor.* qui licet loquatur de hy-
potheca, tamen eadem est ratio in Saluiano,
cum in eis circa hoc nulla sit differentia: cui
4 enim competit † hypotheca, ei etiam datur
Saluianum; & æquitas, de qua in *d. l. moschis*
militet, tam in agente hypothecaria, quàm
in eo, qui intentat Saluianum. *Bellon. cons.*34.
*num.*8. *&* 9.

Non obstat quod Saluianum sit iudicium
summarium, & possessorium, & ideo non ad-
mittat huiusmodi exceptiones, quæ sunt de
apicibus iuris: Nam etiam in summarijs ad-
5 mittitur exceptio † excussionis, vt in dote, &
etiam si ageretur sola facti veritate inspecta,
cum hoc respiciat interesse partis, vt prius
conueniatur debitor, qui est soluendo, quam
tertius molestetur. *Natt. d. consil.* 521. *lib.* 3.
Negus. de pignor. p. 8. *memb.* 1. *vers. nono fal
lit.* vbi testatur de magis vera, & communi opi-
nione. *Gayl.pract. obseruat.* 27.

Sed quoniam semper in curia generali, &
alijs locis huius Prouinciæ seruata fuit opinio
6 † contraria, quòd non requiratur excussio, non
esset recedendum ab ea, cum ex communi ob-
seruantia subsecuta videatur illa opinio am-
plectenda, quem vsus recepit, non obstante
iuris communis dispositione. *Cephal. consilio*
320. *num.* 31. *lib.* 3. *Ludouic. conclus.*38. *vers.
infertur* 26.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio dilatoria debet opponi ante litem con-
testatam.*
2 *Exceptio opposita per verba, generalia contra,
an releuet. & n.*3.
4 *Iudex per processum ad vlteriora videtur exce-
ptionem reijcere. Intellige vt n.*5.
6 *Iudex non potest recedere ab opinione approba-
ta per consuetudinem, quamuis sit magis com-
munis in contrarium. & n.*7.
8 *Saluianum requirit discussionem quando agi-
tur per creditorem habentem specialem hypo-
thecam in re particulari, & generalem in
alijs bonis, & quid stante obligatione came-
rali. num.* 11.
9 *Hypotheca specialis præsumitur sufficiens ad
debiti satisfactionem.*
10 *Per obligationem cameralem creditor eligit rem
magis sibi visam. & n.*12.
13 *Exceptio discussionis non opponitur si agatur
contra principalem debitorem, vel vnum ex
eius hæredibus. n.*14.15.16.& 17.

¶ N.5. *post verba.* obseruat.27.

Dec. Corn. Aleiat. Stracc. & alij per *Bertaz-
1 zol. claus.* 40. *gloss.* 4. *nu.* 3. *in fin.* † Dummo-
do opponatur ante litem contestatam, cum sit
exceptio dilatoria. *Aret. in §.in fraudem. col.*4.
*vers.aduersus. instit.de action. Alex.cons.*32. *in
causa executionis. num.*2. *& consil.* 34. *lib.*4. *Ga-
briel.de fideiussor.conclus.*1. *num.*12. *Surd.decis.*
2 44. *num.* 10. † Et dummodo etiam opponatur
in specie, non autem per oppositionem, gene-
ralia contra, prout concludit *Negus. de pignor.
m.*1. *p.*8. *num.*35. *Alex.cons.*29. *clarissime doctor.
colum. antepenult. nu.*30. *in princip. vers. item
beneficium. lib.*7. *post Bart. in l.* 1. *post oppos.*2.
*nu.*7. *vers. quaro video quod ista conclusio. ff. de
except. & præscription.* Licet esse dubitabile
dicat *Rot. coram Card. Seraphin. Roman. do-
3 mus.* 29. *Martij* 1574. † Quasi sub dicta op-
positione generali censeantur oppositæ omnes
exceptiones. Et dummodo non fuerit proces-
sum ad vlteriora per Iudicem, qui videretur tũc
4 illam reiecisse. † *Castr. in l.fin. in princip. nu.* 7.
colum. 2. *vers.ego dixi. ff. si cert. petat.* Quando
tamen in continenti non procederet, itaut ve-
risimiliter præsumatur cognouisse de exceptio-
5 ne opposita, † *Corn. cons.* 85. *colum. penult.
lib.* 4. *Gabriel. conclus.*1. *n.*57. *de fideiussor.* Cum
alijs, quæ requiruntur, vt huiusmodi exceptio
admittatur, vt per *Negus. de pignorib. m.* 1.
p. 8. *n.* 35.

¶ N. 6. *post verb.* infertur. 26.

*Anchar. cons.*178. *visis & diligenter. col.* 1. *n.*2.
*vers. quinto allegatur. Bald. in l.illud. de excus.
tutor.* Itaut iudex illius fori non possit recede-

re ab opinione approbata per consuetudinem,
6 quamuis communis sit in contrarium, † *Matthes. de elect. opin. Alciat. præsumpt.* 30. *reg.* 2.
n. 3. *Gomes. ad l.* 1. *taur. nu.* 8. *Ceual. in specul.*
comm. opin. in præfat. vbi multa quando, & in
quibus casibus iudicandum sit secundum com-
munem opinionem, & quæ sit potius attenden-
7 da. † Et adeo obseruantia subsecuta declarat, &
interpretatur, vt sit admittenda, quamuis statu-
tum disponat, quod contra ius scriptum non at
tendatur consuetudo. *Dec. cons.* 11. *nu.* 10. *Surd.*
decis. 129. *num.* 19.

Quamuis autem Saluianū interdictum nō re-
quirat discussionem. *Rot. diuers. decis.* 444. *nu.* 7.
8 *p.* 1. cum alijs supra allegatis. † Tamen debet
intelligi de ea, quæ fit in bonis principalis debi-
toris, ad effectum, vt deueniatur ad bona per eū
obligata, & à tertijs possessa; Vnde secus esset si
ageretur per creditorem habentem specialem
hypothecam in re particulari, & generalem in
alijs bonis, tunc enim requireretur excussio, ad
hoc vt possit agere contra secundum habentem
9 in alijs hypothecam, † quia illa præsumitur suf-
ficiens pro sui debiti satisfactione. *l.* 2. *C. de pi*
gnor. Couarr. lib. 3. *variar. resolut. c.* 18. Ideo
datur cautela ponendi clausulam, vt specialis
hypotheca non deroget generali, nec è contra,
quo casu specialis non impediret generalem.
Bolan. cons. 36. *num.* 8. *in fin. lib.* 4. & ita in
specie concludit *Surd. decis.* 44. *num.* 14. vbi
quod est verissima opinio, licet à nemine sic de-
claratum inuenerit.

Amplius neque obstaret obligatio cameralis,
10 per quam licitum quidem† est creditori eligere
viam magis sibi visam. *Paris. cons.* 103. *n.* 3. *lib.* 3.
Soc. cons. 24. *n.* 48. *lib.* 1. Tamen intelligitur re-
11 spectu ordinis procedendi, non iurium, † quæ
concernunt substantiam iudicij, & merita cau-
sæ, sicut est priuilegium, quod speciale pignus
excutiatur. Cum enim creditor ita conuenerit,
debet stare legi, quam sibi tulit, & sic prius excu
tere illud, quod prouidit esse sufficiens ad suum
creditum, prout in specie concludit *Surd. decis.*
44. *num.* 14. Licet quæ dicta sunt de obligatione
camerali, patiantur difficultatem, quasi propter
eam possit creditor eligere tam speciale pignus
quam generale, ex *Paris. cons.* 103. *n.* 3. *vers. se-*
cundo. lib. 3. & alijs, de quibus per *Cost. de re-*
med. subsidiar. priuil. 11. *n.* 7.

Nec facit quod creditor potest eligere ex bo-
12 nis sibi obligatis, quæ voluerit, † ita vt qualibet
res dicatur insolidum obligata. *l. moschis. de iur.*
fisc. l. 1. *C. si vnus ex plurib. hæred. credit.* Spe-
cialis enim hypotheca est inducta ad fauorem
creditoris, vnde non debet retorqueri in eius
13 odium. *l. quod fauore. de legib.* † Quia ista pro-
cedunt, quando ageretur contra ipsummet de-
bitorem, cuius non interest, vt solutio potius
fiat in vna re, quam in alia; & quando agitur
contra debitorem, non opponitur exceptio ex-
14 cussionis† *Couarr. lib.* 3. *var. resolut. c.* 18. *num.* 2
vers. sexto à proximo. Quod secus est quādo agi-
tur contra posteriorem creditorem, cuius fauo-
re est introductum, vt specialis hypotheca prius
excutiatur, antequam sit deueniendum ad ge-
neralem. *l.* 2. *C. de pignor. Bertazzol. claus.* 39.
15 *gloss.* 5. *n.* 10. † Prout idem esset quando ageretur
contra vnum ex hæredibus debitoris principa-
lis, qui neque auditur opponendo, quod excu-
tiantur alij hæredes. *Bart.* qui dicit notandum
16 *in l. mulier. ff. qui pot. in pign. habeant.* † Etenim
iste vnus hæres est vnus ex debitoribus, ideo si
possidet, conuenitur ante discussionem. *Bald.*
in auth. sed hodie ante. n. 1. *C. de action. & obli-*
gat. vbi multum commendat, ampliando ad ter-
tium conuentum, qui possidet nomine debitoris
subdens, quod nullus hoc annotauit, præter eum,
quia effectus iudicij fundatur in debitore. *l.* 2.
C. vbi in rem act. l. etiam. §. si quis absentis. de
petit. hæredit. l. officium. de rei vendic. l. prope-
randum. §. sin autem reus. vers. vel alij personam
17 *eius solam prætendent. C. de iudic.* † Cum enim
incipiat obligatio in persona vnius promissoris
datur insolidum actio pro vna re; quod etiam
tanquam singulare multum extollit. *Roder. Soar.*
in l. quoniam in prioribus. ampl. 7. *num.* 8. *C.*
de inoff. testam. & in l. post rem iudicatam. post
8. *ampliat. num.* 14. *de re iudic. Surd. cons.* 209.
num. 8. *lib.* 2.

E P I T O M E.

Cappellæ, & sepulchra quando possint vendi saltim de consuetudine. Et an veniant in donatione bonorum 1 & concessa Cappella an censeatur datum ius funerandi. ¶ Implementi exceptio quando obstet ei qui vult prius agere. ¶ Obligatio de missa celebranda potest per alium impleri.

S V M M A R I V M.

1 *Cappellæ non possunt vendi. Fallit de consuetudine, vt num.* 14.
2 *Ecclesia, seu cappella non venit in donatione fundi.*
3 *Ecclesia cum ambitu non est in commercio nostro.*
4 *Locus religiosus fit per illationem cadaueris. Fallit de iure canonico.*
5 *Locus religiosus non potest alienari.*
6 *Lex censetur correcta si corrigatur ratio legis.*
7 *Sepulchrum quando cedat fundo vendito.*
8 *Cappella non venit in venditione bonorum. Fallit vt n.* 9. *&* 10.
11 *Per concessionem* Cappellæ *fit translatio iurium Ecclesiæ.*
12 *Laici non disponunt super annexis spiritualib.*
13 *Laicus non cognoscit de iure funerandi.*
15 *Consuetudo vt aliquid percipiatur pro sepultura, valet.*
16 *In concessione cappellæ non venit ius funerandi. Fallit vt num.* 17.
18 *Cappella vnius defuncti non debet attribui nomini alterius.*
19 *Sepultura vnius non potest dari alteri, nisi ex iusta causa.*
20 *Ex contrahentibus volens agere tenetur adimplere.*

21 *Im-*

21 *Implementum simplex non sufficit, nisi probetur factum ob causam propter quam debet impleri.*
22 *Implemento non secuto rescinditur etiam contractus nominatus.*
23 *Exceptio implementi non secuti dicitur litis finita.*
24 *Exceptio non implementi non est sublata, etiam quòd per statutum nihil possit opponi.*
25 *Absolutio à iuramento non requiritur, si impugnetur actus ex implemento non secuto.*
26 *Mora purgatur vbi ius nõ est factum deterius.*
27 *Non implementum potest suppleri, si superueniat, & reconualescit iudicium.*
28 *Implementum post oppositionem non potest fieri.*
29 *Mãdatum Capituli debet probari, & quòd fuerit constitutum collegialiter, & quod maior pars exprimatur. & n. 30.*
31 *Obligatio de missa celebranda potest adimpleri per alium, neque in hoc censitur electa industria personæ.*

Decisio XXVI.

1 CAppellæ non possunt † vendi secundum
Io. Carrapham de Simonia, in fine tra-
ctatus. vers. an autem sepulchra, n. 140.
tom. 15. fol. 122. p. 2. vbi dicit, quòd est Simonia,
allegando *Bart. in l. 1. §. ne eius nomine. de oper.*
2 *publ.* Vnde in donatione fundi † non venit Ec-
clesia, seu cappella, quam donans habet in dicto
fundo, quia non est eiusdem rationis, & condi-
tionis cum d. fundo, etiamsi ad eam non sit ac-
cessus, nisi per fundum. [Ecclesia enim cum
ambitu, siue aditu libera est, neque est in com-
3 mercio nostro, † sicut si autea illam alienassem
in alium. *Bald. in l. fin. col. penult. in fi. q. 9. vers.*
idem si habeo. C. *de edict. diu. Adr. tollen. per tex.*
in l. si fundum. §. qui fundum. vers. sed inclinan-
4 *dum. de legat.* 1. [Idem est in loco † religioso,
quod fit per illationem cadaueris. Nam quam-
uis in hoc sint correcta iura ciuilia per ius cano
nicum, quod disponit non effici religiosum per
illationem mortui, cum ad hoc requiratur au-
ctoritas Episcopi. *c. ad hac. de relig. dom. Innoc.*
in c. abolenda. de sepultur. Card. in clem. 1. q. 7. in
fin. eodem titulo. [Tamen talis locus non pote-
5 rit alienari † nec in eo seruitus imponi, quia in
hoc non sunt correcta iura ciuilia. *Ioan. Fab. &*
Ang. in §. religiosum. instit. de rer. diuis. Dec.
in c. quanto, col. fin. vers. est notandum. num. 9. de
iudic. licet ibi *Fel. col. ult. vers. circa glosam,* con-
trarium sequatur, cum sit correcta ratio legis,
6 † & sic etiam ipsa lex. *c. miramur. de seru. ordin.*
7 *Bart. in l. 1. ff. de legit. tut.* † Sepulchrum autem
quando cedat fundo vendito, & quòd si sit exce-
ptum, vel habeat aditum ex publico, docet *Bar.*
in l. si mercedem. §. si eum. ff. de action. emptio.
& quid quando venditur per Ecclesiam alteri
Ecclesiæ. *Felin. in c. quanto. in fin. de iudic.*

Confirmantur prædicta ex *Bart. in l. Aufi-*
dius. ff. de priuileg. cred. vbi concludit, quòd si
aliquis facit fieri cappellam, & deinde vendan-
8 tur eius bona propter debita †, in venditione
dictorum bonorum non venit cappella. Aut
enim, inquit, efficitur sacra, & non venit, aut
non, & tunc neque comprehendetur in vendi-
tione, quia est facta in honorem illius. [Et licet
textus *in l. in modicis. de cõtrah. empt. et in l. qua*
9 *dam. de acquir. rer. domin.* † videantur facere
in contrarium, quod immo valeat dicta vendi-
tio: tamen *Bart.* respondet, quòd in dictis iuri-
bus erat aliquid sacrum, in quo aderat quod-
dam ius temporale, vt ius patronatus; quod ius
10 transit † cum vniuersitate; secus vbi non est ius
temporale, sed quidam honor tantum, vt la-
tius ibi per eum, & per *Tiraquell. de retrac.*
lignag. §. 26. glos. 1. num. 55. versic. igitur
duodecimo.

Præterea concessio cappellæ cum sepulchris,
& iure funerandi est annexa spiritualitati. *d. c.*
quanto. cum per talem concessionem fiat quæ-
11 dãm translatio iurium Ecclesiæ † *Nauarr. cons.*
1. de sepult. Vnde de prædictis non poterunt lai-
12 ci disponere † tanquam annexis spiritualibus.
Abb. in c. cum laicis. num. 5. de reb. eccles. non
alienand. [immo neque iudex laicus potest co-
13 gnoscere de iure funerandi †, cum distinctioni-
bus, de quibus per *Felin. in cap. quanto. in fin.*
de iudic.

14 Contrarium tamen est verius, † quia cappel-
læ saltim de consuetudine possunt vendi, prout
dicimus de sepulchris, quæ per Episcopum pos-
sunt concedi, & aliquid pro eis accipi. *Abb. in*
cap. abolenda. de sepult. quod est ratione situs,
vel dignioris loci, quæ non videntur spiritua-
lia; vnde poterunt vendi tanquam non necessa-
ria ad sepulturam, maxime ex consuetudine.
Sotus de Iustit. & iure. lib. 9. quæst. 7. art. 1. Pe-
trus de Aragon. super Diuo Thoma 2. 2. quæst.
100. artic. 4. Quæ quidem consuetudo erit ser-
15 uanda † prout dicimus de consuetudine, quòd
aliquid percipiatur pro sepultura quæ valet, vt
in specie concludit *Castrens. cons. 369. circa pri-*
mum quæsitum, alias 363. lib. 1. & cons. 401. vi-
so processu. eodem lib. vbi multa, quo modo hu-
iusmodi consuetudo introducatur, & per *Bel-*
lam. cons. 31. quod mulier. col. 4. in fin.

16 Verum esset, quòd concessa † Ecclesia, vel
cappella per Episcopum, non censeretur datum
ius funerandi, nisi expressè fuerit dictum. *Vital.*
in clem. dudum. §. huiusmodi. de sepult. Archid.
in cap. 1. de pact. in 6. [licet sufficeret licentia
tacita construendi sepulchrum, vt per *Rot. di-*
uers. decis. 122. cũ seq. p. 1. vbi etiam subdit, quòd
colligitur dicta licentia tacita, quando sepul-
17 chrum † est in loco patenti, & non fuerit per
Episcopum contradictum, & dicta cappella per
eum visitata.

Non obstat *Bart. in d. l. 1. de operib. public.*
quia nihil de hoc loquitur, solum dicit, quod
18 cappella vnius defuncti † non potest per reli-
giosos attribui nomini alterius; subdens con-
tra fratres, vel alios religiosos, qui hoc faciunt
contra ius; cum enim sit alteri acquisitum, non
potest facto aliorum tolli, & ideo non licet abra

dere arma alicuius, & poneret arma sua, vel al-
19 terius. *d. §. ne eius nomine.* [Idem est in † sepul-
tura vnius, quæ non potest dari alteri per Re-
ctorem Ecclesiæ, nisi ex iusta causa, vt quia non
possit alibi sepeliri. *Rom. sing. 692. quæstio est
in facto per doctrinam Archid. in c. præcipien-
dum. 13. quæst. 2. addit. ad Matthes. sing. 75. num.
10. vers. & adde*, vbi dicit ita esse intelligendũ
*Petrum de Perus. de quarta canon. in 10. artic.
princ. col. penult. vers. secundo quæritur.* [Aliud
est si concedatur cappella sine præiudicio iu-
rium alterius; quod potest fieri per supradicta.
Et ita fuit seruatum in cõcessionibus aliquarum
cappellarum, quæ fuerunt declaratæ validæ,
prout etiam alias fuit dictum in concessione fa-
cta per Reuerendissimum D. Episcopum Mace-
ratensem, de quadam cappella, seu parua
Ecclesia existente subtus Ecclesiam Cathedra-
lem dictæ Ciuitatis, quæ fuit data Confra-
ternitati Sanctæ Mariæ gratiarum, cum one-
ribus, & capitulis, de quibus in instrumento,
quod fuit mandatum exequi pro omnibus in eo
contentis.

Non obstat quod dicebatur ad fauorem di-
ctæ Confraternitatis, non esse locum præfatæ
executioni, ex quo D. Episcopus infra tempus
de quo in instrumento, non consignauerat cla-
ues loci contigui dictæ cappellæ, vulgo detto la
rimessa. Ex contrahentibus enim vbi quis vult
20 † prius agere tenetur adimplere. *Aym. consilio
151. num. 10.* ita vt neque sufficiat simplex im-
plementum, nisi etiam probetur factum ob cau-
21 sam, † propter quam debebat impleri, licet in
dubio præsumatur adimpletum ob eam causam,
dummodo adimplens illam non ignoret. *Aym.
22 cons. 161. num. 15.* ita vt † implemento non se-
cuto rescindatur etiam contractus nominatus
via actionis quando respicit causam finalem
ipsius contractus alias ope exceptionis. Idem
Aym. cons. 192. num. 22. & d. exceptio implemen
ti non secuti dicitur litis finitæ impediens illius
23 † ingressum, *l. iulian. §. offerri.* vbi *Castrens. de
24 act. empt.* neque dicta exceptio † erit sublata,
etiam quod per statutum nihil possit opponi. *Ro
man. cons. 144. col. 2. Aym. cons. 122. n. 14.* vbi etiã
n. 16. subdit non esse necessariam absolutionem
25 † à iuramento in eo, qui vult impugnare actum
ex capite implementi non secuti.

Quia respondetur dictum terminum, de quo
in instrumento, non incipere, nisi à die reapta-
tionis Ecclesiæ faciendæ per Confraternitatem;
& sic licet sit facta obligatio tradendi dictum
locum, cum debeat fieri ex eo descensus à Su-
periori Ecclesia ad inferiorem, non est dicen-
dum quod debeat tradi, nisi prius reaptata cap-
pella inferiori.

Præterea etiam quod aliqua mora esset in-
26 cursa potuit purgari, cum nullum † ius confra-
ternitatis sit factum deterius, nec aliquod dam-
num sit passa, maxime de æquitate canonica, &
quando intercessit paruum tempus. *Bal. in l. qui
crimen. quæst. 11. C. qui accus. non poss. Seraph.
priuil. iuram. 48. n. 10. in fi. Rot. diuers. decis. 27.
num. 2. p. 2.* vbi quòd non implementum potest
27 suppleri. Licet enim impediat † exercitium
actionis tantum, non autem tollit ipsam actio-
nem; superueniente enim implemento reconua-
lescit iudicium. *Alex. cons. 17. viso libello. col. 2.
vers. præterea obstat. lib. 1. & cõs. 78. in causa &
lite. in fin. eodem lib.* Ceph. *cons. 112. n. 20. lib. 1.*
Maxime quia sumus ante oppositionem, licet
postquam fuisset oppositum de implemento non
secuto, & post rem in iudicium deductam non
28 posset † impleri. *Aym. cons. 192. n. 16.* cum de-
clarationibus, de quibus per *Lud. concl. 14. illat.
94. Masc. de probat. concl. 1387.*

Non obstat quod promissio facta per Episco-
pum de celebratione Missæ facienda per Sacri-
stam non possit adimpleri, cum constet de con-
tradictione Capituli; quia dicta contradictio
29 non est probata, cum debeat constare † de man-
dato Canonici cõtradicentis nomine Capituli.
& sic deficit voluntas, & consensus principaliũ.
*Bal. in l. falsi. col. 2. vers. factum vero. C. de fals.
Io. And. in cap. per venerabile, qui fil. sint legit.
Vant. de nullit. ex defectu mãd. n. 66.* [vltra quod
debebat constare, quod Capitulum fuerit con-
30 stitutum more solito, & collegialiter † congre-
gatum; & quod maior pars ex præsentibus con-
stituat procuratorem, ita vt d. maior pars in il-
la constitutione exprimatur, alias constitutio
non valeret. *Bart. in l. 1. de albo scriben. Bald. in
l. neque. in fi. C. de procurat. Alex. cons. 1. col. 2.
vers. sed præmissis. lib. 4. Vant. d. tit. de nullit. ex
defectu mand. num. 250.*

Vltimo, etiam quod dicta constitutio procu-
ratoris esset legitima, non tñ obligatio Episcopi
de missa celebranda per Sacristam erat talis, vt
31 diceretur electa industria † personæ, ita vt illo
nolente celebrare esset recedendum à contra-
ctu, & non posset per alium huiusmodi negotiũ
expediri, prout in specie concludit *Lap. alleg.
35. incip. vtrum absque dispensatione. & al-
leg. 116. colum. 3. versic. stabitur igitur. & al-
leg. 117. colum. 2. vers. quòd autem dicta cap-
pellania. Cardin. in cap. de multa. ad fin. de
prabend.* cum alijs, de quibus latius infra *de-
cis. 155. per tot.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Cappella, & qualibet ecclesia potest ex consuetu
dine habere ius funerandi quamuis non sit pa
rochialis, & curam non habeat.*
2 *Mora semper potest purgari de æquitate ca-
nonica, etiam quando fuit oppositum de non
adimplemento.*

¶ N. 17. *post verb.* per eum visitata.

Et quælibet Cappella, vel Ecclesia quamuis
1 non sit parochialis, † & curam non habeat,
potest ex consuetudine habere cœmeterium,
& ius funerandi. *Federic. consil. 135. num. 2.*

Car-

Cardin.in c.quia nonnulli.3.q.11.de cleric. non resid. Rot.diuers.decis.52.n.27.p.2.Masc.concl. 469.n.10.Gomes.de idiomat.q.11.n.8.

¶ N.18.in fin. *post verb.* d.§.ne eius nomine.

2 latè *Lambertin. de iure patron.lib.3. art.4. q.5. n.5. & 6.fol. 22.*

¶ N. 26. *post verb.* paruum tempus.

Quamuis etiam adsit iuramentum. *Caput.decis.
3 230.n.3.& 231.p.2.post Innoc.in c.dilectis.col.2.
de arbitr.Gozad.cons.66.n.13. Rot. coram Car-
din.Seraph.Roman.de mannell.19.Nouẽb.1582
& coram eodem Perusina executionis 11. Maij*
1582. Et quod semper sit locus purgationi mo-
2 ræ de æquitate canonica, † quando non est fa-
ctum deterius ius Ecclesiæ. *Alex.in l.si quis ma-
ior.n.7.C.de transact. Rot.coram Card. Mil-
lin. Roman.hæreditatis.29.Nouemb.1595.*Vbi
allegantur concordantes decisiones, amplian-
do etiam quando fuit oppositum de non imple-
mento. *Afflict.decis.*280.

EPITOME.

Statutum disponens filias non posse aliquid petere vltra dotes, quando illas excludat à petitione supplementi si dos sit minor legitima. Et quid operetur in hoc consuetudo [læsio quomodo probanda, & quòd tempus attendatur, vt possit dici dos congrua, & constet de magno excessu.

SVMMARIVM.

1 *Statutum disponens filias non posse aliquid petere vltra dotes datas excludit illas à petitione supplementi, etiam quòd dos sit minor legitima. Fallit stante magno excessu. n.2.*
3 *Pater præsumitur congrue dotare filiam, nisi appareat de contrario.*
4 *Læsio magna intelligitur excepta in quacunque dispositione.*
5 *Verba generalia restringuntur ad habilitatem.*
6 *Læsio enormissima facit vt possit reclamari etiã quòd in compromissis adsint clausulæ generales.*
7 *Consuetudo est obseruanda etiam quòd dos sit minor legitima, licet statutum disponat congrue dotari. Intellige vt num.8.*
9 *Congrua dos dicitur vsque ad legitimam.*
10 *Læsio enormis debet probari per allegantem.*
11 *Læsio vt probetur in dote quando debeat commensurari cum legitima, vel requiratur probatio doli patris. & n. 14.*
12 *Tempus dotationis non auctarum facultatum attenditur ad cognoscẽdum dotem congruam. Et quid in legitima. num. 13.*

Decisio XXVII.

STatutum iubens filias esse contentas dote
data prohibendo, ne quid vltra possint
1 petere, etiam si illa † sit minor legitima,
Decis. Marchiæ.
vel minus congrua, excludit filias à petitione
supplementi. *Bald. in auth. res quæ. num.26.C.
commun. de legat. & in l.fin. C. de dot.promiss.*
late *Ludouic. decis. Perus.*21.*num.*41. [Tamen
stante magna modicitate dotis, & magno ex-
cessu, de quo agebatur in causa Asculana, con-
2 clusum fuit posse semper agi ad dictum † supple-
mentum, etiam si statutum dicat vltra peti non
posse. [Ratio enim statuti fundatur in proui-
dentia patris; quæ facit præsumi filiam fuisse
sufficienter dotatam, vnde si veritas in contra-
rium appareat, dicta præsumptio est sublata, &
3 oritur alia præsumptio † læsionis facto patris in-
ductæ. *Cephal. consil. 142. num.27. lib. 1.* Et
ita in specie concludit *Castrens. cons. 275. super
primo quæsito. n.6. lib.1. Alex. consil 33. videtur
super d. num.4. lib.4. Dec.cons.180.n.3. colum.2. in fin. Menoch. de arbitrar. casu 149. n.
15. Thesaur. decis. 192. num.2. in fin. Gabriel.
cons.3.lib.2. num. 6.* vbi testatur de communi,
æquissima, & verissima opinione. [Statuta
enim debemus interpretari, ne nimis onerosa, &
iniqua sint. *c.erit autem lex. dist.*4. quia nunquã
censetur cogitatum de huiusmodi læsione, quæ
4 † semper intelligitur excepta in quacumque di-
spositione. *l. creditor. §. lutius. ff. mandat. Aymon. cons. 236. Cagnol. in l. 2. num. 68. C. de
rescind. vendit.*

Non obstant verba generalia prohibentia
aliquid peti vltra dotem, quia intelliguntur dũ-
modo in assignatione cesset dolus verus, vel præ-
sumptus: quæ quidem præsumptio arguitur ex
dicta læsione. verba enim generalia restringun-
tur, & limitantur ad habilitatem, recipiendo
5 † interpretationem legalem. *Bart. in l. stipula-
tus sum. de verb. obligat. Bald. in l. non dubium. C. de legib. Ias. in l. fideiussor. §. prætor
ait. ff. qui satisd. cogant. Tiraq. de retract. lign.
§.1.glos.7.n.26. & n.29. & de retrac. conuent.
§.1.glos.2.num.10. cum seq.* [Prout idem est
in compromissis, in quibus etiam quod adsint
6 clausulæ multum † generales, non tamen prohi-
bitum est ab illis reclamare, stante enormissima
læsione. & illa ad arbitrium boni viri reducere.
Bald. in l.cum antea. col.3. de arbitr. late *Dec.
cons.39.col.fin.*

Quando tamen dos esset congrua iuxta qua-
litatem personarum, loci, & temporis, & esset
talis consuetudo, quòd dos posset constitui ma-
ior, & minor legitima, tunc ex communi illa
obseruantia subsecuta dos diceretur congrua
7 † etiam si esset minor legitima: vnde quamuis
stante statuto, quòd filia congrue dotetur, dos il
la non debet esse minor legitima; tamen dicta
consuetudo in hoc erit obseruanda. *Corn.cons.
316.quoad primum.col.4. in fi. vers. & hoc semper mihi placuit. lib. 1. Ludouic. conclus.38. il-
lat.84. Aym.post Soccin.Bald.Nouell.& alios ibi
per eum allegatos.cons.236 col.1.in fi.vers. quod
tamen intelligo.n. 3.* [licet dicat esse dubiam
opinionem *Cornei*, & declarandam, quando
8 probaretur de tali consuetudine, † etiam mor-
tuis parẽtibus: quibus viuis, dotes minores pos-

sent constitui. Et ita ob defectum probationis huiusmodi consuetudinis alias conclusum fuit in causa Æsina coram me vertente, dotem, de qua agebatur, non potuisse esse minorem legitima: licet enim statutum excluderet filiam dotatam, tamen intelligitur de congrue dota-
9 ta, & † congrua dos dicitur vsque ad legitimã. *Ias. in auth. res quæ. in 6. not. C. commun. de legat. Castr. cons. 362. si statutum. lib. 1. Alexãd. cons. 69. in 1. dub. lib. 1. & cons. 83. viso statuto. col. 1. lib. 4. Socein. cons. 57. colum. 6. in fin. lib. 4. Aym. d. cons. 236. num. 3.*

Vt autem non obstante statuto possit peti supplementum congruæ dotis, dictum fuit debe-
10 ore constare † de enormi læsione, cuius probatio incumbit alleganti. *Ruin. cons. 152. num. 12. lib. 5.* Neque sufficiet, quod dos non sit com-
11 mensurata † cum legitima, sed requiritur esse adeo minorem, vt colligatur patrem fuisse in dolo *Corn. consil. 77. num. 3. lib. 2. Honded. consil. 10. num. 33. lib. 1.* vbi concludit ita debere intelligi *Castr. Cephal. Decium, & Menoch.* supra allegatos: secus autem si non constaret de tam magno excessu, ex quo pater dolose se gesserit dotando tam incongrue. *Curt. sen. cons. 8. num. 4. in fin. Dec. cons. 180. satis nota. num. 5. vers. similiter.* [Et ad conside-
12 randam dictam læsionem debet † attendi tempus contractus, & sic dotationis, non quod postea euenit ob facultates auctas. *Aym. cons. 114. num. 16. Riminal. iun. cons. 97. num. 13. libro 1. Honded. d. cons. 10. num. 36. lib. 1.* Ratio est, quia ad cognoscendum dolum patris non debet attendi futurus euentus; nam diuinare non potuit se fieri ditiorem; & quia dotis congruitas inspicitur secundum tempus dotatio-
13 nis, non mortis patris: † licet in legitima secus sit, cum illa auctis facultatibus augeatur. *Socein. cons. 101. num. 9. lib. 3. Cephal. consil. 165 lib. 2.* & ita in dote, & legitima quo ad hunc effectum distinguit *Honded. d. cons. 10. num. 36.* vbi de vera, & communi opinione testatur, à qua in iudicando dicit non esse recedẽdum, subdens *num. 37.* in fine, id maxime procedere; quia licet dos augeatur auctis facultatibus secundum aliam opinionem; tamen intelligitur,
14 quando dos † esset commensuranda cum legitima, ita vt deberetur vsque ad eius quantitatem, secus in casu statuti, in quo nulla est habenda ratio legitimæ, quæ debeat commensurari ad dotem, & dummodo sit dos congrua, erit satis factum statuto, neque augebitur auctis facultatibus. *Dec. cons. 276. col. 2. vers. & ista conclusio. Gram. decis. 101. num. 72.*

EPITOME.

Instrumentum quando dicatur falsum & nullum si in eo deficiat locus loci, & contineat inuerisimilia. [Notarius Apostolicus potest in Regno facere instrumenta circa temporalia, & Ecclesiastica. [Potestas statuendi inter subditos non arctatur Territorio. [Constitutio Regni de subscriptione testium, & Iudicis habet locum solum in instrumentis vltro citroque obligatorijs.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum in quo deficit locus loci, præsumitur falsum; & etiam nullum. n. 2.*

3 *Locus loci debet poni de iure canonico, & de stylo Rotæ, & est de substantia in Ciuitate populosa.*

4 *Locus loci non ponitur de consuetudine in aliquibus Ciuitatibus. Contrarium n. 5.*

6 *Consuetudo non valet, quod non apponatur locus.*

7 *Inuerisimilitudo habet imaginem falsitatis.*

8 *Præsumptio falsitatis habetur pro veritate in causa ciuili.*

9 *Notarius Apostolicus in Regno potest facere instrumenta circa temporalia, & de rebus ecclesiasticis.*

10 *Notarius creatus à Papa potest vbique locorum instrumenta conficere.*

11 *Falsitas præsumitur, si in instrumento sint descripti omnes testes, qui essent mortui.*

12 *Falsitas præsumitur, si in instrumento contineantur inuerisimilia.*

13 *Potestas statuendi inter subditos non arctatur territorio; & statutum prohibens donationes sine certis solemnitatibus, trahitur ad subditum vbique donantem.*

14 *Constitutio Regni de subscriptione testium, notarij, & iudicis habet locum in instrumentis vltro, citroque obligatorijs, secus in alijs.*

Decisio XXVIII.

INstrumentum donationis productum per procuratorem Dianæ de Neapoli in causa mihi commissa per rescriptum S.D.N. fuit declaratum non solum suspectum de falso, sed etiam nullius roboris. Primo quia in eo deficit locus loci, cuius omissio facit illud incidere in
1 suspicionem † falsi. *Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. § instrumentum. vers. quid si locus. de instrumentorum editione. Dominic. in c. Abbate sanè. col. fin. de re iudic. in 6. Felin. in c. 1. num. 6. col. 2. de fide instrum.* [Immo ob di-
2 ctum † defectum dicitur instrumentum nullum. *Natt cons. 329. in princip. lib. 2. Menoch. præsumpt. 84. lib. 2.* vbi testatur de magis communi. *Rot. diuers. decis. 1156. part. 3. lib. 3. num. 2.* post *Rotam decis. 38. alias 5. de fide instrum. & decis. 6. de consuet. in antiq. Cas. de Gras. dec. 45. alias vnica, de dolo, & contum.* vbi tam de iure
3 canonico, quam † de stylo Rotæ testatur esse necessarium apponere locum loci. [Maxime quãdo sumus in ciuitate populosa, & ampla, prout eramus in casu nostro, cum ciuitas Neapolitana sit talis. Nam per huiusmodi appositionem loci melius veritas, vel falsitas comprobatur ad hoc, vt sit licitum aduersario reprobare instrumentum de falso; quo casu est de substantia, vt locus loci ponatur. *Cas. de Gras. d. decis. 45. nu. 5.* post *Bald. in l. contracta. num 6. vers. interdum est talis actus. C. de fid. instrum.*

4 Non obstat quod de consuetudine † non po-

ponatur locus loci in instrumētis, prout ita fieri Venetijs, & Florentiæ testatur *Barbat. in c. 1. de fid. instr.* & est decisio *Putei 336. lib. 1.* vbi dicit in hoc standum esse consuetudini.

Quia respondetur, quòd dicta consuetudo de Ciuitate Neapolitana non probatur, immo apparet de contrario per alia instrumenta confecta in dicta Ciuitate, in quibus adest locus loci.

5 [Et quicquid sit, non obstante dicta † consuetudine debere apponi locū loci dicit *Cas. de Gras. in d. decis. 45.* vbi testatur ita seruari, non obstāte quod in Hispania non sit solitum apponi locum loci. [Immo secundū consuetudinem potius debent Notarij illum apponere in instrumentis. *Bertaz. de claus. gloss. 1. claus. 2. nu. 2. in fin.* Ne-

6 que valet † consuetudo, quòd non apponatur locus. *Menoch. præsumpt. 84. n. 2. vers. & hac quidem. lib. 2.* vbi testatur de magis communi, post *Rot. decis. 6. de consuet. in antiq.*

Secundo quia constabat in actis, tām ex depositione medici, quàm aliorum testium, quòd Quintius donans die 8. Octobris 1594. erat infirmus in terra Pontiscorui, & donatio fuit facta die 10. Octobris eiusdem anni: Vnde satis inuerisimile videbatur, quòd posset esse in dicta Ciuitate Neapolitana propter loci distantiam, quæ est à dicta terra Pontiscorui: quæ quidem inuerisimi-

7 litudo † habet imaginem falsitatis. *Bald. in l. 1. col. 3. C. de seru. fugit. Abb. in c. quia versimile. ad fin. de præsumpt. & cons. 99. in fin. lib. 1.* cum alijs per *Aym. cons. 28. n. 1.*

Tertiò notarius, qui rogatus fuit de dicta donatione, vltra omissionem præfati loci asserit, se de ea rogatum tanquam publicum notarium Apostolica auctoritate per totum Regnum; & tamen in legalitate apposita in eodem instrumen-

8 to facit fidem se esse notarium † publicum regia auctoritate: Ex quo oriebatur præsumptio falsitatis, quæ habetur pro veritate in causa ciuili. *l. iubemus. C. de prob. Alex. cons. 77. col. pen. vers. corroborantur prædicta. lib. 1. Rom. cons. 376. quæsito est. col. fin. Aym. cons. 28. nu. 9. Clar. in §. falsum. vers. veritas.* vbi de communi. Vnde vel debebat constare ipsum esse notarium Apostolicū per totum Regnum, vel quòd præsumatur instrumentum falsum stātibus prædictis varietatibus.

Quarto addebatur, quòd in Regno notarius Apostolicus non potest facere instrumenta circa temporalia. *Affl. super Constitut. Regni lib. 1. rub. 69. nu. 22.* sed solum de rebus Ecclesiasticis. *Vrsill. ad eundem Afflict. decis. 245. n. 1.* [sed hoc

9 non est tutum, cum verior sit † opinio contraria, quòd etiam in temporalibus valeant instrumenta per dictos notarios confecta. *Lucas de Penna in l. fin. q. 4. C. de locat. præd. ciuil. lib. 10. Boer. decis. 242. n. 1.* Notarius enim creatus à Papa, vel

10 ab Imperatore † potest vbique locorum instrumenta conficere. *Butr. in c. peruenerabilem, col. 20. vers. ad primum. qui fil. sint legit. Felin. in c. cum P. tabellio. de fid. instr. in c. ad audientiam. col. 4. vers. fatetur tamen. de præscript. Dominic. in c. Romana. §. fin. de for. competen. in 6. Gabr. conclus. 1. n. 5. de fid. instrum.*

Quinto quia in dicto instrumento donationis dicitur adfuisse in testem Iulium Cæsarem Russum de Ciuitate noua Prouinciæ Marchiæ, & tamen in dicto loco nulla de eo nec de tali familia habetur notitia; quæ haberetur, si in rei veritate adesset, ex quo sumus in loco non ita amplo,

11 vt non † possit de eo notio particularis haberi: vnde ex hoc præsumitur falsitas, prout dicimus de testibus descriptis in instrumento quādo omnes essent mortui. *Curt. Sen. cons. 56. ante fin. Aym. cons. 28. n. 7.* post *Gloss. & Doctores in l. 1. §. fi. ff. quemadmod. testam. aperiant.*

Sexto quia bona donata non ascendunt ad valorem bonorum, quæ habebat donans, vt ex fide Communitatis in actis producta; ex quo resul-

12 tat suspitio, cum † contineat inuerisimilia. *Bald. in l. scriptura. ad med. C. de fid. instr. Abb. cons. 99. in fi. lib. 1. Dec. cons. 11. col. 4.* [Maximè quia in dicto instrumento dicitur donantem fuisse emancipatum à patre, cum de hoc non constet, immo probetur per testes contrarium, quòd semper vixerit cum eius patre: quæ quidem simul iuncta cum alijs suspitionibus magis arguunt falsitatem dicti instrumenti.

Septimo quia donans est de Prouincia Marchiæ, & sit donatio de bonis existentibus in dicta Prouincia: Vnde cum non fuerit seruata solemnitas requisita in constitutione. *lib. 5. c. 25.* donatio est nulla, prout instrumentum de ea re confectum: tenetur enim quis seruare solemnitates statuti suæ ciuitatis; cum potestas statuendi inter subditos non arctetur territorio; vnde

13 statutum † trahitur ad subditum vbique donantem, aliàs facile redderetur dicta constitutio elusoria, quia semper volens donare sine dictis solemnitatibus alibi faceret donationem; quod esset absurdum. *Alex. cons. 41. n. 4. col. 1. in fi. lib. 5. Roland. cons. 91. n. 20. lib. 3. Rimi. Iun. cons. 436. n. 9. & n. 31. lib. 4. & cons. 437. n. 11. & 25.* vbi loquitur in specie de donatione. *Tiraq. de legibus connubial. l. 15. glos. 8. n. 219.*

Vltimo addebatur, non esse seruatam formam Constitutionis Regni, quæ incipit, Instrumentorum robur, per quam requiruntur subscriptiones testium, notarij, & Iudicis, quæ nō adsunt in instrumento donationis de quo agimus: [sed dicebam hoc non esse tutum, quia Constitutio præ-

14 dicta † loquitur in instrumentis vltro citroque obligatorijs, in quibus dictæ solemnitates requiruntur, secus in alijs, prout colligitur ex *Constitutione eiusdem Regni* incipiente *Bannitos. §. qua partes,* vbi distinguuntur acta, & schedæ ab instrumentis, prout ita per supradicta concludit *Caputaquen. decis. 225. lib. 1.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo non apponendi locum in instrumentis dicitur iniqua.*

2 *Incertitudo inducitur ex non appositione loci in contractibus.*

3 De-

3 *Decretum cuius Iudicis requiratur quando bona existunt in diuersa prouincia. & n.4.*

¶ N. 4. *post verb.* consuetudini.

Oros.in l.si quis.§.tabularum.n.5.de eden.Caput.decis.99.n.1.p.2. vbi quod in Hispania non ponitur locus loci.

¶ N. 6. *post verb.* de consuet.in antiq.

Rol.cons.38.n.8.lib.1.Couar.pract.quaest.c.20.
1 *n.3. vers. quinto necessarium est.* † vbi quod iniqua diceretur consuetudo non opponendi locum *Corn.cons.60.nu.4.lib.4.* vbi quod non valet huiusmodi consuetudo; Nam appositio loci est vna de perfectionibus instrumenti propter incerti-
2 tudinem, † quae induceretur ex loco non opposito. *Bald.in l.contractus.n.13.C.de fid. instrument. Rot. coram Card. Seraph. parmen. status. 24. Maij.* 1591.

¶ N. 13. *post verb.* glos.8. n. 219.

Itaut etiam quo ad bona existentia in diuersa prouincia, vel dioecesi requiratur decretum
3 † non solum Ordinarij, vbi res de qua agitur cōsistit, sed etiam ordinarij domicilij. *Collect. in c.nulli.col.2.de reb.eccles.non alien per text. in l. iuris peritos.§. nunc oriundus. de excusat. tut.*
4 Quamuis secundum alios † sufficiat vnicum decretum. *Felin.in c.dilectus.il 2.n.9.conclus.9.col.5.vers.septimo fallit.de rescript.Tiraq.de retract. lignag.§.36.glo.3.n.22.Redoan.de reb.eccles.non alien. c.27. n.40.*

EPITOME.

Episcopus praesente legato de latere in dioecesi, & Ciuitate cui praeest, an possit benedicere populo, & deferre insignia, & an intelligendum sit de praesentia vera, & actuali, & quis dicatur praesens.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus in sua dioecesi praesente legato non potest benedicere, & deferre mozzettam.*
2 *Duo capita in vno corpore esse non debent.*
3 *Patriarcha non faciunt deferri crucem in Vrbe, & vbi Pontifex existit.*
4 *Cauda delatio non denotat superioritatem.*
5 *Legati de latere sunt digniores legatis natis.*
6 *Episcopus debet honorare legatum ex iuramento, quod praestat in consecratione.*
7 *Episcopi assistentibus Cardinalibus, & Cardinales assistente Papa non portant rocchettum discoopertum.*
8 *Episcopo competit benedicere populum ratione dignitatis, & iurisdictionis.*
9 *Quae competunt Episcopo ratione iurisdictionis non cessant per aduentum Legati.*
10 *Declara procedere in iurisdictione contentiosa, non quoad insignia reuerentialia.*
11 *Praesentia Maioris requiritur vera ad hoc vt Minoris insignialis deponatur.*
12 *Potestas insensibilis remanet apud Minorem adueniente Maiore.*
13 *Praesens dicitur, cuius essentia praesentatur sensui, & intellectui, & qui personaliter est praesens. Contrarium est verius, vt n.14.*

Decisio XXIX.

Episcopus in Ciuitate, & dioecesi, cui praeest non potest praesente Legato de latere benedicere populum, & deferre vestes, scilicet, mozzettam significantem iurisdictionē illius ordinariam; quia in praesentia maioris de-
1 ponitur † potestas reuerentialis minoris, licet contentiosa non amittatur: Ratio est propter praerogatiuam reuerentiae, & ne in vno corpore
2 videantur duo capita, quasi monstra. † *Hostiens. in c.volentes. de offic.leg. vbi Abb.n.4.& Anchar.* subdens, quòd Episcopus licet in sua Ciuitate possit exercere iurisdictionem suam superueniente Legato, non tamen eo praesente poterit solemniter benedicere, & facit *text. in cap. anti-*
3 *qua.de priuileg.* vbi Patriarchae † faciunt deferri ante se vexillum crucis, nisi in Vrbe Romana, aut vbicumque Summus Pontifex praesens extiterit, aut eius Legatus vtens insignijs. Et idem dicit *Abb.* ibi de benedictione, vbi limitat in de-
4 ferendo caudam, † quia (inquit) non denotat superioritatem. Idem voluit *Specul. in §. sequitur*
5 *videre. n.4.de legato.* vbi quòd † legati de latere sunt maiores, & digniores legatis natis; & ideo nati non vtuntur suis insignibus, nec exercent officiū legationis praesente legato de latere. Idē concludit *Firman.de Episcopo lib.4.par.1. nu.5.* vbi loquitur de Episcopo Firmano, qui ex dignitate Episcopatus prę se crucem ferens debet illam dimittere praesente Legato de latere insi-
6 gnijs vtente: nam Episcopus † debet honorare d.Legatum ex vi iuramenti sui, quod praestat in consecratione. *Specul.de Episc.in princ.vers.honorandus.* Et hinc inoleuit consuetudo, quòd Episcopi, assistentibus Illustrissimis Cardinali-
7 bus nō portant rocchettum, † saltem discoopertum, nec Cardinales assistente Papa, nec Praetores ciuitatum ferunt baculum iustitiae assistente praeside prouinciae, vt testatur *Gambar.de Legato.c.qualiter se gerere debeat Legatus in ingressu prouincia.n.7.* Et ista est verior opinio, & magis communis, vt per *Ioan Brunell.de dignitate, & potestate Legatorum.conclus.12.declarat.5.* licet ipse contrarium teneat.

8 Non obstat, quòd † benedicere populum competat Episcopo ratione dignitatis, & iurisdictionis. *c.ministrare.26.q.6.& cap.conuenit. de consecrat.dist.5.Gundisal.Villadieg.de legat.q.6.n.8*
9 vnde ea quae † competunt Episcopo ratione iurisdictionis, non cessant per aduentum Legati de latere, & illius praesentiam in Ciuitate. *Bart. in l.3. C.de metat. & epidemet. lib.12.* qui loquitur de Legato Perusino. *Abb.in c.volentes n.4. de off. legat.Brunell.de dignit.& potest.legati concl.17.* qui loquuntur de insignijs denotantibus ipsam iurisdi-

iurisdictionem, & dignitatem; & sic Episcopus poterit vtrumque peragere. *Barbat. in d.c.volentes.n.15.* vbi dat rationem, quia ordo Ecclesiasticus confunderetur non reseruando Episcopo suam iurisdictionem, & insignia dignitatis Episcopalis, contra *c.peruenit. in fi. 11.q.1.*

10 Quia respondetur prædicta procedere † in iurisdictione contenciosa; secus quoad habitum, & insignia reuerentialia: quo casu opinio verior, & magis communis est, quòd potestas minoris reuerentialis deponatur in præsentia maioris. Ratio est propter prærogatiuam reuerentiæ, & ne in vno corpore videantur duo capita quasi monstra, vt supra dictum est. *Hostiens. Bald. & Abb. in d.c. volentes.* & ibi *Io. Andr. n. 5. Specul. Firman. Gambar. & alij in locis supra allegatis.*

An autem quæ dicta sunt de potestate minoris insignialis, & reuerentialis, quòd præsente maiore debeat deponi, sint intelligenda de præ-
11 sentia † vera, & actuali, an etiam de ficta, videbatur dicendum requiri præsentiam veram: nam reuerentia, quæ adhibetur cum obsequijs corporalibus, qualis est ista, non potest considerari extra præsentiam corporalem, & conspectum eius, cui exhibetur. *arg. c. denique 21. dist. & c. presbyter. dist. 95.*

Præterea ratio adducta, quòd dicta potestas debeat deponi, ne in vno corpore sint duo capita, non potest intelligi nisi in concurrentia visibili dictarum duarum personarum; quia pœnes minorem remanet etiam eadem potestas inuisi-
12 bilis, quam † prius habebat, adueniente maiore. *c. peruenit. 11.q.1. l. in hac sacratissima.* vbi *gloss. in ver. publicare. C. de donation.*

Idque suadetur ex verbo præsentia, cum præsens propriè dicatur cuius essentia præsentatur
13 † sensui, vel intellectui. *D. Tho. 1. p. sum. q. 8. art. 3.* & qui personaliter est præsens, & sensibus exhibetur. *glos. in clem. dudum. de sepultur. in verb. præsentari*: quam esse communiter approbatam dicit *Mandos. in tract. de monitorijs. q. 5. num. 3.* subdens non dici præsentari eum, nisi exhibeatur sensibus corporis illius, cui fit præsentatio. *Roch. de iur. patr. post princ. q. 3. n. 4.*

Contrarium tamen est verius, quòd sufficiat legatum esse præsentem in ciuitate; cum verbum præsens etiam intelligatur de præsentia in loco,
14 non autem solum † de præsentia corporali. *l. cum in longi.* vbi *Bart. & Bald. in princ. C. de præscr. longi temp. Idem Bart. in l. verum. §. si eum. ff. ex quib. caus. maior. & in l. 3. col. vlt. q. 8.* vbi *Alex. de duob. reis. & in l. præsens. ff. de procurat.* Et ita cum de prædictis quæreretur, mandatum fuit obseruari per Sacram Congregationem rituum, prout secundum prædictam declarationem seruatum fuit in Legatis tàm huius Prouinciæ, quàm Vmbriæ, & aliarum Prouinciarum.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Suffraganei quando portent rocchettum detectum coram Archiepiscopo.*
2 *Regibus solis licuit manus extra manicas portare.*
3 *Manus accipitur pro potestate.*
4 *Per superuenientiam maioris magistratus minor iurisdictio cessat. n. 5. & 6.*
7 *Persona miserabilis potest eligere an velit conuenire coram Principe, vel coram magistratu inferiori.*
8 *Electio competit reo non actori, quando habet plures iudices ex priuilegio.*

¶ N. 7. *post verb.* contrarium teneat.

Idem in suffraganeis, qui non possunt coram Archiepiscopo portare Rocchettum detectum,
1 propter maximam reuerentiam, † & obedientiã, quam debent præstare ipsi Metropolitano, cum dicatur Pater Episcoporũ, vt in *Concil. Prouinc. Mediolan. 5. in tit. de episcop.* Licet secus sit in Concilio Prouinciali, in quo dum Episcopi sedent, etiam coram Archiepiscopo possunt portare Rocchettum detectum ob illam rationem, quia tunc omnes sunt Coniudices, vt dicitur in Ceremoniali Romano.

Et quoniam maiori potestati debet cedere mi-
2 nor, vt hoc obiter annotetur †, solis Regibus extra manicas manus perferre licuisse testatur *Zenoph. lib. 2. rer. grecar.* subdens Cirum occidisse Antobisacen, & Metreum filios Dariæ sororis Xersis patris Darij, quod sibi occurrentes manus intra manicas nõ contraxerint. *Cell. Rhodi. lect. antiq. lib. 7. c. 15.* Quod etiam refert *Marcel. Donat. ad D. Iul. Capitol. in Maximin. duob. in*
3 *verb. fuit igitur maximinus sub homine.* † Et manus accipitur pro potestate, vnde illud *Ouid. in epistol.* An nescis longas Regibus esse manus. & *Senec. in Thiest.* Qui vult regnare languida regnet manu. Prout dicimus in manu vxoris esse, idest in potestate, Et manumissio, idest liberatio à potestate, *& est tex. in l. 2. in princip. vers. omniaq; manu regis gubernabantur. ff. de orig. iur.*

¶ N. 14. in fin. *post verb.* & aliarum prouinciarum.

Prædictis adde dum dicebatur per superuenientiam maioris magistratus cessare minorem iurisdictionem. *l. potioris. 5. C. de offic. rector. pro-*
4 *uinc.* † Quod debet intelligi in concessione temporalis iurisdictionis, quæ vel quandocumque reuocabilis est ad beneplacitum concedentis, prout est iurisdictio delegata. *l. & quia. 6. de iurisd. omn. iud.* Vel quando inferiori datur iurisdictio pro coadiuuando imperium superioris, vt inter eos sit quasi societas muneris. *l. 1. C. de off.*
5 *præfect. vrb.* † In istis enim, vel similibus casibus verum est, quod minor iurisdictio cessat superueniente maiore. *d. l. potioris.* Et quod in vnoquoque loco sui territorij potest maior Magistratus exercere iurisdictionem. *c. cum episcopus. 7. de off. ordin. in 6. l. pupillus. 239. §. territorium. de verb. signific.* prout declarat *Matth. Coler. de process. execut. c. 1. p. 2. nu. 161. vsque ad n. 165.*

† Cum

6 † Cum aliàs iurisdictio minoris iudicis non ex-
piret per aduentum superioris. *Doct. in c. 2. de offic. deleg. Auffr. ad decis. Cappel. Tholos.* 433. & *facit tex. in c. peruenit. in fin. d. q. 1. c. ecclesia. d. 95 l. in hac sacratissima. 30. C. de donation. Bart. & alij. in l. 3. C. de metat. & epidem. lib. 12.* late. *Coler. d. c. 1. n. 161. cum seq.* Ideo quando in eadem
7 Ciuitate, † vel oppido adest Princeps cum iudice inferiori, electio est personæ miserabilis, vt conueniatur coram quo velit, cum ob præsentiam Principis non cesset iurisdictio minoris magistratus. *Couarr.* in specie *pract. quæst. c. 7. nu. 5. col. penult. vers. sexto deinde. Menoch. de arbitrar. in addit. cas. 66. num. 45. vers. extenditur decimo.*
8 † Cum etiam competat electio reo, non actori, quando reus habet plures iudices ex priuilegio. *Bald. in l. cum clericis. C. de episc. & cler. Socin. cons. 94. col. 2. lib. 3.* Quidquid aliud sit in reo habente plures iudices ex iure communi, quo casu actor eligit. *Couar. lib. 15. var. resolut. c. 18. n. 6.*

EPITOME.

Tutores & Curatores quando, & in quibus casibus possint appellare à decreto dationis curæ, & tutelæ, & quid in electis ad aliquod officium, & nominatis ad defensionem Ciuitatis, & administrationem Reipublicæ.

SVMMARIVM.

1 *Tutor datus à Iudice non appellat. Idem in testamentario. n. 4. & legitimo nu. 5. & de ratione num. 2.*

3 *Clausula, si senseris te grauatum, imposita ab homine, vel intellecta à iure, facit vt quis non dicatur grauari. & n. 15.*

6 *Sententia dationis curatoris non admittit appellationem.*

7 *Curator venit appellatione Tutoris quando est eadem ratio.*

8 *Tutor appellans patitur periculũ rerum pupilli.*

9 *Appellatio datur à decreto Iudicis dantis Tutorem, quando quis est læsus, & constat de impedimento.*

10 *Tutor datus in contumaciam appellat, & non est tutor appellatione durante.*

11 *Appellatio datur à sententia super excusatione Tutoris.*

12 *Curator est dandus pendente appellatione, & excusans debet denunciare Iudici.*

13 *Decretum dationis tutoris non mandatur executioni, quoad expensas. Idem in sententia super dote respectu expensarum.*

14 *Verba non habent necesse appellare, de quibus in l. minores. arguunt impotentiam appellandi.*

16 *Electus ad aliquod officium appellat antequam se excuset, secus in electo pro defensore Ciuitatis. n. 17. & de ratione n. 18. & 19.*

20 *Causa citius expeditur propter interesse publicũ.*

22 *Tempus excusandi. 50. dierum, & prosequendi quatuor mensium.*

23 *Excusatio datur Tutori propter maius periculum.*

24 *Nominatus per administratores Reipubl. non debet coram eisdem se excusare.*

25 *Nominans Tutores audire potest excusationem, cum illi nullum præiudicium inferatur.*

Decisio XXX.

NOn est locus appellationi, quando per
1 Iudicem † quis datur Tutor. *l. 1. §. si quis tutor ff. quando appell. sit. §. qui autem inst. de excus. tutor. gloss. in c. biduum. §. quòd tamen. in verb. excusat. 2. q. 6. Vestr. in praxi. lib. 7. c. de appellat.* Ratio est, ne pupilli trahantur ad superiorem Iudicem per viam appellationis, quod
2 esset eis † valde incommodum. *Bald. in l. scire oportet. in prin. ff. de excusat. tutor.* vbi etiam subdit aliam rationẽ, quia in ista datione adest clausula, si senseris te grauatum, & sic potest comparere infra tempus legale accepturus iustitiæ cõplementum, & absolutionem, si impedimentum,
3 † aut excusationem probabit; & sic ista datio nõ fingitur continere grauamen, quia cum dicta clausula imponitur ab homine, non dicitur quis grauari, ergo idem si subintelligatur à iure. *c. dilecto. de appell. l. de pupillo. §. meminisse. de nou. oper. nunciat.*

Amplia idem esse in testamentario Tutore,
4 † cui neque permittitur appellatio, quia non potest appellari à facto priuati hominis. *l. 1. in princip. ff. de appellat. Bal. in d. l. scire. in princip.* post *Oldr. ad. ff. de excus. tutor.*

5 Secundo amplia etiam in legitimo, † quia nõ potest appellari à dispositione legis generalis, & eius grauamine, cum illud nõ præstet excusationem. *l. fin. ff. de appellat. Bal. in d. l. scire. in princ. ff. de excusat. tutor. l. si qua pœna de verb. signif. in princ. Bart. in l. si secundum legem. C. de Iur. Reipub. lib. 11. & in l. omnes populi. q. 5. princ. q. vlt. col. 12. ff. de iust. & iur. Doct. in c. quia nos. 32. de appellat.*

Tertio amplia, idem esse in sententia datio-
6 nis † curatoris. *Bald. in d. l. scire. in summario.*
7 *de excusation. tutor*, quia tutoris † appellatione venit etiam curator, quando est eadem ratio. *l. pater. §. conditionem: de condit. & demonstrat. l. 2 §. mater. vers. quòd si curatores. ff. ad Tertull.* Ratio est, quia cum hi dentur mero iudicis officio, non intelligitur quis grauari, nisi se excuset. *d. l. scire.* Ideo ab illo officio Iudicis quo dantur curatores, non appellatur nisi excusatione præmissa. *Rebuff. de senten. prouisional. art. 3. glo. 2. n. 15. vers. idem iuris.*

Quarto amplia vt tutor appellans patiatur
8 † periculum rerum pupilli. *l. 1. & 2. ff. si tut. vel curat. vel magistr. creat. appell.* vbi *glos. in verb. medij temporis*, intelligit quando tutor per malitiam causam egisset, alioquin contra. *l. qui testamento. de excusat. tutor. l. quamquam. C. eod. tit. l. si quis tutor. §. quid ergo ff. de ritu nupt.*

Limita tamen prædicta, posse scilicet appella-
9 ri † à decreto Iudicis dantis tutorem, quando quis læsus esset, vel imperitia, vel iniquitate Iudicis. *l. 1. ff. de appellat.* Ratio est, nam cum quis dat tutorem, simpliciter vbi, & quo modo dari opor-

oporteat, nulla potest argui imperitia, & iniqui-
tas in datione illius, quia cum non dederit præ-
uia scientia impedimenti, sequitur vt eius ini-
quitas argui non possit: quod secus esset quando
de illa constaret, & ita concludit doctissimus
Siluester Aldobrand. in §. qui autem nu. 6. in 1.
notab. instit. de excus. tutor.

Secundo limita in tutore dato in contuma-
10 ciam, † qui si appellet non erit tutor appellatio-
ne durante, nec ista sententia lata in contuma-
ciam executioni demandabitur, nisi in fraudem
se absentauerit in facie citatus, quia tunc pro
præsente habetur. *l. properandum §. 1. C. de Iud.*
Rebuff. in specie *de sent. prouisional. art. 3. glo. 2.*
n. 16. vers. limita. in tutore. vbi se refert ad ea,
quæ scripsit *de sent. execut. art. 2.*

Tertio fallit in sententia lata super excusatio-
11 ne, † licet enim quis non appellet, cum nomina-
tur tutor, tamen si excusatio eius non admitti-
tur poterit appellare, neque dicta sententia ha-
bebit executionem, quia non est pupillo fauora-
bilis. *glos. in d. §. qui autem de excus. tutor. & in*
c. biduum §. quòd tamen in verb. excusatio. 2. q. 6.
Vestr. de appellat. lib. 7. c. 3. per l. quinquaginta.
C. de excusat. tutor. Rebuff. d. art. 3. n. 17. vbi etiã
12 subdit interim dandum † esse curatorem penden
te dicta appellatione, vel aliàs prouidendum de
coadiutore, vt excusatio non reddatur nulla tan-
quam contra minorem indefensum, cum non de-
beat propria auctoritate se tutor excusare: &
ideo hoc est denunciandum Iudici, qui proui-
debit vt supradictum est. *l. solet. de tutor. Castren.*
cons. 301. ad bene examinandum n. 5. lib. 1. immo
dicta appellatio quoad excusationem ventilatur
etiam si incidat in tempus iam finitæ tutelæ. *l.*
quanquam. C. de excus. tut. Siluest. in §. qui au-
tem n. 7. in fin. instit. eod. tit.

13 Quarto limita quoad expẽsas, † nam licet de-
cretum dationis tutoris non recipiat appella-
tionem, sed sit exequendum illa non obstante,
tamen etiam quod expensæ sint accessoriæ, quo
ad eas non mandabitur executioni. *Rebuf. de*
sentent. prouision. art. 3. glos. 2. num. 19. & glos. 1.
n. 27. vbi etiam infert ad sentẽtiam latam super
dote & medicaminibus, quæ si sint executoriæ
secundum formam statuti, seu constitutionis, ta-
men intelliguntur solum de principali, non de
expensis factis ratione sententiæ latæ super do-
te, & medicaminibus.

Quibus stantibus declaraui non esse admitten
dam appellationem interpositam in causa Silue-
stri de Comitatu Asculi coram me per compro-
missum vertente, quia eramus in datione tuto
ris, qui non appellat cuiuscumque generis sit
per supradicta.

Non obstat *l. tutores nominatos. C. de excusat.*
tutor. & l. scire oportet in princ. ff. eod. tit. vbi di-
citur, quòd qui nominantur ad tutelam, vel cu-
ram, non habent necesse appellationem interpo-
nere: ex quibus verbis non videtur excludi po
14 tentia appellandi, † sed ostenditur ipsos nõ ege-
re hoc remedio, cum habeant aliud scilicet excu
sationis: Quia verius est, quòd dicta verba ar-
guunt impotentiam appellandi. *Alberic. in d. l.*
tutores. C. de excusat. tutor. Siluester in d. §. qui
autem per illum textum n. 3. in 1. notab. institut.
eod. tit. & per l. si. vbi glos. ff. de separation. & est
tex. in l. 1. §. si quis tutor ff. quand. appell. fit. vbi
dicitur, quòd ante excusationem frustra appel-
latur. Et ratio est, quia ista datio non dicitur cõ-
tinere grauamen, cum illud possit remoueri pro-
15 bato † impedimento, & excusatione, cum ita in-
telligatur illa clausula, si te grauatum senseris.
Bald. in d. l. scire in princ. ff. de excusat. tuto. cum
alijs supra allegatis.

Neque obstat, quod electus ad aliquod offi-
16 cium † statim tenetur appellare antequam se ex-
cuset. *glo. in c. biduum. §. quòd tamen. in verb. ex-*
cusatio. 2. q. 6. vbi declarat secus esse in electo
17 † pro defensore Ciuitatis, quo casu non habet lo
cum appellatio. *§. item illud. auth. de defens. ciuit.*
Quia respondetur, quòd isti tutores non appel-
lant, nam ista forma est data à iure, & quia non
ita quis præcisè adstringitur ad illa officia, quæ
sunt vtilitate priuata, sicuti ad ea quæ sunt pu-
18 blica auctoritate, & † vtilitate. *Bald. in l. si ad*
scribatum. n. 2. de appell.

Secundo respondetur, quod grauamen illatum
circa officium publicum auctoritate, & vtilitate,
non potest reparari, nisi per viam appellationis;
sed hoc potest reparari per viam excusationis,
19 quæ est † alterius naturæ ab appellatione. *Bald.*
in l. scire. in princ. vers. secundo quæritur. ff. de ex-
cus. tut. per *text. in l. 1. §. solent. ff. quando appell.*
fit, & c. vlt. de Iudic. & per notata in *l. dotem ff.*
solut. matr.

Tertio respondetur, quia in alijs muneribus
publicis auctoritate, & vtilitate causa debet ci-
20 tius expediri propter interesse publicum, † quod
non ita vertitur in tutelis, sicut in rebus publi-
cis. *Bart. in l. 1. §. si quis tutor. ff. quando appell.*
fit, per *tex. in l. 1. & 2. C. vt intra cert. temp. cri-*
min. quæst. termin. Quare cũ ad excusandum de-
tur tempus prolixius, merito fuit permissum tẽ-
21 pus appellãdi, quod secundũ leges † est terminus
bidui. *l. 1. §. quod in sententijs ff. quand. appell. fit;*
Ad excusandum autem dantur quinquaginta
22 dies, & ad prosequendũ quatuor mẽses † *l. quin-*
quaginta. de excus. tut. l. scire. §. multa. vers. opor-
tet. eod. tit. Vnde apparet, quod est introductum
remedium appellationis propter celeriorem ex-
peditionẽ. *Angel. in d. l. 1. §. si quis tutor. ff. quan-*
do appellat. fit, cum quo transire Doctores dicit
Silu. in §. qui autem nu. 21. ad med. Inst. de ex-
cus. tutor. subdens dari potius excusationem tu-
23 tori, quàm † appellationem, propter maius peri-
culum. *Salic.* post *Bald. in l. ij. qui ad ciuilia. C.*
de appell.

Quarto respondetur, quia nominatus ad ali-
quod munus nominatur per illos de Ciuitate,
24 & per eos, quibus administratio † reipublicæ cõ-
missa est. *§. interim. auth. de defens. ciuit. l. nomi-*
nationum. C. de decur. l. penul. de leg. 1. Vnde illis
merito conceditur appellatio, ne cogantur pro-
ponere excusationes coram nominatoribus, qui
essent Iudices in causa sua, quòd non est æquum;

Quare lex statuit deuolui causam ad superiorē per viam appellationis: quod secus est in nominatione tutoris, in qua nullum præiudicium fit nominanti, nec consideratur aliqua vtilitas, cum 25 nihil eius intersit, † quis tutor existat. Ideo ipsemet audit excusationem. *Faber* qui ita dicit esse distinguendum, *in §. qui autem. n. 2. verſ. propter quod potes dicere. Inſtitut. de excuſat. tutor.* vbi *Siluest. n. 21. in fi.* dicit esse optimam rationem: Maximè quia secundum *Fabr. ibidem* si tutor appellaret, non esset qui prosequeretur appellationem pro pupillo; ideo melius est, quod se directè excuset, & Iudex qui dedit videat hoc summarie vocatis amicis: quod non est in alio casu, in quo Respublica prosequitur [licet hoc non videatur tutum, cum posset prouideri de curatore, seu coadiutore, qui prosequatur appellationem pro pupillo, sicuti quando appellatur ab excusatione non admissa, ne pupillus remaneat indefensus. *l. cum in vna §. tutor ff. de appellat. Castrenſ. conſil.* 301. *ad bene examinandum n.* 5. *lib.* 1. *Rebuff. de ſintent. prouiſion. art.* 3. *gloſ.* 2. *num.* 17.

EPITOME.

Sententia, quæ transiuit in rem iudicatam ob causam desertam propter lapsum fatalium, quando possit retractari, si fuerint factæ probationes de iustitia illius, & non sit opposita exceptio d. rei iudicatæ. [Instantia abbreuiata per statutum an possit prorogari.

SVMMARIVM.

1 *Sententia tranſacta in rem iudicatam poterit retractari, ſi fuerint facta probationes de iuſtitia illius, & non ſit oppoſitum de d. exceptione. Intellige. vt n.* 3. *&* 4.

5 *Iuriſdictio quæ iam expirauit ob lapſum fatalium non prorogatur per partes procedentes ad vlteriora. Amplia. vt n.* 6.

7 *Sententia eſt nulla poſt appellationem deſertam, etiam quòd appellans procedat coram Iudice.*

8 *Inſtantia abbreuiata per ſtatutum poteſt prorogari de conſenſu partium, vſque ad tempus iuris communis, & n.* 9. *Intellige vt nu.* 10. *&* 11. *contrarium n.* 12.

13 *Fauori publico non poſſunt partes renunciare.*

14 *Tempus aſſignatum per ſtatutum poteſt prorogari per litigantes, quando eſſet breue, quia præſumeretur appoſitum fauore illorum, vel ſententia.*

Decisio XXXI.

1 Sententia licet trāsiuerit in rem iudicatam; tamen si postea productæ, & factæ † sint probationes de iustitia illius, parte aduersa non opponente exceptionem rei iudicatæ, potest, & debet per Iudicem retractari. *Innocen. in cap. cum dilecta. in fin. gloſ. magnæ. de reſcr.* quem dicit ab omnibus approbari. *Alex. conſ.* 63. *ſtantibus his num.* 21. *lib.* 4. quia pars per 2 non † oppositionem videtur tacite renunciare sententiæ; & sic Iudex postquam de illius iustitia cognouit, de ea iudicare debet. *Io. de Amic.* 3 *conſil.* 33. *num.* 35. vbi intelligit † quando pars non opposuit de re iudicata ante litis contestationem. *Roman. conſil.* 174. *in fin. Lancellot.* qui de communi, *cap.* 24. *quaſt.* 31. *num.* 4. *de attent. tom.* 5. *fol.* 437. *Seraph. priuileg. iuramen.* 22. *num.* 52. *Rebuff. in l. quod iuſſit. num.* 149. *de re iudic. Felin. in cap. qualiter, & quando il* 1. *num.* 33. *col.* 18. *verſ. quarto fallit. de accuſ.* late *Aſin. in praxi. §.* 13. *c.* 6. *num.* 7.

4 Prædicta tamen fuerunt declarata non habere locum, quando adesset res iudicata † ob causam desertam propter lapsum fatalium, de quibus in Constitutione Marchiæ, vbi dantur dies 90 ad prosequendum appellationem; tunc enim etiam quod processum fuerit per partes post causam desertam, non potuit iurisdictio prorogari, 5 quæ iam expirauit; neque in hoc cōsensus † partium aliquid operatur, ita vt dicta iurisdictio non possit reuiuiscere, nisi ex gratia Principis. *Angel. in l.* 2. *C. de temp. appell. Alex. conſil.* 24. *inſpecto. col.* 2. *in fin. lib.* 4. *& conſ.* 64. *circa col.* 1. *eodem lib. Gabr. conſil.* 54. *num.* 2. *lib.* 1. *Vant. de nullitat. ex defect. iuriſdict. num.* 127. *verſic. no-* 6 *ta etiam.* † vbi ampliat quamuis talis prorogatio esset facta cum iuramento partium, quia ex eo non firmatur actus contra publicam vtilitatem.

Et ad prædicta facit *deciſio Rotæ* 12. *aliàs* 604. *de re iudic. in antiq.* vbi dicitur, quòd si appellatio alicuius est deserta, & iudex, qui procedit ratione dictæ appellationis proferat sententiam, licet appellatus proceda coram eo ratio- 7 ne dictæ appellationis, tamen † talis sententia est nulla, & ibi etiam attestatur ita communiter obseruari.

Non obstat, quòd instantia abbreuiata per sta- 8 tutum possit de consensu † partium prorogari. *Salic. in l. properandum. in princip. de iudic. Felin. in cap. venerabilis. n.* 10. *eodem titulo.* Videtur enim esse tolerabile, quod prorogatio possit fieri de tempore abbreuiato per statutum vsque ad tempus datum à iure communi, cum 9 secus esset, quando prorogatio † fieret vltra fatale iuris communis. *Alexand. in dicta l. properandum. colum.* 3. *verſic. in tempore.* vbi *Iaſ. colum. penult. limit.* 5.

Quia respondetur, prædicta procedere, quando prorogatio esset facta ante lapsum tempus 10 instantiæ, secus † autem post. *Roland. conſil.* 21. *num.* 13. *& num.* 16. *lib.* 3. vbi testatur de magis communi, dicens, quod instantia abbreuiata per statutum, antequam labatur potest de consensu partium prorogari vsque ad triennium, & non vltra. Ratio est, quia quando instantia re- 11 ducitur ad ius commune non est contra † publicam vtilitatem, ex quo non excedit triennium; vnde sicut tempus instantiæ iuris communis abbreuiatæ à statuto potest suspendi expresè de consensu partium, ita & tempora instantiæ statutariæ poterunt prorogari vsque ad metam iuris communis. *Ruin. conſil.* 36. *col. penul. in princip. nu.* 8.

*nu.8.lib.5.Gozad.conſ.*101.*n.*13.[Quamuis etiã poſſet dici, quòd neque liceat Iudici, vel parti
12 prorogare † tempus decreti, ſeu conſtitutionis ſecundum *Natt.in clem.ſaepe.col.*17.*verſ.circa ſecundum de re iudi.*quem ſequitur *Neuizz.conſ.*41.*n.*29.*in fi.* vbi teſtatur de communi opinione, dicens ab ea non eſſe recedendum in iudicando, quia inquit eſſet nimis generale attentare, quòd partes de communi conſenſu poſſent recedere à ſtatutis, & redire ad ius commune [Maximè quia inſtantia, de qua in conſtitutione, eſt
13 ob fauorem publicum, † cui non poterant partes renunciare. *Alex.conſ.*50.*nu.*8.*lib.*2.quod ſecus eſt in re iudicata, quæ prouenit ex alio capite', in quo poterit præiudicari tanquam proueniente fauore litigantium. *Bal.in tit.de pace conſtantiæ.§.hoc quod nos.colum.penult.nu.*18.*in* 5.*not.*vbi ex hoc infert, quòd tempora aſſignata per ſtatutum poſſunt prorogari per litigantes
14 quando eſſet tempus † breue, quia præſumeretur appoſitum illorum fauore, vel etiam fauore ſententiæ. *Ruin.conſ.*36.*n.*8.*lib.*5.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Prorogatio non datur eius quod non eſt.*
2 *Prorogatio an poſſit fieri in vltimo momento primi termini.& num.*3.
4 *Iuriſdictio expirat per deſertionem cauſæ, itaut poſſit opponi etiam vtraque parte proſequente.*
5 *Sententia ſecunda nulla, non poteſt impedire executionem primæ tranſactæ in iudicatum.*
6 *Iudex poteſt confirmare, non infirmare ſententiam, quæ tranſiuit in iudicatum.*

¶ N. 10. in princ. *poſt verb.* ſecus autem poſt.

Non enim poteſt prorogari illud quod non
1 eſt.† *Caſtr.in l.*1.*ante fi.C.de dilat. Felin.in c.de cauſis.col.*1.*poſt med.verſ.dicunt hic.de offi. deleg. Dec.conſ.*93.*pro tenui.Mandoſ.reg.*34.*de annal.q.*76.*num.*2.

¶ N. 11. in fin. *poſt verb.* conſ.101.n.13.

Itaut ſufficiat prorogationem fieri in vltimo
2 momento primi termini † *l.ſed ſi manente.*5.*de precar.Bal.in c.de cauſis.col.*3.*verſ.quid ſi prorogatio.de off.deleg.*vbi *Felin.in* 2.*declar.col.*2.*in fi. Tiraquel.Caſſan.Salic. Dec.& alij, de quibus per Mandoſ.reg.*34.*de annal.q.*77.*num.*2.*&* 3. Vbi quod eſt communis opinio, quando ſumus in termino per legem ſtatuto, † quidquid dicat *Pariſ. conſ.*49.*ad primum videtur.n.*33.*lib.*4.

¶ N. 14. *poſt verb.* lib. 5.

Et adeo iuriſdictio expirat poſt deſertionem cauſæ. *Doctor.in clem.ſi appellationem.de appell.*
4 † Vt poſsit quoque opponi de nullitate iuriſdictionis etiam vtraque parte proſequente. *Felin.* Deciſ.Marchiæ.

*in c eum cõtingat.n.*7.*cum ſeq. de off.deleg. Alex. conſ.*59.*viſo titulo quæſtionis præmiſſæ.col.*3.*n.*7.*verſ.dico quod prima ſententia tranſiuiſſet.lib.*4. Vbi quod ſi poſt tempus datum ad proſequendũ appellationem feratur ſententia infirmans pri-
5 mam, eſt nulla, † itaut appellans poſsit petere executionem primæ, cui non obſtabit ſecunda, quæ tanquam nulla non poteſt impedire tranſitum primæ in iudicatum. *Hoſt.& alij.in c.ex ratione.de appellat. Bald.in c.ſanctimus. ad fin. quo tempor.mil.& in auth.ij.qui de tempor. appellat.* Quidquid aliud ſeruetur quando iudex confirmaret ſententiam, quæ ob deſertionem tranſiuit
6 in iudicatum, † cum hoc poſsit facere, licet prohibeatur infirmare, prout de huiuſmodi ſtilo teſtatur *Vital.in clem.ſi appellationem.de appellat.* & ita paſsim ſeruari dicit *Mohed.deciſ.*293.*Rot. coram R.P.D. Robuſter.Saguntin. Canonicatus & præbendæ.*11.*Octobris.*1563.*et coram R.P.D. Graſſ.Pampil.augmenti ſeruitij.*28.*Maij.*1574.

EPITOME.

Aeſtimatoribus, ſeu Peritis diſcordantibus, quando æſtimationes debeant coaceruari, & illis diuiſis, media æſtimatio ſit eligenda ſecundum opinionem Saliceti in l. hac edictali.§.is illud.C.de ſecund.nupt. [Sententia trium Arbitrorum diſcordantium, an valeat in minori ſumma Et quid in arbitratoribus electis ſuper æſtimatione alicuius rei.

SVMMARIVM.

1 *Peritus eligitur per partes concorditer, aliàs ex officio Iudicis.*
2 *Arbitri dati à lege obtinent vicem Iudicum.*
3 *Iudex appellationis corrigit iniquitatem, & imperitiam iudicantis.*
4 *Peritis in arte ſtandum eſt.*
5 *Aeſtimatio mala æſtimatorum corrigitur à Iudice adhibitis alijs æſtimatoribus.*
6 *Opinio Saliceti de coaceruandis, & poſtea diuidendis ſummis, ſi adſit diſcordia inter peritos priores, & tertium poſtea electum quando procedat, & n.*10.11.*&* 12.
7 *Appellatio ſuſpendit pronunciatum.*
8 *Ex diuerſis non fit illatio.*
9 *Fraudibus eſt obuiandum.*
10 *Aeſtimatores ſi ſunt diſcordes combinantur æſtimationes, & illis diuiſis Iudex eligit mediam.*
13 *Aeſtimationes Peritorum ſi fuerint quatuor, tota ſumma diuiditur in quatuor partes, & quarta pars erit iuſtum pretium.*
14 *Iudex ex officio debet æſtimare ſi non conſtat de certo valore rei.*
15 *Sententia trium Arbitrorũ diſcordantium valet in minori ſumma. Intellige in Arbitris litis deciſiuis. ſecus in Arbitratoribus electis ſuper æſtimatione alicuius rei & n.*16.17.18.*&* 19.
17 *Summa maior non reducitur ad minorem, quando ſequitur inæqualitas pretij.*
20 *Intellectus l.ſi fundum.ff.mandati.*

Decisio XXXII.

PEritus electus per emptorem æstimauit
domum esse valoris scutorum sex pro qua-
libet canna, quamuis peritus venditoris di
xerit esse scutorum quindecim. Vnde stante di-
cta discordia, æstimatores Communitatis, qui
debebant eligi secundum formam statuti, decla-
rarunt dictum valorem esse scutorũ duodecim: à
quorum declaratione, cum fuisset appellatum,
& causa mihi commissa, dubitatum fuit, quo mo-
do esset procedendum ad d. æstimationẽ. Et qui-
dem licet partes concordauerim; tamen dicebã
opus esse deueniri ad electionem noui periti per
partes si fuerint concordes, sin minus ex officio
1 iudicis † eligendi. *l. in venditione §. vlt. ad fi. ff. de
bonis auth. iudic. possid. Felin. in c. super quæstio-
ne n. 11. de offic. deleg. Iaf. in l. vlt. n. 4. C. de iud.*

Præsupposita enim validitate appellationis
interpositæ ab æstimatione arbitrorum, prout
2 merito ab illis dabatur appellatio, cum sint † ar-
bitri dati à lege, qui obtinent vicem Iudicum
*Bald. in l. item si vnus. §. si in duos vers. inde à
summa ff. de arb.* dicendum est d. appellationem
debere operari effectum suum, vt per Iudicem
3 appellationis videatur, & † corrigatur iniquitas,
& imperitia iudicantis. *l. 1. in princ. de appel. l. 1.
C. eod. tit. l. præfecti ff. de minor. 25. annis.* Neque
hoc casu poterit alio modo cognosci, & iudica-
ri, an sit excessus modus in æstimatione vt præ-
tenditur, quam vt dictum est per electionem no-
ui æstimatoris, cum hoc sit negotium, quod po-
tius debet committi, & demandari peritis illius
artis, per quos possit situs bene inspici, nec non
4 illius valor † optimè considerari, & iuxta illius
relationem iudicari. *arg. l. 1. in princ. de ventre
inspic. glos. in §. præterea per alluuionem. in verb.
longiori.* vbi *Aret. n. 6. inst. de rer. diuis. Bart. in l.
diuus ff. de extraord. crim. l. 1. ff. si mensor falsum
modum dixerit;* [& in specie, quòd æstimatorum
mala æstimatio possit corrigi à Iudice adhibitis
5 alijs † æstimatoribus, dicit *Bart. in l. arbitro n. 4.
qui satisd. cogantur.* vbi *Alex. in addit.* dicit esse
multum notandum.

Non obstat, quòd posset opponi esse proceden
dum iuxta opinionem *Salic. in l. hac edictali. §.
bis illud n. 10. C. de secund. nupt.* vbi loquitur de
6 † coaceruandis, & postea diuidendis summis;
Nam opinio *Salic.* procedit, quando periti prio-
res, & tertius postea electus essent discordes in
pretio; tunc inquit Iudicis partes sunt, omnes
tres æstimationes in vnum copulare, easque sic
coaceruatas in tres æquales partes diuidere:
quod vtique non est in casu nostro, cum hic non
adsit tertius peritus, sed solũ sententia arbitro-
rum, qui æstimarunt situm ad rationem scutorũ
7 duodecim pro qualibet canna. Vnde cum † appel
latio suspendat pronunciatum. *l. 1. ad fin. ff. ad
Turpilian. Bald. in l. tale pactum. §. qui prouoca-
uit. ff. de pact. Felin. in rub. de appel. Afflict. decis.
188. n. 4.* non debet ista sententia esse in conside-
ratione, sed tanquam suspensa seponi, & causa re-
uideri ex illis solum æstimationibus prius per pe

ritos partium factis; Quare cum simus in casu di
8 uerso non est statuendum aliquid secundum † di-
ctam opinionem. *l. fin. de calum. l. inter stipulan-
tem §. sacram de verbor. obligat. Alexan. cons. 66.
num. 7. lib. 2.*

Immo attendendo illam doctrinam facillime
fierent fraudes; Nam peritus venditoris rem va
lentem decem æstimaret viginti, aut peritus em
ptoris valentem viginti æstimaret decem, si po-
stea fieret declaratio per arbitros electos secun-
dum formã statuti pro iusto pretio, si deberent
summæ coaceruari fieret fraus vẽditori, seu em-
ptori: nam res valens decẽ si fuit à perito vendi-
toris æstimata viginti, & à perito emptoris no-
uem, & arbitri declararunt decẽ, si summæ coa-
ceruarentur ascenderent ad triginta nouem; Vn
de diuidendo pretiũ remanerent tredecim, & sic
emptor fraudaretur, quod non est permittendũ
9 cum fraudi † sit obuiandum, & intellectus per
quem illis via aperitur, sit fugiendus. *l. fraus de
legib. l. conuenire. de pact. dotal. Afflict. decis. 111.
n. 3.* prout etiam eueniret ex parte venditoris: si
enim rem valentẽ viginti peritus emptoris æsti-
mat decem, peritus venditoris viginti vnum, &
arbitri viginti, istæ summæ coaceruatæ faciunt
quinquaginta vnum, vnde tertia pars faciet de-
cem, & septem. & sic venditor fraudatur.

Quare cum ad huiusmodi fraudes tollẽdas sta
tutum mandet stari declarationi æstimatorum
Communitatis, non habita ratione æstimationũ
factarum à peritis partium, cum ab istis arbitris
tanquam datis à lege fuerit iuridice appellatũ,
vt omnes fraudes, & grauamina tollantur, debet
deueniri ad electionem noui periti pro hac æsti-
matione facienda, itaut verus valor appareat;
Vel combinatis simul æstimationibus peritorũ
electorum à partibus, & illis diuisis altera illarũ
sit media, & iusta æstimatio, prout ita debebant
facere arbitri electi vigore statuti: quando enim
10 sunt discordes † æstimatores, ita per Iudicem es-
se faciendum dicit *Salic. in d. l. hac edictali §. bis
illud n. 10. in fi. C. de secund. nupt.*

Addi poterat non posse procedere opinionẽ
Salicetti in d. §. bis illud, quia ibi Imperator man
dauerat stari simpliciter relationi peritorũ ele-
ctorũ à partibus; vnde *Salicetus ibi* quærit quid
sit agendum peritis discordantibus: & concludit
attenta dispositione iuris communis esse deue-
niendũ ad electionem tertij periti, cui erit stan-
dum si concordauerit, sin minus dat modum coa
ceruandi, & postmodũ diuidendi summas in ter-
tia parte, ne detur processus in infinitum. Vnde
cum statutũ de quo agimus ob discordiã perito-
rum, qui sunt electi à partibus det formã, vt ste-
tur declarationi æstimatorũ communitatis, non
possunt procedere hoc casu prædicta, quæ habẽt
locum quando discordantibus peritis non datur
à lege remedium particulare, sed relinquitur di-
spositioni iuris communis, cum sint incompati-
bilia, vt stetur declarationi Arbitrorũ, & quòd
fiat coaceruatio, & postea diuisio summarium.
11 Præterea opinio † *Salic. in d. §. bis illud.* quã-
uis applicaretur casui nostro, tamen non vide-
batur

batur

batur ita de facili admitteuda, prout illam dicit
multum dubitabilem Alex. ad Bart. in l. si fun-
dum ff. mand. per text. in l. diem proferre §. si plu-
res. ff. de arbitr. & per l. inter partes in fin. de re
iud. prout etiam dicit Petrus Gerardus sing. 25.
incip. tene mentis in fin. Chassan. in consuet. Burg.
tit. des iustices. §. 6. in fin. incip. messiers. in tex. ibi
en mesusaige. n. 5. post med. fol. 281. & contra Sa-
licet. tenet expresse Alciat. in l. 1. §. si stipulanti
n. 22. ff. de verb. oblig. quia inquit fit disproportio
12 numeri ad æstimationem † rei. l. si decem ff. loca-
ti. [Non tamen dicebam esse tutum recedere à
d. opinione Salic. licet enim prædicti Doctores du
bitent, tamen subdūt esse multum notabile; quod
etiam videtur fuisse de mente Bald. in l. 1. q. 6. C.
si seruus extero. post gloss. fin. in l. eum in eo ff. de
pact. & clare Salicetum sequitur Castell. Cott. in
memor. in ver. æstimatores. & Rimin. Iun. in
tit. institut. quibus alien. lic. vel non. in princ. n. 41
vbi multis rationibus, & auctoritatibus reproba
to Alciato defendit Salicetum, prout etiam sequi
tur Strac. de assecurationibus. glos. vlt. n. 8. in fin.
tom. 6. par. 1. fol. 369. Firman. in verb. æstimato-
ribus. fol. 319 Idem quoque repetijt Salic. in l. si
13 fundum ff. mand. vbi ampliat † etiam si fuerint
quatuor æstimationes, vt tota summa diuidatur
in quatuor, & quarta pars pro iusto pretio ha-
beatur.

Et vltra dictas auctoritates faciebat ratio, nā
quoties de certo valore rei non apparet, Iudex
14 † ex officio debet æstimare. Bart. in l. si quòd ex
Pamphila in fi. de leg. 2. Alex. cons. 133. viso pro-
cessu causæ, in fi. lib. 1 Vnde cum nulla æstimatio
certam summam præfigat, non debet impediri,
quo minus fieri possit cumulatio, diuisio, & ele-
ctio per Iudicem, prout in specie considerat Ri-
min. Iun. inst. quib. alien. licet vel nō in prin. n. 45.

Neque obstat, quòd potius sit standum æsti-
mationi minoris summæ, cum in eo omnes sint
15 concordes, sicuti dicimus † de arbitris, qui si ex
tribus discordent valet sententia de summa mi-
nori. l. diem proferre. 32 §. si plures. de arbit. c. 1.
16 eod. in tit. in 6. Quia prædicta † intelliguntur in
arbitris litis decisiuis, secus in arbitratoribus,
vel in arbitris electis super declaratione pretij,
vel mercedis, vel super æstimatione alicuius rei,
in quibus eorum diuersitas vitiat in totū quod
agitur, [licet enim maior summa reducatur ad
minorem, & sic non sit incertitudo; Tamen quan
do sequitur aliud inconueniens, puta inæquali-
tas, vel disproportio pretij ad rem venditam,
tunc non est æquū vt maior summa reducatur ad
17 minorem. † ita in specie concludit Bal. in l. 1. in
princ. C. de sent. quæ sine certa quantit. vbi respō-
det ad d. §. si in plures. vide Muñoz de ratiocin.
c. 24. Idē Bal. in l. si decem per illum tex. ff. locat.
et conduct. Franc. in c. 1. de arbit. in 6. col. 1. in fi.
nu. 3. vers. secundo modo limitat. Salicet. in l. hac
edictali §. his illud n. 10. vers. & sic non obstat. C.
de secund. nupt. & in l. si fundum ff. mandati. &
late hanc opinionem defendit Couar. lib. 1. var.
resol. c. 2. num. 6. vers. quamobrem dicta constitu-
18 tio [Et quamuis † Io. Garsias in tract. de expen-

sis & melior. c. vlt. num. 8. vsque ad 15. tom. 17.
fol. 347. defendat contra Couar. quòd etiam præ-
dicta habeant locum in istis æstimatoribus, sub-
dens, quòd Corset. Gerar. Ias. & alij allegati per
Couar. nihil dicunt de æstimatoribus, [Tamen
19 non esset tutum recedere † à d. opinione propter
auctoritatem Bald. Salic. & Franchi, qui in spe-
cie ita concludunt per iura, & rationes ab eis al-
legatas, & præsertim per tex. in l. si fundum. 35.
& l. seq. ff. mand. quem dicit esse singularem
20 † & non reperiri alibi in iure Bald. in l. 1. q. 6. C.
si seru. extero. post Bar. sing. 121. incipien. si man
dauero. & in d. l. si fundum. Ias. in §. sequens.
n. 36. vers. vlt. pronunc. instit. de actio. & in l. fra-
ter à fratre. n. 25. col. 7. vers. quarto nota. de con-
dict. indeb. & in l. si quis ita. §. sta caust. col. 2. n. 5
vers. adde etiam ff. de verb. oblig. Gerard. sing. 25.
incip. tene mentis. Tiraquel. de retract. lignag. §.
30. gloss. 2. num. 1. Menoch. de arbitr. iud. casu
143. num. 4. Surd. decis. 304. num. 10. vbi addu-
cit, similem text. in l. qui negotia §. cum heret.
ff. mandat.

E P I T O M E.

Sententia interlocutoria quando possit reuocari ex nouis actis, & an requirat scripturam.

S V M M A R I V M.

1 *Interlocutoria debet confirmari, vel irritari ex eisdem actis.*
2 *Intellige vbi reuocatio peteretur per viam appellationis.*
3 *Interlocutoria vbi est in contumaciam reuocatur ex nouis actis, contrarium n. 4.*
5 *Præsumitur pro Iudice, quòd inquisierit veritatem.*
6 *Interlocutoria lata sine causa cognitione reuocatur ex nouis actis.*
7 *Nunciatio noui operis facta causa non cognita iustificatur ex postea probandis.*
8 *Iudicium quando incipiat à reuisione.*
9 *Interlocutoria non est ferenda in scriptis. Fallit quando requireretur causa cognitio.*
10 *Interlocutoria reuidetur ex nouis actis venientibus ad probationē causa expressa in reuisione.*
11 *Idem si nouiter venerunt ad notiam appellātis.*
12 *Interlocutoria non reuocatur re non integra. & quando esset geminata. n. 13.*

Decisio XXXIII.

INnterlocutoria licet ex eisdem actis debeat
1 † vel confirmari vel irritari, clem. appellan-
ti de appellat. Afflict. decis. 79. n. 3. Tamen in
causa D. Mariani de Comitatu Asculi coram me
vertente conclusum fuit potuisse reuocari ex no
uis actis, quia prædicta procedunt quando pete-
retur reuocatio per viam appellationis; secus
2 autem vbi agitur de † reuocatione interlocuto-
riæ coram eodem iudice, vel quando adiretur su
perior per viam querelæ, vt in casu nostro, tunc
enim potest fieri etiam ex nouis actis. Aym. post

Rotam ibi per eum allegatam.*conſ.*181. *col.fi.in*
princ.n.4.verſ.adduco, vbi dicit vtile, & notan-
dum in practica neque alibi ſe legiſſe.

Addebatur quia eramus in interlocutoria la-
3 ta in contumacem, quo caſu poſſunt † aliæ nouæ
cauſæ deduci. Nam quando quis eſt contumax,
iudex debet requirere veritatẽ pro abſẽte.*autb.*
qui ſemel. C.quo mod. & quando iudex: Vnde ſi
non fecerit, merito permittitur parti hoc alle-
gare in cauſa reuiſionis: ita concludit *Bart. in l.*
ait prætor in princ.col.2.nu.4. verſ.iſtud videtur
verum ff.de minor.arg.l.non videtur de iudic. &
multum notabile dicit *Alex.ad Bar.in l.eius,qui*
in verb.clem.appellanti.in littera g, in princ.ff.de
appell.recipiend.Marant.in praxi.p.6.in verb.et
*quandoque appellatur n.*168. [*Licet Rom.ſing.*
4 404.*incip.attende.*contrarium † ſequatur,quia
non debet eſſe melioris conditionis abſens,quã
præſens.*c.eum qui de preb.in 6.* vnde ſi præſens
non poteſt qui obedit, non debet poſſe abſens &
& inobediens; Et quamuis iudex non inquiſiue-
rit veritatem,tamen pro eo præſumitur, & debe-
5 ret probari illum † ſciuiſſe;aliàs non eſſet negli-
gens.*c.diuerſitatem de conceſſ.preben.*neque im-
ponitur neceſſitas iudicis,ſed poteſt ſi vult.*l.non*
quidquid. de iudic.

Præterea cum aliqua cauſæ cognitio nõ præ-
ceſſerit interlocutoriam de qua agimus,dicendũ
6 eſt † poſſe ex nouis actis illam reuideri,cum aliàs
ſi præceſſiſſet nõ poſſet fieri; & ita procedit *tex.*
*in clem.appellanti de appell.*prout intelligit *Bal.*
in l.bi qui ad ciuilia.n.2.verſ.oppono vlterius. C.
*eod.tit.*vbi dat rationem, quia fruſtra concede-
retur reuiſio, adducendo ſimile de nunciatione
7 noui operis,facta per Prætorem, † quæ venit iu-
ſtificanda,vel impugnanda ex poſtea probandis,
cum præceſſerit cauſa non cognita. *l. de pupillo*
*§.meminiſſe.de nou.oper.nunciat.Caſtr.conſ.*321.
viſis actis,& actitatis.col.1.in fi.verſ.ſecũdo fuit
*nullum lib.*1.Quando enim iudex præuenit gra-
uando,poteſt reuideri grauamen poſtea proban
do.*Bal.in d.l.bi qui n.*2.ſubdens,quòd tunc iudi
8 cium † incipit à reuiſione,cum antea non ſit iu-
dicium; vnde cum probationes debeant fieri in
Iudicio, neceſſario ſequitur, illas eſſe faciendas
poſt reuiſionem grauaminis ſine vlla cognitio-
ne facti,& veluti extraiudicialiter: Multũ enim
operatur cauſæ cognitio. Vnde licet interlocuto
9 ria non ſit ferenda † in ſcriptis cum ſufficiat illã
ſcribi in actis.*Biſignet.deciſ.1.de re iudic. in an-*
tiquioribus;Tamen quando vertitur magna cau
ſæ cognitio, tunc eſſet ferenda in ſcriptis, ſicut
diffinitiua.*Iaſ.in l.ne quicquam.col.9. verſ.vlti-*
mo quæritur.n.59.vſque ad n.64.ff.de off.procon.
& legat.Rota in antiq.dec.5.alias 91.de re iudic.

Vltimo quando inſtrumenta de nouo produ-
cta venirent ad probationem cauſæ expreſsæ in
reuiſione ab interlocutoria,prout in caſu noſtro
10 oporterit illa reuideri † ex nouis actis. *Aym.conſ.*
182.*n.*2.vbi dicit ita eſſe intelligendũ *conſ.Corn.*
73.*ad fin.lib.*2. ſubdens idem etiam eſſe quando
inſtrumenta nouiter producta,de nouo venerũt
11 † ad notitiam appellantis,cum nulla culpa poſſit
illi imputari.*Bal.in l.inuitus n.6. col.2. verſ.ter-*
*tio quæritur.C.de procur.Oldrad.conſil.*130.*n.*13
*Rom ſing.*282.*in princ. num.*2.

Intellige tamen prædicta de reuocatione in-
terlocutoriæ tunc poſſe fieri, quando res eſt inte
12 gra,& † ante ipſius executionem, aut antequàm
parti ius acquiratur ex ea: quod quemadmodũ
intelligatur,docet *Bart.in l.quòd iuſſit nu.16.de*
re iud. Abb.in c.cum ceſſante.de appell. Iaſ.in l.ſi
13 *opus n.3.de nou.oper.nunc.*† prout etiam quando
eſſet geminata non poſſet reuocari. *Corſet. de*
*verb.gemin.in princ.q.*36.*n.*17.*poſt gloſ.in clem.*
fin. in verbo ſuper ea.ad fin. de appell.

EPITOME.

Paupertas, quando excuſet ab appellando à ſententia tàm diffinitiua,quàm interlocutoria,& à proſequendo appellationem, & quis dicatur pauper vt propter hoc impedimentum excuſetur.

SVMMARIVM.

1 *Inopia excuſat à proſequendo appellationem & num.* 11.
2 *Paupertas excuſat ab appellando. Intellige vt num.* 3. 5. *&* 6.
4 *Appellatio viua voce non requirit expenſam.*
7 *Appellatio ab interlocutoria requirit expreſſionem cauſæ.*
8 *Procurator non appellans propter paupertatem domino non præiudicat.*
9 *Impenſa etiam modica excuſat ab appellando.*
10 *Pauper non excuſatur à proſequenda appellatione in cauſa, in qua poſſet habere ſũptus litis.*
12 *Cõmuni opinioni ſtatur vt quis dicatur pauper.*
13 *Iudex arbitratur quis poſſit dici pauper.*
14 *Pauper dicitur non habens tantum in bonis vnde ſoluat debitum pro quo conuenitur.*
15 *Pauper non dicitur qui poteſt ex laboribus viuere. contrarium n.*16.
17 *Impedimentum vt excuſet debet probari, quòd fuerit cauſa immediata.*
18 *Diligentia eſt probanda vt excuſet impeditum ita vt teneatur proteſtari de impedimento. Contrarium eſt verius n.* 19.
20 *Paupertas excuſat à proteſtando.*
21 *Paupertas excuſat a periurio.*
22 *Et ab excommunicatione.*

Deciſio XXXIV.

IMpedimentum inopiæ contingens in perſo-
na appellantis excuſat ipſum ſi propter pau
pertatem non potuerit proſequi appella-
1 tionem† intra tempus per ſtatutum præfixum.
Innoc.in cap.ex ratione col.1.ſub n.2. verſic. qui
*appellat.*vbi *Franc.col.2.n.8.verſ.circa primum.*
de appell.Cardin.conſ.87.col.fin.nu 5.verſ. nunc
videndum.per text.in §.1. auth.in his qui ingre-
diuntur ad appellationem.

Idem eſt ſi propter paupertatem non appella-
uit,nã ob dictã cauſam ſemper inopi reſeruatur
2 † appellatio,vt quocũque tempore illã poſſit in-
terpo-

terponere.l.si procuratorem.§.si ignorantes.in
fi.vbi gl s.in verb.non permisit;et in verb.inopia
ff.mandati.glos.in l.inuitus.C.de procur.Doctor.
in c.non insuste. eod.tit.
3 Quòd tamen intelligitur dummodo viua † vo
ce appellatum fuerit.Guglıel.Benedict.in c.Rai-
nutius.par.1.in verb. & vxorem nomine adela-
siam.n.144.de testam.Guido Papa.q.436.n.21.
vers.decimoquarto quæro;ex quo talis appellatio
4 viua voce non requirit † expensam.l.1.in si eum
seq.de appell.l.litigatoribus.C.eodem[licet hoc
non videatur approbari per Cassad.decis.6.in
5 princ.eod.tit.quia inquit † esset restringere,& di
uinare;vltra quòd arctaretur pauper statim ap-
pellare;cum tamen sit in eius electione; vel viua
voce, vel in scriptis hoc facere.
Præsupposita tamen dicta opinione,quòd non
6 excusetur,quando pauper posset viua † voce ap-
pellare ; intellige solum habere locum in ea ap-
pellatione,quæ interponitur à diffinitiua, in qua
expresio causæ non requiritur,secus in appella
7 tione ab interlocutoria,† quæ debet fieri in scri-
ptis,& in ea exprimi causa,alias appellatio cen-
seretur deserta.Roman.singul.774.quo casu non
videtur sufficere verbalis appellatio pauperis,
vt notatur in specie in Additione ad Mathesil.
singul.198.quod est vltimum.n.2.
8 Idem est in procuratore , † qui propter pau-
pertatem appellare non potuit,non enim præiu-
dicat domino,cum non sit in aliqua culpa Bald.
in c.2.col.3.vt lit.pend. quod dicit esse multum
notabile. Marsil.cons.10.casus dubitationis.col.9
in princ.n.39.lib.1.
9 Intellige prædicta,vt procedant † etiam quòd
impensa sit modica,vt per Cassad.d.decis.6.de
appell.n.2.in fi. vbi dat exemplum de Anditori-
bus Rotæ,qui habent facultatem prorogandi fa
talia vigore Innocentianæ cum modico, aut nul
lo sumptu , & tamen admittunt dictam excusa-
tionem paupertatis ob non interpositam appel-
lationem.
Quando tamen pauper non prosequeretur ap-
10 pellationem in causa,in qua posset petere † sum-
ptus litis à Iudice , vel à parte,non excusaretur,
quia ad minus fuisset in culpa,hoc non petendo,
vt notat in specie Felin.in c.si qui testi.col.2. ad
fi. n.9.vers. & in quantum.de testib.
Ex prædictis fuit conclusum non constare de
desertione allegata contra Franciscum de Ascu
lo,cum fuerit probata paupertas, quæ illum de-
11 bebat excusare † à prosequenda appellatione.
glos.fi.in l.minoribus.C.de his quib.vt indig.Bal.
in l.acceptam.in fin.q.23.n.35. C. de vsur. & in
l.fin.nu.5. C. de condit.insert. cum alijs supra
allegatis .
De paupertate autem constabat, cum testes
deponant de communi opinione, & reputatione
12 † cui in hoc standum est. Bart.in l.si constante.
in princ.q.2.ff.soluto matrim.Card.cons.87.in fi.
vers.de inopia. & ex personæ qualitate etiã hoc
13 apparebat,secundum † quam Iudex id potest ar
bitrari.glos.in authen. præterea. C. vnde vir. &
vxor.Dec.cons.163.n.5.Couar.lib.2.varia. resol.
Decis. Marchiæ.
c.6.n.8. Menoch.de arb.casu 65.n.7.[Vltra quod
etiam ex processu colligitur non habere tantum
in bonis , vnde soluat debitum , cuius respectu
14 † contenditur,per quod etiam paupertas proba-
tur. Angel.in l.si vero.§.qui pro rei.ff.qui satisda
re cogant.Alex.cons.91.n.4.lib.7.Mascar.concl.
15.1154.n.16.de probat.[eo magis,quia † eramus
in persona , quæ non poterat sibi victum quære-
re ex laboribus.& operibus suis,ex quibus si pos
set viuere,non diceretur pauper secundum Dec.
16 cons.570.col.1.Calcan.cons.69.col.fi.† licet con-
trarium sequatur Aym.cons.199.per totum,cum
distinctionibus de quibus per eum, & per Surd.
de alim.tit.9.q.39.n.2.
Vltimo etiam testes non solum probant dictũ
impedimentum prout debebat probari ad hoc
vt fatalia non currant. l.fin. §. illud. C.de temp.
17 appell.sed etiam deponunt quod illud fuerit † cau
sa immediata,ita vt si non fuisset impeditus fecis
set quod sibi incumbebat,prout requiritur. Inn.
in c.ex transmissa.de præscript. Dec.in c.suscita-
tus.de rescript.
Non obstat, quòd debebat probari diligentia
18 † l.qui commeatus de re milıtari. Alex.consil.49.
lib.2.Afflıc.decis.29.n.1. Ita vt etiam saltim re-
quiratur protestatio. Alex in l. de pupillo §.si
quis ipsi prætori.de oper. nou. nunciat.
Quia respondetur contrariam opinionem es-
se tenendam tanquam æquiorem , quòd prote-
19 statio † non requiratur,cum sufficiat constare de
impedimento.Caputaquen.decis.73.lib.2. [Ma-
20 ximè quia etiam paupertas † à dicta protesta-
tione excusat.Bald.in c.3.de rescrip.Mars.cons.
21 110.n.40.lib.1 [prout excusat à periurio † si cer-
to termino non potuit soluere. Bald.in §.porro.
col.2 n.5.vers.deinde nota. quæ fuit prima caus.
benef.amitten.Doctor.in c.P.& G.de offic. deleg.
22 [Et etiam ab excommunicatione,† ita vt si ino-
pia sit notoria,sententia excommunicationis cõ
tra eum lata sit nulla;secus in ea quæ non est no-
toria,quæ valet,licet probata paupertate sentẽ-
tia sit retractanda, & excommunicatio relaxan-
da.c.à nobis.de sent.excom. Dec. in d. c. P. & G.
col.2.& 3.de offi deleg.Galles.ad formam Camır.
oblig q.3.quartæ partis n.2. Mandos. de Monit.
q.37. n.8. vbi multa alia priuilegia paupertatis
enumerat,de quibus etiam Tiraq.de pœn.tempe
rand.caus.33.Surd.de alim.tit.1.q.48. n.34.

EPITOME.

Conditio si ingrediatur monasterium, an sit momentanea, vel successiua [& an dicatur impleta per ingressum religionis ante factam professionem [& quando Nouitius habeatur pro professo .

SVMMARIVM.

1 *Ingressus monasterij non est considerabilis , nisi secuta professione , & dicitur improprius ingressus n.2.*
3 *Verba intelligũtur in casu proprio,et cũ effectu.*
4 *Conditio successiua continens actũ, habetur pro impleta, statim quòd impleri cœptum est .*

5 *Conditio successiua transmittitur ad hæredes post cœptum implementũ, secus in momẽtanea.*
6 *Ingressus monasterium videtur perseuerasse in eadem voluntate, quam ab initio habuit.*
7 *Conditio si ingrediatur monasterium dicitur successiua.*
8 *Promissum ex causa non debetur illa nõ secuta.*
9 *Testi deponenti per verbũ videtur nõ creditur.*
10 *Destinatio animi, quæ deprehenditur ex actu inchoatu habetur pro perfecto, licet non perueniat ad effectum casu fortuito.*
11 *Professus iudicatur, qui potest moram trahere in loco.*
12 *Ingrediens monasterium creditur, quòd debeat profiteri, si superuiuat.*
13 *Nouitius decedens infra annum probationis habetur pro professo, & eius bona sunt monasterij, & nu. 15.*
14 *Portio canonica Nouitij non debetur priori Ecclesiæ, cuius erat ante ingressum.*
16 *Nouitius vocatur monachus per cancellariam Apostolicam, ac si esset professus.*
17 *Conditio habetur pro impleta cum non stat per implere debentem.*

Decisio XXXV.

EX promissione Ioannis Baptistę de solnendis debitis Georgij restricta ad casum, in quem Georgius ingrederetur Monasterium, vel Religionem, dicebatur non posse agi ad eius implementũ, quamuis ingressus fuerit religionem, cum non fecerit professionem propter eius obitum. Nam non euenit conditio, sub qua facta fuit promissio, ex quo durante
1 † probationis anno non videtur ingressus considerabilis, nisi secuta professione. *Imol. in l. in substitutione.* vbi *Ias. n. 12. ff. de vulgar. & pupill.* [Ratio est, quia improprius dicitur ingressus,
2 † qui fit ante professionem. *Rimin. Iun. consil. 477. n. 9. lib. 4.* post *Bald. in l. si quando. C. de bon. vacantib. lib. 10.* cum igitur promissio fuerit facta propter ingressum, dicendum est secundum intentionem contrahentium fuisse cogitatum de effectu professionis, quia verba debemus in-
3 telligere in casu proprio, † & cum effectu *l. 1. §. hac verba. ff. quòd quisq. iur. l. 2. C. commun. de legat. Aym. consil. 214. n. 2.*

Contrarium tamen declaraui, in d. causa corã me per compromissum vertente, quia conditio si ingrederetur monasterium, non est mometanea, sed successiua, quæ conditio successiua continés
4 actum habetur pro impleta, † & purificata eo ipso, quod impleri cœptum est; Vnde cum per obitum non fuerit facta professio, videtur impleuisse tanquam impeditus implere. *l. si pecuniam. in princ. & § fin. de condit. caus. dat. Anchar. in c. canonum statuta. num. 258. col. 96. in fin. vers. quæritur vtrum omnes. de const. Anan. consil. 75.*
5 *col. 1. post med. vers. præterea plus dico,* † subdẽs, quòd ideo post cœptum implementum transmittitur ad hæredes huiusmodi conditio, licet aliud sit in ea conditione, quæ momento impletur. *l. vnica. § fin autem. C. de caduc. tollend. Mãtica de coniecturis vlt. vol. lib. 11. tit. 20. n. 6.* Ingressus
6 enim monasterium videtur perseuerasse † in eadem voluntate, quam ab initio habuit. *Dec. in c. in præsentia. n. 73.* vbi de magis cõmuni. *de prob.* [& ita in specie, quòd dicta conditio sit impleta per ingressum ante professionẽ, dicit esse tenendum *Surd. decis. 303. n. 6. vers. verum.* Quamuis ibi *n. 2.* dicat Senatum inclinasse in contrarium; vbi etiam *n. 7.* declarat huiusmodi conditionẽ si
7 ingrediatur monasteriũ † esse successiuã, cũ non sufficiat ingressus nisi etiam detur perseuerãtia.

Non obstat, quod promissio de qua agimus fuerit facta non solũ in casu ingressus religionis, sed etiam profession is, prout videntur probare testes examinati ad instantiã promittentis, licet in instrumẽto hoc de professione non asseratur; Vnde eum fuerit promissum in specie ex causa
8 professionis † non debebitur illa nõ secuta. *l. cedere diem. de verb. sign. Paris. cons. 52. n. 13. lib. 1.*

Quia respondetur testes non probare concludenter, quod promissio fuerit etiam restricta ad casum professionis, loquuntur enim per verbum
9 videtur, quo casu illis nõ † creditur. *Bar. in l. qui tamen § si arbiter ff. de arbit. Alex. cons. 15. viso processu. col. 5. in princ. n. 5. lib. 1. Ruin. consil. 14. n. 8. lib. 5.* [Præterea etiam quòd esset probatum concludenter, tamen dicendum est ex dicta promissione de soluendis debitis restricta ad casum, in quem fuerit emissa professio, posse agi ad eius implementum, quamuis casus non euenerit propter obitum ante emissam professionem. Quia cum iam ingressus fuerit religionem, ista animi
10 destinatio, † quæ deprehenditur ex actu inchoato etiam non finito, habetur pro opere perfecto, & consumato, licet non perueniat ad effectum casu fortuito, aut aliquo impedimento. *l. cum quidam, & l. & si non sunt. § infecti. de aur. & arg. legato.* [& ita in specie de nouitio ingresso monasterium concludit *Ancb. cons. 69. n. 8.* quem refert, & sequitur *Mandos. de priuil. ad instar. glos. 10. n. 24.* sufficit enim vt quis in loco possit
11 † moram trahere, vt sic iudicetur tanquam de perpetuo, & professo, vt notant *Doctor. in c. fi. de rescript. in 6.* Et ita in specie de nouitio dicit *Franc. in c. cum nullus. in fi.* & ibi *Anchar. etiam in fi. de tempor. ordin. in 6.* Credendum est enim
12 † vt ingrediens Monasterium debeat ibi perpetuo manere, & profiteri si superuiuat, prout dictus Georgius fecisset, si superuixisset. Ita enim ius præsumit, vt dicit *text. in c. 2. de regular. in 6. Tiraq. de retract. lignag. § 1. glos. 8. n. 25.*

Hinc est, quòd si nouitius decedat infra annũ
13 probationis, quia habetur pro professo, eius † bona sunt Monasterij, prout hanc opinionem dicit communem *Dec. in c. in præsentia. n. 73. vers. nono quæritur. de prob. Gabr. de præsumpt. conclus. 12. n. 13. Lupus in rub. de donat. int. vir. & vxor. § 38. n. 7.* Licet dubitet de hoc *Tiraq. vbi sup. n. 36.* [prout etiam canonica portio nouitij non
14 debetur priori Ecclesiæ, cuius † erat ante ingressum: licet enim nõ moriatur monachus, quia non fecit professionem, tamen inuenitur plene conuersus,

uersus, cum non reperiatur mutasse voluntatem, & sic definit esse parrochianus primæ Ecclesiæ. *Hotter f. in c. de bis. colum. vlt. versic. quid si quis. de sepult.* & ibi *Anchar. & Butr. in fin. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss.8.nu. 23.* [Et largo modo nouitius intra annum
15† probationis dicitur religiosus, & professus. *c. 1. de statu Monach. Rebuff. in praxi benef. tit. de dispens eum regularibus facta. num. 23.* vbi ex hoc infert per Cancellariam Apostolicã
16† nouitium vocari monachum, & Canonicum regularem, apponendo post salutationem in principio Bullæ. Religionis zelus, perinde ac si professus esset; quia præsumitur illum velle continuare religionis propositum: & ita etiam sequitur *Mand. de priuilegijs ad instar. dicta gloss. 10. n. 22.* Ex quibus non obstat quod causa non fuerit secuta, & sic promissum non debeatur, quia habetur dicta conditio pro impleta, cum non stet per implere debentem. *l. iure ciuili. de condit. & demonstrat.* & stante impedi-
17mento, etiam quod non fuerit † deuentum ad effectum, tamen opus habetur pro consummato. *Anchar. dicto consil. 69. num. 8.* cum alijs supra allegatis.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Ingrediens monasterium intra annum professionis habetur pro persona Ecclesiastica quo ad euitandam iurisdictionem secularem.*
2 *Nouitius egressus monasterium quando habeatur pro præsente, & possit adimplere annum probationis reuertendo ad illud.*
3 *Annus probationis debet esse continuus.*

¶ N. 17. in fin. *post verb.* alijs supra allegatis.

Et facit quod dicitur de ingrediente Mo-
1 nasterium intra annum professionis. † qui habetur pro ingresso, & pro persona ecclesiastica, quo ad euitandam iurisdictionem secularem. *Iason in l. cum quaedam puella. n. 13. vers. & quod dicitur in religioso. de iurisdict. omn. iudic. Marsil. sing. 534. ad fin. Caball. resolut. crimin.*
2 *cas. 108. in fin. n. 20.* † Quemadmodum etiam est in Nouitio, qui de licentia superiorum exiuit de monasterio propter malam valetudinem, habetur enim pro præsente, ac si nunquam fuisset egressus, & potest adimplere annum probationis coniungendo primum tempus cum sequenti, quasi non stet per eum, ad quem pertinet, quominus conditio impleatur: Ideo debet iudicari, & haberi pro impleta. *Gonzal. Mendez. vasconcell. lib. 2. var. iur. argum. c. 15.* vbi testatur ita resolutum *per Sacram Congrega-*
3 *tionem Concilij. dict disceptat. c. 166.* † Quamuis alias ista tempora non coniungantur, cum annus probationis debeat esse continuus. *Abb. & Anchar. in c. ad apostolicam. de regular. Syluest. in verb. religio. 5. q. 4. n. 4.*

EPITOME.

Iuramentum in supplementum quando, & in quibus casibus habeat locum. [Dominus an teneatur de facto famuli delinquentis. [In monitione facta per Iudicem ad sententiam cui incumbat onus probandi præsentiam, vel absentiam.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in supplementum datur in defectum aliarum probationum.*
2 *Iuramentum prædictum non defertur in casu, quo verisimiliter plures testes haberi possunt.*
3 *Neque datur quando is se astrinxit ad probandum.*
4 *Cautela vt quis examinet solum vnum testem, ad hoc vt admittatur ad dictum iuramentum,*
5 *Defertur in omnibus causis, tàm bonæ fidei, quàm stricti iuris, vbi adest semiplena probatio.*
6 *Singularitas adminiculatiua non obstat, quòd non possit dari iuramentum in supplementum.*
Testis singularis suppletur ex alijs præsumptionibus.
7 *Quando tractatur de reuocatione sententiæ non defertur dictum iuramentum. Contrarium num. 9.*
8 *In causa appellationis suppletur omissum, & datur dictum iuramentum, licet non fuerit præstitum in causa principali.*
10 *Non datur vbi agitur de declarando sententiam nullam.*
11 *Debet peti ante conclusionem in causa. Intellige vt n. 12.*
13 *Clausula, sola facti veritate inspecta, operatur, vt possit iudicari prout Deus, & manu regia.*
14 *In causa summaria sufficit quandocunque petere dictum iuramentum.*
15 *Dominus non tenetur pro famulo nisi probetur iussus. & n. 16.*
17 *Institor censetur qui negotiatur in apotheca consentiente Magistro.*
18 *Dominus tenetur de facto institoris circa id ad quod præpositus est expressè, vel tacitè. Fallit. num. 19.*
20 *Absentia est probanda per eum qui negat præsentiam, & è contra.*
21 *Iudex moneus partes in iudicio, intelligitur monuisse partes præsentes.*
22 *Præsentia præsumitur ad euitandum falsum.*
23 *Præsentia præsumitur quando actus consueuit fieri inter præsentes.*
24 *Monitio præsupponit præsentiam illius, qui monetur.*
25 *Monitio iudicis habet vim peremptoriæ citationis, quæ reddit contumacem expressum, adeo quod non possit appellare.*

DE-

Decisio XXXVI.

IN causa Æsina inter Iacobum Francisci,&
Ioannem Pauli Fabrum Ferrarium, fuit
dubitatum; Primo an esset locus iuramẽ-
to in supplementum probationis ad fauorem
Iacobi in casu, & ad effectum, de quo agimus;
& videbatur dicendum non esse locum delationi
1 dicti iuramenti: Quia † recurritur ad illud solum
in defectum aliarum probationum. *c. 2. de pro-
batio. glos. in c. statutum. 11. §. cum vero. in
verb. saltim. de rescrip. in 6. Bal. in l. 1. n. 1. in
fi. C. de reb. cred.* Vnde cum per Iacobum fue
rint inducti multi testes, non debet istud iura-
2 mentum deferri, quasi † in casu, quo verisimili-
ter plures testes haberi possunt, *Bart. in l. ad-
monendi. col. 8. num. 36. vers. venio ad tertium.
ibi. item hoc intelligo. de iur. iur. Alex. cons. 169.
viso processu. col. fi. num. 16. vers. secundus vero
alius. lib. 4. vbi Natta in addit. in verb. item
hoc. Roland. cons. 50. n. 24. lib 2. Marsil. sing.
461. regulariter stante semiplena.* vbi dicit no-
tandum. *Eugen. cons. 8. n. 62.* [Nam si quis
potuit probare suam intentionem per plures
testes, & non probauit ob negligentiam, dene-
gatur illi iuramentum suppletorium; Maxime
3 quando quis se astrinxit † ad probandum, vt in
casu, de quo agimus. *Seraph. de priuil. iuram.
priu. 33. nu. 29. & n. 199.* [Ex quo datur cau-
tela, quod qui vult admitti ad huiusmodi iura-
4 mentum, non examinet, † nisi vnum testem;
quod secus esset si plures producerentur, & es-
sent singulares. *Veron. caut. 152. sis cautus.
Dec. cons. 309. visis diligenter. in fine, & cons.
463. in causa qua. nu.* 11. prout est in casu no
stro, in quo fuerunt producti plures testes, &
tamen non probatur intentio agentis, cum om-
nes sint singulares, vt patet ex eorum lectura.

Contrarium tamen dixi; quia iuramentum
5 † in supplementum defertur in omnibus causis,
tam bonæ fidei, quam stricti iuris, quando ha-
bemus semiplenam probationem. *l. in bonæ
fidei. C. de rebus credit. l. 3. §. quacunque au-
tem actione. de iur. iur. Bellam. decis. 682 n. 2.*
Constat autem de semiplena probatione, cum
adsit vnus testis de visu, qui probat intentionẽ
actoris, videlicet primus testis, vt *processu fol.
5.* & alij licet non probent prædicta; tamen
coadiuuant illius depositionem, quæ etiam
quod sit singularis, debet suppleri ex alijs præ-
sumptionibus. *Alex. in l. sæpe. col. 20. n. 70.
vers. plus dicit, de re iudic. Dec. cons. 146. col.
pen. post med. Castr. cons. 230. viso puncto su-
pradicto. col. 2. post med. lib. 2. Aym. cons. 36.
col. 2. in fin. n. 6.*

Non obstat quod quando testes sunt singula-
res non sit locus d. iuramento, quia non sumus
in singularitate obstatiua, in qua procedunt
6 contraria: sed † in adminiculatiua, quia non di-
scordant testes in vnum rei finem, sed veniunt
ad eundem finem per diuersa media, seu diuer-
sas coniecturas inuicem patrocinantes, puta,
quando vnus deponit de veritate, alter de con-
fessione, & similibus; tunc enim, quia vnus ad-
miniculatur alteri, defertur dictum iuramentũ.
*Bald. in rub. de controuersia inuestit. col. 1. n. 2.
vers. est bene verum. Felin. in c. licet ex qua-
dam. col. 4. post med. vers. modo aduerte. de te-
stib. Cephal. cons. 428. nu. 28. lib. 3. Masc. de
prob. conclus. 954. n.* 20. vbi post *Caccialup. in
l. admonendi. n. 129. de iur. iur.* dicit hoc relin-
qui arbitrio, & religioni iudicantis.

Secundo dubitatum fuit, an sit locus d. iura-
mento, cum non fuerit petitum in causa prin-
cipali: & videbatur quod non; quia tractatur
7 † de reuocatione sententiæ, quo casu non defer-
tur sacramentum in defectum probationis; tunc
enim debent esse probationes petentis luce cla-
riores, & iuramentum non dicitur legitima
probatio. *glos. 2. in l. cum de indebito. 25. de pro-
batio. Corsett. sing. 175. num. 2. incip. reuocatio
mandati.* Et ita in specie concludit *Bal. in l. fi.
in princ. C. si minor se maior. dix.* Vnde si ad-
mitteremus iuramentum in causa appellatio-
nis, daretur sæpe retractatio sententiæ, quod
non est dicendum.

Contrarium tamen visum fuit verius; Quia
8 † in causa appellationis potest suppleri omissum,
& conceditur purgatio omnium errorum, qui
causas causæ concernunt; Vnde etiam licebit
admittere iuramentum in causa appellationis,
licet non fuerit datum in causa principali ita
per dictam rationem concludit *Bal. in §. item si
vassallus. ad fi. n. 8. vers quaro vtrum post. de
controu. inuestit. Capic. decis. 35. n. 4. Masc. d con-
clus. 954. n. 54. Seraph. priuil. iuram. 33. n. 194.*

Non obstat quod sic retractarentur senten-
9 tiæ; quia † etiam quod retractetur sententia,
defertur d. iuramentum, vt est casus in *c. ex in-
sinuatione. de procurat.* quem textum contra
Bald. adducit *Roman. in l. admonendi. col. 26.
de iur. iur.* vbi etiam respondet ad *l. fi. C. si min.
se maior.* Nam ibi licet requiratur plena pro-
batio; non tamen excluditur semiplena, quæ
est facta plena per iuramentum; & ita etiam
refert *Corn. cons. 324. in princ. lib. 3.* vbi defen-
dit *Baldum*, qui non loquitur de retractatione
10 sententiæ: † sed de declarando sententiam nul-
lam, prout etiam concludit *Seraph. d. priuil. iu-
ram. 33. n. 79 & . 80.*

Tertio dubitabatur, an sit locus d. iuramen-
11 to; † quia non fuit petitum ante conclusionem
in causa, prout requiritur. *Bald in §. item si
vassallus. n. 8. de controu. inuest. Rutn. cons.
35. n. 6. lib. 5. Menoch. de arbitr. Iud. casu 464. in
fin.* vbi de communi post *Bar. in l. admonendi.
n. 60. de iur. iur.*

Contrarium tamen dixi, quia illud procedit
12 † quo ad ipsam partem; nam si non petierit non
defertur; secus quo ad iudicem, qui parte etiam
non petente, quandocunque sibi videbitur po-
test deferre. *Alex. cons. 33. in causa vertente. n. 5
lib. 1. Masc. d. concl. 954. n. 47. Seraph. d. priu. iu-
ram. 33. n. 195.* Maxime quia sumus in causa,
in qua secundum *constitutiones Rotales. c. 28.*
pro-

13 proceditur sola facti veritate inspecta, † per
quam clausulam receditur à regulis iuris com-
munis, & censentur sublatæ omnes solemnitates
iuris ciuilis, ita vt possit iudicari secundum
quod Deus esset iudicaturus, & procedi in cau-
sa manu regia. *Natt. in clem. sæpe. §. non sic.*
de verb. signif. Bald. in l. pen. vers. sixto quæro.
nu. 9. C. de iur. delib. Roland. cons. 53. n. 13.
vsque ad n. 16. lib. 2. Et quia etiam sumus in
14 causa † summaria, in qua sufficit quandocun-
que petere etiam post conclusum in ea, immo
vsque ad calculum sententiæ, cum in illa non re-
quiratur conclusio *Corn. cons. 135. in fi. lib. 1.*
cum alijs per *Masc. d. concl. 954. n. 32. Seraph.*
d. priuil. iuram. 33. n. 195. in fin. Nam quod
deferatur iuramentum in defectum probationis
fuit introductum potius de æquitate, quam de
rigore, cum bonum non sit, vt veritas denege-
tur. *Bal. in rub. de controu. inuest. in princ. vers.*
istud autem.

Quarto opponebatur non probari iussum do-
15 mini, vnde ille † non tenebitur pro famulo. *ad*
l. quicunque. §. sed & cum fullo. de insti. actio.
Contrarium tamen dixi; Et omisso quando do-
minus teneatur de facto famuli † delinquentis, de
16 quo per *Roncagall. in l. eandem. de duob. reis n.*
154. Doct. in l. 1. §. sed & si cum quis. de vi, &
vi arm. Natt. cons. 18. nu. 15. lib. 1. Bonacost.
de famul. q. 57. Et quid in familiaribus, & do-
mesticis vilis conditionis, de quo per *Felin. in*
c. Petrus. n. 7. de homicidio. Ratio est in casu
nostro, quia ex quo probatur, famulum consen-
17 tiente magistro † consueuisse negotiari in illius
apotheca, per hoc censetur institor, & tenetur
magister, vt per *Bald. in rub. C. de const. pe-*
cunia. n. 10. col. 2. vers. item circa personam.
Alex. cons. 44. viso, & discusso. n. 5. vers. acce-
dit. col. 2 & n. 11. col vlt. vers. non obstant. li-
bro 2. Nam qui patitur aliquid, videtur illum
præponere. *Bart. in l. 1. §. magistrum. nu. 2.*
ff. de exercitor. actione. & cons. 79. quidam
vendidit n. 2. lib. 1. Et regulariter dominus te-
18 netur de facto institoris † circa id, ad quod
præpositus est expresse, vel tacite, nisi forte
præpositioni repugnet. *Bart. in l. quicunque.*
§. non tamen. ff. de instit. actione, cum dup ex
sit electio, seu præpositio; tacita, vel expressa,
ex quibus vna illarum sufficiet. *Rota Genuen.*
decis. 14. nu. 1. & eo ipso, quod officium exer-
cet, domino sciente, videtur quis illum præpo-
nere. *d. l. 1. §. magistrum. Bartol. in l. 1. §.*
familiæ nomen. in fin. ff. de publicanis, & ve-
ctigalibus. Et clarum est, quod quando quis
præponit familiam ad officium, & ipsa deliquit
circa officium sibi commissum, tunc tenetur do-
minus. *l. 2. ff. furt. aduer. naut. §. penult. insti-*
tut. de obligat. quæ ex quas. deli. nascunt. Bart.
qui dicit hanc esse veritatem, in *d. §. familiæ*
19 *nomen. nu. 1.* vbi † intelligit contraria proce-
dere in eo, qui deliquit extra id, ad quod præ-
ponitur; quia tunc non tenetur. *l. quoties. in*
princ. & §. 1. de noxal. actionibus.

Quinto opponebatur nullitas sententiæ; quia
licèt sit facta monitio, tamen cum non constet
partes esse præsentes, dicendum est non præsu-
mi præsentiam. *Menoch. præsumpt. 84. n. 13.*
lib. 2.

Contrarium tamen declaraui; Quia parti
neganti præsentiam incumbit onus probandi
20 † absentiam, prout è contra. *Corn. consil. 46.*
col. 5. in princ. n. 16. lib. 2. Aym. cons. 240. ad
fin. nu. 3. Masc. conclus. 5. n. 4. versic. poste-
rior autem opinio. Maxime quia iudex monuit
partes in iudicio, vnde intelligitur monuisse
21 partes † præsentes, vt actus operetur. *c. abba-*
te. de verb. signific. l. si quando. de legat. 1. Et si
diceremus non fuisse partes præsentes d. moni-
tioni, redderetur actus falsus, ad quod euitan-
22 dum, præsumitur † præsentia. *Soccin.* in specie
cons. 68. visa, & diligenter. num. 3. col. 2. vers.
nam si diceremus. lib. 4. vbi etiam sub *num. 4.*
concludit præsumi præsentiam in dubio quando
23 actus consueuit fieri inter præsentes, prout † sunt
monitiones ad sententiam, quæ solent fieri per
Iudices partibus præsentibus. *Castr. in l. 2. C.*
quomo. & quando iudex. [Idque magis dicen-
dum est in casu nostro; quia quando dicimus
monitionem, præsupponimus præsentiam il-
24 lius, † qui monetur; Vnde ex vi verbi præsu-
mitur illa interuenisse, nisi contrarium probe-
tur. *Bald. in rubr. C. de contrab. emptio. num.*
16. q. 19. Rom. cons. 509. nu. 24. Soccin. cons.
68. visa. n. 3 ad fin. lib. 4. Masc. conclus. 1184.
nu. 24. vsque ad 27. Quare cum adsit monitio
25 Iudicis, † habet vim peremptoriæ citationis,
quæ reddit contumacem expressum, adeo quod
non possit appellare. *Castren. post glos. in l. 2.*
in verb. adictis. in fin. C. quom. & quando Iud.
Capoll. caut. 45. in fine.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum suppletorium in causa magna non datur nisi probatio sit plusquã semiplena.*
2 *Dominus non tenetur pro famulo in facto momentaneo. & n. 3.*
4 *Scientia sola domini an illum obliget, vt teneatur pro delicto famuli.*

¶ N. 5. *post verba.* col. 2. in fin. n. 6.

Quæ magis procedunt, cũ simus in causa in-
fra centum. Nam alias si esset maior, non solet
1 deueniri ad istud iuramentum, † quasi tunc re-
quiratur probatio plusquam semiplena. *Abb.*
in c. mulieri. col. 4. de iur. iur. Alex. cons. 122.
viso processu. n. 7. col. 2. ad med. vers. & licet di-
ctum iuramentum. lib. 2. & cons. 42. in causa
& lite. in fin. lib. 7. Marsil. sing. 27. iuramen-
tum. Boer. decis. 85. n. 3. Put. decis. 43. nu. 3.
lib. 2. & passim hoc seruari in omnibus causis
dicit *Rot. coram Card. Seraphin. Roman. doba-*
næ Salis. 15. Martij 1582.

¶ N. 19.

¶ N. 19. *post verb.* & §. 1. de noxal. action.

Cum regulariter Dominus non teneatur pro
2 facto serui , vel familiæ , † præcipue quando
factum est momentaneũ, non successiuum,& nul
lum commodum afferens Domino. *Iaf. in l. ci-
uitas. n. 4. ff. si cert. pet. Alex. in l. pupillo. §.
si quis pratori. de nou. oper. nunciat.* Ratio
quia vbi causa est successiua , tunc Dominus
non prohibendo præsumitur accomodare eius
3 consensum † *c. dilectus. de sent. excommunic. in
6. Abb.* in specie. *in c. cum caus. m. 37. post glos.
in verb. tempore. n. 19. vers. sed an ex facto
amici. & in c. constitutus. 45. in fin. vers. no-
4 ta vltimo. de testib.* † Neq; etiam sola scien-
tia domini eum obligaret , quando prohibere
non posset , secus si adsit voluntas ipsius , itaut
illa præsumatur. *Bart.* & alij *in d. §. si quis
pratori. n. 16. Roman. cons. 68. in princ. n. 2.*
In casibus tamen Domino commodum afferen-
tibus *Alex. cons. 69. visa facti. col. 2. vers. for-
tificantur. n. 5. lib. 2. Surd. de aliment. tit. 9.
q. 26. num. 127.*

EPITOME.

Dispositio Concilij Tridentini de regular. sess. 15. in princip. cap. 16. an comprehendat illum , qui habet animum ingrediendi Religionem , & adhuc in sæculo existit, sed tamen acceptatus licet habitum non susceperit donauit bona sua non adhibitis solemnitatibus ibi contentis . [Et an habeat locum in testamentis . [Parochi præsentia in matrimonio non debet esse casualis & repentina , & qualiter debeat interuenire .

SVMMARIVM.

1 *Obligatio & renunciatio est nulla , & non valet etiam cum iuramento , & ad fauorem piæ causæ nisi cum licentia Episcopi, vel Vicarij intra duos menses proximos ante professionem.*
2 *Intellige secus esse in renunciationibus factis ante ingressum, hoc est ante susceptionem habitus . prout in decreto congregationis Concilij .*
3 *Licet Menochius & alij contrarium consuluerint . & num. 4. 6. & 8.*
5 *Actus , qua contemplatione fuerit factus , est inspiciendus .*
6 *Dispositio declaratur ex mente .*
7 *Donatio facta ab ingressura Monasterium , licet non comprehendatur sub verbis dicti Concilij , tamen videtur comprehendi sub eius mente .*
9 *Donatio facta ante ingressum Religionis est minus fauorabilis ingressuris, quam facta circa tempus professionis .*

Decisio XXXVII.

QVo ad donationem factam per Sor Mag
dalenam de Pileis de Fano ad fauorẽ D.
Vgolini patris, sui dubitabatur de illius
validitate , ex quo non apparet in ea esse serua-
tam formam *Sacri Conc. Trid. sess. 25. de re-
1 gul. c. 16.* vbi disponitur , quòd nulla † obliga-
tio , seu renunciatio , etiam cum iuramento, vel
in fauorem piæ causæ valeat ; nisi cum licentia
Episcopi , vel Vicarij intra duos menses proxi-
mos ante professionem ; & non alias intelliga-
tur effectum sortiri , nisi secuta professione .
Et in hoc dictum fuit sub die 26. Nouembris
1596. non esse comprehensam d. donationem
2 sub præfato decreto, quod non loquitur in † re-
nunciationibus factis ante ingressum , hoc est
ante susceptionem habitus , prout est casus do-
nationis , de qua agimus Vnde non est facien-
da vis in d. decreto, quod ita fuit declaratum
per Illustrissimos Interpretes Sacræ Congrega-
tionis Concilij, vt apparet ex copia declaratio-
nis in actis exhibita , cuius tenor talis est ; An
3 † dispositio *cap. 16. de regul. sess. 25. in princ.*
comprehendat illum etiam, qui habuit animum
ingrediendi religionem, & adhuc in sæculo exi-
stit ; sed tamen acceptatus , licet habitum non
suscepit , donauit bona sua matri , non adhibi-
tis solemnitatibus hoc capitulo requisitis , Con-
gregatio censuit non habere locum in renuncia-
tione facta ante susceptionem habitus . [Et sic
sumus in claris, cum d. declarationi standum
sit , tanquam factæ ab illis, qui facultatem ha-
bent interpretandi Concilium , quod alijs pro-
hibetur ; Vnde opus non est vlteriori disputa-
4 tione ; † licet *Menochius cons. 388. num. 7. lib. 4*
in specie consuluerit d. decretum habere locum
in puella, quæ adhuc religionem non est ingres-
sa , & habitum non suscepit. [Maxime , quia
etiam posset dici , quod donatio de qua agimus
est facta expresse contemplatione ingressus , &
sub illius conditione ; cum sit semper inspicien-
5 dus actus , † qua contemplatione fuerit factus .
*Bald. in l. si pater. § qui duos. num. 3. de ado-
ption.* Et renunciatio à sua causa regulanda est .
Rota diuers. decis. 624. par. 1. & origo est atten
denda. *l. 2. de priuil. credit.* [Immo ex mente d.
6 decreti , ex qua declaratur † dispositio. *l. cum
pater. §. dulcissimis. de leg. 2.* non videtur adel-
se aliqua ratio differentiæ in donationibus fa-
ctis post ingressum, & ante ingressum illius con-
templatione ; Vnde diuersum ius non esset sta-
tuendum . & ita videtur concludere *Fuscus de
visitatio. & regi. Eccles. lib. 2. cap. 18. num. 37.*
Et magis in specie hoc sentit *Nauarr. cons. 81.
7 num. 1. de regul. l. b. 3. par. 1.* vbi , † quod dona-
tio facta ab ingressura Monasterium , etsi potest
defendi , quod non comprehendatur sub verbis
Concilij, *in d. cap. 15. & 16. sess. 25. de regu-
lar.* tamen videtur comprehendi sub eorum men
te . [Immo plus voluit *Guter. in cap. quamuis.
de pactis. in 6. in verb. dum nuptui tradebatur.
8 num. 5.* quòd ingressurus religionem , † si ali-
quibus diebus ante ingressum faciat donatio-
nem, etiam non facta mentione futuri ingressus,
debeat seruare formam dicti Concilij, & ita
consulit esse faciendum : Quare multo magis
hæc forma esset seruanda in casu nostro, in quo
mulier donauit contemplatione ingressus. [Sed
(vt dixi) hæc omnia non obstant , cum habea-
mus

mus contrariam declarationem, cui omnino standum est: Præsertim quia donatio facta ante
9 te † ingressum religionis est minus fauorabilis ingressuris, quam facta circa tempus professionis. *Nauarr. consil. 82. de regular. num. 5. par. 1. lib. 3.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio concilij ad quem spectet.*

2 *Dispositio Concilij quo ad renunciationes faciendas per ingredientes monasterium habet locum, etiam in donationibus. Secus in testamentis. n. 3. & 4.*

5 *Præsentia parochi in matrimonio an sufficiat si fuerit casualis, & repentina. n. 7. & 8.*

6 *Inspiciendum est quod principaliter agitur, non quod incidenter.*

9 *Matrimonium an valeat coram parocho, & testibus ambulantibus, vel coram parocho inuito. num. 10. & 11. & nolente intelligere. num. 12.*

¶ N. 3. *in fin. post verba.* quod alijs prohibetur.

Cum illius interpretatio spectet ad Summum
1 Pontificem, † & Illustrissimos Cardinales ab eo deputatos. *Ant. Cucc. lib. 2. instit. tit. 3. de Concil. œcumen. num. 60.* Quia interpretatio canonum conceditur habenti facultatem illos condendi. *c. cum venissent. de iudic. l. in pratorijs. 9. de prætor. stipulat.*

¶ N. 9. *in fin. post illa verba.* p. 1. lib. 3.

Et resolutionem Sacræ Congregationis Concilij latissime defendit *Menoch. de arbitr. in addit. casu 436. num. 3. vsque ad n. 10.* vbi *nu. 5.* dicit satis mirandum de *Nauar.* qui contrarium concludit, prout etiam de *Ludouic. Molin. de iustit. & iur. disput. 139. col. 8. vers. ambiget.*
2 † Et quemadmodum Concilium loquitur in renunciatione, ita etiam habebit locum in donatione, quæ in effectu non distat à renunciatione. *Dec. in l. postquam litt. n. 16. C. de pact.* & in specie Concilij resoluit *Menoch. d. casu 436. num. 10.*

Non tamen dispositio eiusdem Concilij, &
3 illius solemnitas procedet in testamentis, † cum loquatur solum in renunciationibus, & contractibus. *Zened. collect. 50. p. 1. num. 3. Gratian. reg. 456. num. 6.* quidquid dixerit *Spin. in specul. testam. gloss. 12. de legat. relict. mon. num. 50.* & dubitet *Guter. in cap. quamuis. in verb. dum*
4 *nuptui. num. 4. de pact. in 6.* † Cum contrarium sit verius, vt per *Menoch. d. caf. 436. in addit. num. 16.* Ideo ingrediens Monasterium poterit facere testamentum sine dicta solemnitate, quod non rumpetur per ingressum religionis, siue cogitauerit de ingressu, siue non. *Aretin. Abb.* & alij per *Couarr. in c. 2. num. 5. vers. ipse vero. de testam. Vasq. de success. creat. §. 20. requis. 29. lib. 2. par. 2. num. 29. declarat. 2. fol. 83. Crass. in §. testamentum. quæst. 34. vers. sed & hoc casu. nu. 3.* Licet intelligat, quando non cogitauit de ingressu, post *Clar. & alios ibi per eum allegatos.*

In casibus tamen, in quibus requireretur ista solemnitas præsentiæ, consensus, seu interuentus alicuius pro forma, tam in ingrediente Mona-
5 sterium, quam in alijs similibus actibus, † non sufficeret, si casualiter, & repentine huiusmodi præsentia adesset, cum non dicatur abesse, vel adesse, qui casualiter abest, vel adest. *l. quæsitum. 78. de leg. 3. Mandos. cons. 18. num. 13. Abb. in c. rodulphus. nu. 9. de rescript. Boer. decis. 13. num. 51.* Ratio est, nam debet attendi, quod
6 principaliter fit, † non quod incidenter, & à casu. *Ias. in l. si quis nec causam. in princip. vers. & ex his habes. nu. 3. si cert. petat.* & ita fuit declaratum per *Sacram Congregationem Concilij* quo ad intellectum eiusdem *Concilij Trid. cap. 1.*
7 *de reformat. matrim. sess. 24.* † dum dixit, quod Parochus debet esse præsens matrimonio, vt appareat adhibitum fuisse à contrahentibus, secus si præsens casu interuenisset; Nam si contrahatur matrimonium per verba, de præsenti, coram Parocho, & cum alijs requisitis, de quibus in Concilio, si tamen parochus non fuit formaliter adhibitus, sed dum forsan adesse causa conuiuij, confabulationis, aut similis, poterit ab huiusmodi contractu recedi ratione istius defectus: Intelligendo tamen, dummodo alia non interuenerint, quæ arguant parochum adhibitum fuisse à contrahentibus ad actum matrimonij, quamuis ex alia causa esset vocatus, prout *eadem Sacra Congregatio Concilij declarauit.* cuius verba refert *Gonzal. ad reg. 8. can-*
8 *cell. gloss. 48. num. 35.* † Cum etiam valeat matrimonium coram parocho ad alia vocato, vel casualiter existente, si postea adhibeatur ad illum actum. *Nauarr. cons. 11. de clandest. desponsat. lib. 4. Ignat. Lopez. ad Diaz. in prax. cap. 75. vers. tertio licet. & vers. quintum dubium. in tit. clandest. nupt. interessent. Spin. de testam. glos. 15. num. 48. Medin. in summ. c. 16.*
9 *§. 13.* † Prout etiam valet coram Testibus, & parocho ambulantibus, & transeuntibus, intelligentibus tamen verba contrahentium. *Ledesm. de matrimon. quæst. 45. artic. 5. vers. ex dictis.* sequitur *Ceuall. q. 614. num. 69. dub. 46.* Quemadmodum etiam esset validum matrimonium
10 coram Parocho, † licet non consentiat contractui matrimonij, vel etiam si inuitus traheretur, vt præsens sit illi actui. *Gundisal. Mendez. Vasconcell. lib. 1. diuers. iur. argum. c. 10. num. 1.* Quasi non sit actus, in quo requiratur auctoritas Parochi. *Nauarr. consil. 47. & 52. de sponsal.*
11 *lib. 4.* † Sed tantum præsentia. † Sicut dicimus de emancipatione secundum *Angel. in l. si consul. num. 3. de adoption.* Et facit *tex. in l. coram. de verb. signif.* vbi, quod iussum est etiam illo inuito recte fit; Prout magis valeret matrimonium

1 nium si parochus data opera nollet audire,† vel intelligere, quia cum data opera faciat ne audiat censetur audire, & intelligere. *l. cum filia. ff. solut. matrim. l. cum ita. 33. in princip. de leg. 1.* & ita resoluit *Sacra Congregatio Concilij*, vt per *Ignat. ad Diaz. in prax. cap. 73. Nauar. consil. 20. lib. 4.*

EPITOME.

Stante statuto, quod debeat adhiberi consensus proximiorum, an sufficiat pro annullando actu probare adfuisse alios propinquiores; Et quid si statutum disponit consanguineos esse bonæ opinionis, & famæ.

SVMMARIVM.

1 *Statutum requirens propinquos intelligitur de proximioribus.*
2 *Debet tamen etiam probari, quod essent habiles ad præstandum consensum.*
3 *Et quod essent ciues, & haberent domicilium, & incolatum in Ciuitate.*
4 *Præsens præsumitur quis in loco, vbi habitat, vel habet domicilium.*
5 *Statutum vbi requirit consanguineos esse bonæ famæ ista, qualitas est probanda.*
6 *Intellige in statuto loquente in superlatiuo, videlicet optimæ conditionis.*

Decisio XXXVIII.

Donatio facta ad fauorem hæredum q. Vgolini de Pileis dicebatur nulla, cum in ea non fuerit adhibitus consensus proximiorum, prout disponit statutum Fanense, ex quo apparet in actis adesse auum maternum, & alios propinquiores donantis, illis qui in dicta donatione interuenerunt; quo casu dicitur nulla tanquam facta contra formam statuti. Immo etiam quod requirerentur propin-
1 qui, esset intelligendum † de proximioribus. *Bal. in l. fin. C. de verb. signific. Salic. in l. 1. C. vnd. vir. & vxor.* & quamuis. *Ias. in l. transactionem. in fi. C. de transact.* dicat non seruari de consuetudine secundum *Iacob. Butrig. in d. l. 1.* Tamen contrarium dicit esse verius. *Marsil. sing. 678. incip. fiunt passim.* vbi testatur de magis communi opinione, de qua tamen plura *Lambert. de contract. mulier. glos. 11. n. 2. cũ seq.*

Conclusum tamen fuit non obstare præfatam exceptionem nullitatis, cum non sit probatum, quòd dictus auus maternus, & alij tempore
2 † contractus essent habiles ad præstandum consensum, & quod de facili potuisset dictus consensus adhiberi, prout necessarium erat. *Alex. ad Bart. in l. si tertius. in princip. de aqua pluu. arcend. Aym. cons. 80. num. 14. Castrens. consilio 124. in causa qua vertitur. col. 2. vol. 1. Corn. cons. 316. col. 5. n. 7. dub. 3. lib. 1. & cons. 241. col. 3. num. 7. lib. 2. Roland. de lucro dotis. quæst. 64. num. 19.* [& licet *Felin. in cap. in præsentia. num. 11. col. 7. in princ. vers. & propterea dubito. de probation.* videatur de prædictis dubitare, quia inquit præsumitur habilitas. Tamen sine dubitatione hoc sequitur in *c. super his. num. 17. conclus. 4. in fin. de accusat. Caualcan. de tutor. num. 131. Barbat. de præstant. Cardin. quæst. 1. num. 23. vers. statuto cauetur. Cotta in memor. in verb. statutum requirens in contractu mulieris. Boerac. ad consuet. March. vt minorum. gloss. 3. n. 127.* [Maxime quia neque fuit probatum, quod isti qui præsupponuntur
3 magis attinentes, † essent ciues, & haberent domicilium, & incolatum in ciuitate Fani; quo casu præsumeretur, quod essent in ciuitate, & potuissent interuenire in dicto contractu. *Campeg. de dote. par. 5. quæst. 102. Roncagal.* qui de communi. *in l. 3. §. vbi duo. de duob. reis.* cũ alijs per *Bertazol. cons. ciuil. 25. n. 53. vsque*
4 *ad num. 57.* [Præsumitur † enim quis præsens, in loco vbi habitat vel habet domicilium; Vnde quando statutum requirit consensum propinquorum, præsumuntur præsentes propinqui, & in loco habitantes, nisi probetur absentia. *Tiraquel. de legib. connub. l. 16. glos. 8. num. 30. vers. sed tu tamen. dic. & num. 31. vers. tamen dicit. Menoch. præsumpt. 19. num. 5. lib. 6.* vbi testatur de probabiliori opinione, & magis recepta.
5 Addebatur quod statutum de quo † agimus, requirit consanguineos esse bonæ famæ, & opinionis; vnde erat probandum dictum auum maternum, & alios tempore factæ donationis esse tales; cum qualitas à statuto requisita probanda sit, vt dicit in specie *Benint. decis. 62. num. 15.* Quod tamen non est tutum, cum hoc esset articulandum, & probandum quando statutum
6 † loqueretur in superlatiuo, videlicet optimæ conditionis; secus si dicat bonæ, vt loquitur statutum nostrum. *Natta ad Alexand. cons. 82. lib. 1. Soccin. cons. 274. Domina Lisa. num. 10. col. 11. vers. aut lex requirit. lib. 2.* vbi dicit ita concordandas esse opiniones. *Paris. cons. 24. n. 16. vol. 3.* post *Angel. & Imol. in l. 1. §. si quis neget. ff. quemad. testamen. aperiant.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Obijciens marito non adhibuisse medicum in infirmitate vxoris quid teneatur probare.*
2 *Tutor non conuertens pecuniam pupillarem in emptionem prædiorum non obligatur, si non probentur extare prædia.*
3 *Alimenta an debeantur filio, qui potest seruire Principi, vel ire ad bellum, & habere stipendia. & num. 4.*
5 *Testamentum in quo non fuerunt adhibiti testes Mantuani, vt requirebatur, valet si non probetur illos potuisse interuenire.*

¶ N. 2. *in fin. post verba.* glos. 3. n. 127.

Prout dicimus de eo, qui obijcit marito, quod
1 non adhibuerit medicum, tenetur † enim probare medicos extare, & quod facile fuisset marito

rito illos adhibere. *Bart. in l. ab hostibus. §. si
vir. ff. solut. matrim. Alex. cons. 123. nu. 3. lib. 7.
Rol.* qui de communi *de lucr. dot. q. 64. n. 18.*
Idem in obijciente tutori, quod pecuniam pu
pillarem non conuerterit in vsum prædiorum,
2 † nam est probandum in eo loco tunc extitisse
prædia venalia. *Bart. in l. tutor. qui reperto-
rium. §. si post depositionem. in fin. de admini-
strat. tut. Surd. de alim. tit. 9. quæst. 28. nu. 10.*
Vbi ex hoc infert deberi alimenta filio, qui po-
3 test seruire Principi, vel ire ad bellum, † & ha-
bere stipendia secundum suam conditionem.
Quidquid contrarium sequatur *Curt. Iun. cons.
148. n. 5.* Cuius opinio quamuis essec vera, pro-
cederet, dummodo probaretur extare aliquem
4 Principem, qui † libenter, & facile illius opera
esset vsurus. Et multis similibus comprobat
Surd. consil. 39. num. 14. Bursat. cons. 307. n. 37.
vbi de allegante nullitatem testamenti, quia
non fuerant adhibiti testes Mantuani secundum
dispositionem statuti, nam debet probari quod
5 existerent tales testes in loco, qui † adhiberi fa-
cile potuissent, cum forsan temporis breuitas
non pateretur illos accersiri. *Roland. consil.
30. libro 3.*

EPITOME.

Donatio omnium bonorum præsentium & futurorũ, quando sit nulla. & facta absenti requirat acceptationem.

SVMMARIVM.

1 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum absque aliqua reseruatione causa testandi est nulla.*
2 *Etiam quod interuenerit iuramentum, & aliæ solemnitatee.*
3 *Secus in donatione restricta ad bona fraterna, materna, paterna, & Auita.*
4 *Etiam quod alia bona donans non habeat, & nihil reseruetur. Et num. 5.*
6 *Et etiam quod nihil donans fuerit lucratus.*
7 *Donatio omnium bonorum valet, si fiat reseruatio alicuius rei, vel fructuum.*
8 *Donatio facta absenti, stipulante Notario eget acceptatione. Contrarium num. 9. & de ratione num. 10.*

Decisio XXXIX.

DVbitatum fuit, nunquid donationi, pro-
ductæ per hæredes q. Vgolini de Pileis
obstet exceptio nullitatis, quæ allega-
tur, quod videlicet facta fuit de omnibus bonis
1 præsentibus, & futuris, tam delatis, † quam
deferendis, absque aliqua reseruatione, causa te-
standi: quo casu dicitur nulla, etiam quod inter-
2 uenerit iuramentum, † cum alijs solemnitatib.
*Doctor. in l. fin. C. de pact. Clar. in §. donatio. q. 19
& q. 20.* Et die 26. Nouembris 1596. conclusum
fuit ad fauorem donatarij; quia ex tenore do-
nationis non apparet esse omnia bona donata,
3 vt præsupponitur; est enim † restricta ad bona
paterna, materna, fraterna, & auita. Vnde quia
comprehendit solum bona particularium per-
sonarum dicitur valida, cum possit de alijs re-
bus testari. *Gabriel.* qui de magis communi *con
sil. 70. num. 3. vol. 1.* Neque obstat, donantem
4 alia bona † non habere; nam de hoc non constat,
prout debebat probari. *Decian. cons. 39. nu. 148.
lib. 2.* Cum præsertim possit alia acquirere, & de
illis testari. *Rom. cons. 26. col. 1.* Ex quo volunt
Doctores validam esse donationem omnium bo-
5 norum præsentium, etiamsi † nihil reseruetur,
Mandos. in addit. ad Rom. d. cons. 26. & hoc
sufficit, vt non irritetur, etiam quod nihil do-
6 nans † fuerit lucratus. *Gabr. cons. 141. num. 1.
volum. 1.* post *Bald. in l. fin.* vbi *Purpur. num.
125. Cagnol. num. 219. C. de pact.* Maxime quia
ex ipsamet donatione apparet reseruatio dotis
pro dicta donante, ob quam non potest dici in-
8 ualida † donatio. *Bartol. in l. stipulatio hoc mo-
do concepta. vers. idem puto. ff. de verb. oblig. Ro
man. cons. 26. pro decisione. in princ. Dec. cons. 30
pro tenut. in princ. & cons. 292. viso testamento.
col. penult. in fi. nu. 5.* etiam quod sit facta reser-
uatio solum de fructibus cum facultate disponen
di, secundum *Gabriel. cons. 70. num. 4. & 5. lib. 1.*
Non obstat alia exceptio, quoe donatio non
8 fuerit acceptata per donatarium, † vnde post
mortem vnius, ex contrahentibus non potuit
ratificari. Euanescit enim donatio vno ex illis
decedente ante acceptationem. *Castr. cons. 179.
lib. 2. Cephal. cons. 340. n. 30.* Quamuis enim No
tarius stipuletur, non tamen obligat inuitum,
nec illi quæritur, ad exemplum dominij rei le-
gatæ, quod non acquiritur legatario, nisi ac-
ceptanti. Nam respondetur constare in actis de
9 acceptatione, de qua etiam, quod † non appare-
ret, tamen per notarij stipulationẽ quæritur ius
absenti sine acceptatione. *Soccin. cons. 90. col. pe
nult. lib. 3. Rolan. cons. 19. n. 22. lib. 1.* & de com-
muni, & rationabili opinione testatur *Surd. de-
cis. 111. n. 6.* Ratio est, quia dicitur perfecta do-
natio, quando fuit acceptata à notario; & licet
non acquiratur inuito, tamen non est necessaria
acceptatio ad illius validitatem, quia ante re-
10 pudiationem est valida, & possunt † simul stare,
quod inuito non acquiratur, & tamen accepta-
tio non sit necessaria, cum inter impugnare, &
approbare detur medium. *Bart. in l. iam dubi-
tari. de hered. instit. Surd. cons. 115. n. 6. lib. 2. &
d. decis. 111. n. 7.* vbi etiam subdit, quod quamuis
requireretur acceptatio, tamen sufficeret quæ-
cunque simplex, & non formalis declaratio ani-
mi, quæ fieri potest quandocunque. *Angel. in l.
cum proponas. col. 1. C. de bon. auct. Iud. possid.
Natt. cons. 474. n. 20. lib. 3.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio requiritur in actibus, qui dependent à voluntate duorum.*
2 *Pœnitentiæ est locus antequam actus ratifice-*

tur, licet notarius pro absente acceptauerit.
3 *Acceptatio absentis probatur per signa, & cõiecturas, & per solam scientiam cum taciturnitate. num. 4.*
5 *Scientia probatur per coniecturas, & per vnum testem. num. 6.*
7 *Consensus qui potest actum annullare, satis est vt quandocunque interueniat.*
8 *In donatione facta duobus absentibus sufficit acceptatio vnius, vt suffragetur alteri condonatario. Intellige vt n. 9.*

¶ N. 8. *post verba.* nisi acceptanti.

l. si tibi homo. §. cum seruus. de leg. 1. l. neminem. de leg. 2. glos. in c. si tibi. de praebend. in 6.
1 † Prout regulare est in omnibus actibus, qui de-
pendent à voluntate duorum, vt requiratur ac-
ceptatio. *l. aediles. de aedil. edict.* & late multos
similes casus adducit *Ludouic. Molin. de primo-*
2 *genit. lib. 4. cap. 2. n. 58.* † Ideo ante ratificatio-
nem absentis semper erit locus pœnitentiæ, quã-
uis notarius acceptauerit nomine illius. *Couar.*
lib. 1. var. resol. c. 14. n. 12. cum alijs, per *Tiraq.*
de iur. constit. p. 3. limit. 20. n. 49.

¶ N. 10. *post verba.* consf. 474. n. 20. lib. 3.

Ideo acceptatio absentis, non solum probatur
per verba, facta, signa, coniecturas, & adminicu-
3 la. late † *Rolan. cons. 19. n. 34. cum seq. lib. 1. Rot.*
diuers. decis. 690. lib. 3. par. 3. sed etiam per
solam scientiam, cum taciturnitate. *Couarr. in*
rub. de testam. p. 3. num. 13. post med. versic. ve-
rum si donatarius. Rot. diuers. decis. 663. n. 2.
p. 1. & coram Cardin. Seraph. Rauennaten. do-
nationis. 29. Aprilis 1596. & coram R. P. D.
Robusterio Roman. fideiussionis. 28. Ianuarij
1587. Ratio est, quia ex quo actus affert vtili-
4 tatem, præsumitur † ex sola scientia acceptatio.
Cephal. consil. 33. num. 19. Bursatt. consil. 118.
num. 4. Rimin. iun. cons. 108. nu. 13. lib. 1. Dec.
Socc. Menoch. & alij, de quibus per Surd. decis.
206. in fin. Itaut dicta scientia probetur per cõ-
5 iecturas † *Ruin. cons. 42. proponitur. num. 21.*
lib. 11. Dec. in l. eius qui in prouincia. §. quod si
stipulatus. num. 9. si cert. pet. Bart. in l. qui Romae.
6 *§. duo fratres. quaest. 3. de verb. obligat.* † Immo
etiam per vnum testem, quia sufficiunt conie-
cturæ, multo magis vnicus testis. *Natt. cons.*
231. num. 2. Surd. decis. 221. num. 11. Vbi etiam
quod admittuntur testes singulares. *Aym. cons.*
77. n. 33. in fin. Itaut etiam sufficiat quandocun-
7 que constare, † quod donatarius velit, eum
consensus, qui potest actum annullare, satis fit
quod quandocunq; superueniat, etiam post mor
tem donantis, per quam donatio euanescit. late
Surd. d. decis. 206. n. 7. 8. & 9.

Amplius in donatione facta duobus absenti-
8 bus sufficeret acceptatio vnius, † vt suffragetur
alteri condonatario, & non sit locus pœnitentiæ.
l. quoties. C. de donation. quae sub mod. Rot. co-
ram Cardin. Seraphin. Vrbeuetan. haereditatis.
15. Iunij 1580. & decis. diuers. 683. num. 8. p. 1.
quam refert, & sequitur *Gonzal. ad reg. 8. can-*
cell. glos. 26. nu. 26. Dummodo per statutum in
9 acceptatione forma aliqua nõ requiratur, † pro-
ut in actu illius regulæ, de cuius acceptatione
idem Gonzal. ibid. glos. 58. cum seq. Quia
omissio formæ reddit actum nullum. *Felin. in c.*
in nomine domini. in princ. de testib. Aym. cons.
170. col. fin. n. 11. post glos. in cle. 1. de iur. patron.
Abb. cons. 66. in fin. lib. 2.

EPITOME.

In donatione, quando consideretur læsio, & quid in eo, qui donat omnia bona sua ob ingressum monasterij.

SVMMARIVM.

1 *Læsio non consideratur in donatione.*
2 *Fallit in enormissima læsione.*
3 *Læsio enormissima non consideratur in ingrediente Monasterium, qui ob paupertatem seruandam donat. & n. 5. maxime stante more regionis. n. 6.*
4 *Ingrediens monasterium habet licentiam disponendi de rebus proprijs.*
7 *Professurus vitam monasticam non debet esse sollicitus rerum temporalium, vel eorum valoris.*

Decisio XL.

PRæsupposita enormissima læsione Sor Mag
dalenæ de Pileis donantis dubitatum fuit,
an huiusmodi donatio fuerit nulla in casu,
& ad effectum, de quo agimus. Et videbatur re-
spondendum affirmatiuè. Quia licet regulari-
1 ter † in donatione non consideretur læsio; cum
ex liberalitate procedat. *l. 1. de donatio.* Ta-
men quando sumus in donatione vniuersitatis
bonorum & iurium, prout hic, tunc potest in-
2 fringi, nisi constet, † donantem habuisse noti-
tiam æstimationis bonorum, & iurium, quæ do-
nauit; de qua hic non apparet: vnde merito di-
cendum est, non valere dictam donationem,
stante huiusmodi enormissima læsione. *Rota*
diuers. dec. 102. p. 2. Ripa resp. 15. col. 5. n. 14. Si-
mon de Pretis. cons. 150. n. 47. Contrarium tamẽ
cõclusum fuit die 26. Nouembris 1596. quod immo
non sit locus dictæ rescissioni, etiam quod gra-
uissima, & enormissima læsio contigerit. Nul-
3 la enim potest læsio † contingere ingredienti
monasterium, qui ob paupertatem seruandam,
& vouendam religionem vult profiteri, pau-
pertatem quærit, & eligit. Vnde non erit ad-
mittendus ad quærendum illa bona, & diui-
tias, quarum reliquendarum causa elegit vi-
tam monasticam. Neque monasteriũ poteri tex
dicta causa agere; cum ei nullum ius competat
neque deferatur in his rebus, quas ingrediens
dimisit, vel amicis, vel consanguineis, cum
4 † habeat licentiam disponẽdi de rebus proprijs.
§. illud. authen. de monachis. auth. nunc autem.
& auth. si qua mulier. C. de Episc. & Cler. Et
ita

ita in ſpecie, quod non obſtet enormiſſima læſio
5 concludit † *Dec.conſ.31.col.fin.verſ. vltimo non obſtat. Couarr. in c. quamuis. de pact.in 6. p. 3.*
§.2. n.5. verſ.illud merito quæritur; vbi dicit,&
iure, & æquitate ſatis poſſe defendi huiuſmodi
opinionem. *Cephal.conſ.467.n.59.lib.4.verſ &*
hanc concluſionem.Surd.de alim.tit.1.q.37.n.10
Aym. conſ.170.col.1.lib.1.& conſ.938.n.8.verſ.
6 *ſecundo reſpondetur. lib.5.* vbi dicit † maxime
procedere ſtante more regionis, ſecundum quã
ingredientes Monaſterium faciunt huiuſmodi
renunciationes; quo caſu fruſtra d.læſio allega-
tur,vt per *gloſ.in l.fin.C.de in integr.reſtit.min.*
Capic.deciſ.159.nu.37.ad fin. Et ita etiam cum
Couarr.& alijs concludit *Io. Guter. in d.c.quã-*
uis. in verb.dum nuptui tradebatur.n. 3. qui li-
cet poſtea ſubdat, quod non poſſit reſcindi,dũ-
modo fuerit ſeruata forma *Concilij,ſub d. c. 16.*
ſeſſ. 25. de regular. Tamen quoad hoc iam ſupra
oſtenſum fuit, non eſſe locum diſpoſitioni dicti
Concilij.

Non obſtant,quæ ſupra dicta ſunt de læſione;
cum in ingrediente monaſterium non ſit conſi-
derabilis ob paupertatem quam eligit,itaut nõ
egeat bonis temporalibus, vt facilius Deo ſer-
uire poſſit, prout ipſamet in donatione ſua nar-
rat, & profitendo paupertatem nihil ſit habitu-
ra. *c. cum ad monaſterium. de ſtat. monachor.*
7 †Profeſſuros enim vitam monaſticam,non opor
tet rerum temporalium, vel eorum valoris eſ-
ſe ſollicitos, ne à vita contemplatiua, & ſerui-
tio Dei retrahantur. *Butr. in c. in præſentia.*
de probat. Imol. in l. Lucius. la ſeconda.ff.de hæ-
red.inſtit. Dec.conſ.31.in fi. Vbi enim theſaurus
veſter eſt,ibi & cor veſtrum erit.*Matth.c.6.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Supplementum congruæ dotis non datur moniali, ſeu monaſterio ſi fuit data dos ſolita, quamuis ſit exigua reſpectu quantitatis patrimonij, & dotium datarum ſororibus nuptis. n.2. & 9.*
3 *Impenſa maior requiritur in nubente, quam in eo, qui ingreditur monaſterium.*
4 *Redditus dotis non ſolent ſufficere pro ſuſtentatione vxoris, & familiæ.*
5 *Nobilitas non perditur per ingreſſum monaſterij.*
6 *Inter moniales non ſit diſtinctio nobilitatis.*
7 *Moniales non egent niſi alimentis non pompa requiſita in nuptijs.*
8 *Dos dicitur competens, quæ datur ſecundum conſuetudinem monaſterij.*
10 *Legatum de ſcutis mille ſi mulier nubat, & de ducentum ſi monacha efficiatur, an valeat. num. 11.*
12 *Renunciatio hæreditatis paternæ facta per moniales an præiudicet monaſterio quando fuit data dos competens. num.13.*

Deciſ. Marchiæ.

¶ N. 7. in fin. *poſt verb.* Matth. c.6.

Ideo alias dixi non dari ſupplementum con-
1 gruæ dotis moniali, ſeu monaſterio, † in quod
illa eſt ingreſſa, ſi fuerit ſoluta dos conſueta da-
ri, quamuis ſit nimis exigua, & modica atten-
ta dignitate familiæ, & quantitate patrimonij,
& habito reſpectu ad dotes ſororibus nuptis aſ-
ſignatas. *Salic.in authent.ſed quamuis.n.4.verſ.*
ad rationem.C.de rei vxor.act. Dec.conſ.26.n.4.
2 *verſ.ſi vero mulier.* † Cum naturalis æquitas,&
communis obſeruantia ſuadeat minus dari in-
gredienti monaſterium, quam nubenti.*Bald.in*
auth.niſi rogati. num.11. verſic. hac ratione.
C. ad trebell.Iaſ.conſ 43.colum.4. in fin. lib.3.et
in auth.ſi qua mulier.n.10.col.2.verſ.ſed contra-
3 *riam opinionem. C.de ſacroſ. eccleſ.* † vbi in nu-
bente quod requiritur magna impenſa, vt inue-
niat maritum condecentem, cum pro minori
reperiat monaſterium. *Couar. lib. 1.var.reſolut.*
c.19.n.10.in fin.Vrſill.ad Affl.deciſ.348.n.2.ver
ſic.ſed tamen audio.

Immo redditus dotis non ſufficiunt regulari-
4 ter pro ſuſtentatione vxoris,& † expenſarum,
quæ fiunt pro victu,decore,& ornatu ipſius.*Pur*
pur.conſ.330.n.7. verſ.ex cuius dictis patet re-
ſolutio. lib.1. Surd. de alim. tit.9. quæſt.37.n.20
& q.43.num.40. Monter.deciſ.Aragon.29.nu.
27. in fin.& deciſ. 13.n.58. Et in monialibus
5 non conſideratur dignitas familiæ. † Quamuis
enim per eius ingreſſum non perdatur nobili-
tas. *Rom. ſing. 37.* Tamen diſtinctio nobilitatis
6 non ſit inter eas, † cum omnes ſint æquales. *c.*
fin.de ſtat.regul. Abb.in c.dudum.22.il primo. n.
2. verſ. in religioſis vero. de electon.

Prout neque conſideratur quantitas patrimo
nij ob paupertatem electam. *c.nimis. il primo.*
de exceſſ.prælat. Nec dos alijs ſororibus conſti-
tuta,cum de carnali matrimonio ad ſpirituale
non bene arguatur, quaſi moniales non egeant
7 niſi alimentis, & ſuffragio vitæ, † non pompa,
honoribus, & alijs, quæ pro liberis, & fami-
lia requiruntur in nuptis. *Socem.conſ.222.in*
fin. lib.2. Menoch. conſ.169. n.19. in fin. & n.
2.verſ.nam ſi agitur. Et competenter dicitur do
tata, quæ habuit dotem iuxta conſuetudinem
8 Monaſterij, † ita vt per eam ſatisfiat etiam ſta-
tuto excludenti à ſucceſſione dotatam. *Corn.*
conſ.316.nu.6. verſ.& hoc ſemper mihi placuit,
col.4.in fin. Anchar.conſ.107.n.2. & iſta eſt ve-
rior opinio, quidquid dicat *Afflict. deciſ. 348.*
prout teſtatur, & ſequitur *Rot. coram R.P.D.*
9 *Ludouiſio. Romana dotis 21. Iunij 1602.* † vbi
fuit iudicata dos congrua ſcutorum 500. tan-
quam ſolita dari monaſterio pro filia moniali,
quamuis ſoror fuiſſet nupta cum dote ſcuto-
rum 14000. non obſtante dignitate familiæ,&
quantitate patrimonij, & Statuto Vrbis exclu-
ſiuo fœminarum,dummodo ſint dotatæ, & non
obſtante *deciſ. 2. Mohed.* vbi quod filia debet ha-
10 bere mille,tam † monachando, quam nubendo,
ſi fiat legatum de mille,ſi nupſerit,& de centum
ſi ingrediatur monaſterium: quia Rota non ſe-

quitur dictam opinionem, sed potius contraria,
quam dicit magis communem. *Castr. in l. titia*
si non nupserit. n. 2. de condit. & demonstrat. De-
cius cons. 419. n. 2. vers. sed capio secundum du-
bium. col. 2. Ias. cons. 43. col. 4. in fin. vers. non
obstat quarto decisio. lib. 3. late Menoch. consilio
169. n. 18. & 20. in fin. lib. 2. vbi de veriori opi-
nione testatur, & de communi obseruantia to-
tius Italiæ; † Et quatenus alia opioio procede-
ret; prout illam dicit veriorem *Roland. cons.*
35. n. 16. lib. 3. Surd. cons. 192. n. 20. lib. 2. Ideo
admittitur, quia sumus in dispositione hominis
habente particularem rationem, vt non admit-
tatur conditio nuptiarum respecto volentis in-
gredi religionem, tanquam turpis. *Felin. in c.*
in præsentia. n. 37. vers. sed propter hoc non est
recedendum. col. 16. in fin. de probat.

Non obstat quod reounciatio paternæ hære-
12 ditatis factæ per moniales † nõ pręiudicet mona
sterio. *Ruin. cons. 204. lib. 1. Corn. cons. 272. lib.*
3. Quia contrarium est magis verum, & commu
ne, quando monialis est competeoter dotata,
quamuis læsio probaretur, quæ in ea non consi-
deratur propter vitam pauperem, quam elegit.
Bart. in l. fin. n. 8. C. de pact. Alex. cons. 33. n. 4.
lib. 4. latè Aldobrand. cons. 26. nu. 38. cum seq.
Rot. coram R. P. D. Penia. qui de magis cõmu
ni. *Vlixbonen. legitima. 27. nouembr. 1595. post*
Dec. cons. 31. col. fin. vers. vltimo non obstat.
13 *Aym. cons. 160. in princ.* † Maxime quando quis
proximus, & dispositus ad actum ingrediendi
tale pactum facit. *Purpur. in l. fin. n. 193. vers.*
tertius casus. de pact. licet *ibid. n. 194.* dicat tu-
tins esse renunciationem fieri cum consensu
monasterij. *Gasp. Beat. de non melior. dot. c. 14.*
num. 30.

EPITOME.

An donatio facta per filiam patri valeat si pater obijt illa viuente. [Renunciatione facta per filiam ante ingressum post cuius professionem pater moritur, an Monasterium admittatur ad hæreditatem patris monialis non obstante renunciatione.

SVMMARIVM.

1 *Donatio quæ fit à viro vxori resoluitur si vxor præmoriatur.*
2 *Fallit in donatione pura inter viuos, quæ ad hæredes transmittitur. & num. 3.*
4 *Etiam quod hæredibus expresse donatum non fuisset.*
3 *Stante iuramento, quando donatio à principio valuit nullam habet conditionem, cum non sit de natura donationis vt superuiuat is cui donatur.*
6 *Renunciatio, quando est facta per filiam ante ingressum post cuius professionem pater moritur, an monasterium admittatur ad hæreditatem Patris monialis non obstante renunciatione.*

Decisio XLI.

DVbitabatur in eadem causa Fanensi do
nationis. An dicta donatio habeat lo-
cum, ex quo pater donatarius obijt vi
uente filia, quæ donauit: & sic videtur, quod fue-
1 rit resoluta, sicut resoluitur † donatio, quæ fit
à viro vxori, si vxor præmoriatur, *l. à marito. C.*
de donatio. int. vir. & vxor. Quia donationes
prædictæ æquiparantur; vt in bis terminis coo-
siderat *Dec. cons. 659. in fi. & cons. 239.* quem
sequitur *Paris. cons. 86. num. 46. lib. 3.* Et die
26. Nouembris 1597. dictum fuit non obstare
huiusmodi exceptionem; cum simus in dona-
2 tione pura inter viuos, † & non causa mortis,
quæ ad omnes, & quoscunque hæredes etiam
extraneos transmittitur; ita vt præmorieote
donatario illius hæredes admittãtur. *l. si quis ar*
gentum. §. fi. C. de donatio. Roland. cons. 77.
n. 12. vol. 1. [Maxime, quia in casu, de quo agi-
mus, est facta donatio patri pro se, & suis hæ-
redibus, & successoribus. Vnde etiam illis di-
citur facta. *Dec. cons. 607. n. 10. Burs. cons. 31.*
3 *volum. 1.* Et † quamuis præmortuus sit dona-
tor, ad illos spectat. *Gabr. cons. 70. in princ. lib.*
1. vbi ampliat etiam † quod hæredibus expres-
4 se † donatum oon fuisset; tamen ad illos tran-
siret. [Neque obstat *cons. Decij*, quia contra
eum est verior, & magis communis opinio; nam
stante iuramento, quando donatio à principio
5 † valnit, vt est ista, nullam habet conditionem,
cum non sit de natura donationis, vt superui-
uat is, cui donatur; sed id requiritur ad validi-
tatem, & conualescentiam, cui lex auxilium
præstitit, noo autem reuocationi. Et ita in
specie contra *Decium, Paris. Bald.* & alios te
net *Aleiat. in cap. cum contingat. num. 297. de*
iur. iur. Aym. cons. 102. & cons. 245. col. fi. Ce-
phal. consil. 61. n. 22. Gabriel, qui de communi,
cons. 63. lib. 1. Couarr. rub. de testam. p. 2. nu. 10.
vers. hanc ergo conditionem. Gabriel. de dona-
tion. conclus. 3. num. 18. vbi de communi. *Castr.*
cons. 82. in ista donatione. num. 2. in fin. lib. 2.
Rolan. cons. 77. nu. 15. lib. 1. Alba. cons. 4. nu. 19.
Seraph. priuil. iuram. 71. n. 47. Quibus stantibus
6 cum hæredibus sit facta donatio non erit † am-
plius quærendum; An quando renunciatio est
facta per filiam ante ingressum, post cuius pro-
fessionem pater moritur, monasterium admit-
tatur ad hæreditatem patris monialis, non ob-
stante renunciatione, de qua per *Socin. cõs. 183*
num. 4. lib. 2. Aym. cons. 152. n. 6. Ruin. consil.
204. lib. 1. Felin. inter consilia d. Ruini 205.
& ibi *Corneus, & Socinus consil. 206. & 207.*
Seraph. priuil. iuram. 21. num. 37. vers. duode-
cimo limita. & num. 39. in fin. Beccius cons. 74.
n. 13. vers. præterea. Guterius in c. quamuis. de
pactis in 6. in verb. dum nuptui tradebatur. n.
1. in fin. Et ibi Couar. §. 2. p. 3. n. 3. versic. con-
trarium. Bart. Cagnol. num. 115. & alij in *l.*
fin. in fi. C. de pactis.

AD-

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Hæres institutus ab ingrediente monasterium habebit hæreditatem ante mortem naturalem monachi statim facta professione. Et quid in monasterio capace bonorum. n.2. & 3.*

4 *Vsufructus redijt ad filium facta professione patris, quamuis monasterium sit capax bonorum Intellige vt n.5.& 6.*

¶ N.6. in fin. *post verb.* l.fin. C.de pact.

Ideo hæres institutus ab ingrediente mona-
sterium habebit hæreditatem ante mortem na-
1 turalem monachi † statim facta professione, ex
quo enim monachus vult profiteri non videtur
velle, quod hæreditas transeat ad monasterium,
& sufficit mors ciuilis, quæ fit per professionem.
Dec. in cap.in præsentia.num.61. col.34.ad med. vers.sed tamen pro opinione. de probat. Couarr. in cap.2. num.5.vers.qua ratione. de testam. Rip. in l.si vnquam.n.94.q.35.C.de reuoc.don.

Neqne obstat, quod si monasterium est capax
bonorum non pertinet hæreditas statim ad hæ-
2 redem, † sed post eius mortem, & interim viuen
te monacho bona erunt monasterij; & si hæres
viuente monacho decedat, iure caduci ad mo-
nasterium perueniet hæreditas, prout intelligit
Couar.d.c.2.n.6.de testam.Soarez.alleg.20.n.21
3 *cũ seq.Gratian.reg.456.n.5.* † Quia contrarium
est verius, cum statim facta professione bona ad
illum hæredem perueniant. *Imol.in l.1.nu.23.de testam.Gozad.cons.41.quæritur an frater.n.11.*
Quæ procedunt in voluntate Monachi tam ex-
pressa, quam tacita, & in casu dubio, prout
contra *Couarr.* dicit veriorem opinionem. *Ceuall. q.63.nu. 5.post Ang.* post eum allegatum
de meliorat.glos.5.nu.29.

Idem in vsufructu, qui redit ad filium facta
4 professione per patrem, † non ad monasterium
quamuis capax bonorum. Iste enim vsusfructus
conceditur à lege propter patriã potestatẽ, quæ
cessat facta professione. *Dect.in l.à patre furioso. ff.qui sunt sui, vel alien.iur. Abb.in c.2.n.2.de regular.* Ergo debet cessare acquisitio. *Salic. in*
5 *auth.ingressi.in fin.q.7.C.de sacros.eccles.* † Secus
si pater vsumfructũ aliunde haberet non ex per-
sona filij; tunc enim transit ad monasterium, ne-
que consolidatur cum proprietate, quia requiri-
tur mors naturalis, vt vsusfructus finiatur. *Couarr.in cap. 2. num. 8. ad med. vers. qui denique accusatores. de testamen. Alber. in authent. idem est.* C. *de bon. qua liber. Mars. sing. 668. ingressus religionis.* qui de communi. *Ceuall. q. 64. in fin.* qui ita in iudicando, & consulendo
6 dicit tenendum. † Licet sit quæstio, quæ po-
tius indiget Cæsarea decisione, & voluit *Alex. cons.139. viso themate suprascripto. numero 5. colum. 2. ad med. versic. pro hoc facit. lib. 2.*
Ratio, quia monachus non habetur pro mor-
tuo quo ad comedendum, seu quo ad alimen-
ta. *Glos. in auth. excipitur. vers. idem est in ijs. in verb.ex lege.in princ.C.de bon. qua liber.*

Decis. Marchiæ.

EPITOME.

Donatio ob ingressum monasterij, quando reuocetur ob causam non secutam, & possit agi contra promittentem, vt impleat votum ingrediendi religionem, & appareat quod vouens voluerit vitam mutare, an teneatur perseuerare, & quando dicatur tacita professio.

SVMMARIVM.

1 *Donatio ob ingressum monasterij reuocari potest si donans ex religione egrediatur. Maxime si sit magna. num. 2.*

3 *Donatio facta à scholare discessuro è studio reuocatur, si non discedat.*

4 *Cessante vna causa, non cessat effectus altera remanente.*

5 *Donatio facta patri, & eius hæredibus dicitur pura, & inter viuos.*

6 *Clausula ad habendum, possidendum, &c. referunt translationem dominij.*

7 *Clausula, ad habendum, &c. si sit apposita in donatione causa mortis, reuocari non potest; etiamsi causa non adimpleatur.*

8 *Donatio causa mortis, & donatio ob ingressum religionis æquiparantur.*

9 *Donatio ob ingressum monasterij, vt reuocetur, requiritur, quod donans realiter exeat, non quod habeat animum exeundi.*

10 *Ex diuersis non fit illatio.*

11 *Promittens ingredi monasterium potest per illud cogi ad ingrediendũ, licet sit simplex votum, vel de futuro. Declara vt n.13.cum seq.*

12 *Promissio facta Deo non requirit alicuius præsentiam.*

18 *Vouens intrare religionem potest cogi ad ingrediendum, non autem ad perseuerandum. Declara vt n.19.cum seq.*

23 *Promissio ingressus religionis, & propositum ingrediendi sunt diuersa.*

24 *Vouens ingredi religionem censetur voluisse gaudere probatione anni, intra quem possit pœnitere.*

25 *Donans ob ingressum religionis debet protestari, quod conditionaliter illam ingreditur, ad hoc vt egrediendo recuperet bona donata.*

26 *Professio tacita, ex quibus cognoscatur.*

Decisio XLII.

QVæsitum fuit in eadem causa Fanensi,
Nunquid d.donatio cesset, & possit re-
peti, illud quod datum est, ex quo
1 † videtur facta ob ingressum Monasterij, vt
colligitur ex prooemio donationis: quod deno-
tat causam finalem. *Aym.cons.192.ad fin.* Vltra
quod etiam in ipso instrumento donationis di-
citur, quod donat; quia intendit ingredi religio-
nem. Vnde cum modo constet, eam velle egredi
ex religione, videbatur dicendum eo quia ces-
sat causa donationis, cessare etiam effectum, &
esse locum renocationi ob causam non secutam.

Ita in specie donationis ob causam ingressus concludit *Natta cons.* 180. *num.* 5. *versic. quod etiam sine aliquo pacto. Dec. cons.* 86. *viso puncto. colum.* 5. *num.* 5. *vers. & ista donatio. Soccin. cons.* 183. *eleganter. num.* 3. *col.* 3. *vers. postremo*.
2 qui † ampliat, maxime quando sumus in donatione magna, vt est ista, de qua agimus; cum non sit verisimile, quod donasset, si vellet remanere in sæculo: & hoc *consilium Soccini* est inter *consil. Ruini* 204. *lib.* 1. Idem voluit *Becc. consil.* 74. *num.* 11. *vers. quibus tamen non refragantibus. Curt. Iun. cons.* 141. *habita diligenti. colum.* 4. *n.* 13. *Cagnol. in l.* 1. *num.* 37. *de orig. iur. Ias. consil.* 103. alias 104. *col.* 2. *lib.* 2. *Rebuff. de priuil.*
3 *schol. quæst.* 163. vbi loquitur † in donatione facta à scholare discessuro è studio, & applicat ad religiosum, qui egreditur è religione. *Aym. consil.* 877. *num.* 3. *vers. secundo. lib.* 5. *Addit. ad Dec. cons.* 31. *in verb. arbitror. Tiraq. in tract. cess. causa. num.* 232. *p.* 1. *vers. renunciationis.*

Contrarium tamen fuit conclusum: [& omisso quod dicta donatio non fuit facta simpliciter ob causam ingressus, sed etiam ob amorem, quo patrem prosequebatur, vt in actis constat; Vnde licet † cesset vna causa, de qua in dispositione; non per hoc cessat effectus, seu dispositio altera manente. *§. affinitatis. instit. de nuptijs. Dec. in cap. ex litteris. col.* 5. *de constit.* [Et omisso etiam, quod huiusmodi donatio potest dici,
5 pura inter viuos, non autem ob † causam; cum sit facta patri, & eius hæredibus. *Mantic. de coniect. vltim. volunt. tit.* 13. *lib.* 1. *num.* 13. post *Couarr. in rubr. de testam. par.* 3. *num.* 25. *versic. erit & alius casus*; Maxime cum adsint illa
6 verba; ad habendum, † possidendum, vendendum, alienandum, & quicquid ei, & suis hæredibus perpetuo placuerit: quæ verba illico inferunt translationem dominij. *Crotus in l. qui Roma. §. duo fratres. de verbor. oblig. Menoch. cons.* 87. *num.* 15. *lib.* 1. Vnde quemadmodum
7 stantibus † supradictis clausulis in donatione causa mortis, non est locus reuocationi, etiam quod donatorem pœniteat, vel conualescat de periculo, & sic non adimpleatur causa, sub qua facta est donatio. Ita etiam erit dicendum in
8 † hac, de qua agimus, licet cesset ingressus, qui æquiparatur morti. *l. Deo nobis. C. de Episc. & Cler. Bart. in l.* 1. *de testam.*

Et omissis alijs responsionibus, quæ possent dari, sufficiat responsio: Quòd in casu, de quo agimus non apparet, quod cesset ingressus Monasterij; & sic causa ob quam præsupponitur fuisse factam donationem; Immo constat, quod in eo permanet, & permansit per plures annos in habitu monachali, non nouitiarum, vt ipsa fatetur in mandato cum mutatione nominis, & alijs concurrentibus: ex quibus potest facile dubitari; an possit amplius ad seculum redire; & in hoc requiritur consensus superiorum: ita vt neque Episcopus loci tanquam ordinarius vo luerit concedere huiusmodi licentiam, quod possit egredi Monasterium, licet fuerit petita.

[Neque facit quod dicebatur constare de mente donatricis, quæ declaranit nolle amplius persistere in monasterio. Quia omnes supradi-
9 cti *Doctores* † dum præsupponunt, quod possit reuocari donatio facta ob causam ingressus, loquuntur cum præsupposito, quod ingrediens exiuerit, non quod velit exire; cum ista sint mul-
10 totum diuersa, & † de vno ad aliud non inferatur. *l. fin. de calumniat. Bart. in l. papinianus. in princ. num.* 2. *de minor.* poterit enim ista
11 voluntas impediri. Nam † promittens intrare aliquod monasterium, licet tale votum sit simplex, vel de futuro; Tamen monasterium potest agere contra eum, vt votum impleat. *Hostien. in cap. ex parte. post med. vers. & hac ratione. de censib.* quem sequitur ibi *Anan. nu.* 4. dicens,
12 singulariter notandum. Promissio † enim facta Deo non requirit alicuius præsentiam; quia vbique est præsens. *Anchar. ibidem sub nu.* 4. *vers. & per ista. Cardin. colum. fin. oppos.* 6. dicens
13 esse singulare; & † quod cogendus sit, dicit etiã *Hostien. in cap. consulti. col.* 1. *in fin. vers. alij*
14 *autem dicunt. de regular.* † quando, scilicet, votum, & propositum certum habuit. Et ibi in principio, quòd de hoc proposito constare potest, vel per suam confessionem; vel quia quando intrauit, expressit coram testibus, quod voluit vitam mutare. Idem *Hostiens.* ibi, *in fine. Anan. in d. cap. consulti. num.* 6. quod de proposito debet clare constare, & de mutatione vitæ; quo
15 constito non poterit redire. Et quod † sit cogendus, dicit etiam *Anchar. ibidem in* 2. *quæst. num.* 7. *& Cardin. in princip. & quæst.* 4. *vers.*
16 *& debet ostendi.* [Quæ maxime † procedunt in ingrediente monasterium, præcedente voto. *Franc. in cap. qui post. ad fin. vers. sed certe. de voto. in* 6. *Brunell. de sponsalib. & matrim. conclus.* 31. *dub.* 4. *vers. bis adde. num.* 10. vbi distinguit votum à desiderio, seu proposito; dicens, quod hoc etiam aliquando appellatur votum improprie, licet non cogat vt votum.
17 Quod † etiam ampliatur si in genere hoc vouerit, scilicet, si dixerit religionem intrare, non exprimendo quam: Quia Ecclesia poterit ipsam cogere, vt intret vnam de approbatis, ex quo de voto sibi fuerit facta fides in iudicio; Nam de occultis iudicare non debet, nisi in foro pœnitentiali. *Hostiens. in cap. ex parte. de censib. Innoc. & Anchar. ibidem num.* 4. *vers. & per ista. & Cardin. in fin.*
18 Verum † quidem est, quod licet vouens intrare religionem teneatur, potest tamen infra annum exire, nisi appareat, voluisse vitam mutare; Et de hoc circa mutationem vitæ quoad Ecclesiam, requiruntur indicia, de quibus in *cap. non solum. de regular. in* 6. Quo vero ad animæ salutem videat ipse quid intendebat, & relinquatur suæ conscientiæ. *Anchar. in cap. porrectum. in fin. de regular.* Nam vouens
19 † ingredi religionem non tenetur ad perpetuo perseuerandum in ea; nisi specialiter id intenderit. *Nauarr. in summa in* 2. *praecepto. num.* 47. *& 49. in fin.* Sicuti qui vouet fieri reli-
20 giosus, nullo alio † expresso, solum videtur vouere

uere ingressum; cum sint paria, si quis voueat ingredi, vel fieri religiosus, dummodo non expresse intendat fieri religiosus irrenocabiliter, & in esse perfecto. *Nauarr. ibidem nu.* 47. *& 49. in fin.* vbi dicit esse singulare secundum *Caiet.* 2. 2. *quæst.* 189. *artic.* 3. *Couarr. in cap. quamuis. part.* 1. *§.* 3. *ad fin. de pactis. in* 6.
21 dummodo, inquit, adsit ea intentio, & † mens, vt velit gaudere anno probationis; secus si alia esset intentio vouentis; tenetur enim tunc pro-
22 fiteri, cum non dicatur † religiosus qui non profitetur. *Mandos. de priuileg. ad instar. gloss.* 7. *num.* 34.

Ratio omnium prædictorum est, quia aliud
23 † est promittere ingressum, & professionem religionis, aliud est habere propositum ingrediendi, profitendi, & perseuerandi; & qui habet propositum, non per hoc promittit professionem religionis implicite, neque explicite; cum aliud sit proponere, aliud deliberate promittere. *Caietan. lib.* 15. *respons. cap.* 17. Et licet in *cap. consulti. de regul.* dicatur sufficere propositum absolutum ad perpetuam religionem; Tamen intelligi debet de proposito absoluto, ex quo saltim possit deduci promissio implicita religionis perpetuæ. *Couarr. in capit. quamuis. de pact. in* 6. *p.* 1. *§.* 3 *in fin.* Quod
24 si quis † votum fecerit ingrediendi religionem, & non sit pollicitus implicite, vel explicite perpetuam religionem, censetur voluisse secundum ius gaudere probatione anni, intra quem possit pœnitere. *D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 189. *art.* 4. cum alijs per *Couarr. in d. c. quamuis. §.* 3. *par.* 3. *in fin.* quæ dicit esse omnino notanda, ad perfectam obligationem voti; vt sciamus, qua ratione quis teneatur ad votum ex deliberata promissione religionis, vel alterius operis. Et hæc omnia volui dixisse, vt appareat multa posse deduci ad impediendum egressum religionis, de quo agimus; & sic non satis est deducere, quod velit redire ad sæculum; cum prius de effectuali exitu debeat constare, prout recte facient, si à superioribus impetrabunt, vt possit postea agi ad reuocationem donationis, quã præsupponunt esse ob dictam causam: Et in hoc est recte inspiciendus tenor donationis, ex qua est colligenda intentio donantis; cum præsupponat velle seruire perpetuo Deo in religione beatæ Claræ, sub titulo sancti Philippi, prout postea huiusmodi propositum executa est, permanendo per plures annos in dicto monasterio. Quibus stantibus non erit disputandum, an ex
25 † quo donans non fuit protestata in actu donationis, quòd conditionaliter intrabat, possit recuperare donata; prout videtur esse de mente multorum *Doctorum*, quod protestatio requiratur; de qua re *Hostiens. in cap. statuimus. colum.* 2. *vers. quid de his, quæ legauit. de regular.* vbi *Anchar. num.* 7. *Anan. num.* 6. *Cardin. in fin. vers. quarto quæro. Abb. in fin. vers. sed quæris. Ioan. Andr.* & alij. *Ang. in summa, in verb. Nouitius. num.* 10. *versic. quid de bonis. Anchar. cons.* 49. *contra donationem. col. vlt. nu.* 8. *Menoch. præsumpt.* 84. *num.* 11. *libro* 6.

Neque etiam opus erit disputatione circa aliud; an ex processu colligatur, quod fuerit facta professio, saltim tacita, ita vt non sit amplius facultas ad sæculum redeundi, & sic non solum non defecerit causa, sed ad complementum, & consummationem deuenerit; cum ex supradictis iam fuerit habita totius causæ reso-
26 lutio. Et multa, ex † quibus cognoscatur tacita professio, ponuntur per *Doctores in cap. ex parte: cap. instrumenta. cap. significauerunt. de regular. cap.* 1. *& cap. constitutionem. eodem tit. in* 6. *clem. eos qui. eodem tit. Decian. consil.* 18. *lib.* 3. *Menoch. præsumpt.* 83. *nu.* 17. *lib.* 6. *Nauarr. de regular. comment.* 4. *num.* 74. *vers. aduertendum tertio. & consil.* 20. *de regular.* qui etiam loquuntur, an iuuet protestatio; ita vt non censeatur quis tacite profiteri. Ex quibus fuit reuocata sententia D. Iudicis à quo, declarando validam donationem, de qua agimus, ad fauorem D. Vgolini de Pileis contra D. Camillam nunc Sor Magdalenam de Pileis, die 26. Nouembris 1596.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Quæ requirantur ad professionem remissiuè.*

¶ N. 26. *post. verb.* quis tacite profiteri.

Et quo ad professionem seruanda est dispo-
1 sitio *Conc. Trid.* † *c.* 15. *& 16. sess.* 25. de qua *Menoch. de arbitr. cas.* 436. *Guter. canonic. quæst. c.* 26. *& cons.* 5. *num.* 24. *& pract. quæst. lib.* 3. *c.* 36 *& in c. quamuis. in verb. dum nuptui. num.* 4. *de pact. in* 6. *& in auth. sacramenta puberum. n.* 6. *C. si adu. vendit. Mandos. cons.* 22.

EPITOME.

De confessione dubia an sit facienda interpretatio ad fauorem confitentis, & eius hæredum. De verbis locauit, & conduxit, quod promiscue accipiantur. Et obseruantia subsecuta, & modo vtendi, quod actus debeat declarari, & quando procedat.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum est veritas apparens, & probatio probata.*
2 *Lucrum & damnum conductionis spectat ad eum qui conduxit.*
3 *Ex facto alterius non debet alter prægrauari.*
4 *Inter locantem, & conducentem est distinctio sicut inter dantem, & recipientem.*
5 *Confessio dubia non releuat, & illam debemus interpretari ad fauorem confitentis. & num.* 6.
7 *Confessio non potest dici clara, quando recipit aliquam disputationem.*
8 *Probationes reprobatoriæ contra instrumentum debent esse manifestissima.*

9 Ver-

9 *Verbis locationis, & conductionis promiscua vti possumus.*
10 *Idem in verbis emptionis, & venditionis.*
11 *Disputatio non admittitur in claris.*
12 *In re dubia melius est deseruire proprietati verborum.*
13 *A communiter accidentibus licet arguere.*
14 *Præsumitur quis totum sciuisse, quando aliquid est consecutus.*
15 *Actus sequentes declarant voluntatem præcedentem.*
16 *Ex obseruantia comprobatur fides instrumenti. & num. 17.*
18 *Scientia cum patientia longi temporis inducit interpretationẽ dubiæ voluntatis, ita vt etiam dicatur actus nouus.*
19 *Ex declaratione postea secuta declaratur voluntas ambigua in præcedentibus.*
20 *Voluntas testatoris dubia obseruata vno modo non admittit aliam interpretationem.*
21 *Per obseruantiam restringitur omnis actus, & dispositio.*
22 *In obseruantia declaratiua, & interpretatiua actus præcedẽtis nõ requiritur tẽpus lõgissimũ.*
23 *Voluntas præsumitur durare, maxime cum nulla causa mutationis apparet.*

Decisio XLIII.

FVit reuocata sententia D Iudicis à quo, dũ
declarauit D. Antonium Lentium fuisse
participem pro medietate cum D. Sancte
Mannotto in conductione terrarum Montis Mi
lonis; & propterea lucrum, & damnum passum
in d. affictu per Sanctem, & eius hæredes specta-
re pro medietate ad Antonium, & eius hæredes,
& pro alia medietate ad hæredes Sanctis.

Nam ad fauorem hæredum Lentij adest apo-
ca, seu instrumentum clarum, & apertum, in quo
Sanctes conduxit ab Antonio Lentio omnia bo-
na Montis Milonis cum pactis, & conditionibus,
de quibus in contractu inter eos celebrato die
25. Iunij 1584. Vnde cum habeamus casum in-
strumenti, non est de eo dubitandum, quia omnia
in eo contenta censentur vera, & à partibus pro-
1 lata; Immo illud est veritas † apparens & pro-
batio probata non probanda, neque indigens di
senssione, seu disceptatione fori. *Bald. in l. imperator. la 1. col. 2. ff. de statu homin. Rolan. cons. 46. nu. 12. lib. 4. Tiraquel. de retr. lignag. §. 2. gloss. 1. n. 20. vsque ad n. 24.* vbi quod est probatio mani-
festa, euidentissima, liquida, patens, certa, indubi
tata, notoria, & quòd habet vim definitionis. Vn-
2 de damnum, seu lucrum d. conductionis † debet
spectare ad eum, qui conduxit, non ad alium, ad
quem huiusmodi negotiũ non tangit. *l. damnum. C. locati. Bald in l. licet. oppos. 2. C. eod.* cum ex fa-
3 cto vnius alter prægrauari † non debeat. *l. si seruus seruum. §. si fornicarius ff. ad l. aquil. Bald. cons. 442. n. 1. vol. 2.*

Non obstat confessio, seu declaratio facta per
d. Antonium Lentium in eius testamẽto, sub die
16. Iulij 1586. ex qua prætenditur per hæredes
d Sanctis, quòd declarauerit se esse participem
pro medietate in conductione dictorum bono-
rum. Quia respondetur, quod d. confessio non
est adeo aperta, & clara, vt hæredes ipsius Len-
tij teneantur pro medietate conductionis dicto-
rum bonorum, & sic sublatum fuerit instrumen-
tum præfatum. Ratio est, quia d. Testator decla-
rauit se participem in locatione; Vnde non in
conductione facta per d. Sanctem; cum locator
4 dicatur † qui recipit mercedem conuentam; cõ-
ductor autem qui soluit, & sic adsit inter illos dif-
ferentia. *Bart. in l. 1. §. si quis seruum. ff. deposit. & in l. si vno. §. cum quidam. ff. locat.* Quare sicut
inter dantem, & accipientem est distinctio per-
sonalis. *c. si. de instis.* Ita inter locantem, & condu-
centem. *Bursat. cons. 380. n. 11. vol. 4.*

Maximè quia intellectus d. declarationis est
ad fauorem D. Zenobij Carnesecchæ, cum quo lo
catio, de qua agimus, erit pro medietate. Nam
cum Lentius prius conduxisset huiusmodi bona,
vt in instrumẽto, de quo in actis die 3. Octobris
1583. & postea illa locasset Sancti, vt in instru-
mento, sub die 25. Iunij 1584. In confessione
prius declarauit, quòd Zenobius habet interes-
se pro medietate in dicta conductione, & quod
sexta pars spectat ad dictum Sanctem: tertia ve-
ro portio pertinet ad ipsum testatorem, quod in-
telligitur respectu primi contractus. Cùm autem
postea locasset dicta bona, neque vnquam nomi-
natio facta fuisset de Zenobio, volens recogno-
scere bonam fidem, declarauit, quod in hac vlti-
ma locatione ipse testator est particeps pro me-
dietate; & sic alia medietas spectabit ad Zeno-
bium; non enim poterat spectare ad Sanctem,
cum quo aderat particularis contractus condu-
ctionis, vt diximus; cuius vis non erit sublata
per huiusmodi confessionem, quæ ad illum non
porrigitur, & quatenus porrigeretur: cum pos-
sit accipi, tam respectu vnius, quàm alterius, erit
5 confessio † dubia, quæ non releuat, sed debemus
illam interpretari ad fauorem confitẽtis, & eius
hæredum; non vt eis noceat. *Bal. in c. ex litteris. il 1, in fin. de sponsalib. Dec. cons. 403. viso tenore. colum. 3. n. 16. Alex. consil. 183. viso puncto. n. 7. lib. 5. Cephal. consil. 90. n. 34. Socin. Iun. cons. 39. perspect. s. n. 71. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 23. n. 307.*
6 *volum. 1. & cons. 204. n. 55. volum. 2.* † Immo cõ-
fessio debet esse clara, & liquida, vt damnum af-
ferat confitenti. *Roman. cons. 321. in casu. ad fi. Aym. cons. 157. n. 9. vers. quarto respondeo. Burs. consil. 197. n. 19. lib. 2. Alba. consil. 14. num. 3.* vbi
quod non potest dici clara, & liquida, quando re-
7 cipit † aliquam disputationem. post *Felin. in c. inter ceteras. colum. antepenult. versic. tertio declaratur de re iudic.* maximè in casu nostro, in
quo debet esse magis clara, & certa, cum per eã
oppugnetur instrumentum, quod est probatio
8 probata, vt dictum est; ad cuius † oppugnatio-
nem, seu reprobationem, probationes reproba-
toriæ debent esse manifestissimæ. *§. item verborum. instit. de inutil. stipulatio. Anan. con. 97. vol. 2. Aym. consil. 56. n. 3.*

9 Neque obstat, quòd promiscuè † vti possimus

hu-

huiusmodi verbis locationis, & conductionis.
l.veteres,& l.idem est.de actio.empt. vbi sæpe po-
nitur, conduxit pro locauit, & è conuerso. *glos. in
l.2. §.si conseruatis.in verb.locauit.ff.ad l.Rhod.
de iactu. gloss.1. in l.si domina. C. de vsufruct.*
10 *Bart.in l.2.n.2.C.locat.* ad exemplum † emptio-
nis, & venditionis, quorum appellatio est etiam
promiscua. *d.l.veteres.de actio.empt.l.qui fundũ.
§.qui bona fide.ff.pro emptor.l.1.* vbi *glos.in verb.
empt. C.si seruus extero. l. ex conuentione. C.
de pact.*

Quia respondetur tunc interpretandam esse
locationem pro conductione, quando aliàs sen-
sus, & intellectus non procederet, vt in dictis iu-
ribus: secus in casu nostro, in quo non est opus
huiusmodi improprijs sermonibus, cum verba
sint clara ad fauorem hæredum Antonij Lentij
11 vt diximus: † vnde non est vlterius disputandum.
*l.ille, aut ille §.cum in verbis de leg.3.l.non ali-
ter.ff. eod.tit.* Et quatenus possint accipi in sensu
conductionis non potest negari quin etiam capi
possint in proprio significatu locationis respe-
ctu Zenobij vt dictum est, vnde succedunt supe-
rius allegata, quòd stante dubietate confessionis
dicendum est de ea non esse faciendam vim.
Aym.cons.157.n.9.Alba.d.cons.14.n.3. maximè
vt diximus contra instrumentum, aduersus quod
reprobatoriæ probationes debent esse manife-
stissimæ. *Anan.d.cons.97.colum.2.* Immo in re
12 dubia † melius est deseruire proprietati verbo-
rum. *l.1. §.is qui nauem de exercitor.Aym.cons.
288.col.2. ad med.sub n.3.*

Et licet præmissa satis essent, nihilominus ad
maiorem corroborationem considerabãtur mul
ta: primo, quòd cum instrumentum conductionis
sit contra Sanctem solum conductorem, & cum
conductio fuerit damnosa, & non vtilis, cumque
Sanctes post mortem Antonij Lentij superuixe-
rit per tres annos, & vltra; si verum esset, quòd
Lentius fuisset particeps in d. conductione, vti-
que Sanctes de hoc fecisset aliquam mentionem,
aut in libro quē retinebat occasione d. affictus,
aut in aliqua alia scriptura, vt communiter fieri
solet, maximè à mercatoribus, prout erat San-
ctes: quod cum factũ non fuerit vrgens erit præ-
sumptio solum Sanctem fuisse conductorem sine
alterius participatione secundum communiter
13 accidentia †, à quibus licet arguere. *Card.in c.1.
in 3.notab.de cler.non resid.Marsil.sing.1.Gabr.
de præsumpt.conclus.16. n.4.*

Maximè cum Sãctes habuerit notitiam testa-
menti, & sic confessionis de qua agimus, & in
qua ipsius hæredes se fundant. Immo recceperit
multa legata sibi in testamēto relicta per d.Len-
14 tium. Vnde † cum aliquid fuerit consecutus præ-
sumitur totum sciuisse. *l. non est ferendus. de
transact. Bald.cons.484.lib.4.in fi. Alba. cons.18.
col.1.vers.quod nullo modo.*

Præsertim, quia d.Sanctes tam ante confessio-
nem Lentij, quàm post & illius notitiam vt di-
ctum est, semper obseruauit contenta in condu-
ctione de qua agimus, solus, ac si nullus cum eo
participaret. Vnde huiusmodi actus sequentes
15 † debent magis declarare voluntatem præcedē-
tem. *l.sed Iulianus. §.proinde.ff. ad Macedon.
Natta cons.192. n.4.* etiam quòd contra instru-
mentum adesset aliqua suspitio, vt prætenditur
in casu nostro. Cum enim fuerit in possessione
16 rei per tantum tempus, ex ista † obseruantia di-
citur comprobata fides illius instrumenti. *Bald.
cons.37.quidam tabellio lib.1.Aym.cons.158.n.1.*
17 & ab huius † obseruantiæ interpretatione non
erit discedendum. *Cephal.cons.331.nu.31.lib.3.*
& sic dicta verba confessionis, & cuiuslis alte-
rius rei debent declarari ab interpretatione, &
obseruantia subsecuta, & modo vtendi. *Beccius
cons.101.n.48.& 49.* Etiam quod verba id non
paterentur. *Soccin.cons.66.n.11.lib.3.col.4.vers.
ex quibus.* Intellectus enim sumi debet quem ef-
fectus verum esse demonstrat. *Aym. cons. 294.*
18 *col.13.vers.21.* Nam † scientia cum patientia lō-
gi temporis inducit interpretationem dubiæ vo
lũtatis, vt in eo sensu sit obseruanda, in quo per
retroacta tempora fuit obseruata. *Decian.cons.
87.n.20. lib.2.* ita vt huiusmodi obseruantia di-
catur etiam inducere nouum actum. *Aym.cons.
19.n.4.Simon de Pratis cons.179.n.27.& 28.*

Secundo, quia D.Baccius administrator hære-
ditatis Sanctis Mannotti pro illius hæredibus, &
vigore sue administrationis obligauit D. Zeno-
bio Carnesecco, & D.Vincentio eius procurato-
ri omnes fructus recolligendos in bonis per san
ctem conductis ab Antonio Lentio, & omnia
animalia ibidem existentia, itaut de illis fiat sa-
tisfactio crediti Zenobij cum deputatione acto-
ris, qui computa faciat de omnibus prædictis, &
secuta satisfactione fructus, & animalia præfata
restent libera pro heredibus Sanctis, vt in instru-
mento de quo in actis sub die 7.Februarij 1590.
Ex quibus colligitur, quòd post confessionem
de qua agimus factam per quatuor annos ante,
& vltra, & post notitiam ipsius confessionis, hæ-
redes disponunt de fructibus, & alijs ad dictam
eorum conductionem spectantibus, tanquam so-
li conductores, & quod pro illis solis remaneant
d.fructus post solutionem dictorum debitorum.
Vnde non est dicendum, quòd possint prætende-
re aliquam medietatem dictæ cōductionis cum
hæredibus Lentij, & cum eodemmet Zenobio,
qui fuit conuentus tanquam hæres Antonij Len
tij, cum ex huiusmodi declaratione postea secu-
19 ta satis declaretur † voluntas ambigua in præ-
cedentibus. *Castrens.cons.347.quia circa dona-
tionem.col.fi.ad fi.lib.1.Soccin.cons.111. col.fin.
vers.sed certe possumus.lib.1.Aym.cons.101.sub
nu.4.* Immo per huiusmodi instrumentum satis
declaratur d. conductionem in totum pertinere
ad Sanctem, & eius hæredes, qui etiam post no-
titiam omnium prædictorum per plures annos
permanserunt in d.conductione, etiā quòd dam-
num non modicum in ea perceperint, nunquam
mentionem faciēdo de tali participatione, quod
vtique fecissent si tanquam socios, & participes
habuissent dictos hæredes Lentij. Vnde huiusmo
di taciturnitas, & silentium cum scientia d.con-
fessionis præsumptionem vehementem opera-
batur,

batur, vt præfata condu:tio ad eos ſolos ſpɛ̃cta-
re dicatur,quibus cenſebitur præiudicatum per
20 dictam obſeruantiam: vt in † voluntate teſtato-
ris dubia obſeruata vno modo, quòd aliam in-
terpretationem non admittat,dicit *Decia.conſ.*
*87.n.20 & 21.lib.2.*poſt *Socein. conſ.12. colum.*
vlt.n.20.verſ.ſecundo quia lib.3. Parıſ. conſ.11.
n.39.lib.3.Bero.conſ.91.n.10. lib.3. vbi per hu-
21 iuſmodi obſeruantiam dicit † reſtringi omnem
actum,& diſpoſitionem, ſiue legalem, ſiue inter
viuos, ſiue vltimæ voluntatis.

Neque obſtat,quòd in tali obſeruantia requi-
ratur ita fuiſſe obſeruatum tempore longiſsimo
ſufficienti ad præſcriptionem. Quia huiuſmodi
22 tempus † non requiritur in obſeruantia decla-
ratiua, aut interpretatiua actus præcedentis.
Dec.in cap.cum in.colum.2. poſt med. verſ. & ex
ſupradictis infertur. de conſtit. Soccin. conſ.111.
ſub n.4.col.fin. verſ.ſed certe poſſumus dicere.lib.
1.Aym.conſ.294. colum.13. poſt med.verſic. am-
plius dico.Becetus conſ.101.n.30. Aretin.conſ.95.
reſpondeo breuiter,nu.6. col.3.verſic.2. Menoch.
conſ.21.n.15.lib.1.

Tertio quia Antonius Lentius cũ eſſet prius
conductor dictorum bonorum,& poſtea illa ſub-
locaſſet d. Sancti pro longe maiori penſione,
quàm ipſe tenebatur in primo ſuo affictu,non eſt
præſumendum,quod iterum voluerit ſubintrare
in conductione à qua ſe liberauerat cum magno
23 eius commodo. Nam voluntas † præſumitur du-
rare: Maxime cum nulla cauſa mutationis ad
eius fauorem appareat.*l.3.vbi gloſſ.in verb.con-*
uenitur.ff.de probat. Dec.conſ.189.num.6.Pariſ.
*conſ.67.n.25.lib.3.*Ex quibus fuit concluſum pro
reuocatione ſententiæ die 21. Iunij 1596. licet
poſtea in alia inſtantia per hæredes Sancti fue-
rint producta noua iura, & quædam litteræ ſeri-
ptæ per Lentium, in quibus aperte declarabat
ſe participem in dicta locatione, quibus viſis hę-
redes Lentij ſtatim cedendo liti nulla alia ſen-
tentia expectata omnia per Sanctem prætenſa
ſoluerunt, prout etiam prius ſoluiſſent ſi in pri-
ma inſtantia de illis conſtitiſſet, abſque eo, quòd
ſuper prædictis eſſet opus aliquid iudicare.

EPITOME.

Quando Iudex ordinarius dicatur Delegatus in cauſa ſibi commiſſa & ſit excitata iuriſdictio. Et ex quibus verbis præſumatur Delegantem voluiſſe facere Delegatum.

SVMMARIVM.

1 *Geſta præter formam Commiſſionis ſunt ipſo iure nulla.*
2 *Reſcripta delegatoria ſunt ſtricti iuris, & non extenduntur ad res, & perſonas non expreſſas.*
3 *Reſcripti narratio etiam generalis non comprehendit aliam cauſam, quam in eo contentam.*
4 *Cauſa cognitio commiſſa ordinario ad eius iuriſdictionem pertinens nõ facit illum delegatum, ſed dicitur excitatio iuriſdictionis.*
5 *Limitata commiſſio limitatum producit effectũ.*
6 *Iudex ordinarius fit delegatus per verba reſcripti alterantia eius iuriſdictionem.*
7 *Verba, videlicet, ſunt reſtrictiua & declaratiua.*
8 *Delegatio dicitur facta ſi in delegatione adſunt verba reſtrictiua.*
9 *Verbum committimus, & delegamus an faciat Iudicem delegatum, & nu.10.*
11 *Delegans non dicitur velle quod non expreſſit in reſcripto, & n.12.*
13 *Reſcriptorum verba non cenſentur appoſita ſine virtute aliquid operandi. & n.14.*

Deciſio XLIV.

IN eadem cauſa, quo ad alia capita ſenten-
tiæ latæ per D. Iudicem à quo, dubitabatur
de illorum validitate. & concluſum fuit om-
nia eſſe nulla, eum dictus Iudex à quo delegatus
nullam in eis haberet iuriſdictionem tanquam
in reſcripto non comprehenſis, in quo ſolum cõ-
mittitur articulus an Sanctes teneatur pro me-
dietate fictus Montis Milonis, vt in delegatione
ſub die 29. Aprilis 1595. Vnde eum prædicta om
1 nia † fuerint facta præter formam commiſſionis
ſunt ipſo iure nulla. *Bart.in l.illud §.quid ſi ita*
princip.ff. quòd cuiuſque vniuerſ. nomin. Iaſ. in
l.ſi procurator n.3. C.de procurat. Caſtrenſ.conſ.
253.in princip. verſ. circa ſecundum lib.1.Becc.
2 *conſ.21.nu.29.*& † tanquam ſtricti iuris non ex-
tenduntur ad res,& perſonas non expreſſas.*cap.*
cum dilecta.de reſcript.gloſſ. in c.ſignificante. ad
fin.eod.tit. Natt.conſ.594.in fi. Rom. conſ.330.
circa primum.col.3.n.11.Pedem.deciſ.78.nu.10.
Vnde proceſſus quem quis eſt habiturus coram
delegato, debet eſſe talis, qui ſub verbis reſcri-
3 pti comprehendatur; aliàs non valet, † etiamſi
narratio reſcripti ſit adeo generalis vt poſſit cõ-
prehendere aliam cauſam. *Angel.conſ.138.viſis*
omnibus n.2. Ruin.conſ.67.in cauſa nu.7. lib.5.
Becc.d.conſ.21.n.18.vſque ad n.23.

Non obſtat, quòd dictus Iudex à quo in vim
iuriſdictionis ordinariæ potuerit cognoſcere
ſuper capitibus de quibus in ſententia, licet non
expreſſis in delegatione de qua agimus. Cum
enim alicuius cauſæ cognitio committitur ordi-
nario ad eius ordinariam iuriſdictionem perti-
nens, non reputabitur delegatus, ſed ordina-
4 rius, & tali caſu dicetur ſolum † excitata iuriſ-
dictio. *Iaſ.in l.ius ciuile.de iuſt.& iur. Doctor.in*
c.licet in corrigendis.de offic. ord. Boer. deciſ.151.
num.6. cum alijs per *Mandoſ.in forma 4.Com-*
miſsionum ad finem.

Quia reſpondetur prædicta non procedere in
caſu noſtro, in quo apparet de reſtricta, & dimi-
nuta iuriſdictione, quo ad vnam cauſam tantum:
Vnde limitata commiſſio limitatum producit
effectum, ſiue limitatio ſit circa perſonas, ſiue
locum, ſiue tempus, ſiue circa cauſas, aut quali-
5 tates, † & quantitates cauſarum. *Ang.conſ.138.*
viſis omnibus ſupradictis n.1. ſi enim in reſcri-
pto ſint verba alterantia, augentia, vel minuen-
tia iuriſdictionem ordinariam, faciunt Iudicem
delegatum, non autem dicitur excitatio iuriſdi-
ctionis.

ctionis. † *Anchar. in c. licet in fin. de offic. ordin. Boer. decis. 151. num. 5. Additio. ad Matthesil. sing. 89. nu. 2. Granut. theorem. 21. n. 3. Lanfran. decis. 49.*

Eo magis, quia satis apparet de limitata dele-
7 gatione cum adsint verba, videlicet, † quæ sunt
restrictiua, & declaratiua. *Bart. in l. quæsitum §. si quis fundum. n. 15. q. 3. col. vlt. vers. aut fuit facta enumeratio. ff. de fund. instr. Bald. in repet. l. cum mulier col. antipen. in princ. vers. tertio modo ponitur. ff. solut. matrim. Socc. cons. 41. in præsenti consultatione. n. 36. col. fi. ad fi. lib. 4. Paris. cons. 85*
8 *olim ser candidus. n. 47. col. 6. lib. 2.* Et in † specie
delegationis, quando adsunt huiusmodi verba restrictiua, quòd sit facta delegatio, concludit *Becc. cons. 21. col. 5. n. 19. vers. id quod etiam confirmatur*. Quæ quidem multo magis procedunt in casu de quo agimus, cum appareat fuisse processum in vim commissionis prædictæ, cuius vigore fuit declaratus Iudex competens, & alia sint facta de quibus in processu, quæ magis ostendunt delegationem prædictam; eamque multo magis dicendum est adesse, quia ex forma litterarum appareat, quòd delegans voluit facere
9 delegatum, cum vsus fuerit verbo † cõmittimus,
vel delegamus. *Card. in c. licet. de offic. ord. col. 1. q. 6. Granut. theor. 21. num. 5. & 8. post Curt. in l.*
10 *mandata. n. 5. de offic. eius.* Quamuis † quo ad ver
bum committimus, dicat esse cogitãdum. *Felin. in d. c. licet. col. 2. vers. sed vt dixi tenendo. sub n. 3 de off. ord.* propter auctoritatem *Matthesi. sing. 89. in princ.* & rationes ibi per eum allegatas.

Accedat, quod cum delegans iam apposuisset manus in causis inter dictas partes vertentibus etiam decidendo vnum caput ex illis, vt in decreto de quo in actis, & postea limitate vt diximus, delegauerit articulum super medietate dictæ locationis; satis ex hoc colligitur, quòd illum simpliciter voluit dare in mandatis, cum facile ex-
11 pressisset de alijs si voluisset. † vnde cum non ex-
presserit dicendum est neque voluisse. *l. 1. §. fin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. Socc. cons. 9. viso n. 7. lib. 3. Aym. consil. 288. col. 3. vers. præ-*
12 *terea. sub num. 3.* † & in specie rescripti ita argu
mentatur *Afflict. decis. 306. in pleno. n. 6.* & post *Anchar. consil. 207. in quæstione col. 1. num. 4. & Vant. de nullit. process. ex defe. iurisd. deleg. nu. 91.* ita concludit *Becc. cons. 21. n. 37. & 38.* subdens, quòd verba rescriptorum non debent censeri op
13 posita sine virtute † aliquid operandi, prout est
in casu de quo agimus, propter illas dictiones limitatiuas vt diximus. *Bal. in rubr. C. de contrah. empt. q. 9. Dec. cons. 283. n. 2.* & ita in verbis rescriptorum, quod illa debeamus interpretari nè
14 sint superflua †, dicit *Rum. cons. 100. dubium. n. 6. lib. 1. Rolan. cons. 61. n. 17. lib. 3.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Verba, dantes vices nostras, posita in delegatione nihil addunt.*

¶ N. 10. *post verb.* per eum allegatas.

Prout quando in delegatione adsunt verba
1 dantes vices nostras, † quæ nihil addunt, quasi
Delegatus personam Delegantis ipso iure sustineat, & possit idem quod delegans. *Menoc. cons. 180. n. 5. lib. 2. post B. ff. de Princip. & eius priuil. n. 89. Asin. in prax. iudicior. §. 3. c. 3. n. 6.*

EPITOME.

Mulier an possit constituere procuratorem ad lites, sine solemnitatibus statutarijs, & quando huiusmodi exceptio nullitatis mandati possit opponi. [Actor ad lites an constituatur per mulierem sine decreto Iudicis. [Statutum prohibens mulierem contrahere sine solemnitatibus, an comprehendat contractum procuratoris constituti per eam cum dictis solemnitatibus.

SVMMARIVM.

1 *Mulier potest constituere procuratorem ad negotia sine solemnitatibus requisitis, & n. 3. et 4.*
2 *Mulier in sibi vtilitatem afferentibus potest contrahere sine solemnitatibus. & n. 11. & 12.*
5 *Mulier sicut non potest alienare, ita nec rem in iudicium deducere, & n. 9.*
6 *Defectus solemnitatis potest opponi contra mandatum, quando non est adhuc sententia lata pro muliere. & n. 7.*
10 *De contractibus ad iudicia arguitur.*
14 *Statutum est stricte interpretandum.*
15 *Statuti ratio, quando est generalis ad quasi contractus, ad illos porrigitur etiam quòd loquatur solum de contractibus.*
16 *Mulier prohibita obligari per statutum neque poterit quasi contrahere.*
17 *Mulier effectualiter videtur litigare, ex quo procurator ipsius nomine agit.*
18 *Mandata etiam ad lites fiunt ex consuetudine cum consensu propinquorum.*
19 *Ab obseruantia subsecuta non est recedendum.*
20 *Actor ad lites constituitur per mulierem sine solemnitatibus & decreto iudicis, contrarium num. 21.*
22 *Actoria, quæ dependet à tutela valida, & facta seruatis seruandis, sumit robur ab ea, & censetur legitimè facta.*
23 *Statutum prohibens mulierem contrahere sine consensu propinquorum non infringit contractum factum per procuratorem mulieris sine dicto consensu, si in actu procuratoris interuenit solemnitas propinquorum.*
24 *Solemnitas interposita super aliquo contractu, videtur interposita super eo, qui sequitur ex illo, quasi sumat robur à præcedenti.*

Decisio XLV.

IN causa inter D. Duratiuam, & Porfidam de Asculo, dubitabatur de viribus mandati, quasi facti per mulierem sine solemnitatibus requisitis in Constitutione Marchiæ: Et pro illius validitate est *cons. Ang. 317. incip. statu-*
1 *tum, quod mulier. in fi. versic. item non posset;* † vbi
conclu-

concludit, quod mulier poteſt conſtituere procuratorem ad negotia, & iudicia ſine ſolemnitatibus à iure requiſitis; cum principaliter ad ſuam
2 vtilitatem, & commodum conſtituat,† prout regulariter mulier in ſibi vtilitatem afferentibus, poteſt ſine dictis ſolemnitatibus contrahere. *Bald. in l. neque. C. de contrah. ſtipulat. Iaſ. in l. contra iuris. in princ. n. 7. ff. de pact.*

3 Contrarium tamen videbatur dicendum, † quod immo defectus dictarum ſolemnitatum obſit huiuſmodi mandato; tum ob generalitatem d. Con
4 ſtitutionis; tum etiam, quia † quemadmodum
5 ſine illis mulier non poſſet alienare,† ita nec rem in iudicium deducere. *l. aut prator. §. 1. de iure deliber.* prout in ſpecie ita cõcludit *Caſtr. conſ. 119. videtur dicendum ſuper primo puncto in fi. lib. 2.*
6 vbi diſtinguit, quòd † ſi ſententia non eſt adhuc lata pro muliere, poſſet opponi contra mandatum defectus d. ſolemnitatis; licet huiuſmodi exceptio non poſſet opponi, quando ſententia eſt
7 lata ad fauorem ipſius,† per quam ſolam poterit de d. exceptione dici, ſi contra ipſam ſententia fertur, non quando per partem aduerſam opponitur, ſi feratur pro muliere. *arg. l. non eo minus. 14. C. de procurat. Caſtr. d. conſil. 119. col. 1. nu. 2. verſ. quantum ad ſecũdum punctum. lib. 2.* prout erat in caſu de quo agebamus: & Caſtrenſem ſequitur *Tiraq. de legib. connub. gloſ. 8. n. 75. verſ. is quoque adſtipulatur. & nu. 61. cum ſeqq. fol. 363. & gloſ. 5. n. 116. fol. 308.* vbi an habeat locum ſta
8 tutum,† in quaſi contractu. & *d. gloſ. 5. n. 207. q. 21. fol. 319.* vbi late diſputat, quando mulier pro-
9 hibita contrahere poſſet ſine conſenſu † viri litigare; & concludit, quòd non poteſt actiones exercere, cum prohibita ſit alienare per *d. l. aut*
10 *prator §. 1. de iur. deliber.* cum de † contractibus ad iudicia arguatur. & ita etiam tenet *Boerac. ad conſtit. March. vt minorum. gloſ. 8. n. 16.*

Neque obſtant, quæ dicebantur de muliere, quòd poſſit ad ſui commodum ſine dictis ſolemnitatibus contrahere; quia ſecus eſt quando per
11 ſtatutũ datur †. ſolemnitas pro forma; tunc enim non conſideratur vtilitas mulieris. *Roland. conſ. 54. n. 45. lib. 2. Felin. in c. cauſam. col. antepen. de iudic. Bald. in l. fi. col. 7. §. neceſſitatem. C. de bon.*
12 *qua liber.* Et quatenus dicta vtilitas † eſſet conſiderabilis, intelligeretur de euidenti. *Dec. conſil. 332. col. 2. Tiraq. de legib. connub. gloſſ. 8. n. 89.*

Eurardus tamen *in locis legalibus, in loco à contractibus ad quaſi contractus. ad fi.* tenet, quod
13 non † obſtante ſtatuto requirente ſolemnitates in contractibus, mulier ſine illis poterit eſſe in iudicio, in quo quaſi contrahitur, cum ſtatutum
14 ſit ſtricte † interpretandum; prout etiam videtur tenere *Lupus Hiſpanus, in rubr. de donat. int. vir. & uxor. §. 68. col. 6. n. 16. verſ. & per hoc tollitur*; vbi poſt *Bart. in l. apud Iulianum §. fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.* dicit, quòd ſtante ſtatuto, quòd mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum, poterit ſine illis eſſe in iudicio, & procuratorem conſtituere.

Non tamen videtur eſſe recedendum à ſupra
15 firmatis;† quia quando ratio ſtatuti eſt generalis ad quaſi contractus, prout eſt conſtitutio, de qua agimus, prohibebitur etiam quaſi contrahere, vt dicit *Campeg. de dote. p. 5. q. 107.* Maxime quia non ſimpliciter eſt prohibitus contractus in caſu noſtro, ſine conſenſu propinquorum; ſed prohibetur mulier obligari; tunc enim neque ſine d. conſenſu poterit quaſi contrahere; vt per *Matthęſil. not. 167. nota quòd eſt differentia. & ibi additio.* Et ita diſtinguit *Lupus in d. rubr. de donatio. int. vir. & uxor. §. 68. col. 6. n. 16. verſ. & per hoc tollitur; vbi ſub n. 17.* & latius *nu. 20. fol. 179.* ampliat, habere locum, non ſolum quando
16 mulier per ſe litigat † in iudicio, ſed etiam quando litigat per procuratorem conſtitutum per ſe
17 ſolam; † effectualiter enim videtur litigare, ex quo procurator nomine mulieris litigat, cum ipſa in effectu agat. *arg. l. apud Iulianum. §. contractum. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.* Nihil tamen quo ad prædicta fuit concluſum, cum poſtea fuerit productum mandatum cum omnibus ſolemnitatibus requiſitis, prout etiam in tota Prouincia
18 Marchiæ conſuetum eſt fieri,† vt omnia mandata, etiam ad lites, & cauſas fiant cum conſenſu propinquorum, & alijs requiſitis per ſtatuta locorum, vel in defectum illorum per Conſtitutionem Marchiæ; Quæ quidem conſuetudo eſt attendenda in huiuſmodi mandatis, propter d. obſeruantiam ſubſecutam, cum non ſint mutan-
19 da † quæ ſemper certam interpretationem habuerunt. *l. minime de legib. cap. cum dilectus. de conſuetud.* nec facile diſcedi debet ab eo, quod diu viſum eſt æquum. *arg. l. in rebus. de Conſtit. princip. &* quia aliàs ſic practicatum extitit. *Lupus alleg. 52.* & non eſt recedendum à communi obſeruantia. *Alex. conſ. 28. viſo libello colum. 4. volum. 1. Caſſan. ſuper conſuet. Burg. tit. de conſiſcat. ſi l. in princip. num. 18. fol. 350.* & in opinionibus Doctorum tenentium diuerſas ſententias illam debemus amplecti, quam communis obſeruantia recepit, non obſtante iuris communis diſpoſitione. *Cephal. conſ. 31. nu. 31. lib. 3. Ludo. concluſ. 38. illat. 26.*

Non obſtant, quæ opponebantur de actore ad
20 olites, qui conſtituitur per mulierem ſine † ſolemnitatibus, & decreto Iudicis, vt per *Doctores in l. neque Tutores. C. de procurator. Roland. conſil. 49. nu. 17. lib. 3. Soccin. conſ. 112. num. 16. lib. 1.* Quia omiſſo, quod ſecundum alios, etiam in conſtitutione actoris requiritur decretum, & Iu
21 dicis † auctoritas. *Ang. in §. fi. col. 2. verſ. & aduertas. & verſic. an actor pupilli, inſtitut. de Curator. & in §. præterea. colum. 24. inſtitut. de except. Bart. in l. actor. in princip. ff. rem ratam habe. Aret. conſ. 29. colum. 4.* Reſpondetur, prædi-
22 cta procedere † in actoria, quæ dependet à tutela, quæ ſi eſt valida, & facta ſeruatis ſeruandis; etiã ipſa conſtitutio actoriæ cenſetur legitimè facta. vt poſt *Bald.* per eum allegatum concludit, & arguit *Roland. conſil. 49. num. 17. lib. 3.* Ideo
23 dicitur, quòd ſtatutum prohibens † mulierem contrahere ſine conſenſu propinquorum, non videtur infringere contractum factum per procuratorem mulieris contrahentem ſine d. conſen-

ſu

su propinquorum; si tamen in cōtractu illo procuratoris constituti interuenit consensus propinquorum; quia quando procurator contraxit, videtur satisfactum statuto, cum in mandato illi procuratori dato ad talem actum faciendum, interuenerit consensus propinquorum, qui debet sufficere, ac si ipse actus fuisset à muliere celebratus cum d. consensu. Nam regulariter
24 † solemnitas interposita super aliquo contractu, videtur interposita super omni contractu,
qui sequitur ex illo; quasi sumat robur à praecedenti, quae dirigitur in illam, vt per multa concludit *Alexan. consil. 189. viso statuto. lib. 7.* post *Ang. in l. apud Iulianum. §. fin. ff. quib. ex caus. in possessio. eatur.* cum alijs ibi per eum adductis. Quae quidem, vt dixi, non faciunt ad casum nostrum, cum ex supra allegatis satis constet de rationibus, ob quas in mandato ad lites per mulierē faciendo requiruntur solemnitates requisitae per statutum, seu Cōstitutionem de qua agimus.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Inductum in fauorem non debet in odium retorqueri.*
2 *Mulier contrahens per procuratorem tenetur seruare solemnitates statuti.*
3 *Mandatum factum per mulierem requirit consensum propinquorum.*
4 *Procurator constitutus cum solemnitatibus ad vendendum rem ecclesiae potest valide postea sine illis contrahere. Declarat. vt n. 5.*
6 *Mulier forensis faciens mandatum ad ratificandum debet seruare solemnitates loci vbi procurator ratificat. n. 7. & 8.*
9 *Mulier patrona constituens procuratorem ad praesentandum non tenetur seruare solemnitates statuti.*
10 *Vacatio Ecclesiae non debet permitti.*

¶ N. 2. *post verba.* ff. de pact.

Idem, sequitur *Ias. in l. more. col. 5. de acquir.*
1 *haered. Bertazol. claus. 7. glos. 19. n. 32.* † ob illam
rationem, ne quod inductum est in fauorem mulieris, in eius damnum retorqueatur. *l. quod fauore. C. de legib.*

¶ N. 17. *post verba.* ff. ex quib. caus. in poss. eat.

Ideo etiam mulier contrahens per procurato
2 rem tenetur seruare solemnitates statuti † *Ias.*
in l. 1. §. item acquirimus. n. 16. col. 12. in fi. versic. quarto pro ista parte. de acquir. possess. Paris. cons. 98. n. 46. lib. 1. Bertazol. qui de magis communi *claus. 7. glos. 19. n. 7.*

¶ N. 19. *post verba.* conclus. 38. illat. 26.

Et de huiusmodi praxi testatur *Lambertin. de* Decis. Marchiae.

tur. patronat. artic. 9. q. 4. princip. lib. 2. par. 1.
3 *n. 4. in fi. fol. 34.* † Vbi quod inoleuit practica,
vt in mandatis expediendis per mulieres requiratur consensus propinquorum, & ibi etiam citat *Christophorum Albericum Papiens. in suo tract. Padua edito. quod mulier non poss. contrah. sin. cons. propinq.* quem posuit *in l. transactionem. limit. 19. C. de transact. post Bauer. Aret. & alios ibi per eum allegatos,* qui omnes concludunt, quod mulier, aut minor, vt possit constituere procuratorem, debet adhibere consensum proximiorum.

¶ N. 24. *post verb.* cum alijs ibi per eum adductis.

Quidquid contrarium dicat *Soccin. cons. 112. col penul. in fin. nu. 17. lib. 1. & consil. 172. lib. 2.* Quia contra eum est verior opinio, vt testatur
4 *Bertazol. claus. 7. glos. 19. n. 10.* † Exemplo procu
ratoris constituti cum solemnitatibus ad vendendam rem ecclesiasticam, non enim erit necessaria alia solemnitas in contractu, quem procurator facit. *Feder. consil. 100. col. 3. Bald. in l. per retentionem. ad med. vers. solutio. C. de vsur. Afflict. decis. 285. num. 21.* Dummodo tamen non fuerit constitutus simpliciter, & generaliter ad contrahendum cum solemnitatibus, nam in particularibus contractibus esset necessaria solem-
5 nitas, † Tunc enim non esset satisfactum statuto
quod exigit huiusmodi solemnitatem, vt appareat de vtilitate mulieris, de qua non potest constare, nisi adhibeatur plena discussio in singulis speciebus, & contractibus. *Socc. in l. 1. §. item acquirimus. col. 3. in fi. concl. 8. n. 19. de acquir. possess. Alciat. Tiraq. & alij, de quibus per Bertaz. claus. 7. gloss. 19. n. 10. in fin.*

¶ d. N. 24. in fin. *post verb.* seu constitutionem de qua agimus.

Amplius mulier forensis faciens mandatum
ad ratificandum in Ciuitate Anconae in constitu
6 tione procuratoris † debet seruare statutū eius-
dem Ciuitatis. *lib. 2. c. 43. de contract. mulier.* per quod disponitur, vt in quolibet contractu mulieres debeant contrahere cū consensu viri, & duorum consanguineorum proximiorum sub poena nullitatis, ob illam rationem, quia in respicientibus formam, & solemnitatem forenses debent seruare Statuta loci, in quo contractus celebratur. *Bart. in l. si fundus. de euiction. Osasc. decis.*
7 *114.* † & ita in specie resoluit *Rot. coram R. P.*
D. Oran. romana fideicommissi de Vrsinis. 11. Ianuar. & 15. Martij. 1585. & coram R. P. D. Peña. Perus. executionis. 17. Nouembris. 1597. Vbi quod maximè procedit in constitutione procuratoris facta per mulierem non solum ad li-
8 tes, † sed ad actus, in quibus potest laedi, tunc
enim etiam in constitutione procuratoris requiruntur solemnitates, quae in ipso actu. *Put. decis. 162. fuit dubitatum. lib. 1.*

Quibus adde, quod quidquid fit in cōstitutio-

ne procuratoris in casibus supra allegatis, Aliud
9 dicendum esset, †quando mulier patrona constitueret procuratorem ad præsentandum, tunc enim huiusmodi statuta requirentia consensum propinquorum non haberent locum, & valeret mandatum etiam sine dicto consensu, cum simus in materia annexa spiritualitati, & sit contrahēdum cum clerico prȩsentando, magis quam cum procuratore, & versemur in creando Rectorem Ecclesiæ, quæ omnia sunt sub foro Ecclesiastico *c. quāto de iudic. c. cū iurc. de iure patro.* Cū præ-
10 sertim in hoc versetur fauor Ecclesiæ, † ne diutius vacatio extendatur tanquam periculosa, prout in terminis hāc esse veriorem opinionem concludit *Lambertin. de iur. patronat. art. 9. q. 4. p. 1. lib. 2. n. 6. fol. 34.*

EPITOME.

Tutores, & Curatores eorumque hæredes, quando teneantur ad reddendum rationem de administratis, & an præsumatur reddita ratio ex taciturnitate longi temporis, & per quas coniecturas censeatur solutio facta, & ratio reddita. An teneantur ad interesse: & quid in procuratore ad exigendum non restituente pecunias exactas.

SVMMARIVM.

1 *Redditio rationis tutelæ adstringit etiam hæredē.*
2 *Tutor, et curator tenentur reddere rationem administrationis etiam post viginti annos. Intellige. vt n. 4.*
5 *Administratores omnes tenētur rationē reddere.*
6 *Ex taciturnitate lōgi temporis præsumitur hinc inde reddita ratio.* Contrarium *n. 9.*
8 *Redditio rationis inter socios petitur actione pro socio, cui non præscribitur nisi triginta annis.*
10 *Solutio probatur per coniecturas, inter quas est illa quæ resultat ex diuturnitate temporis.*
11 *Redditio rationis tutelæ durat spatio triginta annorum.*
12 *Propter ius sanguinis, & diuturnitatem temporis videtur reddita ratio administrationis, & facta solutio. Intellige. vt nu. 13.*
14 *In defectum d. rationis sæpius calculatæ subrogatur alia præsumptio per quam dicitur probari redditio rationis.*
15 *Diuisionis præsumptio plus operatur, quām si esset sæpius reddita ratio.*

Decisio XLVI.

1 Redditio rationis † tutelæ adstringit etiā hæredem. *l. 3. §. hac autem actio. de neg. gest. Rom. cons. 413. quoad primum. in princ.* Vnde nihil refert, quod contra tutorem non fuerit actum, & quod contra hæredem agatur. *Dec. cons. 110. n. 9. in fi. Rolan. cons. 49. n. 14. lib. 1.* Prout neque longum tempus elapsum, cum
2 tutor, † & curator teneantur reddere rationem administrationis, etiam post viginti annos vsque ad triginta, vt post *Doctores in l. maximè 30. de administr. tutor.* dicit *Roland. consil. 49. nu. 15. lib. 1. Brogni. de tutore. num. 202. cum seq. Iacob. Macb. patroci. 18. num. 7. Guter. de contract. lib. iurat. cap. 40. tit. de tutor. & curator. num. 18.* Et est *text. in l. tutores. 8. C. arbitr. tutelæ. l. neque. C. quib. non obst. long. temp. præscript.* Im-
3 mo tutor rationem tenetur reddere † non requisitus. *Roland. d. cons. 49. num. 16.* Licet hoc ve-
4 rum sit quando terminus statutus † esset pro d. ratione reddenda; vt declarat *Soccin. consil. 92. num. 17. col. 4. in princip. lib. 4. post gloss. in clem. quia contingit. in verb. annis singulis*, quam ibi omnes sequuntur. *de religios. domib.* Et genera-
5 liter id verum est in omnibus † administratoribus, vt rationem reddere teneantur; prout late illos recenset *Menoc. de arbit. casu 209. lib. 2. cent. 3. Gabr. cons. 148. lib. 1.*

Non obstat, quod in casu de quo agebamus ex taciturnitate tāti temporis præsumatur hinc
6 inde reddita † ratio; cum non sit credendum, quod tamdiu tacuissent. *Balb. de præscriptio. 2. p. 3. par. principalis. num. 41.* vbi inquit, ita consuluisse per text. *in l. procula. de probat. & per consil. Castrens. 93. non sequendo ordinem. post med. num. 2. aliàs 126. lib. 2. Corn. cons. 277. col. 2. vers. ideo non esset. vol. 4. Simon de Pret. cons. 112. num. 16. Cephal. consil. 240. num. 8. lib. 2.* Maxime in sanguine coniunctis. *l. procula. de probatio. Menoch. de arbit. casu 88.*

7 Quia respondetur, quod Balbus † ibi loquitur, quando erat iam facta diuisio inter fratres; vnde cum per longum tempus decem annorum, & vltra steterint diuisi, & separati, & quilibet habuit rem suam, & eorum partem, sequitur, quòd etiam est probata præsumptiuè redditio rationis, quæ est præambula diuisionis, vel esse consueuit, & sine qua raro fieri solet diuisio. ita declarat idem *Balbus in d. tract. de præscriptio. 2. p. 3. part. princ. n. 43.* & ita loquitur *Castr. d. cons. 126 ad fin.* quod non est in casu, de quo agimus, cum nullibī de diuisione appareat.

8 Præterea dicta opinio *Castrens.* non † debet admitti. Ratio est; quia inter socios redditio rationis petitur actione pro socio, finita societate. *l. quadam. ff. de edend.* at actioni pro socio non præscribitur, nisi spatio triginta annorum. *l. si-
9 cut in rem. C. de præscriptio. trig. ann.* † Vnde nō est dicendum, quod socij post viginti annos non teneantur reddere rationem. Ita contra *Castr.* cōcludit *Bero. cons. 191. n. 39. lib. 1. Masc. de prob. concl. 1256. nu. 9* 10. & 11. Prout etiam in casu, de quo agimus d. temporis diuturnitas non obstabit, quo minus possit peti redditio rationis cōtra hæredes tutoris, cum duret vsque ad triginta annos; vt per *Rolan. Guter.* & alios supra allegatos, & per *text. in d. l. tutores. C. arbit. tutor.*

10 Non obstat, quod solutio † probetur per coniecturas, & præsumptiones, inter quas est illa, quæ resultat ex diuturnitate temporis. *Dec. cons. 596. n. 8. Aym. cons. 158. n. 12. Affl. decis. 13. n. 21.* Maxime quando cum diuturnitate temporis cōcurrit silentium, & taciturnitas. *Alex. cons. 122. col. fi. lib. 6.* late *Bertaz. cons. ciuili. 118. n. 6. Menoch. lib. 3. præsumpt. 125.*

Quia respondetur, quod nos non loquimur in

solu-

solutione, sed in redditione rationis, quæ cum possit peti vsque ad triginta annos, non mirum si ante lapsum d. temporis non possit dici probata redditio rationis, secus si iam fuisset probata redditio rationis, in qua fiesset condemnatus tutor, puta, ad centum, & elapsi essent viginti anni, tunc ob dicti temporis diuturnitatem, cum præfato silētio præsumeretur forsan per d. coniecturas probata solutio: Non sic in casu nostro, cum non constet de rationis redditione, quæ tanquā
11 priuilegiata † durat vsque ad triginta annos. *d. l. tutores. C. arb. tutel.* cum alijs supra allegatis.

Non obstat, quod licet non simus in casu, in quo nō sit lapsum tantum tempus, vt sufficiat ad præscriptionem; Tamen ex alio videtur reddita
12 ratio administrationis, & facta solutio † propter ius sanguinis, & diuturnitatem temporis viginti annorum; quæ quidem sufficiunt ad probandum prædicta. per *tex. in l. procula. ff. de probatio.* cum alijs per *Mascar. eod. tit. concl.* 1318. *n.* 27.

Quia respondetur non sufficere de coniūctio-
13 nem † sanguinis, & diuturnitatem temporis; cū etiam tertio requiratur multiplicata copulatio rationis, de qua in casu nostro nō apparet; prout ab omnibus ita intelligi tex. in *d. l. procula dicit Ias. in l. quæ dotis. n.* 18. *ff. solut. matrim. & in consil.* 193. *lib.* 2. *Afflict. decis.* 13. *nu.* 12. *Soccin. Iun. cons.* 128. *n.* 108. *lib.* 1. *Neuiz. cons.* 57. *n.* 6. *Rom. cons.* 517. *n.* 15. *Alex. cons.* 46. *visis, & accurate in fi. lib.* 1. *& ibi Apost. in verb. siue tertio. Tiraquel. de præscript. glos.* 4. *§. t. vers.* 8. *istis annectendus. ibi verum illa Baldi doctrina. &* de communi testatur *Mascard. de probatio. conclus.* 554. *n.* 41. *& concl.* 137 *n.* 10. *vsque ad n.* 15.

Verum esset, quod si deficeret d. ratio sæpius
14 calculata; Tamen si aliqua præsumptio † adesset, puta, diuisio; tunc illa subrogaretur in locum cal-
15 culatæ rationis: Immo † plus operaretur, quàm si esset sæpius reddita ratio; vt post *Dec. consil.* 266. *non excedit à memoria. col.* 3. *n.* 5. concludit *Grammat. decis.* 103. *n.* 39. *ad fin.*

Ex prædictis sentiebā hæredes q. Saluati Billacquæ de Sancto Ginesio teneri ad reddendam rationem administrationis tutelæ; ideo confirmandam esse sententiam D. Iudicis, & concedendum mandatum de immittendo in possessionem bonorum tutoris pro summa in prima sententia contenta; prout postea fuit conclusum, die 15. Martij 1595. ad fauorem D. Vincentij Billacquæ.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Tutores, & eorum hæredes non præscribunt spatio triginta annorum actioni ad reddendum rationem tutelæ.*

2 *Statutum vt lapsis tot annis creditor non audiatur, non valet stante mala fide.*

3 *Maritus non petendo vsuras dotales per decennium, an videatur illas remisisse, vel requirantur triginta anni. n.* 4. 5. *& 6. Et quid in hæredibus ipsius. num.* 7.

Decis. Marchiæ.

8 *Vsura debita ex titulo lucratiuo censentur remissa si non petantur per decennium, secus in interesse ex causa onerum matrimonij.*

9 *Diuisio probatur ex possessione cum fructuum perceptione, si accedat sustentatio onerum, & spatium decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes.*

¶ N. 5. *post verb.* Gabr. cons. 148. lib. 1.

Amplius neque tutor, aut eius hæres præscri-
1 bit spatio triginta annorum actioni ad reddendum rationem tutelæ, † quasi videatur esse in mala fide, cum habeat in manibus inuentarium, & libros rationum, ex quibus potest facile habere scientiam rei alienæ, vt late concludit *Surd. consil.* 296. *per tot.* dixi *c.* 52. *discept. forens.* vbi etiam
2 quod non obstabit statutum disponens, † vt lapsis quindecim annis continuis creditor non audiatur, & ipso iure, & facto sit statim exclusa omnis obligatio, iuxta decisionem *Rot. coram R. P. D. Gypso. auximan. tutela.* 23. *Ianuar.* 1593. *cum alijs in d. c.* 52. *allegatis.*

¶ N. 10. ad med. *post illa verb.* præsumpt. 125.

Ideo dicimus maritum, qui longo tempore tacuit non petendo vsuras dotales, videri illas
3 remisisse, † ita vt excludatur ab illarum petitione *l. cum quidam. §. diuus de vsur. Bald. cons.* 464. *post biennium. lib.* 3. *Ias. in §. fuerat. nu.* 20. *col.* 5. *ad med. vers. suprascripta omnia. instit. de action.* qui licet contrarium sequatur, tamen dicit singularissimum, & supra omnium æstimationem, & litteris aureis scribendum, quia vtile, & quotidianum. *Alex. consil.* 74. *viso titulo quæstionis. col.* 2. *vers. secundo principaliter. nu.* 8. *lib.* 5. *Ceph.*
4 *cons.* 85. *n.* 13. † Quod magis est in casu nostro, cum simus in spatio viginti annorum; & tamen in marito dicunt Doctores sufficere cursum decennalem. *l. vir vsura. vbi glos. de donat. int. vir. & vxor. Roman. consil.* 517. *in casu proposito. col.* 6. *num.* 14. *vers. secundo tamen. Alex. cons.* 56. *in præsenti consultatione. n.* 6. *col.* 1. *in fin. vers. sed an alimenta lib.* 4.

¶ N. 11. *post verb.* cum alijs supra allegatis.

Nec facit quod dicebatur de marito, Quia verior est opinio, neque in eo sufficere cursum decem annorum, vt excludatur à petitione vsu-
5 rarum dotalium, † quæ siue debeantur iure actionis, siue officio iudicis, non tolluntur nisi spatio triginta annorum; Etenim dispositio *d. l. cum quidam. §. diuus. de vsur.* inducens præsumptionem tacitæ remissionis ob cursum decem annorum non sufficientis ad præscribendum, procedit in vsuris odiosis: quod non est in casu nostro, cū non tractetur de lucro, prout neque in marito. *Aret. in §. fuerat. n.* 9. *institut. action. Bart. in l. qua dotis. nu.* 4. *solut. matrim. Surd. de alim. tit.* 1.
6 *q.* 41. *n.* 94. *&* 95. † vbi etiam late disputat, & concludit

cludit in marito requiri tẽpus triginta annorũ
cum *Bald.*& alij exaduerso allegati contrarium
tenentes non sint approbati. *Lup. in cap. per ve-
stras. in 3. notab. §. 1. in fi. col. 2. vers. ad idem facit
& vers. communiter tamen. fol. 311. de donat. int.
vir. & uxor. Natt. cons. 495. n. 3. Osasc. decis. 132.*
7 *per tot.* Vbi intelligit viuente viro,† secus in hæ-
redibus ipsius. *Rol. cons. 65. lib. 4.* qui ita iudica-
uit cum *Becc.* in Senatu Montisferrati consulen-
te *Surd.* vt ipse testatur *de alim. tit. 1. q. 42. n. 110.
& 121. Aret. Dec. Grammat. & alij, de quibus per
Mandos. ad Rom. cons. 517. in verb. consilium.*
& est decisio *Rot. coram R. P. D. Oran. Roman.*
8 *fructuum dotis de* Cesis. 19. *Octobris.* 1594. † Vbi
quod vsuræ debitæ ex titulo lucratiuo censentur
remissæ spatio decem annorum, cum secus sit in
interesse debito ex causa onerum matrimonij.
late *Surd. cons. 290. n. 13. lib. 2.*

¶ N. 13. in fin. *post verb.* vsque ad n. 105.

Alexan. cons. 56. col. vlt. lib. 4. Ias. in §. fuerat. n. 21. instit de action. Rot. coram R. P. D. Oran. Rom. fructuum de Cesis. 19. Octobris. 1594.

¶ N. 15. in princ. *post verb.* decis. 103. n. 39. ad fi.

Ideo etiam ex possessione cum perceptione
9 fructuum probabitur diuisio, † quando accedit
onerum sustentatio. *gloss. in l. penult. in verb. si
maior. C. comm. diuid.* Intelligendo in exactione
longi temporis spatio decem annorũ inter præ-
sentes, & viginti inter absentes. *Menoc. præsum.
60. n. 31. lib. 3.* & fuit decisum *per Rot. coram Car
din. Seraphin. Romana de reditijs. 7. Iunij.* 1599.
& ita loquitur *glos. in d. l. penult. arg. tex. in l. cum
de in rem uerso. de vsur. l. 1. §. fin. de aqu. pluu.
arc. l. minus. C. de acquir. possess.*

EPITOME.

De vxore relicta vsufructuaria quando possit petere legatum vsusfructus, & dotem. Vsufructuarius an teneatur ad solutionem æris alieni: & quid stantib. clausulis generalibus quòd totum onus d. solutionis ad eum spectet.

SVMMARIVM.

1 *Dos consideratur vt æs alienum.*
2 *Vsufructuarius omnium bonorum non tenetur ad dotis solutionem de solo vsufructu.*
3 *Vxor relicta vsufructuaria potest petere dotem, & legatum vsusfructus.*
4 *Legatum vsusfructus non censetur factum animo compensandi cum dote.*
5 *Compensatio non fit de quantitate ad speciem.*
6 *Legatum de dote valet, cum plenius sit quàm actio de dote.*
7 *Testator præsumitur se conformare secundum leges.*
8 *Dos est detrahenda de bonis hæreditarijs non de vsufructu.*
9 *Legatum non debet afferre damnum, sed lucrũ.*
10 *Testamenti verba sunt attendenda.*
11 *Dispositio generalis nihil intactum relinquit. Fallit vt n. 12. 13. & 14.*
15 *Si testator disponit soluenda esse debita per vsufructuarium, intelligitur procuratorio nomine proprietarij.*
16 *Vsufructuarius omnium bonorum nullum habens cohæredem, censetur etiam institutus in proprietate.*
17 *Verba debent aliquid operari. Intellige vt n. 18.*
19 *Et satis operantur cum tollunt dubitationem.*
20 *Conditionis natura est vt se habeat ad esse, vel non esse.*
21 *Conditionis verba generalia restringuntur per coniecturatam mentem testatoris.*
22 *Ex quantitate rei legatæ interpretamur onus à testatore iniunctum.*
23 *Solutio facta per debitorem cedit in duriorem causam, secus quando summa soluta erat magis proportionata debito ex causa minus graui.*
24 *Dictio totum comprehẽdit quomodocũque possit.*
25 *Clausula generalis restringitur ad rem seu causam expressam.*
26 *Clausula in fine vnius dispositionis refertur solum ad eam, & non ad alia capitula.*
27 *Clausula generalis refertur ad ea, ad quæ congruè adaptari potest.*
28 *Legatum non potest pro parte acceptari, & pro parte non.*
29 *Mulier vidua potest in dote sua sibi præiudicare, legatum acceptando.*
30 *Dos si non est specialiter priuilegiata, comprehenditur in generali dispositione.*
31 *Inducta ad vnum finem non debent contrarium operari.*
32 *Ob particulares solutiones non debet quis damnum sentire.*
33 *Legatario acceptante legatum cum onere, est locus compensationi etiã de specie ad quantitatẽ.*
34 *Pluralis locutio non debet esse contenta de vno.*
35. *Resoluitur tamẽ aliquãdo etiã in singularitatẽ.*

Decisio XLVII.

FRuctus bonorum, de quibus agebatur in
causa inter D. Vincentium Bertozzum, &
D. Margaritã Amianam de Fano, conclu-
sum fuit non debere cedere in extinctionem cre-
diti dotis D. Margaritæ hæredis vsufructuariæ.
1 Cum enim dos consideretur, † vt æs alienum
*Bal. in l. papinianus. §. vnde si quis. ff. de inoffi. te-
stam. Tiraq. in l. si vnquam in verb. susceperit libe
ros. n. 114. C. de reuoc. donat.* debet deduci de om-
nibus rebus hæreditarijs; itaut vsufructuarius
2 omnium bonorũ ad illius solutionẽ † de solo vsu-
fructu non teneatur. *l. vsufructu bonorũ. 69. ff. ad
l. falc. Alex. in l. si filiofam. §. si vir in quinquen.
col. 3. in fi. n. 14.* vbi testatur de cõi contra *Bar. ff.
solu. matr. Dec. cons. 536. in causa quæ agitur. col.
pen. vers. septimo obijcitur. n. 13. et cons. 588. testa-
tor reliquit.* vbi dicit hanc opinionem commu-
nem, & ab ea non esse in iudicando recedendũ.
Aym. cons. 185. in princ. Couar. qui etiam de com
muni, *var. resolut. lib. 2. c. 2. sub num. 4.*

Maxi-

3 Maximè cum non prohibeatur vxor † relicta
vsufructuaria dotem petere, & legatum vsusfru-
ctus. *l. 1. §. primum itaque. C. de rei vxor. actione. Bart. cons. 216. par. 1. Dec. cons. 536. n. 13. Rolan. cons. 74. n. 26. lib. 2.*

4 Neque testator † legando vsumfructum cense-
tur legare animo compensandi cum dote. *Docto. in auth. præterea. C. vnd. vir. & vxor. Alex. cons. 12. viso themate antescripto. colum. 2. volum. 2. & consil. 7. viso instrumento donationis. in fi. lib. 6.*
Præsertim, quia vsusfructus omnium bonorum
est quid diuersum à quantitate dotis restituen-
5 dæ; † quo casu non fit compensatio, veluti de
quantitate ad speciem. *l. si conuenerit. de pignor. actio. l. fi. C. de compensatio. Socc. consil. 93. nu. 23. lib. 1. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 10. tit. 2. n. 7. vers. sed & si legatum.*

Eo magis, quia ex testamento, de quo in actis
6 clare apparet testatorem † legasse dotem vxori
suæ; quod quidem legatum valet, cum plenius
fit, quàm actio de dote. *§. sed si vxori. Instit. de legat. l. fin. & l. eum scriptum. ff. de dote præleg.* propter commodum repræsentationis, & ius con
sequendi eam statim. *l. 1. ff. eod. tit. de dote præleg.*
Quod cum de iure dispositum sit, etiam testato-
7 rem dicendum est hoc voluisse; † qui secundum
illud censetur se conformare. *Bart. in l. vxorem. 39 §. testamento il 2. de leg. 3. l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebell. Alex. cons. 5. col. 2. lib. 3. n. 7.* Vnde
dos prædicta non erit detrahenda de vsufructu,
8 † sed de bonis hæreditarijs; cum aliàs sequere-
tur hoc legatum esse damnosum, tùm ratione
temporis. *§. plus autem. instit. de actio.* quàm ob
particulares receptiones. *l. tutor. §. lutius. ff. de vsur. l. plane. ff. fam. ercisc und. glos. in l. quidam existimauerunt. de reb. cred. Bart. in l. incommo-*
9 *dati §. duabus. ff. commod.* Et tamen † legatum
debet afferre lucrum legatario. *l. 1. ad fin. versic. cum enim. C. commun. de legat. l. titia cum testamento. §. 1. de leg. 2 Alex. in l. legato generali. n. 3. de leg. 1. & consil. 248. n. 8. vol. 6.*

Non obstat, quòd ex verbis testamenti, quæ
10 præcipuè sunt attendenda. † *§. nos igitur. auth. de restit. fideicom. Mantic. lib. 3. tit. 4. de coniect. vltim. volun.* videatur apertè colligi, solutionem
dotis faciendam esse de fructibus percipiendis,
cum testator disponat, quòd totum onus soluen-
di legata, & debita sit ipsius vsufructuariæ, itaut
hæres in nihilo teneatur; Vnde etiam dicendum
11 est comprehendi debitum dotis propter † dispo-
sitionem generalem, quæ nihil intactum debet
relinquere. *l. 1. §. generaliter. de lega. præst. Aym. cons. 33. num. 5.*

Quia respondetur generalem dispositionem,
12 non comprehendere casus † priuilegiatos. *Sal. in l. fi. C. de iur. dot. Gozad. cons. 43 col. 2. num. 11.*
Ergo nec causam dotis. *Castr. cons. 73. in fi. incip. licet ista D. Lisa. lib. 1. Ias. in l. 1. col. 5. sol. matrim. Dec. cons. 5. in princ. Gabr.* qui de magis commu-
ni testatur *conclusio. 1. de legib. n. 10.*

Maximè quia etiam verba generalia restrin-
13 guntur, † quando aliàs inconueniens sequere-
tur. *Socci. cons. 84. num. 3. versic. tertio princi-*
paliter moueor. lib. 1. Castr. consil. 50. viso codicillo. in fi. lib. 2. Aym. cons. 70. n. 21. Et satis supra
probatum fuit inconueniens; cum vxor, quæ ex
legato debebat vtilitatē percipere, potius dam-
num reportaret; vt ita etiam considerat *Aym.*
14 *cons. 70. n. 21. & n. 26.* † vnde cum adsit ratio re-
stringendi, etiam dispositio generalis limitatur.
Angel. cons. 281. col. 1. Bald. cons. 48. Quia verba. lib. 4. Aym. cons. 134. num. 6.

Præterea dato, quòd etiam dos comprehēde-
retur, quamuis testator disponat, debita soluen-
da esse per vsufructuariam; non per hoc intelli-
15 gitur, † vt soluat de vsufructu, sed procuratorio
nomine proprietarij. *Corn. cons. 195. circa quod licet. col. 3. lib. 4.* Et ita in specie consuluit *Bello. cons. 7. num. 11.*

Immo cum fuerit relicta vsufructuaria omniū
16 bonorum, neque in vita habeat vllum † cohære-
dem, censetur etiam instituta hæres in proprie-
tate. *Doctor. in l. extraneum. C. de hæredib. instit. Dec. cons. 277. col. 2. in princ. Alex. cons. 162. col. 2. vol. 2. Bellon.* qui de communi. *cons. 7. n. 5. & 11. Couar. var. resol. lib. 2. c. 2. n. 4. & 5. Menoch. de adipiscen. possessio. remed. 4. n. 129. & 151.* Vnde
etiam quod testator illam non grauasset, vt de-
bita solueret, tanquam hæres tenebatur, & iure
proprio poterat alienare proprietates pro satis-
faciendis creditoribus, & legatarijs. *l. si pecunia 12. de leg. 2. Corn. cons. 195. in princ. lib. 4. Bellon. d. cons. 7. n. 11. in fi.*

Neque obstat. quod ita intelligendo. d. expres
17 sio facta à testatore, quòd soluat † debita, esset su
perflua, & nihil operaretur, contra, *l. si quando. de leg. 1. gloss. vltima in l. 1. in fi. ff. ad municip.*
vnde vt aliquid addat iuri communi, debet intel
ligi, quod soluat de vsufructu.

Quia respondetur, quòd potius dicta verba
non debent operari, quàm intelligere, vt redda-
tur inutile legatum in damnum ipsius vxoris.
gloss. Castr. & alij in l fi. §. in computatione. C. de iur. delib. Alex. in l. 4 §. prætor. col. 3. num. 12. de damn. infect. toleratur enim potius superfluitas,
18 quàm vt absurdum aliquod † inducatur. *Bald. in l. terminato. circa fi. C. de fruct. et lit. expen. Aym. cons. 70. in fin.* Coniectura enim tollendæ super-
fluitatis est tenuis. *Alciat. in l. 3. nu. 3. de leg. 1. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 1.*
19 *n. 24.* Immo etiam satis operantur, † cum dubita-
tionem tollant. *Dec. in l. quæ dubitationis. in princ. de regul. iur. Domin. in c. si Papa. de priuil. in 6. Mantic. de Coniect. lib. 3. tit. 6. n. 8.*

Immo dato, quod dicta verba importarent
debita esse soluenda de vsufructu: Tamen in ca-
su, de quo agimus, hoc nullo modo disponere
possunt. Nam testator mandat, quòd certa pecu-
niarum summa, quam dixit habere in arca, ero-
getur in soluendis debitis, funeris impensa, & le-
gatis factis; & casu, quo dictæ pecuniæ non suffi-
cerent pro soluendis debitis, impensa funeris,
alijsque legatis, tunc per d. vsufructuariā soluan-
tur de fructibus per eam percipiēdis. Ex quibus
verbis apparet, vxorem grauatam esse in soluen
dis debitis de vsufructu, sub conditione si, &

quatenus dictæ pecuniæ non sufficerent; de quo
20 testator dubitauit, prout est de natura † conditionis, cum se habeat ad esse, vel non esse. *Bar. in l. ex facto. §. fin. ad trebell. Aret. in l. gerit. n. 7. de acquir. hæred.* Quare cum summa Florenorum 120. à testatore expressa adeo esset exigua, quod dubius, & incertus esse non posset, nunquid sufficeret pro soluendis debitis, & legatis; Immo certus esset, quòd includendo d. dotem scutorum mille, non erat ad satisfactionem, aperta mens ostenditur; quòd ipse dotem prædictam noluerit comprehendere; sed quod solum intellexerit de funeris impensa, alijsque legatis, & debitis, quibus talis exigua pecuniarum summa congruere
21 poterat, & illis conuenire; † sicuti per huiusmodi coniecturatam mentem testatoris, restringenda esse verba conditionis, etiam generalia dicit *Bart. in l. ex facto. §. si ff. ad trebell.* [Vnde videmus, quod ex quantitate, quæ est in hæreditate, deducitur coniectura voluntatis testãtis, vt plus, vel minus hæres videatur granatus. *Castr. consil. 383. n. 3. lib. 1.* Et ex quantitate rei legatæ inter-
22 pretamur † onus à testatore iniunctum *l. mevia. §. ult. in fi. ff. de annu. legat. Bart. in l. titius. 40. de leg. 3. Mant. de coniect. ultim. volunt. lib. 6. tit. 12. n. 5.* Ergò etiam in casu, de quo agimus, ex quantitate pecuniarum, quas testator reliquit, & iussit erogari in solutionem debitorum, debemus arguere, vt intelligatur de ijs debitis, quibus quantitas pecuniarum proportionata sit. [Idem dicimus de solutione facta per debitorem quæ licet
23 cadere soleat in duriorem causam; † vt per *Doct. in l. 1. & in l. cum ex pluribus. ff. de solutio.* Tamẽ secus est, quando summa soluta, erat magis proportionata debito ex causa minus graui; tunc enim præsumitur facta in eam causam, cui correspondet quantitas soluta. *Bald. in l. 1. C. de solut. Ang. in l. 1. ff. eod. tit. Aret. cons. 5. num. 1. vers. nam cum à voluntate.*

Non obstant illa verba, quod totum onus soluendi legata pertineat ad vsufructuariam; quæ videntur propter illam dictionem totum, significare soluendá esse legata sine diminutione alicu-
24 ius partis, † quæ possit quomodocumque comprehendi *l. 2. §. ad filiorum. C. quand. & quibus. quar. pars. lib. 10. Alex. cons. 5. col. fi. lib. 3.* cũ alijs per *Roland. de lucr. dot. q. 38.* Maximè cum subdat testator alia verba geminata; videlicet (ita & taliter, quòd hæres in nihilo teneatur;) quæ important hæredem non teneri ad solutionem alicuius debiti in testamento comprehensi. *l. fin. de lib. & posth. l. si is qui. §. vtrum. de reb. dub.*

Quia vltra responsiones supra datas, etiam dicitur, quod prædicta verba sunt posita per testatorem statim post ordinationem per ipsum factã de eroganda illa exigua pecuniarum summa existente in arcã; vnde non poterunt referri ad omnia legata, de quibus in testamento; sed solum ad illa debita, & legata, quibus d. summa poterat conuenire; & sic, quod solum in illis legatis soluendis nullum damnum sentiat hæres; casu, quo dictæ pecuniæ non sufficerent; quia etiam
25 clausula generalis restringitur † ad rem, seu causam expressam. *l. si de certa. vbi Bart. C. de transactio. Alexand. cons. 11. vol. 2. Corn. consil. 144. n. 11. lib. 3. l. quæsitum. §. 1. de leg. 3. l. aurelius. §. stichо deliber. leg. Gabr. de reg. iur. conclus. 4. n. 22.* Cum enim sit apposita d. clausula in fine vnius di-
26 spositionis; tunc tanquam pars † illius refertur solum ad eam, & non ad alia capitula. *Bart. in l. talis scriptura. de leg. 1. Abb. cons. 75. col. penult. vol. 2. Soccin. Iun. cons. 160. n. 60. lib. 2.* [Maximè quia æque, & commode, vt supra dictum est, non potest ad omnia legata, & debita præcedentia
27 referri; quo casu solum † debet fieri relatio ad ea, ad quæ congrue adaptari potest *Alex. consil. 214. col. pen. vol. 2. Gozad. cons. 82. col. 4. Soc. Iun. cons. 25. n. 19. vol. 2. Ruin. cons. 72. col. pen. vol. 5. Gabr. de clausul. conclus. 9. n. 16.* Semper enim vnaquæque dispositio etiam generalis, recepit limitationem secundum habilitatem. *l. vt gradatim. §. etsi. ff. de muner. & honor. Bart. in l. 1. in 2. lectur. n. 1. C. de sacrosan. Eccl.*

28 Non obstat, quod legatum † nõ possit pro parte acceptari, & pro parte non, *l. legatarius. 38. de leg. 1.* etiam si in legato sit minus, quàm in suo credito. *Alex. in l. si cum dotem. §. si pater. ff. sol. matrim.* & etiam quod onus legati emolumentũ excedat. *l. Imperator. de leg. 2. Ruin. cons. 79. n. 6. lib. 2.* Maxime quia istud onus fuit impositum, soluto matrimonio; quod potuit fieri, & mu-
29 lier † vidua potest in dote sua sibi præiudicare, legatum acceptando. *Eugen. cons. 93. n. 18.*

Quia respondetur, ex supradictis, satis constare huiusmodi onus soluendi legata de vsufructu, non fuisse impositum vsufructuariæ, quoad omnia legata, & debita, sed solũ ad ea, quibus quantitas pecuniarum à testatore expressa conuenire poterat, & proportionata erat; Vnde solum quoad illa vsufructuaria censetur sibi præiudicasse; secus quoad alia, quæ sub d. onere non comprehenduntur.

Non obstat, quod hoc casu reperiatur dos spe-
30 cialiter priuilegiata, † vnde debet comprehendi in alijs legatis, vt quemadmodum in illis fit solutio de vsufructu: ita etiam in dote. *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. num. 96. Gabr. cons. 20. lib. 2.*

Quia respondetur, quod satis apparet, dotem in casu, de quo agimus esse priuilegiatam, cum eam testator legauerit vxori suæ; quòd legatum cum habeat commodum repræsentationis. *l. 1. de dot. prælegat.* statim debetur; & sic debet detrahi de bonis hæreditarijs, & non de vsufructu; ne in-
31 ducta † ad finem celeris solutionis contrarium operentur. *l. legata inutiliter. de leg. 3.* Et ne ob
32 particulares solutiones mulier damnum † sentiat. *l. plane. ff. fam. ercisc. Bart. in l. in commodati. §. duab. ff. commod.* [Ex quo etiam apparet, non obstare quod ex aduerso dicitur, quando legatarius vult acceptare legatum cum onere, etiam
33 de specie † ad quantitatem esse locum compensationi. *Alex. in l. si cum dotem. §. si pater. ff. sol. matrim.* Quia cum in casu nostro constet de expresso legato facto mulieri quoad dotem; non est quærendum, an sit locus compensationi, cum

testator

testator verè noluerit illam compensationem admittere; sed dotem, & vsumfructum legare; & sic ad vtriusque petitionem admittetur. *l. 1. §. primum itaque. C. de rei vxor. actio. Roland. cons. 74. n. 26. lib. 2. Dec. cons. 537. num. 13.*

Vltimo non obstat, quod de pluribus debitis
34 testator locutus sit; vnde hæc † pluralis locutio non debet esse contenta de vno debito. *§. 1. ff. si quis cautio. l. si necessarius. §. si annua. de pignor. actio. l. vbi numerus. de test. b.*

Quia respondetur, quod immo in testamento constat de pluribus debitis vltra dotem, puta, de construendo sepulchrum, debitis mercatorum, & alijs, quibus si non in totum, saltim in maiori parte correspondet illa quantitas pecuniarum in arca existens, quam testator mandauit solui per vsufructuariam; vnde non debet ad dotem referri, quam testator erat certissimus non potuisse comprehendi in illa pecuniarum summa per ipsum relicta in solutionem debitorum, vt supra dictum est. vltra quod pluralitas etiam resoluitur in singulari-
35 tatem, † & poterit verificari in vno. *Bart. in l. ait prætor. §. negotia. ff. de neg. gest. & in l. 2. ff. de procurat. Iaf. in l. singularia. colum. 3. ff. si cert. pet. Alexand. cons. 136. lib. 5. Soccin. in l. falsum. §. fin. de condit. & demonstrat.* Ex quibus ita fuit conclusum in causa Fanensi restitutionis dotis mihi commissa, ad fauorem D. Margaritæ Amianæ, contra D. Vincentium Bertocium, die 15. Nouemb. 1594.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Mulier circa dotem an possit facere conditionem suam deteriorem, tam constante, quam soluto matrimonio. num. 2.*

3 *Doti an possit præiudicari sine causa, & quando mulier remaneat penitus indotata.*

¶ N. 29. *post verba.* onere non comprehenduntur.

Addebatur, quod mulier circa dotem non potest facere conditionem suam deteriorem
1 ob publicam vtilitatem, quæ † versatur, ne remaneat indotata. *l. 2. ff. de pact. dotal. authent. siue à me. C. ad velleian.* Quod procedit etiam soluto matrimonio, tunc enim licet non agatur de præiudicio viri, tamen ob rationem ne sit absque dote, non valet pactum vxoris super ea damnum afferens. *Bart. in l. stipulemus. de pact. dotalib. Castrens. in l. de fideicommisso. de transact. Afflict. decis. 154. Ruin. cons. 53. nu. 11.*
2 *lib. 2.* † Licet ista non sint tuta, cum procedant, quando mulier disponit de dote constante matrimonio, etiam si conferat pactum, & dispositionem in tempus soluti matrimonij, secus quãdo illo dissoluto contraheret, tunc enim valet pactum, quamuis præiudicium afferat vxori. *glos. in l. cum dos. in verb. nocebit. de pact. dotal. l.* *Bart. in l. hæredes. §. filia familias. de pact. Surd.*
3 *cons. 112. num. 33. lib. 1.* Vbi † etiam addit, prædicta esse intelligenda quando mulier faceret huiusmodi pactum in dotis præiudicium nulla causa subsistente; secus si adsit ratio legati, seu vsusfructus, quem videtur vxor plus æstimare, quam dotem, seu quando mulier remaneret penitus indotata, vel si ei nihil daretur in recompensationem dotis, videlicet in pacto gratuito, & in alijs casibus, de quibus *Surd. ibid. n. 33. vsque ad 37. Eugen. cons. 93. num. 18.*

EPITOME.

De legato vsusfructus omnium bonorum an sit detrahenda falcidia, & competat contra vsufructuarium Remedium quorum legatorum.

SVMMARIVM.

1 *Falcidia non detrahitur ex legato vsusfructus omnium bonorum. & n. 2. & 5.*

3 *Remedium quorum legatorum non competit contra vxorem vsufructuariam omnium bonorum, cum nullus alius factus est hæres.*

4 *Interdictum quorum legatorum conceditur hæredi, vt falcidiam consequatur.*

6 *Inuentarium debet confici per eum, qui non vult teneri ad integra legata.*

Decisio XLVIII.

1 DEtractioni Falcidiæ petitæ per D. Vincentium Bertocium, † conclusum fuit non esse locum: Cum de legato vsusfructus omnium bonorum non sit detrahenda falcidia. *l. omnium. ff. de vsufr. Bart. in l. vxori meæ. n. 2. de vsufr. leg. Natt. consil. 497.*
2 *num. 6. lib. 1.* Et in specie de vxore † relicta vsufructuaria à viro omnium bonorum; dicit vltra supra allegatos. *Picus in repetit. l. statia. §. titia cum nubret. de leg. 2. num. 86. Menoch. de adipisc. possess. remed. 2. quæst. 1. num. 47. Caualcan. de vsufruct. num. 225.* Vnde videmus quod, ex quo non est locus detractioni prædictæ, neque competit contra vxorem remedium
3 Quorum † legatorum, etiam quod vxor occupauerit sua manu legatum vsusfructus, cum à testatore nullus alius factus est hæres, à quo legatum peti possit, nisi post mortem ipsius, vnde poterit ex se consequi. *Iaf. in l. extraneum. num. 4. vbi Bald. C. de hæred. instit. Roman. cons. 71. Rip. in l. 1. in princ. nu. 18. ff. quorum legato. Soccin. cons. 13. col. 4. versic. nec obstat. lib. 1.* Et etiam, quia hoc interdictum quorum
4 legatorum conceditur hæredi, vt † falcidiam consequi valeat. *Menoch. d. rem. 2. q. 11.* quæ in casu nostro non detrahitur; vt post Doctores supra relatos, concludit etiam *Menoch. de adipisc. remed. 2. nu. 67. in fi.*

Non obstat, quod ex *Bart.* & alijs *in l. vxori meæ. de vsufruct. legat.* videatur esse locum falcidiæ, etiam in vsufructu omnium bonorum: Quia loquuntur, quãdo legatum excederet dodran-

drantem. quod non applicatur ad casum nostrum: cum immo ex facto constet de contrario, iuxta compntationem. *l. hæreditatum.ff.ad l. falcid.* secundum quam, cum simus in muliere quinquagenaria remanent tot anni, vt eius ætas non absorbeat hæreditatem vltra dodrantem. Et ita loquitur *Bart. in d. l. vxori mea. n. 2. Aret. de testam. vers. item reliquit D. B. eius vxorem. Franc. Mar. decis.* 838. *par.* 1. *Papiens. in for. libell. quo vxor agit ad dotem. versic. donec. num.* 5. *in fin.* cum alijs, qui exaduerso adduci possent, qui loquuntur, vt diximus,
5 quando † legatum excedit dodrantem; cum regulariter d. falcidia non fit detrahenda de legato vsusfructus omnium bonorum; vt per *Menoch. d. remed.* 2. *num.* 67. & per *Nattam, Pitum*, & alios supra allegatos.

Maxime quia non apparet de confectione inuentarij, prout ad illud tenebatur D. Vincen-
6 tius Bertocius nolens † teneri ad integra legata, quia alias tenebitur. *Auth. sed cum, testator. C. ad leg. falcid. Aym. cons.* 17. *circa princip. & cons.* 219. *num.* 6. *Pedem. per Osascum decis.* 148. *num.* 12. *Caualcan. de vsufruct. mul. relicto. num.* 225.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Remedium quorum legatorum cessat quando non est locus falcidia.*
2 *Fideiussio non datur occasione legis falcidia, vbi illa non debetur.*
3 *Falcidia non detrahitur ex legato alimentorum facto pauperi quando non est in pecunia.*
4 *In legato vsusfructus restricto ad alimenta, an vxor possit illa capere propria auctoritate.*
5 *Trebellianica, & falcidia an perdatur non confecto inuentario.*

¶ N. 4. *post verba.* remed. 2. n. 67. in fine.

Vnde cum cesset ratio falcidiæ, debet etiam
1 cessare remedium quorum legatorum. † *Castrens. cons.* 291. *n.* 7. *dub.* 6. *lib.* 2. *post Cyn. in l.* 1. *C. quor. legat.* late *Surd. cons.* 265. *num.* 12. *lib.* 2. Vbi *nu.* 37. intelligit, quando sumus in claris, secus si est dubium, an sit detrahenda. *Corn. consil.* 37. *in vlt. dub. lib.* 3. *Rip. in l.* 1. *in princip. vbi de communi. ff. quor. legat.*

Prout etiam neque erit necessaria cautio, quã lex requirit à legatario de restituẽdo quidquid
2 acceperit, † vltra quam capere deberet ex computatione legis falcidiæ. *l.* 3. *ff. si cui plusquam per leg. falcid.* Cum enim non debeatur in huiusmodi legato falcidia, neque est danda fideiussio, quæ illius causa præstatur. *Surd. de alimẽt. tit.* 8. *priuil.* 18. *num.* 9. Ad exemplum legati ali-
3 mentorum facti pauperi, & egeno, de † quo non detrahitur falcidia, etiamsi exceedat dodrantem hæreditatis, dummodo non simus in legato pecuniæ ad alimenta, quod subijcitur falcidiæ. l. 4. *de alim. & cibar. legat. l. diui. ad leg. falcid.* & tam in vno, quam in alio casu ita declarat *Surdus d. priuil.* 18. *nu.* 2. *& q.* 40. *tit.* 9. *n.* 3.

Immo quamuis legatum vsusfructus esset restrictum ad alimenta ex consuetudine Bulgari,
4 de † qua per Doctores in *auth. hoc locum. C. de secund. nupt.* Tamen legataria etiam non egena posset capere alimenta propria auctoritate; Ratio est, quia tunc illud dicitur legatum vsusfructus, quo casu ex iuris dispositione licitũ est capere fructus manu propria; Neque enim obstat limitatio ad fauorem filiorum quo ad alimenta, quia non ex hoc perditur illud priuilegium datum legato inspecta propria significatione, & primæua illius natura, quia est species quædam vsusfructus limitata vsque ad perceptionem alimentorum, licet esset relictus simplex vsusfructus absque clausula, domina, & massaria. *Aret. consil.* 40. *col.* 2. *ad med. vers. fatendum tamen. Surd. de alim. tit.* 8. *priuil.* 16. *num.* 6. & voluit *Dec. cons.* 418. *num.* 3. *& cons.* 476. *conclusionem. col. fin. num.* 4. *Peregr. de fideicom. art.* 47. *num.* 50. *&* 51. *ad med.*

¶ N. 6. *post verb.* relicto. num. 225.

Immo etiam perditur trebellianica, ac etiam
5 falcidia non confecto inuentario † *Cyn. & Bald. in auth. sed cum testator. C. ad leg. falcid.* & de magis communi, & veriori opinione testatur *Add. ad Alex. consil.* 67. *visis & ponderatis. in verb. trebellianica. lib.* 4. *Dec. consil.* 480. *in casu qui contingit. col. fin. num.* 16. Quamuis in praxi contrarium seruetur, late *Ceuall. q.* 26 *post Aym. consil.* 17. *colum.* 1. *ad med. versic. quid tenendum.*

EPITOME.

Mora an possit purgari postquam dominus declarauit velle esse locum caducitati. [Pœna contra hæredem quando possit declarari si non fuit declarata contra eius auctorem, & è contra. [Et an requiratur probatio scientiæ caducitatis in antecessore, vt possit declarari per successorem. [Quando censeatur remissa caducitas ob receptionem canonis, & an requiratur speciale mandatum, & quid in patre, & in bonis in quibus non habet pater vsumfructum..

SVMMARIVM.

1 *Beneficium purgandi moram competens emphyteuta non potest tolli per declarationem Domini. & num.* 2. *Intellige vt numero* 3. *&* 6.
4 *Emphyteuta per declarationem voluntatis domini constituitur in duplici mora, qua geminatio impedit illius purgationem.*
5 *Mora non purgatur vbi fit executio à lege ipso iure.*
7 *Post moram longam neque de iure canonico est locus illius purgationi.*
8 *Mora non purgatur neque de æquitate canonica vbi est factum deterius ius Ecclesia.*
9 *Oblatio requiritur vbi mora purgatur.*

10 *Pro-*

10 *Probatio non requiritur in re clara.*

11 *Mora non purgatur vbi est pactum resolutiuum, ex quo post illud tempus adest consensus partium.*

12 *Pœna contra hæredem non potest declarari si non fuit declarata contra eius auctorem, prout nec hæres potest declarare pœnam quam defunctus non declarauit.*

13 *Etiam quod sumus in caducitate conuentionali. & num.4. Contrarium n.15.*

16 *Priuatio emphyteusis si fit ipso iure absque eo, quod declaratio Domini requiratur, indistinctè pœna poterit peti contra hæredes. & n.17.*

18 *Scientia caducitatis antecessoris debet adesse ad hoc, vt non possit declarari per successorem. & num.20.*

19 *Ignorantia caducitatis in dubio præsumitur.*

21 *Caducitas ob non seruata pacta conditionalia non est pœna, sed natura contractus.*

22 *Caducitas intelligitur remissa post receptionem canonis pro tempore futuro. & numero 30. & 31.*

23 *Protestatio contraria facto non releuat.*

24 *Prælatus Ecclesiæ Collegiatæ non potest sine capitulo remittere caducitatem, secus in Rectore alicuius Ecclesiæ.*

25 *Mandatum speciale requiritur ad inducendam remissionem caducitatis. & n.34.*

26 *Procurator habens mandatum ad recipiendum canonem, & renouandum emphyteusim, potest remittere caducitatem. Contrarium num. 27.*

28 *Habens mandatum cum libera, non remittit caducitatem.*

29 *Pater tanquam legitimus administrator potest remittere caducitatem sine mandato. prout etiam declarare. n.36.*

30 *Renunciandi animus in dubio non præsumitur.*

32 *Pensio præterita potest recipi, & emphyteuta expelli.*

33 *Post conclusum in causa nullum est medium nisi sententia, & a pars procedunt conclusum esse in causa, & sententiam latam.*

35 *Mandatum minus legitimum censetur approbatum si pars non opponat.*

37 *Pater potest ea facere pro filio, quæ exigunt mandatum speciale.*

38 *Actus non potest sustineri ex potestate qua quis non fuit vsus.*

39 *Agens pro coniuncto vti procurator si non sit talis, non potest se tueri, vt valeat actus tanquam coniuncta persona.*

40 *Pater non habet administrationem in bonis, in quibus non habet vsumfructum.*

41 *Pater non habet vsumfructum in redditibus beneficiorum.*

42 *Beneficium habetur loco peculij castrensis, vel quasi.*

43 *Clerici in potestate parentum possunt disponere, & testari de omnibus aduentitijs, cum illa quo ad clericos dicantur peculium castrense, vel quasi. Amplia vt n.44. & 45.*

46 *Clericorum appellatione veniunt clerici in minoribus, maxime in fauorabilibus.*

47 *Filius vt possit testari de rebus maternis, & alijs, cautela est vt fiat clericus saltem minores ordines suscipiendo.*

48. *Peculium etiam aduentitium in clerico est quasi castrense.*

Decisio XLIX.

PLura fuerunt in proposita ea causa ver-
tente inter D. Clementem Stellam de
Auximo, & hæredes q. Octauiani Poli-
dori. vnde distinctè illa recensendo; Primo
fuit dubitatum, nunquid per dictos hæredes
possit purgari mora incursa, ob pacta per eos
non seruata, de quibus in instrumento emphy-
teusis, postquam dictus Stella dominus decla-
rauit, velle esse locum caducitati. Et in hoc
opinio affirmatiua visa fuit vni ex Auditoribus
verior, quòd sit locus purgationi moræ, non
1 obstante dicta declaratione. † Nam cum bene-
ficium purgandi moram competat emphyteu-
tæ ex *c. potuit. locat.* non potest per domini de-
clarationem tolli. *arg. l. id quod nostrum. de re-
gul. iur.* alias esset in potestate domini auferre
dictum beneficium, quod est absurdum. Et ita
in specie concludit *Couarr. var. resolut. cap. 17.
lib. 3. num. 4. ad fin. vers. ex quibus falsum vi-
detur.* vbi dicit contrariam opinionem nimis
2 † duram esse, & æquitati à iure concessæ non
conuenientem. *Corbul. de caus. priuation. ob non
solut. canon. limit. 41. n. 9.* vbi etiam allegat *Ia-
cob. de Nigris in l. si insulam. num. 78. de ver-
borum obligat. & cautelam Cepolla 135. tu scis
quòd emphyteuta*; qui licet pro alia opinione
allegetur; tamen inquit ipsum loqui, prout ve-
re loquitur, esse locum dictæ purgationi, etiam
3 postquam dominus declarauit quando celeri †
satisfactione emphyteuta adimplet. Et hanc
opinionem sequitur *Additio ad Decium consil.
146. pro tenui. in verb. vlterius. n. 4.* vbi dicit,
quod pessime *Decius* ibi contrarium cõsuluit.

Contraria tamen opinio negatiua videbatur
magis vera alteri ex Auditoribus. Nam
secuta declaratione voluntatis domini; emphy-
4 teuta † est constitutus in duplici mora; Vna
per lapsum temporis legalis, vel conuenti; alia
per declarationem domini; quæ geminatio im-
pedit omnino moræ purgationem traiectitiæ. *l.
22. §. de illo. vbi glos. in verb. & hoc rectius. de
actio. & obligat. Seraph. priuil. iuram. 48. nu. 25.*
Licet enim emphyteuta cessauerit in solutione
canonis; tamen lex ipso iure non facit contra-
cum executionem, cum requiratur declaratio
domini, quod ceciderit; vnde declarata dicta
voluntate domini, statim intelligitur priuatus
ipso iure, nec alia sententia declaratoria re-
quiritur, & sic non videtur esse locus purga-
5 tioni moræ; † quia vbi fit executio à lege ipso
iure, ibi non potest mora purgari. *Roman. con-
sil. 103. viso proposita quæstionis. num. 4. col. 1. in
fin. Seraph. ibi num. 21.* Et ita in specie, quod
non

non sit locus purgationi moræ, postquam domi-
nus declarauit, dicit *Gozad. consf. 57. num. 18. co-
lum. 5. verf. tertio respondeo. Dec. consf. 146. pro
tenui. col. 3. verf. vltimo non obstat. num. 4. Re-
doan. de reb. ecclesf. non alien. nu. 7. vsque ad 11.
quæst. 20. de moræ purgatio. ob cessat. solut. ca-
nonis. tom. 15. p. 2. fol. 505. Seraph. de priuileg.
iuram. num. 17. priuileg. 48.* vbi allegat *Gratum
responsf. 49. lib. 1. col. fin.*

Quicquid tamen sit de huiusmodi opinioni-
bus, dicebam esse dubium, an decisio posset ex d.
ratione sustineri, quod sit locus purgationi mo-
ræ; quia etiam quod esset vera d. opinio affir-
matiua; tamen illa habet locum quando post-
quam dominus declarauit, emphyteuta celeri
6 satisfactione purgat † moram incursam. Et ita
loquuntur *Couarr. & Corbulus* eum alijs supra
allegatis. *Seraph. priuil. iuram. 84. nu. 29.* quod
non est in casu, de quo agimus; quia ex actis cō-
stat, quod fuit cœptum declarari voluntatem
domini die 5. Septembris, 6. & 9. Nouembris,
& 15. Decembris anni 1594. vt fol. 2. 10. 27.
& 48. in processu de partibus; & tamen non
fuerunt adimpleta adimplenda, nisi de anno
1595. prout deponunt Iacobus Politus, & Cæsar
Buffanus examinati ad instantiam emphyteutæ
die 26. Iunij 1596. & sic non potest diei celeris
satisfactio, sed mora longa; quo casu non est
7 locus purgationi † moræ, neque de iure cano-
nico. *Seraph.* qui alios allegat. *priuil. iuram.
48. n. 11.* Immo neque probant dicti testes adim
pleta esse omnia, de quibus fuit facta declara-
tio, quia solum loquuntur de plantatione arbo-
rum centum, & illius restauratione; cum tamen
deberēt etiam probare, quod esset facta domus
valoris scutorum quinquaginta, & solutus ca-
non nouem annorum, prout tenebatur emphy-
teuta, iuxta conuentiones, de quibus in instru-
mento die 8. Ianuarij 1585. Neque post senten-
tiam latam, in qua dantur duo menses ad pur-
gandam moram, reperitur probatum dictum
implementum canonis, & domus; Vnde ex istis
videbatur reddi dubitabilis prædicta opinio.
Præsertim, quia non potest negari, quod per d.
cessationem plantatæ per tot annos non fuerit
8 factum † deterius ius Ecclesiæ; tunc enim neque
de æquitate canonica purgatur mora. *Parisf. cō-
sil. 19. num. 240. lib. 2.* Et quatenus posset pur-
9 gari, saltim requireretur † oblatio; de qua ta-
men non constat, quod sunt parati resarcire
damnum & interesse, occasione prædicta. *Corn.
consf. 37. in fi. volum. 2. Seraph. d. priuil. iuram.
48. num. 11.* [Neque obstat non probari illud
ius factum deterius; cum sufficiat eius allegatio
tanquam notorium, quod prædia, in quibus non
fuerint plantatæ tot arbores, spatio nouem
annorum, sunt minoris redditus, & sic de dam-
no aperte constat, ita vt illius probatio non sit
10 necessaria, tanquam res † euidens, & clara. *glo.
in clem. appellanti. in verb. alias causas. de ap
pell. Masc. concl. 1103. n. 1. de prob.*

11 Præsertim quia vbi est pactum † resolutiuum
mora non purgatur, ex quo post illud tempus
abest consensus partium; & licet quando em-
phyteuta non soluit canonem, lex rescindat cō-
tractum; nihilominus admittatur purgatio mo-
ræ: tamen hoc habet locum, quia sumus in dis-
solutione legis, & sic in hoc capite lex speciali-
ter prouidit. Sed hic sumus in prouisione par-
tium, quæ voluerunt statim facere contractum
resolutiuum, & mitius agitur cum lege, quam
cum homine. Maxime quia dispositio contra-
hentium recipit interpretationem à dispositio-
ne iuris, quando sumus in dubio; secus vbi in
claro, vt hic in partium conuentione, prout in
specie concludit *Put. decisf. 66. lib. 3.*

Secundo ad fauorem hæredum D. Octauiani
dicebatur non esse locum præfatæ caducitati;
Quia per primæuum Rectorem beneficij, de quo
agimus, non fuit facta declaratio emphyteutam
cecidisse in commissum ob non seruata pacta,
de quibus in instrumento. Nam pœna contra
hæredem non potest declarari, si non fuit decla-
rata contra eius auctorem, quemadmodum
nec hæres potest declarare pœnam, quam viuus
12 † defunctus non declarauit. *glo. fi. in c. fi. de dona-
tio. Gabr. de malef. conclusf. 35. num. 1. & 7. Car-
din. Alexan. in c. porro. num. 2. quæ fuit prim.
causf. benef. amitt. Tiraquell. in l. si vnquam. in
verb. susceperit liberos. num. 215. & 216. & in
verb. reuertatur. num. 300. C. de reuoc. don.*

Quæ quidem videntur etiam habere locum,
13 quamuis dictum sit in inuestitura, † vt solutio-
ne canonis non facta incidat in commissum; Nō
enim intelligitur hæres priuatus, si dominus nō
declarauerit. *Decius consf. 138. sub nu. 6. Corn.
consf. 115. num. 1. & 2. volum. 1. Roland. consil.
57. num. 9. lib. 3. Corbul. de causa priuat. ob non
solutum canonem ampliat. vltim. num. 6.* vbi am-
pliat etiam quod esset iuramentum, vt per *Grat.
consf. 121. num. 26. volum. 2. & consf. 55. num. 25
volum. 1.* Et hoc quoque videtur esse de mente
Bald. in l. fin. num. 4. C. de reuocan. donat. vbi
etiam si dicatur, quod ipso iure emphyteusis
reuertatur ad dominum, intelligitur, si domi-
nus voluerit, & petierit, aliàs secus. Idem se-
quendo *Bald.* dicit *Decius consil. 144. colum. fi.
verf. præterea.* cum alijs per *Roland. consf. 81.
14 num. 6. lib. 3.* [Et etiam † quod simus in cadu-
citate conuentionali, quod hæres non possit de-
clarare, si dominus non declarauit, dicit *Cassa-
dor. decisf. 3. locat. Riminald. iun. consil. 673. nu.
30. vol. 6. & consf. 619. num. 55. eod. volum. Ro-
ta Florent. per Magon. decisf. 69. num. 11. Ber-
tazz. consf. 46. n. 26.*

15 Contraria tamen opinio videbatur † aliqui-
bus verior, quod scilicet quando esset apposi-
tum pactum, & pœna conuentionalis, ipso iu-
re tale præiudicium transeat in hæredem, etiam
quærela non præparata per defunctum, seu au-
ctorem; & sic ratione pœnæ incursæ ex conuen-
tione possit fieri declaratio, non considerato,
quod antecessor, seu defunctus declarauerit nec
ne. *Bald.* qui dicit notandum in *c. imperialem.
§. insuper. col. fin. num. 7. de probib. feud. alien.
per Federic.* quem sequitur *Barbat. in addit. ad*

eun-

eundem Bald. in l. fin. C. de reuoc. donat. num. 4. in verb. facit ad glosam. Card. in cap. fi. q. 14. de donatio. Curt. de feud. p. 4. ad fin. dub. 2. verf. aliud tamen est. fol. 494. vbi dicit esse singulare, licet dicat cogitandum, an sit verum. *Iacob. de S. Georg. de feud. in verb. dictique vasalli promiserint. num.* 52. *verf. quod dixi supra. tom.* ro. *p.* 1. *fol.* 215. vbi testatur omnes sequi dictam *Baldi* doctrinam. Idem dicit *Clar. in §. feudum. quaest.* 65. & hanc esse magis communem propter pactum dicit *Caualcan. decis.* 43. *de sudit. Innoc. in cap. fin. in verb. tacuit. de donat. Rip. in l. fin. quaest. vlt. in princip. C. de reuoc. donat.* vbi de communi, licet ipse contrarium sequatur. & ibi etiam *Salic. verf. quaero an in omnibus causis. Gabr. de malef. conclus.* 35. *num.* 14. *& conclus.* 3. *de iur. emphyteut.* vbi de magis communi. *Honded. consil.* 51. *num.* 28. *lib.* 1. *Bursat. cons.* 252. *num.* 4. *Surd. decis.* 29. *nu.* 12.

16 Prout idem est † quando priuatio emphyteusis fit ipso iure, absque eo, quod declaratio domini requiratur; tunc enim indistincte poena poterit peti contra haeredes. *Bero.* late *cons.* 98. *nu.* 38. *lib.* 1. *Corbul. de causis priuat. ob non solut. canon. ampliat. vlt. in fi.* Ratio est, quia quando sumus in actu, in quo hominis ministerium non requiritur; tunc potest fieri declaratio per haeredem, & contra haeredem. *Gabriel* qui ita concordat opiniones. *d. conclus.* 35. *num.* 16. vnde dicit *Bero. cons.* 118. *p.* 1. *num.* 4. quod emphyteusis finitur etiam propter pacta non seruata, quemadmodum per cessationé canonis; vt quan do expresse conuentum esset, vt diceretur finita, si pactum aliquod non seruaretur; secus autem quando expresse non esset facta conuentio, vt emphyteusis finiret, si aliquod pactum non seruaretur, sed simpliciter per conductorem fuisset aliquod promissum cum iuramento; & non vlterius fuisset dictum, quod in casu contrauentionis caderet ab emphyteusi; tunc enim si iuramento contrauentum fuerit, ista poena non extenditur ad haeredem iurantis, sed solum

17 concernit personam illius, qui iurauit. † & clarius idem *Bero. cons.* 119. *num.* 10. *par.* 1. quod quando inter contrahentes esset factum expressum pactum, tunc non requiritur declaratio domini si fuerit pacto contrauentum, vt aliquid operetur vltra ius commune, secundum quod requiritur dicta declaratio, vt cadat ab emphyteusi; vnde ne sit superfluum, operabitur quod illa non requiratur, prout necesse est in poena legali, vt possint haeredes dicere de caducitate, vt late idem *Berous d. consil.* 98. *num.* 38. *lib.* 1. eum alijs supra allegatis.

Quicquid tamen sit de veritate dictarum opinionum, non videbatur tuta ista ratio decisionis ad fauorem haeredum, vt requiratur declaratio ad exclusionem caducitatis; etiam quod esset pactum, & quod essemus simpliciter in

18 poena legali: quia non constat † de scientia dictae caducitatis, quod scilicet illam habuerit antecessor in dicto beneficio; si enim appareret, quod ille habuisset huiusmodi scietiam, tunc caducitas non posset declarari per successorem secus si de ea non appareat, vt in casu nostro, in quo neque de ea fuit articulatum; tunc enim etiam per successorem poterit declarari. *Aretin. in specie cons.* 14. *n.* 20. *col. fin. in fi. Alex. cons.* 114 *magnifice praetor. n.* 14. *lib.* 3. *Gabr. de malef. conclus.* 35. *n.* 15. *Cassador. decis.* 2. *locat. n.* 3. *Redoan. de reb. Eccles. non alien. q.* 20. *nu.* 12. *Som.* 15. *p.* 2. *fol.* 505. *Honded. cons.* 51. *n.* 29. *& cons.* 55. *n.* 88. *lib.* 1. Et in dubio ignorantia praesumitur. *l. verius. de probat. Masc. concl.* 879. *q.* 2. *fol.* 228. *de*

19 *probat.* prout † in specie praesumi ignorantiam caducitatis, dicit *Hond. ibi num.* 89. cum alijs supra allegatis.

20 Contrarium tamen, in hoc † quod non sit necesse requiri d. scientiam deuolutionis in antecessore, dicit *Gabr. cons.* 67. *n.* 10. *lib.* 2. quia, inquit, de hoc quaeritur quando successor vult declarare contra eum ipsum, qui non soluit, non autem contra successorem eius, qui non soluit. Quando enim dominus directus agit contra illum, qui culpam commisit; tunc requiritur scietia domini defuncti, ex qua colligitur remissio; secus quando agitur contra haeredem eius, qui culpam commisit; quo casu non requiritur scientia; quia decisio non fundatur in remissione, sed in eo, quod delictum morte extinguitur, & non transit in haeredem. Et ita concludit *Gabr. d. cons.* 67. vbi etiam allegat *Rum. cons.* 10. *n.* 5. *& 8. lib.* 1. cum alijs ibi per eum adductis.

Vide tamen an praedicta subsistant; quia su-

21 mus † in caducitate, ob non seruata pacta conuentionalia; quo casu non potest dici quod simus in poena, sed natura contractus. *Bald. in l. placet.* 5. *nu.* 3. *not.* 3. *C. de sacros. Eccles. Redoan. de reb. Eccles. non alien. in fi. tit. de caducit. ob inobseru. pactor. n.* 12. *Corbul. de caus. priuat. ob res deteriorat. nu.* 6. *Bero. & Bursat. per Surd. decis.* 29. *n.* 11. Et sic remanet firmum quod supra dictum est de scientia.

Tertio ad fauorem dictorum haeredum allegabatur fuisse remissam caducitatem. Quia Clemens Rector d. beneficij recepit census & canones pro tempore futuro, idest decurso, post

22 allegatam caducitatem; per † quos actus censetur illa remissa, & condonata; etiam quod adsit protestatio de non derogando caducitati incursae. Videtur enim incompatibile, quod recipiatur pensio pro tempore post caducitatem decurso, & quod saluum sit ius caducitatis, & sic quod eodem tempore habeatur pro emphyteu-

23 ta; † Vnde cum protestatio sit contraria facto, non releuat. Ita in specie concludit *Cardin. in c. potuit. q.* 14. *locati. Clar.* qui de communi *q.* 10. *in princ. verf. hoc tamen intellige. Bursat. cons.* 446. *n.* 7. *vol.* 4. *Rimin. iun. cons.* 619. *n.* 48. *lib.* 6. *& Corbul. Redoa.* & alij allegati per *Surd. decis.* 317. *n.* 26. *& per totam*; vbi in huiusmodi materia facit multas distinctiones.

Neque est dubitandum, quod dictus Rector potuerit remittere d. caducitatem in praeiudi-

24 cium † Ecclesiae, cum non simus in Praelato Ecclesiae collegiatae, in quo dicunt Doctores, quod re-

requiri debet consensus Capituli: secus autem in Rectore alicuius Ecclesiæ, in qua non sit Capitulum, prout est casus noster, *gloss. in c. potuit. in verb. expelli. ad med. locat. Alex. cons. 14. nu. 12. col. fin. lib. 2. Corn. cons. 187. col. fi. lib. 1. Redoan. de rebus Eccles. non alien. q. 20. de mora purgatio. ob cessat. solut. canon. n. 15.* vbi etiam ampliat ad defensorem Ecclesiæ.

Quicquid tamen sit de veritate supradictarũ opinionum: non videbatur, neque tutum fundari posse rationem decisionis super prædictis. Quia quoad receptiones canonum factas per D. Thomam Stellam procuratorem D. Clementis, non possunt dici esse præiudiciales; quia sunt fa-
25 ctæ à non habente speciale mandatum, † prout requiritur ad inducendam remissionem caducitatis. *Grat. cons. 2. n. 82. lib. 1. Bero. cons. 116. nu. 10. lib. 1. Afflict. decis. 129. n. 10. Paris. cons. 106. n. 17. colum. 2. in fi. lib. 4. Ruin. cons. 100. n. 10. vers. non obstat quinto. lib. 5. Menoch. cons. 460. n. 14. lib. 5. Corbul. de caus. priuatio. ob non solut. canon. n. 16. fol. 269. limit. 21. in fi. Honded. cons. 55. n. 86. lib. 1.* cum alijs per *Caroc. in c. cum quid prohibetur. n. 24. limit. 1. de reg. iur. in 6.* vbi testatur de communi, & dicit esse intelligẽdum, quòd procurator recipiens canonem, remittat caducitatem, cum declarationibus, de quibus per *Afflic. d. decis. 129. n. 10.*

26 Non obstat quod procurator † si habet mandatum ad recipiendum canonem, & renouandum emphyteusim, possit remittere caducitatem. *Corn. cons. 187. col. fin. lib. 1.* Quia omisso quod in caso nostro mandatum dicti procuratoris non est huiusmodi; cum solum sit ad agendũ, & capiendum possessionem beneficij, vt in processu de partibus, f. 20. Respondetur *consilium*
27 *Corn.* non posse de iure procedere, cum † per dicta verba non possit intelligi facultas remittendi caducitatem, & sic donationem facere:
28 quod neque intelligitur † in mandato cum libera; vt docet *Corbul. d. limit. 21. in fin.* qui tenet contra *Corneum*, prout etiam concludit *Hond. cons. 55. nu. 87. lib. 1.*

Non obstat quod pater tanquam legitimus administrator possit remittere caducitatem,
29 † etiam sine mandato. *Socin. cons. 66. colum. fi. vers. sexto ista conclusio. num. 19. lib. 3. Corbul. d. limit. 21. num. 17. Hond. d. cons. 55. num. 87.* Quia omisso quod sumus in bonis, in quibus pater non est legitimus administrator, & quod ipse quietauit, & recepit canonem, tanquam procurator, non vti administrator; quibus casibus actus non præiudicat; vt inferius dicetur in 4. difficultate. Respondetur, neque in dictis receptionibus canonum posse fieri fundamentum; quia licet sint factæ post declaratam caducitatẽ; tamen non exprimitur in eis, quod sint pro canone futuro, idest, decurso post dictam declarationem caducitatis: vnde eum possint intelligi pro canone præterito, pro quo etiam dicti hæredes erant debitores, non infertur remissio ex necessitate, cùm duplici intentione potuerit recipi pensio, animo scilicet renunciandi, & ani-
30 mo non renunciandi; † & in dubio non debet præsumi animus renunciandi, maxime ne iste dicatur actus contrarius actui primo, & ne voluntas, quæ colligitur ex d. actu extendatur vltra quam ex eo de necessitate inferatur: quod esse non debet, prout ita in specie caducitatis considerat *Surd. decis. 317. num. 22.* Et quando reci-
31 pitur pensio præteriti temporis, † cum protestatione, prout est in casu, de quo agimus, omnes admittunt, quod non præiudicet, & detur expulsio; cum possit stare, quod recipiatur pensio præterita, & quod possit emphyteuta expelli, &
32 sic † eligendo vnum non censeatur alteri renunciatum. *Clar. d. q. 10.* & alij supra allegati, & *Surd. d. decis. 317. n. 24. & 25.* Maxime stante pacto, de quo in casu nostro, quod vtrumque possit fieri, & declarari caducitas, & exigi canon debitus, vt in instrumento emphyteusis celebrato die 8. Ianuarij 1585.

Idem etiam dicitur quoad receptionem ipsius Clementis Rectoris, cum sit prout sunt aliæ Thomæ procuratoris, nulla facta declaratione, an sit pro tempore futuro, vel præterito; vnde militant ea, quæ supra diximus de alijs receptionibus Thomæ procuratoris. Et quod tollit omnem difficultatem, nulla consideratio in illis, vel sint Rectoris, vel procuratoris potest fieri; quia non sunt recognitæ, neque admissæ, neque in forma probanti, & productæ, nedum post conclusum in causa; sed post multas monitiones factas ad sententiam, ad instantiam etiam dictorum hæredum; de quibus omnibus fuit in actis oppositũ per procuratorem Clementis: & sic nihil faciũt, tanquam in termino exclusiuo omnium proba-
33 tionum. *Natt. cons. 252. n. 4.* † post quem non licet aliquid amplius, neque in iure, neque in facto allegare, cum nullum sit medium dubium, nisi sententia. *Io. de Amic. cons. 6. num. 25. & cõsil. 108. num. 6.* Immo à pari procedunt sententiam esse latam, vel conclusum in causa, ita vt post eam non dicatur amplius indicium. *Mandos. in tract. Commiss. form. 7. in verb. pendeant indecisæ. vers. contra vero.*

Quarto & vltimo ad fauorem dictorum hęredum erat considerabilis ratio illa, quod huiusmodi caducitas fuit declarata per D. Thomam Stellam vti procuratorem Clementis Rectoris beneficij, de quo agimus, qui procurator non habet mandatum, nisi ad agendum, & capiendum possessionem beneficij, prout constat in processu de partibus fol. 20. & tamen, vt prædicta declaratio afficeret erat facienda, ab habente speciale mandatum; prout requiritur ad declarandum caducitatem; alias non operatur;
34 Cum † procurator vigore mandati generalis nõ possit declarare velle bona esse deuoluta ob non solutum canonem, seu pacta non seruata. Ita in specie concludit *Cur. Iun. cons. 149. n. 3. vers. cũ igitur. lib. 2. Bero. cons. 151. n. 18. lib. 1. Bursat. cõsil. 26. n. 41. lib. 1. & cons. 253. nu. 10. lib. 3. Vrsill. ad Afflic. decis. 129. n. 7. Corbul. de caus. priuatio. ob non solu. canon. ampliat. 45. n. 13.* Et ita fuit decisum per Rotam Romanam; vt testatur *Caputaq.*

putaq. decis.181.p.2.Surd.decis.181.num.12.

Præsertim quia per dictos hæredes fuit ex-
presse oppositum de dicto mandato,& quod per
d. procuratorem non poterat fieri huiusmodi
declaratio caducitatis sine speciali mandato,cũ
protestatione, quod non ratificentur prædicta
per subsequens mandatum;vt in processu de par
tibus,fol 26.cum tamen forsan,parte non oppo-
nente,posset dici dictam declarationem obesse;
quia regulariter mandatum minus legitimum
35 † censetur approbatũ,si pars non opponat *Aym.*
qui multa similia congerit *cons.150. n.2.*

Non obstat quod Thomas tanquam pater, &
legitimus administrator potuerit declarationẽ
36 caducitatis facere,prout etiam illi,tanquam ta-
li permittitur remissio caducitatis, vt per *Socc.
cons.66.col.fin.vers.6.ista conclusio.nu.19.lib.3.
Honded.cons.55.n.87.lib.1.Corbul. de caus. pri-
uatio.ob non solut. canon. limit.21. n.16.* quam-
uis etiam remissio caducitatis, debeat fitri per
procuratorem,cum mandato speciali. *Paris.cõs.
86.n.17.col.2.in fin.lib.4.* cum alijs supra alle-
gatis. cum remissio caducitatis, vel declaratio,
quod illi locus esse debeat, à pari procedant.
Surd.decis.317.n.6. Et regulariter pater potest
37 ea facere † pro filio,quæ mandatum speciale exi-
gunt. *Bald.in l.1.in princ.de minor.Tiraq.de re-
tract.lignag.§.1.gloss.10. n.101.*

Quia respõdetur quod d.declaratio debebat
fieri per Thomam vti legitimum administrato-
rem, non vti procuratorem, quemadmodum
fuit facta: vnde succedit conclusio Doctorum,
38 † Quod actus non potest sustineri ex potestate,
qua quis non fuit vsus. *Roman.consil.446. pri-
mus proposita. num.6.* vbi loquitur de marito
agente vti procuratore, qui si postea non repe-
39 riatur talis,non potest † se tueri,vt valeat actus
tanquam coniuncta persona. Et ita in specie
caducitatis dicit *Hond cons.55.n.81. lib.1.* vbi
allegat *Achil.decis.15. de procur.* in manuscrip-
tis,per quem fuit decisum quod procurator ha-
bens duplex mandatum, alterum nullum, aliud
validum, si appellat vigore mandati inutilis,nõ
valebit eius appellatio,licet etiam habeat aliud
validum,cum eo vsus non fuerit: quia, inquit,
Rota sequitur dictum *consil. Romani 446.* quod
enim potuit noluit, quod voluit, adimplere ne-
quiuit. *l. quod sponsa. C.de donat.ante nupt.* la-
te *Tiraquell.de retract.lignag.§.10.in gloss.vni-
ca. num.6.*

Secundo respond. quod sumus in bonis, in
quibus pater non est legitimus administrator;
Nam regulariter in illis bonis, in quibus pater
40 non † habet vsumfructum, neque habet admini-
strationem. *Bart.in l.fin.§.1. vers. & est ratio.
sub nu.1.de verb.oblig. & in l.bis nulla. de iu-
dic. Paris.* qui de communi. *cons.137.num.15.
lib.4. Capic.decis.56.num.4.& decis.73.nu.10.*
Huiusmodi autem sunt bona, seu redditus, præ-
41 bendæ, † dignitatis, & beneficiorum; quia in
illis pater non habet vsumfructum. *Pinell.in l.1.
p.2.n.29.C.de bon.matern. Palat.Rube.in rubr.
de donatio.§.42.nu.9.* vbi assignat rationem,
42 † quia beneficium habetur loco peculij castren-
sis,vel quasi; Immo clerici in potestate parentũ
constituti possunt licite disponere, & testari
43 de omnibus aduentitijs; quia † cum illa aduen-
titia,quoad clericos dicantur peculium castren-
se, seu quasi castrense, in illis non acquiritur
vsusfructus patri; non faciendo vim quo modo
44 bona ista perueniant ad clericos, vel ratione
clericatus, vel alias quomodocunque. *auth.pre-
sbyteros. C. de Episc. & cleric.* Cardin. & alij,
*in c. quia nos. de testamen. & in rubr. de pecul.
clericorum. Palat.rubr.d.§.42.num.7. vers. &
ex hoc dicebat. & vers.teneas ergo. & num.11.
in fin. Couarr.in d.c. quia nos.num.2. & 3.* vbi
45 etiam *Doctores* ampliant ad † clericos in mino-
ribus constitutos, dicentes ita omnes tenere;
quoniam appellatione clericorum veniunt cle-
rici in minoribus. *glos.in c.2. de præbend.* Ma-
46 xime † in fauorabilibus. *Abb. in rubr. de vita,
& honestat. clericorum. Hostiens. in c. cum non
ab homine. de iudic.* [Ex quibus datur cautela,
vt filius possit testari, vel disponere de rebus
47 maternis, vel alijs, † quod fiat clericus; saltim
minores ordines suscipiendo; cum illi peculium
48 etiam aduentitium † fit quasi castrense. *Cepoll.
caut.113. filiusfamilias. Gualden.de art. testan.
tit.1.caut.1. in fin.* Et ita per ea, quæ dicta sunt
in quarta,& vltima ratione, fuit conclusum die
28. Septembris 1598. ad fauorem dictorum
hæredum, confirmando sententiam D. Vicarij
Iudicis à quo pro illis latam.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non datur vbi non po-
test purgari mora.*
2 *Oblatio sufficit ad purgandam moram,etiam si
pecunia non ostendantur.*
3 *Dictio, census, comprehendit etiam canonem.*
4 *Census nomine quid veniat.*
5 *Alimenta si petantur per coniunctum, tãquam
curatorem, si non apparet de cura, processus
est nullus.*
6 *Procurator quando iuuetur ex mandato valido,
si egit vigore insufficientis. n.7.*
8 *Alimenta debentur patri per filium de bonis
castrensibus.*
9 *Pater nõ habet vsumfructũ in bonis, in quibus
clericus filius fuit institutus. Intellige vt n.10.*

¶ N.8. *post verba.* cons.19.n.240.lib.2.

Caputaq. decis.230. n.3. p.2. Itaut neque detur
1 restitutio in integrum, † vbi de iure non potest
mora purgari. *Alex.in l.in lege. §. insulam. col.
11.vers.vltimo fallit.de verb.oblig. Idem Capu-
taq. decis.96.p.3.*

¶ N.9. *post verba.* priuil. iuram.48. n.11.

Menoch. de arbitr. in addit. cas.232. nu.2. vbi

2 quod sufficit sola oblatio, † etiam si pecuniæ
non ostendantur, ad moræ purgationem. Ideo
datur cautela, vt creditor non constituatur
in mora, quod idem dicat sum paratus acci-
pere. *Alexand. in l. si mora. num. 6. vers. om-
nes tamen. ff. solut. matrim.* Natt. *consil.* 631.
num. 3. *Surd. cons. n.* 29. *lib.* 1. *Menoch. d. ca-
su* 232. *num.* 2.

¶ N. 15. *in fin. post verba.* Hond. cons. 51. num. 28. lib. 1.

Bursat. cons. 252. *n.* 4. *Surd. decis.* 29. *n.* 12.

¶ N. 21. *post verba.* deteriorat. n. 6.

Bero. Bursat. & alij, de quibus per Surd. decis. 29. *num.* 11.

¶ N. 24. *post verba.* ad defensorem Ecclesiæ.

»Neque obstat quod quietatio fuerit pro cen-
3 su t non pro canone; † Quia dictio, census, est
ap a comprehendere etiam canonem. *cap. ad au
res. de rebus eccles. non alien.* Vnde quamuis di-
catur pro annuo censu, vel canone, nihil refert.
Rota per Card. Seraphin. Papien. tenuta 27.
Iunij 1597. cum nomen census accipiatur pro
eo, quod annuatim præstatur etiam inferiori
4 à Principe, † siue in recognitionem subiectio-
nis. *cap. recipimus. de priuileg.* Siue ratione
fundationis. *cap. preterea. de iur. patron. cap.
quoniam. eodem tit.* Siue ex alijs iustis cau-
sis, vel pro tributo, functione, collatione,
aut similibus, de quibus late *per Rutger. Ru-
lant. in thesaur. iur. emphyt. quæst.* 32. *num.*
1. *vsque ad num.* 8.

¶ N. 39. *in fin. post verba.* §. 10. in glos. vnica. num. 6.

Quod etiam procedit in materia priuile-
5 giata. *Caputaquen. decis.* 24. *lib.* 1. † vbi de
alimentis, quæ licet possint peti per coniun-
ctos, si tamen fuerunt petita per coniunctum,
non vt talem, sed vt curatorem, si appareat
illum esse nulliter deputatum, processus erit
nullus. *Cassador. decis.* 7. *num.* 5. *de appellat.*
Et de procuratore, quod non iuuetur ex man-
dato valido, si egit vigore insufficientis est.
decis. Mohedan. 101. & 204. de qua late *Mon-
6 ter. decis. Aragon.* 41. † Intelligendo in procu-
ratore ignorante mandatum validum, quasi
ex ista ignorantia non habeat fundamentum
suæ intentionis. *Aym. consil.* 171. *num.* 18.
idem Monter. d. decis. 41. *num.* 87. vbi etiam,
quod procedit in procuratore se restringente
7 ad illud mandatum inualidum; † secus si de
dicta restrictione non appareret, quia tunc
censeretur quis facere ex vi mandati vtilio-
ris. *Put.* in specie *decis.* 383. *num.* 7. *lib.* 2. &
decis. 332 *lib.* 3. *Rimnald. iun. consil.* 561. *nu.*
11. *lib.* 5.

¶ N. 42. *post verb.* castrensis, vel quasi.

Roland. cons. 90. *lib.* 2. & *cons.* 54. *n.* 7. *lib.* 3. *Coras.
in l. frater à fratre. nu.* 103. *de condict. indeb.* Et
ideo in huiusmodi peculijs pater nullū ius habet
l. 3. *C. de castr. pecul. lib.* 12. *l.* 2. *ad macedon. Bal.
in l. fin. C. de inoff. testam. Afflict. decis.* 183. *n.* 4.
8 *Spin. de test. in rubr. glos.* 4. *num.* 22. † Præter-
quam ratione alimentorum, quorum præstatio
est facienda patri de bonis castrensibus, cum fi-
lius ex legis dispositione ad illa teneatur. *Gloss.
in l. si quis à liberis. §. & si impubes. de liber.
agnosc.* quam ab omnibus approbari dicit *Surd.
de alim. tit.* 4. *q.* 11. *num.* 20.

¶ N. 48. *post verb.* tit. 1. caut. 1. in fin.

Ideo Clericus filiusfamilias hæres institutus ha-
9 bebit bona sibi relicta, † itaut in illis pater nul-
lum habeat vsumfructum, vnde poterit libere de
eis testari nulla facta distinctione an acquisierit
de bonis intuitu clericatus, vel alijs, etiam quod
sit clericus primæ tonsuræ, late *Surd.* qui dicit
singulare, & notandum *cons.* 259. *n.* 8. 21. & 26.
10 *lib.* 2. † Quamuis hodie vt talis clericus in mi-
noribus constitutus, & primæ tonsuræ possit vti
ista potestate clericali debeat habere requisita,
de quibus in *Concilio Tridentino sess.* 23. *de re-
format.* vbi Clericus primæ tonsuræ, vt gau-
deat priuilegio clericali, debet esse deputatus
auctoritate Episcopi alicui Ecclesiæ, vel Semi-
nario, & deferre habitum, & tonsuram, quia
alias non habebit dictam prærogatiuam, & præ-
eminentiam, vt possit libere testari, prout etiam
notat *Spin. de testam. in rubr. gloss.* 4. *numero* 23.
ad fin.

EPITOME.

Quando intelligatur quis condemnatus in expensis primæ & secundæ instantiæ, etiam quod iudex appellationis confirmando sententias, dixerit, victum in expensis condemnamus. Et appellatio in quibus casibus sit communis.

SVMMARIVM.

1 *Victor tenetur appellare ab expressa absolutione expensarum, secus tacita. n.* 2.
3 *Factum in eo quod est omissum potius suppletur.*
4 *Sententia non debet continere contrarietatem.*
5 *Sententia contra sententiam transactam in iudicatum non valet.*
6 *Appellatio est communis, vnde victor non appellat ab expensis, sed obtinet de eis coram iudice ad quem victus appellauit. Intellige vt n.* 7.
8 *Appellatio non est communis in capitulis separatis, & vbi appellatur in parte & partibus.*
9 *Expensæ sunt reficiendæ per eum qui se arctauit ad tertiam instantiam.*
10 *In causa appellationis non deducta possunt deduci, & probari.*
11 *Iudex appellationis confirmans sententiam, & condemnans in expensis, intelligitur etiam*

de

de expensis primi iudicij nisi appareat victum habuisse iustam causam litigandi.
12 *Iniusta causa litigandi in dubio praesumitur.*

Decisio L.

Conclusum fuit Pantaleonem Vistarcum non debere intelligi condemnatum in expensis primae, & secundae instantiae, etiam quod iudex appellationis confirmando sententias, dixerit, victum in expensis
1 condemnamus. † Ratio est: nam cum per primos indices fuerit expresse absolutus, oportebat victorē appellare à dicta absolutione, alias propter transitum in iudicatum non poterit de ipsis ei succurri à secundo iudice. *Felin. in c. significauerunt, in princ. sub n. 2. de exceptio.* vbi late comprobat huiusmodi opinionem. Et ita etiam videtur esse decisum per *Put. decis. 246. li. 2.* vbi dicitur, quòd si primus Iudex omisit condemnare victum in expensis, dum tamen non absoluat, si postea index appellationis confirmando primam sententiam dicat, victum in causa huiusmodi condemnamus, intelligitur in expensis tam primae, quam secundae instantiae. Vnde cum in casu, de quo agimus fuerit absolutus expresse; non mirum si postea condemnatus, intelligitur solum de expensis vltimae instantiae. *&* ita per dictam decisionem cōcludit *Granut. Theor. 6. nu. 5. vers. aut & secundo*; & late comprobat *Caualcan. de iud. decis. 15. n. 17.* vbi dicit ita esse intelligendum. *Carauit. in ritu magna curiae. n. 5 ritu 297. Dec. in c. reprehensibilis. de appellat. n. 6. vers. in glosa. in verbo proprium. & in c. saepe. n. 11. eo. tit. Marsil. sing. 684.* [Ratio autem diffe-
2 rentiae † inter tacitam, & expressam absolutionem est. Quia facta absolutione expressa, necesse est illam reuocare, & sic venire contra factum primi iudicis: sed vbi condemnatio est omissa,
3 potius suppletur eius factum † in eo, quod est omissum; Et ita declarat *Felin. in d. c. significauerunt. in princ. vers. si diceres.* [Praeterea, quādo ab expressa absolutione non fuit appellatum, & iudex confirmando sententiam dicit, bene iudicatum, & male appellatum; non potest dici sensisse de expensis absolutis, quia non esset bene iu-
4 dicatum; & sic talis † sententia contineret contrarietatem. Ita in specie dicit *Fulgos. cons. 158. domina grauolina. col. 1. in fi. vers. sed & secundo*, quem sequitur *Gabr. cons. 19. col. vlt. in fin. lib. 1.* Maxime quia esset sententia contra senten
5 tiam † transactam in iudicatum ab expensarum absolutione, vel ob non prosecutionem appellationis, quo casu non valeret. *Fel. in c. inter monasterium. de re iud. Rom. cons. 410. n. 4.*
6 Non obstat, quod appellatio † sit communis; vnde victor non appellat ab expensis, sed obtinet de ipsis coram eo, ad quem victus appellat; quia sua appellatio esset superflua, & ideo frustra dehonestat honorem iudicis. *l. omnem. C. quando prouoc. non est necess.* Quia intelligitur hoc esse verum, quando primus iudex nihil dixit de expensis; secus si expresse † absoluisset per ratio-
Decis. Marchiae. nem differentiae supra allegatam, vt per *Felin. in c. significauerunt. in princ. vers. si diceres. de exceptionib.* Nam appellatio non est communis, quādo sumus in capitulis separatis, etsi vnus appellauit in parte, & partibus; Quia tunc obstat
8 res † iudicata, si non fuerit appellatum. *Franc. in c. si duobus. 7. in princ. sub n. 5. de appellat. Fel. in c. 2. col. 1. vers. limita secundo. de mutu. petitionib.* cum alijs, de quibus *inf. decis. 83. n. 6. in fi.*
9 Non obstat, quod debet reficere † expensas, ex quo se arctauit pars ad tertiam instantiam, ex *Felin. in c. audientiam. il secundo. col. 10. vers. cogitatam. de rescript.* Quia ibi loquitur de eo, qui est morosus, & differt producere instrumenta vsque ad finem litis; tunc enim si velit illa producere, non auditur, nisi refectis expensis in pœnam suae contumaciae, vt post *Bal. in c. exceptionem. in princ. de except.* declarat *Marsil. in l. patre, vel marito. n. 73. de quaestio.* quod non est in casu nostro, in quo nō constat de mora; immo lex permittit secundo appellare, & in causa ap-
10 pellationis non deducta † deducere, & non probata probare. *l. per hanc. C. de temp. appellat.*
Non obstat quod iudex appellationis confirmans sententiam, & condemnans in expensis, in-
11 telligitur † etiam de expensis primi iudicij, nisi appareat, quod in ipso victus habuerit iustā causam litigandi. *Marsil. in d. l. patre, vel marito. n. 71. de quaestio. & sing. 684.* vbi etiā ampliat idē esse in absolutoria expensarum. *Afin. in praxi. §. 32. c. 2. ampl. 7. Felin. in c. significauerunt. n. 7. de except.* Quae quidem iusta causa litigandi non ap
13 paret in casu de quo agimus; Immo in † dubio praesumitur Iniusta causa litigandi. *Menoch. praesump. 87. & 88. lib. 2.* Quia praedicta habent locum, quando in primis sententijs esset tacite absolutus per condemnationem expensarum tacite omissam; secus quādo fuit expresse absolutus; Quo casu oportebat victorem appellare à d. absolutione expressa; alias propter transitum in iudicatum non poterit de ipsis ei succurri à secundo iudice per rationem differentiae supra allegatam, ex *Felin. in d. c. significauerunt. in princ. de except.* & sententia contineat contrarietatem, vt per *Fulgos. d. cons. 158. col. 1. in fin.* Et quia sumus in capitulis separatis, & victus solū appellauit in parte, & partibus; quo casu propter rem iudicatam appellatio non est communis. *Franc. in d. c. si duobus. in princ. nu. 5. de appellatio.* Ex praedictis fuit sententiatum ad fauorem Bartholomaei Franchi contra Pantaleonem Vistarcum de Ancona, die 19. Ianuar. 1595 prout etiam in casu simili inter Seluaggiam Polisenam de Firmo, & Lupidium Bernardini, in quo etiam aderat expressa absolutio expensarū. Contrarium tamen fuit dictum in causa inter D. Octauianum Cherubinum, & Ludouicum Matthaei de Macerata, in qua aderat absolutio tacita, quia Iudex nullam fecit mentionem de expensis. Vnde per condemnationem subsecutam censetur in omnibus condemnasse, per supradictam *decis. Put. 246. lib. 2.*

EPITOME.

Prohibita appellatione, quando intelligatur prohibitus recursus, & supplicatio. [Priuilegium concessum Gubernatori. vt ab eius sententijs non appelletur, de quibus intelligendum sit,& an de sententijs in quibus iudicauit vti arbiter, vel vti Gubernator. [Dictiones negatiuæ adiunctæ verbo, possit,quando reddant actum impossibilem.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio vbi non admittitur, datur tamen recursus,& supplicatio. Intellige vt n. 27.*
2 *A sententia præfecti prætorio non appellatur, conceditur tamen recursus.*
3 *Per clausulam, quod non possit aliquo modo appellari, non prohibetur reclamatio,& recursus.*
4 *Facultas concessa sub nomine dignitatis non debet transire terminos illius.*
5 *A sententia alicuius si non potest appellari, poterit si fuerit sententiatum de consilio alterius.*
6 *Dictiones negatiua adiuncta verbo, possit, reddunt actum de iure impossibilem. & numero 8. & 9.*
7 *Et quid in verbo, debeant.*
10 *Per verba, vllo modo, redditur processus nullus ipso iure.*
11 *Idem in dictione omnino.*
12 *Verba, quouis modo geminata operantur, vt quis non possit petere ex aliqua causa iure, & titulo. & num. 13. 14. & 15.*
16 *Statutum mandans occidentem quouis modo decapitari comprehendit etiam in causa defensionis.*
17 *Verba, quouis modo, & quoquo modo, & quomodolibet, & similes quid operentur, & quos casus comprehendant.*
18 *Clausula, nullo modo, habet vim præcisæ prohibitionis, & idem in dictione nullatenus, & n. 20. de dictione penitus.*
19 *Et idem operatur, quod clausula decreti irritantis.*
21 *Verbum, intromittere, est generalius, quam prouidere, & disponere.*
22 *Actus vigore iurisdictionis suspensæ est nullus.*
23 *Dictio, penitus, est præcisa.*
24 *Dictio, nullo pacto, trahitur ad non specificata.*
25 *Dictio, quoquo modo, est vniuersalis, & ostendit plenam voluntatem.*
26 *Per dictionem, quomodolibet, an intelligautur concessa priuilegia futura.*
28 *Dictio, per te, est personalissima,& non tantum relatiua, sed ad oculum demonstratiua.*
29 *Quando suadent coniecturæ esse expressam dignitatem causa demonstrationis, non tamen actus dicitur emanare ex ipsa, sed aliunde, vt subiecta materia inducit.*
30 *Actus gestus ab habente duplicem potestatem præsumitur gestus ab ea facultate, secundum quam potest actus tolerari.*
31 *Debet constare de discordia arbitrorum, vt tertius electus possit sententiare.*

Decisio LI.

IN facultatibus concessis Reuerendissimo
D. Fantino Gubernatori Marchiæ aderat
particulare priuilegium,quod à sententijs
per ipsum proferendis, & causis per eum termi-
nandis,non daretur appellatio ad Rotam,cum
prohibitione,etiã verbis geminatis facta, quod
Auditores eiusdem Rotæ non se intromitterent
in præfatis causis, cum alijs clausulis adimen-
tibus d. facultatem; prout latius in breui parti-
culariter super hoc expedito continetur. Et
quoniam per eundem D. Gubernatorem fuit la-
ta sententia in causa vertente inter DD. de
Cieolinis, & D. Hieronymam Berardam, à qua
fuit appellatum, & de nullitate dictum per pro-
curatorem D. Berardæ ad Rotam, & cum per
Dominos de Cieolinis instaretur pro declara-
tione rei iudicatæ, & appellationis desertæ,tan-
quam fuerit appellatum ad incompetentes iu-
dices occasione d. priuilegij; Ideo dubitatum
fuit, an huiusmodi exceptio obstaret, ita vt cau-
sa non diceretur deuoluta ad Rotam: Et quidem
pro D. Hieronyma præcipue faciebat,quod etiã
præsupposito d.breui prohibente appellationẽ,
1 non per hoc debet censeri † prohibitus recursus,
neque supplicatio, quæ semper conceditur in
omnibus casibus, in quibus appellatio non ad-
mittitur, nisi quis antea appellasset, & appella-
tionem deseruisset. *Ruin. cons. 34. visis. n. 5. & 6. lib. 5. Lancellot. de attent. pend. recursu. c. 19. n. 24. tom. 5. fol. 403. Menoch. de arbitrar. iud. q 70. lib. 1. n. 21. vsque ad num. 27. Socein. cons. 39. col. 2. lib. 4. Paris. cons. 54. in isto. n. 39. lib. 3.* Vnde licet appellatio sit reiecta à sen-
2 tentia † præfecti prætorio. *auth. quæ supplicatio. C. de precib. Imp. offer.* Tamen conceditur
recursus, qui etiam datur in omnibus casibus,
in quibus appellatio non admittitur; Prout etiã
statutum reijciens appellationem, non reijcit
recursum, qui neque negatur, si reijciatur appel
latio ab interlocutoria, licet regularetur secun-
dum terminos appellationis, vt per *Menoch. q. 70. de arbitr. n. 21. cum seq. lib. 1.*

Quæ quidem procedunt, etiam quod dicatur
non posse aliquo modo appellari, cum non ob-
3 stante † d. clausula, possit reclamari, recurri, &
supplicari. *Grammat. decis. 34. n. 4.* post *glos. in clem. 1. de iure patronatus. & Aret. in §. sed iste quidem. col. 9. vers. notatur etiam. instit. de action.* [Vnde dicebat *Socein. cons. 39. nu. 3. & 11. lib. 4.* quòd stante statuto, vt à sententijs,
quæ in causis appellationum feruntur per ipsum
Capitaneum, non possit quoquo modo appella-
ri, sed debeant tales sententiæ executioni de-
mandari, non per hoc prohibetur recursus; quia
huiusmodi statuta sunt odiosa; subdens *nu. 12.*
quod debet intelligi de appellatione, quæ est stri-
cte definitiua per *Bal. in l. 1. de offic. præf. prat. & in addit. ad Speculat. tit. de sentent. prolation. col. 2.* secus vbi nullitas incidenter deduce-
retur ad impediendam executionem; quo ca-

su

fu est sententia interlocutoria, quæ licet habe-
ret vim diffinitiuæ, non dicitur tamen strictè
diffinitiua, sed mixta, & in materia tam odiosa
debet intelligi de sententia simplici, & in suo
propriori significatu.
Secundo addi poterat ad fauorem D. Hiero-
nymæ, quod dictum priuilegium denegans ap-
pellationem ad Rotam debeat intelligi de sen-
tentijs per D. Gubernatorem definiendis, tan-
quam Gubernator, non autem tanquam arbiter,
prout sententiauit in huiusmodi causa, cum d.
4 † facultas fuerit concessa sub nomine dignitatis;
vnde non debet transire terminos illius. *Felin.*
in c. cum ex officio. col.13. sub nu.31. vers. hanc
conclusionem ampla dupliciter. de præscript.
Vltimo, quia d. sententia videbatur lata cum
voto alterius; vnde succedit conclusio, quod si
5 à sententia † alicuius non posset appellari; ta-
men non denegatur appellatio, si ad consilium
alterius feratur & ille male consuluerit. *cap. bi-*
duum. vers. rursus. 2. q. 6. nisi malum consilium
ex malo puncti dictamine processisset, & partes
habuerint copiam puncti, & non appellauerint.
Grammat. decis. 34. n. 3. Scala de cons. sapient. lib.
4. c. 15 in fin. tom. 3. p. 1. fol. 349. prout etiam
appellabitur, quando sententia fertur ab eius
Vicario. *l. à proconsulibus. C. de appellatio. Soc-*
cin. cons. 39. num. 13. lib. 4.
Contrarium tamen fuit conclusum ad fauo-
rem dominorum de Cicolinis; cum appareat de
clara mente Summi Pontificis prohibentis Au-
ditores Rotæ nullo modo posse se intromittere
in præfatis causis; & omissis pluribus rationi-
bus satis sit adesse in d. priuilegio dictiones ne-
6 gatiuas adiunctas † verbo, possit, quæ reddunt
actum de iure impossibilem. *c. 1. de regul. iur. in*
6. Roland. cons. 2. num. 40. lib. 4. Paris. consil. 58.
num. 35. lib. 4. [prout idem est, quando adiun-
guntur verbo, debeant. † *Roland. d. cons. 2. n. 40*
Arnald. Albertin. in c. quoniam. de hæretic. in
6. quæst. 5. n. 8. tom. 5. fol. 385. Rebuff. de decim.
q. 40. n. 29. [& idem est cum dicitur, non sint iu-
8 dices. † *Corn. cons. 203. num. 3. lib 2.* & verbum,
non potest, inducit formam, & annullat actum
ipso iure. *Gomes. in c. vt animarum. §. statuto.*
de constitut. lib. 6. num. 24. tom. 5. fol. 62. & in c. si
annum. §. si vero. de iudic. in 6. nu. 19. tom. 5. fol.
142. & late *Lancellot. de statut. ante quæst. 1.*
in princip. in verb. non possit, vbi quod deno-
tat omnimodam resistentiam, & omnem impos-
sibilitatem, ita vt priuet iudices omni potentia,
inducendo præcisam necessitatem, & omnem
modum remouendo, vnde effici dispositio pos-
9 set, † importando solemnitatem, & formam in
habilitando personam, maxime quando est adie
cta futuro tempori, puta, non possit, prout est in
casu nostro; secus præsenti; licet reprobetur
hæc distinctio per *Lancell. vbi supra. n. 24. de sta-*
tut. ante quæst. 1. in princip. tom. 2. fol. 301.
[Non tamen in casu importaret necessitatem,
puta, quando diceretur non potest, idest, non
vult, non poterant credere, idest nolebant; vt
per *Arnald. de agnosc. assertionibus hæreticis.*
Decis. Marchiæ.

quæst. 23. num. 44. tom. 11. p. 2. fol. 81.
10 Maxime quia adsunt illa verba, † vllo modo,
per quæ redditur nullus processus ipso iure;
[vnde dicunt *Doctores*, quod stante statuto, quod
Potestas non possit aliquem punire de iniuria
illata sibi, aut suæ familiæ; & si contra fiat, pro-
cessus non valeat vllo modo: Istud statutum red
dit nullum processum ipso iure, præsertim pro-
pter illa verba, vllo modo; nam si ipso iure vale-
ret, & obstaret exceptio, vel requireretur sentē-
tia annullatiua, aliquo modo valeret; & sic non
verificarentur illa verba, vllo modo, prout idē
11 est si diceretur † omnino; vt late per *Corn. cons.*
203. n. 3. lib. 2. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. re-
uertatur. n. 225. C. de reuoc. donat.
12 Et dicta verba, quouis modo, † sunt gemi-
nata in casu, de quo agimus; vnde operantur,
vt quis non possit petere ex aliqua causa, iure,
& titulo. *Ruin. cons. 98. n. 11. lib. 2. Cephal. cons.*
13. num. 2. vnde includunt modos similes, ac
13 † dissimiles, æquales, ac inæquales, & maiores
expressis: [& sic statutum disponens, quod non
possit quis contrauenire sententiæ, neque pote-
rit per in integrum restitutionem. *Ceph. cons. 53*
n. 22. & cons. 150. n. 15. post *Soccin. cons. 242. lib.*
2. Gozzad. cons. 1. num. 19. & comprehendunt
modum etiam indirectum. *Soccin. iun. cons. 2. n.*
2. lib. 1. Cephal. cons. 76. n. 15. & 16. & in fin. Et
ampliant dispositionem, includendo omnes ca-
14 sus, † qui deinceps possent euenire. *Cephal. cons.*
688. n. 7. & includunt omnem speciem molesta-
tionis, tam de iure, quam de facto; cum ope-
rentur, vt dispositio hominis non recipiat vllam
restrictionem, etiam quod largo modo sit, &
quod simus in materia odiosa; ita vt nulla causa
15 intelligatur excepta; & sic intelligetur † omnis
molestia iuris, facti, in iudicio, & extra, agen-
do, & excipiendo. *Ruin. cons. 77. num. 8. lib. 2.*
[Et intelliguntur quod non possint peti ex ali-
qua causa, titulo, & iure, cum habeant plenissi-
mam, & amplissimam significationem, & cōpre-
hendant quamcūque causam, tempus, & casum.
16 *Ruin. cons. 98. n. 11. lib. 2.* † vbi infert ad statu-
tum, mandans occidentem quouis modo deca-
pitari; vt comprehendat etiam ex causa defen-
sionis, secundum *Salicet. in l. 2. C. de noxalib. Ro*
land. cons. 2. num. 35. lib. 4. [licet *Lanfranc.*
dicat hoc falsissimum, vt refert *Marsil. sing. 630.*
Et dicta verba, quouis modo, & quoquo mo-
17 do idem operantur, † quod quolibet modo, &
quomodolibet, ita vt sint dictiones vniuersa-
les, omnes casus comprehendentes, & distri-
butiuæ omnium, licet sint restringendæ ad mo-
dos proportionabiles. *Menoch. de recuperan.*
possess. remed. 6. num. 14. & 15. [quamuis secun
dum *Decian cons. 57. n. 26. li. 1.* dicta verba, quo-
quo modo, denotent vniuersaliter omnem mo-
dum, qui excogitari possit, ita vt trahantur ad
casus impropriοs, & abusiuos; & omnem casum
comprehendant, qui alias non comprehendere-
tur. late *Roland. cons. 2. nu. 32. lib. 4. & cons. 5. n.*
47. lib. 1. Cephal. cons. 121. n. 1. Et quouis modo,
comprehendit casus, qui excogitari possunt.

*Veron.conſ.*14.*Stracca de mercat. p.*1.*n.*83.*tom.* 6. *p.*1. *fol.*188. & diminuit de impropria ſignificatione. *Tiraquell. in l. ſi vnquam. in verb. omnia,& partem. n.*14.*C.de reuoc. donat.*

18 Accedat clauſula, nullo modo, † de qua in priuilegio, quæ habet vim præciſæ prohibitionis, prout dictio, nullatenus. *Cephal. conſ.*497. *num.*25. Et idem eſt, ac ſi diceretur nullo tempore, & nulla ratione. *Alberic. in verb. nullo modo. Strace. de decoctorib. p.* 6. *nu.* 28. *tom.*6. *p.*1 *fol.*323 & adimir omnem poteſtatem, inducendo nullitatem actus, & operando idem,

19† quod clauſula decreti irritantis. *Grammat. conſil.* 3.*num.*12. *Gig.de penſion. q.*10. *num.*10. *Oſaſc. deciſ.*165.*num.*14. Et eſt negatiua omnis potentiæ, idem operando, quod dictio, penitus,

20† *Menoch. de recuperan. poſſeſſio.num.*6.*remed.* 14. & etiam quod ſit fauore partis, non poterit pars illi, nec tacite, nec expreſſe renunciare. *Felin. in cap. cum accesſiſſent. num.* 8. *de conſtitution.*

Vnde cum per dicta verba præciſa, generalia, & geminata prohibeantur Auditores ſe in huiuſmodi cauſis intromittere, nulla prouiſio, ſeu diſpoſitio poterit per eos fieri, cum verbum

21† intromittere, ſit generalius, quam prouidere, & diſponere. *Pauin. de offic. & poteſt. ſed. vacant. q.*3.*p.*2. *n.*2. *& tom.*13.*p.*2. *fol.*423. Et cum per Summum Pontificem inhibetur habenti iuriſdictionem, ne ea vtatur, vt in caſu no-

22ſtro, ſuſpendendo eam ſimpliciter, † actus vigore talis iuriſdictionis ſuſpenſæ eſt nullus; vnde multo magis erit quando eſt in totum prohibita per dictiones illas negatiuas, vt in ſpecie concludit *Felin. in cap. ex parte. num.*3. *&* 7. *de conſtit.*

Omitto alias clauſulas, de quibus in priuile-

23gio; videlicet penitus, quæ † eſt præciſa, & nullam recipit limitationem. *Roland.conſ.*37.*n.*20

24*cum ſeqq. lib.*4. & illam, nullo pacto, ideſt, † nulla ratione; vt per *Alberic. in verb. nullo pacto. per text. in l. pupillus.* 24. vbi *gloſ. ff. quæ in fraud. credit.* quæ trahuntur ad non ſpecificata. *Roland.conſ.*2.*num.*42.*lib.*4.*Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb. omnia, & partem. num.*14.*C. de reuoc.donat.* quia ex prædictis ſatis colligitur cauſam non potuiſſe ad Rotam deuolui, cum ſo-

25lum illa verba, † quoquo modo, oſtendant plenã & exuberantem voluntatem Pontificis, tanquã vniuerſalia, & prægnantia. *Dec.conſ.*137. *nu.*1. *Mandoſ.de priuil. ad inſtar. gloſ.*14. vbi de ver-

26bo, † quomodolibet quod omnia priuilegia cenſentur conceſſa; ſiue Motu proprio, ſiue ad petitionem, & alio quouis modo; & ibi loquitur de Societate Ieſu, an intelligantur etiam conceſſa futura; videlicet ptiuilegia concedenda, vt ibi per eum *n.*3.*tom.*18.*fol.*135.

Quibus ſtantibus non obſtant contraria. Et ad primum ſatis ſit reſponſio illa, quòd per D. Hieronymam fuit appellatum à dicta ſententia; non autem petitus recurſus: & ſic eſt contrauentum priuilegio per huiuſmodi appellationem; vltra quod cum etiam Auditores prohibeantur ſe intromittere cum tot prohibitionibus in dictis cauſis, apparet, quod omnis pro-

27uiſio, † & actus, & recurſus eſt prohibitus; vt per *Felin. in cap. ex parte. n.* 3. *de conſtitutio.* & per *Pauin. de offic. & poteſt. ſed. vacan. d. q.*3. *p.*2. *num.* 2 *&* 7. [Et quando ex natura cauſæ prohibetur appellatio, cenſetur etiam prohibitus recurſus. *Pariſ.conſ.*54.*n.*38.*lib.*3.

Non obſtat ſecundum obiectum, Nam priuilegium comprehendit etiam cauſas, in quibus ſententiauit tanquam arbiter, quia fuit conceſſum Gubernatori, non ſub nomine dignitatis; ſed contemplata fuit hominis fides, cum

28adſit † dictio, illa, per te ipſum, quæ eſt perſonaliſſima, & non tantum relatiua, ſed ad oculum demonſtratiua. *Roland.conſ.*55.*num.*29.*libro* 3. *& conſ.* 59. *nu.*26. *eodem lib. & conſ.* 97. *num.* 21. *lib.* 4. [Et etiam quòd eſſet facta ex-

29preſſio † dignitatis, non tamen actus dicitur emanare ex ipſa, ſed aliunde, vt ſubiecta materia inducit, quando coniecturæ ſuadent fuiſſe expreſſam dignitatem cauſa demonſtrationis, prout in caſu noſtro. *Felin.in cap. cum ex officij. col.*13.*ſub n.*31.*verſ. hanc concluſionem ampliа dupliciter. de præſcription.* Et quoniam priuilegium expreſſe prohibet omnem poteſtatem Auditoribus, non poterit cognoſci, an comprehendat caſum, quod iudicauerit, vel tanquam Gubernator, vel tanquam arbiter, cum etiam potuerit iudicare tanquam Gubernator; quia

30† actus geſtus ab habente duplicem poteſtatem ſemper præſumitur geſtus ab ea facultate, ſecundum quam actus poteſt tolerari; maxime quia non apparet qua auctoritate dictus D. Gubernator fuerit vſus; vt per *Felin. in cap. cum ex officij. ſub num.* 31. *de præſcriptio.* Quæ quidem non poterunt cognoſci per dictos Auditores, cum facerent contra prohibitionem Principis, & ex defectu iuriſdictionis omnia corruerent, etiam quòd partes conſentirent. *Anchar. conſil.* 271. *de titulis. col. fin. verſ. conſtat enim. Alexan. conſ.*77. *viſis dubitationib. in prine. lib.*3.

Non obſtat vltimum, quia non verificatur in facto, quod fuerit lata ſententia per D. Gubernatorem de voto alterius; cum immo fuerit iudicatum per eum ſolum; Prout etiam non obſtat aliud, quod allegatur ſuper nullitate ſententiæ, videlicet quia D. Gubernator fuit electus pro tertio, caſu quo duo primi arbi-

31tri eſſent diſcordes, de qua diſcordia † non conſtabat; & ſic laudum, & ſententia eſſet nulla. *Alexand. conſ.*124. *in cauſa & lite. nu.* 10. *lib.* 2. *Pariſ.conſil.* 24. *num.*139.*lib.*2. Quia ſtante prohibitione Auditoribus facta, quòd in dictis cauſis non poſſint ſe intromittere, adempta eſt illis omnis facultas, & ex eorum perſonæ inhabilitate fuerunt priuati omni potentia cognoſcendi dictas nullitates, vt per *Lancellott. de ſtatutis. ante queſt.* 1. *in princip. in verb. non poſſit. cum alijs ſupra allegatis.*

A D-

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Verba generalia comprehendunt maiora expressis etiam in odiosis.*
2 *Processus non est nullus, si fiat à iudice reuocato nesciente reuocationem, nisi adesset decretum irritans, aut clausula motuproprio.*
3 *Supplicatio prohibetur, quando interdicitur appellatio ad abbreuiandum lites.*

¶ N. 17. *post verb.* & partem.n.14.C.de re-uoc. donat.

Et de retract.lignag.glo.7.§.1.n.20.Mandos. ad Rom.cons.31.in verb. quacumque vbi multa
1 de huiusmodi verbis generalissimis, † quæ sunt
apta comprehendere maiora expressis etiam in
materia odiosa. *Abb.in c.solita.in verb.nihil excipiens.col.2.in fi.de maiorit. & obed. Felin. in c. de quarta.n.15.col.5. ad med. vers. adde etiam prædictis.de præscrip.Gomes.de triennal.q.2. Crescen.decis.1.de priuileg.*

¶ N. 20. *post verb.* de constitutio.

Et ligat etiam ignorantes. Ideo licet quando
aufertur iurisdictio iudici, non sit nullus proces-
sus factus ab eo non sciente auocationem iuris-
2 dictionis †. *Gemin.cons.47.supplicatur. in princ.*
Tamen secus est, si in commissione auocatoria
adesset decretum irritãs, aut clausula motu proprio. *Mandos.*qui de magis communi. *form.6. commiss. in fi.*

¶ N. 27. *post verb.*cons.54.n.38.lib.3.

Quidquid dicat *Aret.cons.*20. Quia verior est
opinio, quod etiam supplicatio prohibeatur,
3 †quando ad abbreuiandum lites, vel ex natura
causæ non datur appellatio. *gloss.in l.fi. C. vt lit. pend. Ias.in auth.quæ supplicatio.n.6.in 5.notab. C.de precib.imper.offer.* & late comprobat & de communi opinione attestatur *Surd. consil. 177. n.20.& per tot.lib.2.& decis.36.n.22.*

EPITOME.

In Saluiano interdicto, quando detur appellatio, & dicatur sententia approbata, ita vt non liceat appellare.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur in Saluiano interdicto.*
2 *In sententia relatiua ad primam dicuntur inesse omnia quæ in prima.*
3 *Et licebit appellare ab ista secunda, si licet à prima.*
4 *Appellatio admittitur in Saluiano si in sententia adsint verba retinenda iure pignoris, & hypothecæ.*
5 *Sententia dicitur approbata per solutionem.*
6 *Sententia semel approbata non potest reprobari,*
7 *Sententia dicitur approbata, quando non fuit appellatum.*
8 *Adimplens ex parte sua potest agere, vt alius adimpleat.*

Decisio LII.

FVit lata sententia ad fauorem D.Hieronymi de Hieronymis de Macerata contra
D.Fuluium Pelicanum; in qua dicebatur
Hieronymum immittendum in possessionem, de
qua in actis, per ipsum retinendam iure pigno-
ris,& hypothecæ, donec fuerit satisfactus de fru
ctibus decursis, & decurrendis in futurum. Cu-
1 ius vigore fuit capta possessio, non obstante † ap
pellatione, quæ regulariter non datur in saluia-
no. *Bar.in l.1.in fi.ff.de saluian.interd. Caputaq. deci.141.lib.3.* Qua executione facta, Fuluius sol-
uit fructus decursos, de quibus in sententia, & il-
li fuit restituta possessio per Hieronymum. Sed
cum postea maturati fuerint alij fructus, recla-
mante Fuluio illos soluere, fuit contra eum actũ
per Hieronymum ad dicendum causam, quare
sententia, vt supra lata non debeat executioni
demandari pro fructibus decursis, & maturatis
post sententiam: & seruatis seruandis D. Iudex à
quo pronunciauit, illam esse exequendã; prout
exequi mandauit. Et cum per Fuluium appella-
retur; dubitatum fuit, an esset locus appellatio-
ni, itaut impediretur executio in casu, & ad ef-
fectum, de quo agimus. Et respondendum vide-
batur affirmatiue. Quia ista secunda sententia
2 est relatiua † ad primam; & sic in ea dicuntur
inesse omnia, quæ in prima, ad quam fit relatio,
& secundum eam erit iudicandum. *Bart. in l.1.*
n.3.C.de erro. calcul. Vant.de nullit.ex def. pro-
3 *cessus.n.131.* Vnde ab ista † secunda licebit ap-
pellare, quia etiam à prima licet, cum non fit la-
ta simpliciter in possessorio, & in saluiano, pro-
pter illa verba, quæ sunt addita in sententia, reti
nenda iure pignoris, & hypothecæ; ex quibus
4 † etiam quod simus in saluiano, datur appella-
tio. *Socci.cons.112.viso processu.n.4.lib.4. Corn. cons.190.ad euidentiam.n.2.lib.1. versic. nam prout supra.Contar.in l.vnic.limit.14.n.12.C.si de mom. possess.*

Secundo quia in vim primæ sententiæ capta fuit possessio, vnde creditum fuit satisfactum; Et sic non poterat peti executio sententiæ, quæ habuit executionem; cum executio semel facta non possit denuo fieri super eadem re, & eodem credito.

Contrarium tamen decisum fuit die 19. Maij
1596. Quia vel simus in petitorio, seu possesso-
rio, vel in saluiano, seu hypothecario; constat
ex actis restitutam fuisse possessionem per Hie-
ronymum captam Fuluio, ex quo per eum fue-
runt soluti fructus decursi, secundum tenorem
5 sententiæ contra ipsum latæ; † per quam solu-
tionem fuit sententia approbata. *Bald.in l.ad solutionem. C. de re iudic.* Vnde cum semel approbauerit, non potest amplius reprobare. *Bart. in l.Pomponius scribit 10.col.4.in princ. vers. venio*

igitur

6 igitur.n.10.de negot.gest.Soce.qui loquitur † in sententia.cons.45.col.fi. vers.secundo concludendum.lib.1.Dec.consil.22. num.1. Aym.consil. 103. nu.12 Immo etiam quòd non constaret de solutione,quia apparet,illum habuisse scientiam sententiæ,de qua agimus,& non appellauit, dicitur
7 transisse in iudicatum; & per hoc erit † sententia approbata.c.quoad consultationem.de re iudi. cum alijs per Aym.cons.79 nu.3.& sub nu.7.& cons.103.n.12.& cons.108.n.3. Quemadmodum igitur soluit fructus decursos, ita etiam non poterit negare solutionem fructuum decurrendorum; cum de vtrisque loquatur sententia, stante maximè adimplemento Hieronymi, per quem fuit restituta possessio ipsi Fuluio, propter approbationem factam de sententia, & ob solutiones fructuum decursorum; vnde non potest ei ne-
8 gari executio petita pro reliquis fructibus, † cũ adimpleuerit ex parte sua. l. Iulianus §. offerri. de act.empt.Natt.cons.50.n.5.Mascar.de proba. concl.1387.n.11.

Ex quibus non obstant contraria: stante enim acceptatione sententiæ non est disputandum;an daretur appellatio, nec ne ab ea; prout neque est considerabilis executio facta, eum vt dictum est, fuerit recessum ab executione per partes, & possessio in quam fuit immissus Hieronymus,fit restituta ipsi Fuluio; & sic non fuit in totum prima obligatio sublata, vt per Bart. in l. sed & si possessori. in princ n.3.ad fi.de iur.iur.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio secunda nominis debitoris impeditur, si per primam creditor est satisfactus.*
2 *Variatio non datur post executionem factam super vna re, per quam est consultum creditori.*
3 *Satisfactionis verbum est generale comprehendens quemcumque modum solutionis.*
4 *In saluiano non requiritur condemnatio damnorum & interesse, & illa non extante fit liquidatio.*

¶ N. 4. ad med. *post verb.* eadem re & eodem credito.

1 *Ang.in l.restituere.ff.de rei vendic.*† Prout dicimus de adiudicatione nominis debitoris semel concessa, nam secunda impeditur, quando per primam creditor est satisfactus. *Dec. consil. 558.in princ. n.2.* Ideo semel executione facta, vno modo, vel super vna re,non potest quis va-
2 riare,† quando per illam ei consultum esset. *Bero.cons.107.n.2.lib.3.Natt.cons.496.num.17.& 18.lib.3.* Ita ut sufficiat quocumque modo fuerit satisfactum, dummodo istum modum creditor elegerit, cum verbum satisfactionis sit generale comprehendens quodcumque creditor voluerit
3 † quamuis vere solutum non esset.*l.1. qui satisd. cogant.l.itē liberatur.6.§.1.quib.mod.pign.vel hyp. pot.soluit.l.si rē alienā.la 1.§.omnis.de pign.act.*

¶ N. 8. in fin. *post verb.* Maij 1596.

Quo vero ad damna & interesse an debeant illa liquidari, cum de eis nulla sit facta mentio
4 in sententia,videndum est particulariter;† Quauis potuisset concedi,cum in saluiano interdicto non requiratur quod fiat huiusmodi condemnatio damnorum,& interesse, nam etiam illa non extante deuenitur ad dictam liquidationem. *Rot. coram R. P. D. Bubalo senogallien.prædij 24. Octobris. 1586.*

EPITOME.

In causa mercedis, quando detur appellatio, & de quibus famulis intelligatur, & quanto tempore præscribatur salarium. Et quæ dicantur alimenta, & salarium respectu temporis futuri.

SVMMARIVM.

1 *Causa mercedis est miserabilis, & debetur operarijs etiam de iure diuino.*
2 *In causa mercedis fit executio non obstante appellatione.*
3 *Verbum seruitores comprehendit omnes qui seruiunt.*
4 *Constitutio de famulis comprehendit omnes operarios, & artifices, & professores,quo ad effectum executionis sententiæ, non obstante appellatione.*
5 *Pro salario duorum, aut trium annorum datur executio.*
6 *Præscriptio salarij currit spatio trium annorũ.*
7 *Præscriptio salarij an interrumpatur si fuerit petitum extraiudicialiter.*
8 *Famulus tenetur ad iuratoriam cautionem,casu,quo retractaretur sententia lata in causa salarij.*
9 *Causa mercedis non dicitur appellabilis eum præsupposito, quòd quis non sit pauper in genere.*
10 *Et quid in alimentis.*
11 *Alimenta respectu temporis, quo fuit lis contestata dicuntur futura. Idem in causa mercedis.*

Decisio LIII.

FVit concessa moderatio inhibitionis obtentæ per Camillum Ritium de Esio,quia prima sententia erat lata super mercede debita per Camillum Antonio Fabro murario, quæ postea fuit confirmata per iudicem à quo, declarando male appellatum,& bene iudicatum; à qua secunda sententia cum esset appellatum ad Rotam, fuit simpliciter concessa inhibitio, quia in ea non constabat, quòd esset causa mercedis, de qua cum modo appareat per primam sententiam productam in actis, merito debebat moderari inhibitio, quoad effectum suspēsiuum;
1 quia in causa mercedis non debet retardari executio,† quæ est miserabilis, & debetur operarijs etiam de iure diuino,cum sit opus pium & spirituale. *Redoan.de Simon.mental.p.2.nu.5. c.25.*

Et

2 Et regulariter, non obstante appellatione † est
facienda executio sententiæ, qua condemnatur
quis ad saluandum salarium famulis, vt latè per
Rebuff. de sent. prouisionalib. art. 3. glos. 7. n. 1.

Neque obstat, quod non simus in famulis, quia
prædicta habent locum, etiam in omnibus, & sin-
gulis operarijs. Verbum enim, seruitores, com-
prehendit omnes, qui seruiunt, prout faciunt
operarij. ita concludit *Rebuff. ibid. n. 2.* subdens,
quòd licet de communi vsu illos non solemus vo-
care, sed eos tantum, qui nobiscum morantes ser
3 uiunt; Tamen quoad istum † effectum, executio-
nis sententiæ, non obstante appellatione idem
seruatur quoad istos operarios, quod dicitur de
famulis, & comprehenduntur isti sub cõstitutio-
ne de famulis; ampliando etiam ad professores,
qui habent stipendia; Nam omnes seruire dicun
tur, prout extenditur etiam ad omnes artifices.
Rebuff. ibi glos. 12. vbi sub *n. 6.* ampliat etiam ad
salarium ancillarum, cuius salarij respectu non
retardabitur executio, sub prætextu, quod in
sententia adsit condemnatio etiam alterius rei,
quàm salarij.

5 Fiet tamen prædicta executio, quãdo † est pro
salario duorum, aut trium annorum; aliàs secus,
cum non sit præsumendum, tamdiu pauperem
seruum distulisse illius petitionem. *Rebuff. de
senten. prouisio. glos. 8. nu. 1. art. 3. & de famulor.*
6 *salar. gloss. 12. in princ. tom. 2. fol. 245.* † præscri-
ptio enim salarij currit spatio trium annorum.
*Duen. reg. 306. Bou. de statu. vrbis præscrip. glos.
19. in verb. contra omnes creditores. num. 47.* vbi,
quod de biennio in Curia Romana est *constitu-
tio Pij V. 33. incip. cupien.* de qua in *Bullario fol.
973.* & loquitur de famulis Cardinalium, & Præ-
latorum, innouando *constitutionem Pauli III.
cum sicut accepimus. 43. fol. 443.* An autem inter-
7 rumpatur præscriptio, † si famulus salarium pe-
tierit à domino extraiudicialiter coram testib.
Guter. de actib. iudic. iur. c. 1. n. 24.

8 Tenentur tamen dare isti famuli † iuratoriam
cautionem, cum ob paupertatem excusentur à
fideiussione, casu, quo retractetur sententia. *Re-
buff. ibi gloss. 11. in fi.* vbi in *glos. 12.* subdit, quòd
regulariter, si petatur salarium solutum, debeat
restitui.

Ad prędicta adde *dec. Rotæ diuers. 764. p. 1.* vbi
9 cum præsupposito, quod quis non sit pauper † in
genere; sed eo respectu, quod non habeat vnde
se alat, causa mercedis non dicitur appellabilis
10 ad exemplum † alimentorum, in quibus non da-
tur appellatio, quando petita sunt nõ iure actio-
nis, sed officio Iudicis propter inopiam, cum nõ
recipiant dilationem, prout est causa mercedis
in inope: & quamuis in alimentis præteritis de-
tur appellatio; secus in futuris; nihilominus ali-
menta etiam dicuntur futura, quæ sunt decursa
ante sententiam, post tamen litem motam, seu
11 petitionem eorum: quia † alimenta respectu tem
poris, quo fuit lis contestata, dicuntur futura;
& sic etiam causa mercedis, vt pluries dicitur
esse decisum per *Rot. diuers. in dicta decis. 764.
par. 1.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *In causa salarij per pauperem petiti non seruan-
tur feriæ etiam in honorem Dei.*
2 *Solemnitas iuris diuini relaxatur propter neces-
sitatem.*
3 *Appellatio quando sit deneganda in causa mer-
cedis.*
4 *Alimentorum causa an admittat appellationem.*
5 *Salarium an debeatur famulo infirmo, consan-
guineo, scholari, & similibus. n. 6. & 8.*
9 *Dies festiui non attenduntur in causa alimento-
rum de futuro.*

¶ N. 2. *post verb.* glos. 7. n. 1.

Ang. in l. quisquis. C. quor. appellat. non recip.
1 *Ann. sing. 42.* Ita vt neque seruentur feriæ, † quan
do per pauperem salarium petitur. *Bald. in l. ea-
dem. in 1. lect. ad med. vers. in textu ibi. de ferijs.
Surd. de alim. tit. 8. priuil. 2. n. 7. in fi.* Vbi *nu. 10.*
ampliat ad ferias in honorem Dei, quæ non ser-
2 uantur causa pietatis, † cum concurrat quoque
necessitas, propter quam relaxatur etiam solem-
nitas iuris diuini. *Abb. in c. licet. de ferijs. Felin.
in c. vlt. in fi. n. 8. vers. nam posset statuere. de ma-
ior. & obedient.* Et regulare est, vt causa merce-
dis non admittat appellationem. *Ro. Florent.*
3 *decis. 12. n. 11.* † Quando merces debetur paupe-
ri, cum succedat loco alimentorum. *Rot. diuers.
decis. 764. p. 1.* Aliàs paupertate cessante appella-
tio deberet concedi. *Rot. per R. P. D. Sacratum.
Anconitan. mercedis. 20. Decemb. 1602. & coram
R. P. D. Cantuccio. Roman. mercedis. 16. No-
uembr. 1583. & per Card. Mantic. Roman. mer-
cedis. 14. Februar. 1594. & coram R. P. D. Ro-
busterio Roman. mercedis artis furnariæ. 9. Iunij.
1579.* Exemplo alimentorum, quæ à diuite pe-
4 tuntur, † quia tunc cessat causa, propter quam
alimenta requirunt celeritatē executionis. Ideo
etiam in illis esset deferendū appellationi. *Cor-
duben. in l. si quis à liberis. §. si vel parens. nu. 31.
de liber. agnos. post Bart. in l. fi. n. 1. de appell. re-
cipien.* quidquid secus sit quando petuntur pro-
pter inopiam. *Rot. coram R. P. D. Oran. Anco-
nitana alimentorum 4. Decemb. 1585.*

¶ N. 8. *post verb.* debeat restitui.

Prout si constaret cum esse infirmum, cum illo
5 tempore non debeatur. † *Bart. in l. opera. de vsuf.
leg. Auffr. ad decis. cap. tholos. 269. Couarr. lib. 3.
var. resolut. c. 13. nu. 8. post princ. vers. ex quibus
tandem.* vbi de veriori opinione testatur *Surd.*
qui de magis communi *de alim. tit. 4. q. 23. n. 35.
in fin.* Quidquid fit in cibarijs, & medicis expen
6 sis, † quæ famulo ægrotanti debent subministra-
ri per Dominum. *Bart. in l. si cum dotem. §. fin
autem. ff. sol. matrim. & in l. in rebus. §. possunt. ff.
commod.* Idem si probaretur esse famulos schola-
7 sticorum, quibus non debetur salarium, † quasi
com-

commodius eis permittatur audire lectiones. *Rebuff priuil.scholar.167.to.18.fol.61.* vbi quod est speciale in istis,& alijs, de quibus in *l.1.ff.de var.& extraord.cognit.* Dummodo considerata conditione famuli, & Domini non constaret, quod vnus esset solitus locare, & alter conducere,quia tunc deberetur.*Feder.consil.218.in fin.*
Quemadmodum etiam de famulo cõsanguineo,
8 † cum nec ipse,nec dominus soleat locare operas huiusmodi personarum.*Ceual.q.288.num.6.* cum distinctione de solito locare, & conducere, vt dictum est Et in alijs casibus, in quibus non est debitum salarium, ita vt sit necessaria dicta cautio iuratoria,si contingat retractari sententiam. *Rebuff.de sent.prouis.gloss.12.*

¶ N. 11. *post verb.* decis. 264. p. 1.

Contard.in l.vnic.limit.3.nu.56. C.si de mom. posseß.Lancell.de attent.limit.24.p.2. c.12.nu.8. tom.5.fol.372.Surd.de alim.tit.8.priuil.60.n.16.
9 † Quo casu in huiusmodi alimentis tanquam futuris poterit agi diebus festiuis cum in præteritis secus esset.*Spin.de testam.glos.16. n.113. Ceuall. q.112. in fin.*

EPITOME.

Quando venditio sit nulla de bonis subiectis fideicommisso: An filius possit variare post quàm elegit aliquid pro legitima.Permutatio an fiat propter vtilitatem fideicommissi. Emptor an possit agere vt res liberetur, vel contractus rescindatur, & pretium sit restituendum.

SVMMARIVM.

1 *In fideicommisso in quo adest expressa prohibitio de non alienando, venditio ab initio est nulla, & statim potest retractari,& impeditur translatio dominij.*
2 *Adimplens relicta à testatore præsumitur scire testamentum,& fideicommissum.*
3 *Libellans confitetur.*
4 *Alienatio ex æquitate rata habenda est, non obstante fideicommisso ob causam detractionis trebellianicæ,& legitimæ.Intellige vt n.5.*
6 *Consensus inducitur ex taciturnitate in iudicialibus.*
7 *Filius non potest variare, quando à principio elegit aliquam rem pro legitima. Contrarium num. 8.*
9 *Filio etiam inuito potest imputari pro legitima, quod fuit alienatum non obstante contradictione fideicommissarij.*
10 *Appellatio suspendit sententiam à qua fuit appellatum.*
11 *Desertio causæ fit ipso iure sine aliqua iudicis pronunciatione. & n.13.*
12 *Sententia declaratiua requiritur licet non dispositiua, etiam quòd aliquid inducatur ipso iure.*
14 *Fatalia non currunt propter paupertatem,compromissum, & dum disputantur emergentia, & pendente iudicio attentatorum.*
15 *Statur contra producentem in his, quæ per eum producuntur.*
16 *Productio non potest reuocari facta citata parte. & nu.19.*
17 *Protestatio in productione facta in parte,et partibus nihil releuat.*
18 *Fundans se in contrarijs non auditur.*
20 *Assertio facta inter alios non probat nec prodest in fauorem tertij.*
21 *Emptio & solutio de pecunijs proprijs præsumitur facta.*
22 *In hæreditate opulenta præsumuntur bona acquisita ex fructibus.*
23 *Bona alienata ex causa permutationis imputantur filijs in quartam.*
24 *Subrogatio, & permutatio potest fieri propter vtilitatem fideicommissi. Fallit. n.25.*
26 *Affectio non cadit in fideicommisso vniuersali.*
27 *Annui redditus veniunt appellatione immobilium.*
28 *Maximè quando semper debent stare firmi, & denuo reinuestiri.*
29 *Variatio permittitur non sequuto effectu eius qui elegit.*
30 *Emptor potest agere vt res liberetur,non vt contractus rescindatur,et pretium sit restituendũ.*

Decisio LIV.

Alienatio domus,de qua agitur facta per D. Equitem Ascanium Ludouicum de Ancona,fuit iudicata valida; licet enim simus in fideicommisso, in quo adest expressa
1 prohibitio † de non alienando, quo casu communiter volunt Doctores, venditionem ab initio esse nullam, & per eam impediri translationem dominij,& statim posse retractari. *gloß. in l.cum pater 79.§.libertis in verb.ne id alienarẽt. de leg. 2. Castr. in l. marcellus. §. res quæ & ibi Alex.num.5.vers.quarto limita,& Alciat. nu.7.* dicit receptiorem opinionem, & *Soccin. nu.10.* non esse ab ea recedendum in iudicando,& consulendo *ff.ad Trebellian.Ias.in l.filiusfam.§.diu. de leg.1.in 2.lect n.100.& ibi Rip.nu.11. & 47. Dec.cons.38.n.4.ad fin.Curt. Iun.cons.88. nu.6. Tiraq.de legib.connub.glos.7. n.57.*
Maximè stante notitia testamenti, & fideicõmissi, quam habuit alienans, cum adimpleuerit relicta à testatore: ex quo infertur, quod illud
2 † legerit, & eius tenorem inspexerit. *Dec.cons. 266.non excedit.n.2.Roland.cons.85.n.21.lib.2.* Et petitione,de qua in processu,vbi narratur,& exponitur fideicommissum factum ab eius pa-
3 tre, ex quo arguitur illius scientia, † cum libellans confiteatur. *l.cum precum. C. de lib. causa. Roman.cons.70.n.10.Doctor.in l.2. C. de instit. Roland.cons.2.n.115.lib.1.*
4 Tamen ex æquitate rata habenda † est alienatio,quando adest iusta causa, prout in casu nostro, videlicet detractionis legitimæ,& Trebellianicæ, quæ quidem sufficit ad inclinandum animum Iudicis pro confirmatione alienatorum. *Bald.cons.217.quæritur lib.1. Aretin. consil. 18. Dec.consil.235.n.16.Roland.cons.78. col.penul. & fin. lib.1.* Cum non obstante fideicommisso, &
prohi-

prohibitione possint per grauatum ob dictam
causam alienari. *l. marcellus. §. res qua. vbi Doctor. ff. ad Trebell. Soccin. cons. 36. n. 2. vers. & tūc etiam dando lib. 3. Alexand. cons. 178. attentis verbis n. 4. lib. 5. Paris. cons. 17. nu. 33. lib. 2.* late *Gabriel de legitim. conclus. 4. nu. 9.* vbi de communi.
[Præsertim quando non apparet fuisse factam
alienationem de bonis melioribus, quæ eligere
5 † non potuisset, sed de mediocribus, neque fuisse
alienatam rem, quæ plus valet, quam sua legitima, prout in casu, de quo agimus. *Dec. cons. 235. n. 17. Roland. cons. 78. n. 19. lib. 1. Gabr. d. concl. 4. de legitim. n. 3. & 11.*

Non obstar, quod legitima, & Trebellianica
fuerit assignata in alijs bonis; quæ quidem assignatio fuir expresè, vel saltim tacite acceptata
per Equitem Ascanium, cum nnn fuerit appella-
6 tum; ex qua taciturnitate † consensus inducitur
in iudicialibus. *glos. in c. 2. in verb. reclamante de accusat. l. cum ostendimus. §. fi. de fideius. tutor.* Vnde non potuit postea recedere à dictis bonis assignatis, & vendere domum pro sua legitima, cum sic veniret contra factnm proprium, per quod acquirir bona per iudicem assignata. *l. generaliter. C. de non numer. pecun. Bart. in l. post mortem. de adoption.*

7 Et in specie † in filio, vt non possit variare,
quando videtur, quòd à principio elegerit aliquam rem pro legitima, tenet *Angel. in l. in quartam. colum. 3. n. 3. vers. ad dicta. ff. ad l. Falcid.* & ibi *Soccin. l un. n. 90.* testatur de communi. *Gabr. de legitim. conclus. 4. n. 11. Corn. consil. 133. nu. 3. lib. 4. Ceph. consil. 189. num. 20.*

Qnia respondetur, quod immo est permissa d. variatio in Filio, adeo quòd si vellet res alienatas redimere ad euitandam imputationem legitimæ, vt de alijs bonis illam detrahere possit;
7 † esset illi cōcedendum. *Imol. in d. l. in quartam. col. 5. vers. tu potes addere*, & ibi *Socci. l un. n. 90. Alciat. n. 23.* qui dicit hanc opinionem esse receptionem; & ibi *R. sp.* dicir sequendam, tanquam æquiorem, & magis humanam, prout etiam testatur *Grass. in §. legitima. q. 17. n. 5. in fi. & in §. Trebellianica. q. 9. n. 7.*

Secundo dato, quod nō posset variare, & quod etiam inuito filio ista alienata essent imputanda in legitimam; prout etiam tenet, vltra allegatos hanc opinionem *Alex in l. marcellus. § res qua. n. 8. vers. in eadem glos. ad Trebellianum.* Tamen hoc magis faciebat pro validitate alienationis, de qua agimus; Cum ista assignatio in legitima, quæ præsupponitur per filium acceptata, non operetur quoad illa, quæ iam ipse filius habuit pro legitima; & ei inuito sunt imputanda; sed solnm erit intelligenda quoad complementum legitimæ & trebellianicæ, computatis dictis bonis alienatis, & pro legitima detractis. Et sic huiusmodi assignatio operabitur effectum suum pro ea parte, quæ sibi competit, præter dicta bona
9 alienara, & quæ sunt ipsi inuito † imputanda.
[Immo etiam illi, in quos bona sunt alienata, si volunt quod res alienata imputetur in legitimam, & Trebellianicam, possunt hoc facere, non obstante contradictione fideicommissarij; qui regulariter non erit audiendus, vt post *Angel.* sequitur *Alex. in l. in quartam. n. 13. col. 8. vers. adait etiam. ff ad l. falcid.*

Et licet alienatio domus, de qua agimus fuerit facta post primam sententiam assignationis
10 legitimæ; Tamen cum illa fuerit † suspensa per
appellationem ab aduersarijs interpositā; *Bald. in rubr. C. de appell. n. 2. Felin. in c. pastoralis. col. 3. nu. 14. vers. præterea. de off. deleg. Glos. Bart. & alij in l. 1. §. fi. ff. ad Senat. Consult. Turpillian.* Dicendum est, qnod erat dubiū de confirmatione sententiæ post alienationem subsecutæ; Vnde videtur æquitas suadere, vt interim alienata, pendente causa appellationis computentur pro illa parte in legitimam, & Trebellianicam, & pro d. rata confirmentur.

Non obstat, quod tempore factæ alienationis sententia, in qua fuir legitima assignata, & à qua fuerar appellatum, erat deserta propter lapsum temporis, & sic transacta in iudicatum; quæ qui-
11 dem † desertio fit ipso iure, ita vr non opus sit ali
qua iudicis pronunciatio, vt disponitur in *Constitut. Marchiæ, lib. 6. c. 9. rub. forma qualiter.*

Quia respondetur, qnod nihilominus reqniritur declaratoria: quando enim aliquod inducirur ipso iure, licet non requiratur sententia di-
12 spositiua, † tamen requiritur declaratiua in his,
quæ non trahunt secnm executionem. *Ias. in l. si quis maior. col. pen. not. 13. C. de transactio. Gemi. in c. felicis. col. 2. de pœn. Dec. cons. 145. in princip. Aym. cons. 212. num. 2. Menoch. de arbitrar. casu 220. n. 7.* Et quamuis d. Constitntio dicat, quòd intelligatur deserta sine aliqua pronunciatione; Tn̄ dicit; fatalibus elapsis; super qno requiritur
13 declaratoria, † quòd fatalia lapsa sint; Cum ex
multis causis dici possit, qnod non sint elapsa, vt propter paupertatem partis prosequentis, subterfugia aduersarij, impedimentnm Iudicis, durante compromisso, & causa cepta agitari corā
14 arbitris, dum disputantur † emergentia, & pen-
dente Iudicio attentatorum, & ex multis alijs, de quibus per *Vestr. in praxi lib. 7. c. vlt. nu. 19. Doctor. in auth. si tamen. C. de tempor. appellat. & in clem. quamdiu. de appellat. Ioan. de Amic. consil. 6. n. 9. Gabr. de arbit. concl. 4. Franc. in cap. ex ratione. n. 18. de appell. Lancel. de attent. appel. pend. c. 12. in præfatione.*

Et licet prædicta satis viderātur sufficere pro confirmanda alienatione; tamen etiam quod cessarent, poterat addi in casu, de quo agimus, domum alienatā posse dici liberam, & non comprehensam in fideicommisso, cū ex instrumento per D. Tellinū producto constet d. domū esse emptā in parte de pecunijs proprijs Equitis Ascanij
15 grauati; † Vnde debet stari contra producentē.
Glos. in c. præsentium 31. in verb. si quis. de testib. Castr. cons. 331. in causa siluestri. col. 1. n. 1. vers. et si dicatur. lib. 1. Aym. cons. 80. n. 7. [Maxime cū fuerit productum citata parte, & sic effectum cō-
16 mune, & de actis, ita vt amplius † reuocari pro-
ductio non possit. *Roman. cons. 433. quoad primū n. 10. in vltimo dubio. Guid. Pap. q. 131. in fi. & q. 243.*

q.243.Aym.d.conf.80.n.6. Put.decif.270. lib.2.
17 Neque obſtabat illa † productio in parte; & partibus;cum nihil releuet *Socci. Iun.conſ.134. n.68 lib.3. Dec in l.ſi.colum.fin.C.de eden.Caſtr. in l.1.§.editiones.col.pen.ff. eod.tit. Et conſ.331. in cauſa ſilueſtr.col.1.lib.1.verſ.nec poteſt dicere. Aym.conſil.80. num.7. Iaſ.in l.ſeruum tuum. num.7.ff.ſi cert.pet.* Et hanc eſſe communem opinionem teſtatur *pedem decif.38 nu.26. Natta conſil.365.nu.4.Pariſ.conſil.125. n.20. vol.1. & conſil.79.nu.3.vol.3.Bero.conſ.3. n.38. Menoch. praſumptio.35.lib.2.Veſtr.in praxi.lib.6.c.1.n.4 & 19.Gabr.conſ.40. n.24. lib.1.*

Neque obſtat Bilancium per eundem D.Tellinum productum,in quo præſupponitur confeſſio Equitis Aſcanij de d. domo, tanquam hæreditaria;ex qua declaratione videtur ſublata illa productio inſtrumenti,vbi aſſerebatur domus empta de pecunijs proprijs. Quia hoc non ſuffragatur
18 D. Tellino † tanquam ſe fundanti in contrarijs. *Bald.in l.ſcriptura 14.n.1.& 2. C.de fid.instru. Felin.in c.imputari. eod.tit.* cum præſertim productio, vt diximus ſit facta parte citata, ita vt
19 amplius non detur reuocatio. † *Rom.d.conſ 433. n.10.in vlt.dub.Put.decif.270.lib.2.* Vltra quod
20 aſſertio,de qua in Bilancio† eſt facta inter alios; quo caſu nõ prodeſt,nec probat ad fauorẽ tertij *Bart.in l.admonendi.col.8.n.32. verſ.item quæro quid ſi inſtrumentũ.de iur.iur.Dec.conſ.407.n.4* prout neque noceret. *Ceph. conſ.101.n.31. li.1.*

Maximè, quia cum prædictis militat etiam
21 iuris præſumptio,quòd emens,& ſoluens † dicatur emiſſe,& ſoluiſſe de pecunijs proprijs. *Bald. in l.in rſequenda.C.de petit.hæred. Dec.conſ 99 in cauſa ioannis.n.2. Bart.in l.ſi patruus. C.commun.vtriuſ.iudicij.Iaſ.in §.ſequens nu.13 inſtit. de action.* Et ſimus in hæreditate opulenta,ex cu-
22 ius fructibus † præſumuntur bona acquiſita, itaut illa non pertineant ad ſubſtitutos, ſed ad hæredes grauatos, quorum lucro cedere debẽt. *Corn.conſ. 180.col.8.dub.9.lib.4.Aym.conſ.195. ſub nu.4.*

Quo vero ad aliam partẽ pretij d.domus,fuit datus ab Equite Aſcanio fundus, qui erat in bonis teſtatoris inducẽtis fideicõmiſſum; quo caſu
23 bona alienata, † ex cauſa permutationis imputantur filijs in quartã; vnde licet domus pro iſta parte fuerit quæſita mediãtibus bonis hæreditarijs, tamen dicitur quæſita mediãtibus bonis in legitima imputandis,& ſic in bonis nõ ſubiectis reſtitutioni; vnde neque pro hac parte erit ſuppoſita fideicommiſſo. *Socc.* qui loquitur in ſpecie permutationis.*cõſ.16.lib.3..Aym.conſ.202.n.50.* Eo magis,quia tẽpore d.permutationis D.Eques Aſcanius non detraxerat legitimã,neque ei fuerat aſſignata; vnde non obſtante fideicommiſſo, poterat alienare, & permutare, cum videatur pro legitima elegiſſe iſta bona alienata, & permutata:vt per *Doctor.in l.Marcellus.§.res quæ, ad Trebellianum*, cum alijs ſupra allegatis.

Immo etiam quod dicta domus eſſet ſuppoſita fideicommiſſo; Tamen cum ex actis conſtet, quod fuit ſubrogata in cenſibus, qui ſunt maio-
24 ris fructus, ac redditus, † quàm domus, vtique ſubrogatio,& permutatio poterit fieri, propter vtilitatem fideicommiſſi, cum inſpiciatur mens teſtatoris, licet fiat contra verba prohibitiua alienandi. *Ang.conſ.160.ſuper puncto. Iaſ.in l.filiusfamilias.§.diui.n.78.in 2.lect.not.7.de leg.1. Corn.conſ.178.lib.1.col.1.Dec.conſ.511.col.2.n.6 verſ.poſtremo.Socc.Iun.conſ.20.col fin. lib.1. & conſil.28.colum.3. & 4. vol.2.Caſtrenſ.conſ.26. lib.1.* quem refert, & ſequitur *Felin. conſil. 42.*
25 *num.4.* [licet † ſecus eſſet quando ratio,& mens prohibitionis fuiſſet,vt bona aliqua præciſe conſeruarentur in familia,non vt fideicommiſſum pingue remaneret. *Alba.conſil.97.nu.15.& 17.* Quod non eſt in caſu noſtro,cum domum præfatam teſtator nunquam habuerit in ſuis bonis, neque vnquam viderit; vnde non potuit dici,
26 quod ad eam habuerit affectionem, quæ non† cadit in fideicommiſſo vniuerſali. *Pedem decif.73.* [& huiuſmodi annui redditus veniunt appella-
27 tione† immobilium.*clem.exiui.§.cumque annui redditus. de verbor. ſignific. Bald. in l. iubemus la 2. in princip.C.de ſacroſan. Eccleſiis. Roman. conſil.188.in hac cauſa.num 4. Tiraquell. de retract.lignag.§.1.gloſ.6.nu.4. cum ſeq.* [Maximè cum cenſus, pro quibus fuit domus vendita, de-
28 beant ſemper ſtare firmi, † & permanentes, & quatenus redimantur, debeãt reinueſtiri in alijs cenſibus, prout in inſtrumento, de quo in actis; Vnde magis iudicantur vt bona immobilia. *Feder.conſ.12.Gemi.conſ.40.col.1.Pariſ.conſ.56.n. 15.vol.3.Gabr.de verb.ſign. concl.8. nu.3.*

Vlterius faciebat adiudicatio ſecuta poſt aſſignationem legitimæ de illis bonis Equiti Aſcanio aſſignatis,facta Matri pro eius dote, & eius credito anteriore, per quod impedimentum,aſſignatio prædicta,etiam ſi eſſet acceptata in illis
29 bonis;tamen poterat variari,† tanquam non ſecuto effectu. *Hoſtienſ.in c.cum in multis. de reſcript.in 6.10.Andr.in c.gratia.eo.tit. Rom.conſ. 329.n.5.* Neque obſtat, quod non fuit facta adiudicatio præuia citatione D.Equitis, quia nõ per hoc tollitur,quod æquitas non ſuadeat, ſtante huiuſmodi impedimento, confirmãdam eſſe alienationem aliorum bonorum. *Dec.conſ.235.n.15.* cum alijs ſupra allegatis.

Non obſtat, quòd venditor tenetur emptori rem liberam tradere:quod in caſu noſtro nõ apparet, cum præſupponatur multas hypothecas, & obligationes adeſſe ad fauorem creditorum dicti Equitis.

Quia reſpondetur,quod quamuis d.domus eſſet obligata; tamen emptor ſolum poteſt agere,
30 vt res à venditore liberetur,† non autem vt cõtractus poſſit reſcindi, & peti, vt pretium reſtituatur;cũ ſufficiat rem liberari à præfata obligatione:& ſi ille, cui res eſſet obligata nollet cõſentire,ſufficit ſatiſdari per eum,qui tenetur ad liberandum, ita vt damnum pati non poſſit. *gloſ. & Bald.in l.ſi pater. C.de collat. Doctor. in l. ex his prædijs.C.de euictio. Alex. conſ.65. num.5. lib.5. Bald. & Salic.in l.2.verſ.modo quæro de eo.C.de ſent.quæ ſine cert.quantit. Negeſ.de pignorib. 5. par.*

par.memb.1.n.34.& 35. Ex quibus fuit cõfirmata sententia D.Iudicis à quo, ad fauorem Equitis Ascanij Ludouici contra D. Nicolaum Tellinum die 14. Iunij 1595.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Dolus excluditur in alienante si adsit causa detractionis legitimæ & trebellianicæ.*
2 *Venditio rei subiectæ fideicommisso quando dicatur dolosa. nu. 3.*
4 *Variatio permittitur, si fiat sine damno alterius.*
5 *Domus assignata ei, cui debentur alimenta quando possit in aliam mutari.*
6 *Confessio tacita contentorum in instrumento facta per procuratorem an præiudicet domino, & quid si fiat per compulsum. n. 7.*
8 *Confessio non potest diuidi.*
9 *In contractu nominato non est locus pænitentiæ ob inobseruantiam.*
10 *Adimplere quando possit per æquipollens venditor qui præcisè non potest factum præstare.*
11 *Alienatio rei subiectæ fideicommisso non conualidatur per consensum vocatorum in eo in casu mortis.*
12 *Dominium non transfertur stante prohibitione non alienandi.*
13 *Scientia emptoris de fideicommisso non præiudicat, si vendatur cum assertione quod res sit libera. n. 14.*

¶ N. 5. *post verb.* de legitim. n.3.& 11.

Itaut per huiusmodi causam detractionis le-
1 gitimæ, & trebellianicæ excludatur dolus, † qui ad effectum *l.si quis maior. C.de transact.* debet esse manifestissimus, vt ibi concludit *Curt. n.17. Alex. cons. 92. perspectis his quæ in thamate. col.*
2 *fi. in princ. n.15. lib. 1.* † Cum aliàs cessante dicta causa, vel simili, vendens bona pleno iure ad se spectantia detecto fideicommisso dicatur periurus, & in dolo dante causam contractui, per quẽ dolum, vel annullabitur contractus. *l. & elegan-*
3 *ter. de dol. l. si quis maior. C. de transact.* † Vel erit locus redhibitoriæ, cum aliter emptor non emisset. *l. si is qui hæres. §. est in potestate. de except. rei iudic. Rot. coram Card. Seraph. camerinen. castri orbis. 24. Aprilis* 1598. cum alijs distinctionibus quas adduxi *disceptat. c.175.*

¶ N. 8. *post verb.* & in §. trebellianica. q.9. n.7.

Et regulariter est licita variatio, si fiat sine
4 damno, † & incommodo alterius. *Rolan. cons. 2. n.1. lib.1. Menoch. cons. 62. n.11. lib.1. Afflit. in constit. regni neap comitibus. in fi. nu.15. rubr.18. p.2. per tex. in l. si sterilis. 22. §. vlt. de actio. empt.*
5 † Vbi loquuntur de domo assignata per debitorem ei, cui sunt præstanda alimenta, quo casu permittitur variari subrogando aliam. *Surd.* qui & Decis. Marchiæ. multis similibus comprobat. *de alim. tit. 4. q. 4. n.7. & 10. post Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. limit. 23. de verb. signific.*

¶ N. 16. *post verb.* decis. 270. lib. 2.

Præsertim quando actus, qui principaliter cõ
6 tinetur in instrumento esset validus, † tunc enim confessio tacita contentorum in instrumẽto præiudicat. *Caputaq. decis. 187. & 199. par. 1.* Immo ista tacita confessio, quæ oritur ex iurium productione, præiudicat quamuis sit facta à procuratore, quidquid secus sit in confessione expressa, per quam procurator non obest domino. *Idẽ*
7 *Caputaq. decis. 193. n.3. p.1.* † Dummodo non sit productio per compulsum, quæ non præiudicat producenti, quando tamen sumus in iuribus alienis, secus in suis, quia tunc etiam per compulsum obesset. *Rot. decis. 3. alias. 182. de fid. instru. in nou. Caputaq. decis. 193. in fi. p.1.*

¶ N. 17. *post verba.* cons. 40. n. 24. lib. 1.

Neque enim diuiditur confessio partis, sed de-
8 bet vel in totum reijci, † vel in totum admitti. *Bar. in l. aurelius. §. idem quæsit. de liber. leg. Caput.* qui ita seruari testatur. *decis. 186. p.1. dixi disceptat. 130.* cum alijs per *Rot. coram R. P. D. Manzaned. Terdonen. dottum de Aptis. 23. Ianuarij. 1606.*

¶ N. 30. *post verba.* memb. 1. n.34. & 35.

Ratio est quia cum simus in contractu nomi-
9 nato, non est locus pænitentiæ † ob inobseruantiam alterius partis. *l. inciuile. 12.* vbi *Bald. in princ. C. de rer vendit. Natt. cons. 171. nu. 1.* Ideo agendum est ad implementum, vel interesse: Maxime quando contractus fuit perfectus per traditionem rei venditæ. *Alex. in l. cum proponas. la 2. n.4. C. de pact.* Si enim venditor non potest
10 factum præcisè præstare, † sufficit quod adimpleat per æquipollens, itaut emptor reddatur securus. *Bald. in l. 2. ad med. n.7. vers. modo quæro de eo C. de sent. quæ sin. cert. quantit.* & ibi *Salic. ad fi. nu.3. vers. quæro etiam si tutor. Affl. decis. 171. in fi. Alex. cons. 65. omissis argumentis in fi. lib. 5. Rot. coram R. P. D. Peña. Roman. census. 17. Aprilis.* 1598. cum similibus decisionibus allegatis per *Cardin. Seraphin. Camerinen. castri orbis. 24. Aprilis.* 1598. cum distinctionibus quas adduxi *disceptat. cap. 175. & decis. 13. num. 23.*

Quibus adde, quod cessante causa detractionis legitimæ, & trebellianicæ, cum alijs supra allega
11 tis, adeo est prohibita alienatio, † vt neque sit consolidatum emptori per consensum vocatorum in fideicommisso in casu mortis, cum alij possint nasci, qui poterunt vendicare domum, & quia adest expressa prohibitio de non alienando, quæ operatur, vt non sit satisfactum obligationi de tradendo rem liberam, quamuis mille cautiones præstarentur. *Alexan. in l. iulianus. §. qui cum fun-*

fundum.col.2. in princip. verſ. tamen vnò modo poteſt limitari. ff. de verbor.obligat. Rot.coram R. P. D. Peregrin. Roman. domus de alicons.2.
12 *Martij.* 1598. † Præſertim quia dominium non poteſt transferri, ſtante prohibitione aliënandi. *l.filius familias.§.diui.de leg.1.Rot.coram R.P. D.Decan. Rom.Cenſus de Cupis.*131. 15. *Mar-*
13 *tij.* 1577. † Itaut ſcientia emptori de fideicommiſſo non operetur. *Rot.diuerſ. deciſ.* 43. *par.2. & coram R. P.D. Peregrin.d. Roman. domus.* cum præualeat dolus venditoris aſſerendo rem
14 eſſe liberam culpæ emptoris † in non perquirendo. *Aldobrand. conſil.* 19. *num.* 55. *Rota coram R. P. D. Ortolien. Romana vinea.* 5. *Iunij.*1579.quæ eſt in impreſſis *diuerſor.deciſ.*281. *num.*3. *par.*2.

EPITOME.

Conſtitutio,Aegidiana prohibens appellare in poſſeſſorio quando,& in quibus cauſis, & locis habeat locum, & an comprehendat quæcumque poſſeſſoria etiam plenaria.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio Aegidiana reducit omnia ad terminos iuris ciuilis, & habet locum in omnibus locis ſubiectis Romanæ Eccleſiæ & n.2. Intellige immediate.vt n.8. Amplia vt n.9.*
3 *Extenſio in fauorabilibus eſt licita.*
4 *Conſtitutio dicitur fauorabilis, cum per eam reducimur ad ius commune.*
5 *Conſtitutio Aegidiana comprehendit quæcumque poſſeſſoria,tam plenaria,quam ſummaria. & num. 6. & 7.*
10 *Aegidiana non habet locum in foro eccleſiaſtico, & vbi agitur de re eccleſiaſtica.*
11 *Appellatio eſt licita in poſſeſſorio ſecundum ius canonicum.*

Deciſio LV.

FVit reiecta appellatio interpoſita per Frāciſcum de Camerino, quia eramus in poſſeſſorio, in quo ſtante conſtitutione
1 Aegidiana prohibetur appellari,reducēdo † omnia ad terminos iuris ciuilis ſecundum diſpoſitionem *l.vnica.C.ſi de moment.poſſeſſ.* Quæ conſtitutio propter confirmationem, & extenſionē Sixti Papæ Quarti locum habet in omnibus ter-
2 ris,† & ciuitatibus ſubiectis Romanæ Eccleſiæ. *Caputaq.deciſ.*226. *lib.*1. Qua extenſione ſtante non eſt dubitandum,an veniat Ciuitas Camerini, licet ſecundum aliquos dicatur non eſſe de Prouincia Marchiæ, pro qua dicta Conſtitutio
3 fuit facta ab Aegidio.[Immo cum ſimus † in fauorabilibus, licita eſſet extenſio de vno loco ad alium, quando militat eadem ratio. *l. cum quidam.ff.de liber. & poſthum. Bart. in auth. ſacramenta puberum.n.*19.*col.penul. in fi.verſic.fauet enim. C. ſi aduerſ. vendition.* Prædicta autem
4 conſtitutio † dicitur fauorabilis, cum per eam reducamur ad ius commune, de quo in *d. l.vnica. C. ſi de moment. poſſeſſ. Rom.conſ.*195.*in fi.num.* 10. *lib.* 1. *poſt gloſ. in cap. ſtatutum in verb. numerandum. de praeben. in* 6. *Alex. in l.ſi conſtante in princ.col.*3. *nu.*5. *verſ.imitari debet. ff.ſolut matrimon.*

Non obſtat, quod in caſu noſtro nō eramus in poſſeſſorio momentaneo, in quo prædicta ſolum videntur procedere, cum de ſtricta ſignificatio-
5 ne non comprehendatur niſi poſſeſſorium † ſummarium. *Doctores in l.ordinarij. C.de rei vendit. Cagnol.in l.in pari.n.*5.*& 7.ff.de reg.iur. Menoc. de recuper.poſſeſſ.in prælud.n.*24.*&* 32. Quia reſpondetur, quod quemadmodum diſpoſitio *d.l. vnica.C.ſi de moment poſſeſ.* comprehendit om-
6 nia plenaria † poſſeſſoria, licet loquatur de momentaneo,& ſummario. *Duen.reg.44.incip.appellare a ſententia.in princ.* vbi teſtatur de communi obſeruantia Ita etiam per dictam Cōſtitutionem Aegidianam comprehenduntur, quæcum-
7 que † etiam plenaria poſſeſſoria, ſiue adipiſcendæ, ſiue retinendæ,ſiue recuperandæ. *Pariſ.conſ.*108.*n.*15. *lib.*1. *&* poſt *Mohed. Creſcen.*& alios per eum allegatos, paſſim ita practicari dicit *Lud deciſ.*20.*n.*21.*p.*1.

Prædicta tamen habent locum ſolum in terris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ immediate ſubiectis,
8 cum in alijs dicta † Conſtitutio non procederet, prout in Parma,& Placentia dicit fuiſſe declaratum, *Fabius deciſ.*181.*&* 385. *lib.*3. vbi ampliat
9 etiam quod cauſa † Romæ ageretur ſuper bonis in dictis locis poſitis. Prout neque haberet locū, vbi ageretur de iure præſentandi in foro Eccle-
10 ſiaſtico,& de re † Eccleſiaſtica; cum in eo iudicio ſecundum ius canonicum licitum ſit appellare
11 † *c.cum non ad Sedem Apoſtolicam,* vbi *gloſ. magna in fi.& Abb.*de communi.*n.*30.*de reſti.ſpol. Papien. in praxi in forma libelli in cauſa poſſeſſ. ſpoliat.verſ.per veſtram diffinitiuam ſententiam. n.*3.*Menoch.de recuper poſſeſſio.remed.*15.*n.*641 & eſt *deciſio Illuſtriſſimi Seraphini in vna Auximana bonorum die* 20. *Nouembris* 1579. vbi teſtatur etiam aliàs fuiſſe ita reſolutum in vna Hortana Sanctiſſimæ Trinitatis coram D.Decano, & in vna Romana domus Capellaniæ Sancti Laurentij coram D.Brauo.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio Aegidiana habet locum etiam in decreto de euacuando.*

¶ N. 7. *poſt verba.* deciſ. 21.n.21. p.1.

*Dec. conſ.*28. *num.* 5. vbi de communi. *Diaz.*
1 *reg.*36.*Caputaq.deciſ.*227.*par.*2. † Ideo etiam in decreto de euacuando erit locus Aegidianæ. *Grammat. deciſ.*58. *num.*2. *Rot. coram Cardin. Pamphil. Romana domus.*4. *Iulij.* 1603. contra *Menoch.de adipiſ.remed.*4.*n.*863.*&* 866.*q.*100. *Pedem.deciſ.*25. *Contard. in l.vnic.limit.* 21. *C. ſi de moment. poſſeſſ. Nicol. concordant. gloſſ.* 6. *num.* 31.

EPI-

EPITOME.

Legatum, seu institutio de rebus Ecclesiæ, quando valeat saltem quoad æstimationem, & censeatur solum relictũ ius quod habet testator quamuis morte periturum.

SVMMARIVM.

1 *Legatum rei Ecclesiæ valet saltem quoad æstimationem. Intellige vt n.19.& 20.*
2 *Emphiteusis potest donari.*
3 *Et legari etiam quod sit Ecclesiastica.*
4 *Et titulo institutionis relinqui,& num.6.Intellige vt n.7.*
5 *Appellatione bonorum venit emphiteusis. Intellige vt n. 8. & 9.*
10 *Legans rem emphiteoticam Ecclesiæ censetur legare solum ius quod habet,quamuis esset morte periturum. Intellige,vt n. 13.23.24.& 27.*
11 *Legatum rei alienæ valet.*
12 *Institutio non est nisi successio in ius defuncti.*
14 *Institutio non continet aliquam rem certam.*
15 *Legatum vsusfructus omnium,& singulorũ bonorum non continet emphiteusim Ecclesiasticã.*
16 *Emphiteusis Ecclesiæ, non transit ad hæredes extraneos.*
17 *Donatio generalis non comprehendit bona emphiteotica Ecclesiæ.*
18 *Clausula, non obstante, æquiparatur illi, ex certa scientia.*
21 *Legatum rei Ecclesiæ valet quoad æstimationẽ, quando apparet de expressa voluntate testatoris, siue simus in bonis Ecclesiæ Romanæ, siue inferioris.*
22 *Legatum rerum feudalium, an valeat quoad æstimationem.*
25 *Vsusfructus differt ab emphiteusi.*
26 *Vsusfructus potest constitui in re emphiteotica.*

Decisio LVI.

IN causa vertente inter hæredes q. Ioannis Baptistæ Bertozzi de Fano,& D.Margaritã Amianam de eodem loco. Prima fuit con-
1 clusio quod legatum rei † Ecclesiæ valet, saltem vt debeatur æstimatio,secundum veriorẽ, & magis communem opinionẽ,de qua testatur *Alex. in l.idem Iulianus.§.constat nu.12.ff. de legat.1. Abb.in c.cum filius.* vbi *Couarr.nu.3.de testam. Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.9. tit.10.n.1. vers.sed in rebus etiam*. Nam quemadmodum
2 emphiteusis † potest donari dummodo denuncietur domino donatio, & petatur vt eum, cui donatum est in nouum emphiteutam suscipiat, & in possessionem indueat. *Bald.in l.cum virum. in fi.C.de fideicomm. Alex.in l.si domus. §.fin. de legat.1.& cons.17.n.11. lib.5. Natta* qui de magis communi. *cons.516. in princ. lib.3.* Ita etiam
3 poterit legari † quamuis sit Ecclesiastica. *Surdus decis.93.n.1.in fi.*

Secunda fuit conclusio, Quòd etiam per institutionem hæredis potest emphiteusis relinqui,
4 † quia multa veniunt cum vniuersitate, quæ per se non venirent; Appellatione enim bonorum
5 venit quicquid est in hæreditate,† & sic etiã emphiteusis. *Specul.de locato.§. nunc aliqua n. 184. Ias.in auth.vnde si parens.n.8.C.de inoffi.testam. Ruin.cons.116.n.5.lib.2.Tiraquel.in l.si vnquã in verb.bona n.14.C.de reuocand.donat. Paris.cons. 21.n.61.lib.2.* Et ita in specie, quòd in generali
6 † institutione veniant bona emphiteotica Ecclesiæ,concludit late *Menoch.cons.129.n.1.*

Intellige, si expresse institutio fuit facta de eis, vel quando non posset in alijs bonis illa
7 † verificari. *Surd.decis.11.n.18.* vbi *in fi.* subdit neque venire emphiteusim Ecclesiæ;etiam quod institutio sit facta de bonis emphiteoticis. *Bald. in l.fi.n.17.oppositione 18.C.de legat.* Et quod nõ veniant in generali institutione bona emphiteotica Ecclesiæ,dicit esse veriorem opinionẽ idem *Surd.decis.93.nu.23.in fi.* vbi intelligit tunc venire, quando testator expressit.

Non obstat, quod appellatione bonorum venit etiam emphiteusis:quia intelligitur, quando materia subiecta patitur;vnde cum secundum
8 naturam institutionis † non veniant nisi ea quæ sunt testatoris,neque veniet emphiteusis. *Surd. d.decis.11.n.15.* vbi etiam *num.10.*subdit,quòd quatenus in institutione generali veniant dicta
9 bona emphiteotica; Tamen intelligitur † solum quoad ius,quod in eis habet testator,etiam si tale ius esset morte periturum; puta si legaretur res,in qua solum testator haberet vsumfructum. *Alex.consil 91.nu.14. lib.1.* [Ratio est, quia legans rem emphiteoticam Ecclesiæ, censetur so-
10 lum legare ius,quod in ea habet,quamuis † esset morte periturum, vt quia in eius persona finiebatur emphiteusis. *Bar.in l.vxor patrui C. de legat.Surd.*qui de magis communi *d.decis.11.nu. 10.ad med.* Vnde multo magis hoc dicendum
11 † est in institutione generali,in qua non sunt expressa bona emphiteotica,cum legatum rei alie-
12 næ valeat. *l.cum rem alienam. C.de legat.*& † institutio non sit,nisi successio in ius defuncti. *l.hæreditas de reg.iur.* [Verum esset, quod legatum rei in qua testator habet ius tempore periturũ,
13 † non extingueretur, quando illa res esset hæredis. *Alba.cons.73.n.4.* Aliud est in institutione,
14 quia illa non continet rem aliquam † certam. *Gabr.cons.85.n.1.lib.1. Surd.decis.93.n.31.*

Tertia fuit conclusio. Quòd in generali legato vsusfructus omnium,& singulorum bonorum
15 ipsius † testatoris veniunt bona emphiteotica Ecclesiastica,secundum opinionem *Ruin. consil. 150.num.13.volum.3.* [licet hoc non sit tutum vt concludit *Surd. decis.93. num.24.* post *Pice. in l.titia. §. titia cum nuberet. nu. 128. de legat. 2. Bero. quæst.95. num.13.in fin.Bellon. cons.9.*
16 *num.11.& 19.* Ratio est,quia emphiteusis † Ecclesiastica non transit ad hæredes extraneos. *§. alienationis authen.de alienan. Roland. cons.96. num.4. lib.1.* Etiam quod sit concessa pro hæredibus, & successoribus. *Surd.decision.11. num. 8.* qui de communi, *& decision. 93.num.24.*vbi de verissima opinione testatur, Ergo non venit in generali institutione, maxime in dubio. *Alex. consil.91. num.14.lib.1.*Propter quam rationem

dicendum est esse dubium,quod dicit *Corbul.de*
priuat.ob alien propriet.limit.13.nu.2. quod in
17 generali donatione † veniunt bona emphiteoti-
ca Ecclesiæ,subdens ita in Rota Romana esse de-
cisum: quia contrarium videtur colligi ex *Rota*
diuer.dec.154.p.1. vbi quod non venit emphiteu-
sis Ecclesiastica, quando non est hæreditaria, &
sequitur *Surd.d.decis.93.n.24. in fi.*
Ex prædictis conclusum fuit, legatum, seu in-
stitutionem factam per D.Ioannem Baptistã Ber
tozzum de Fano de bonis emphiteoticis,de qui-
bus in testamento in actis producto ad fauorem
D.Margaritæ Amianæ,fuisse validũ saltẽ quoad
æstimationem,confirmando decretum aliàs fa-
ctum per Rotam praecedentem: quia apparet de
enixa mente testatoris, qui voluit huiusmodi le-
gatum sortiri effectum exprimendo dictam Mar
garitam debere esse vsufructuariã omnium suo-
rum bonorum,& præsertim possessionis Ripaltæ
non obstânte, quòd sit emphiteotica Abbatiæ S.
18 Paterniani:quæ † clausula,non obstante,æquipa-
ratur illi ex certa scientia, immo plus operatur.
glos.in l.fi.C.si contra ius, vel vtilit. publ.Felin.
in c.nonnulli.§.sunt alij. vers.fallit.septimo. de
rescript. Dec.consil. 10. num. 1.Gabr. de clausul.
concl. 1.n. 20.
Non obstat, quòd æstimatio non debeatur in
casu,de quo agimus, quia sumus in rebus Eccle-
19 siæ,quorum alienatio nõ permittitur. *Alex.cons.*
*19.n.14.lib.6.Soc.Iun.*qui de communi *cons.74.*
n.20.lib.1. vbi ampliat,etiam quod legatum esset
factum coniũctæ personæ,& ad pias causas. *Rol.*
cons.41.n.31.et cons.71.n.11.et cõs.79.n.7.vol.2.
Quia respondetur prædicta non procedere in
rebus Ecclesiæ, quæ alienari facile solent, prout
sunt bona Ecclesiæ inferioris,secus Ecclesiæ Ro
20 manæ, † quæ alienari non possunt, nec solent.
Alex.cons.9.n.14.& n.15. vers. & per hoc lib.2.
Peregr.de fideicomm.art.11.n.102.in fi.Menoc.
qui ita concordat opiniones,*præsumpt.110.n.4.*
& 5.Vbi etiam subdit, neque opus esse prædicta
21 distinctione, quando apparet testatorem † vo-
luisse eam omnino relinquere, prout sumus in
casu de quo agimus: tunc enim siue simus in bo-
nis Ecclesiæ superioris, siue inferioris,debebi-
tur æstimatio. *Alex.cons.9.col.penul.in fin.vers.*
item contraria lib.2.
Secundo respondetur Doctores prædictos lo-
qui in alienatione rerũ feudalium, quæ si fuerint
legatę,& dubitetur,an debeatur æstimatio illorũ
22 ex præsumpta testatoris † voluntate, nec ne,re-
currendum est ad distinctiones, de quibus per
Menoch.præsumptio.119.n.6.vsque ad nu.9. vbi
distinguit multa inter feuda hæreditaria, & ex
pacto, & prouidentia,cum alijs per *Afflict. in c.*
1.§.præterea ducatus. nu.90. de prohib. alien.per
Federic. Mantic. de coniect. vlt.volunt. lib.9.tit.
11.n.8.Curt.Iun.de feud.p.1.q.8. princip. n.20.
Pereg.de fideicom.art.11.n.103. Et multũ differt
alienatio rei feudalis ab vsufructu rei Ecclesiæ,
de quo agimus,cũ in vno excludãtur fęminæ, se-
cus in alio. *Clar.in §.feu.q.73.& §.emphit.q.32.*
Non obstat,quod censeatur testator legasse so
lum ius,quod habet;vnde cum illud sit periturũ,
æstimatio non debebitur, tunc enim est tractan-
23 dum de ea,quando† nullum ius haberet in bonis
Ecclesię legatis. *Ias.cons.109.in princ.lib.4.Socc.*
Iun.cons.74.n.20.lib.1.Natt.cons.502.n.33.vol.
3.Gabr.cons.129.col.1.lib.1. Quia aliud est,quan
do apparet de contraria voluntate testatoris,
24 tunc enim æstimatio debetur, etiam † quod di-
ctum ius esset morte periturum. *Ias.in l. quod in*
rerum §.1.in princ.vers.limita de legat.1. Alex.
cons.9.num.15.vers.sed quod in casu nostro.lib.2.
Surd.decis.11.n.31.Bursat.cons.199.n.42. vers.
quarto præsupposito.lib.2.
Præterea testator in casu, de quo agimus non
reliquit ius emphiteoticum, quod habebat eius
morte periturum, sed reliquit vsumfructum in
dictis bonis emphiteoticis: qui vsusfructus nun-
quam fuit penes testatorem,& est quid diuersum
25 † ab emphiteusi: nam vsufructuarius habet ius
vtendi, emphiteuta autem vtile dominium *Re-*
doan.de reb.Eccles.non alien.rubr.16. de vsufru.
alienan.n.5. Vnde ex vsufructu non potest consti
tui alius vsufructus, quia seruitus seruitutis non
debetur *l.1.ff. de vsufruct. legat.* Et tamen vsus-
26 fructus † constitui potest in re emphiteotica.
Bal.in l.1.§.item in fundo.per illũ tex.ff.quemad.
vsusfr.amitt.Ruin.cons.150.n.14.lib.3. Redoan.
dicta rub.16.n.8. Ideo perinde est, ac si testator
legasset rem alienam, cum ius vsusfructus relin-
quatur in re aliena; & valebit,saltem quoad æsti
mationem:neque enim extinguitur legatum rei,
in qua testator habet ius tempore periturum,
27 quando illa res esset † hæredis, vel hæredi debi-
ta post mortem testatoris, *Alba cons.73.n.4.post*
Corn.cons.84.videtur prima facie.lib.2.Surd.de-
cis. 11. nu.31.

EPITOME.

Damnum datum in frumento, an debeat æstimari habito respectu ad herbam,an vero quando erit maturum. [Statutum disponens standum esse iuramento damnum passi non intelligitur contra tertium, qui tenetur emendare damnum, prout neque circa qualitatem iurisdictionis, sed solum restringitur ad ipsum damnum.

SVMMARIVM.

1 *Damnum datum in frumento debet æstimari non habito respectu ad herbam,sed quando erit maturum,& n.4.Contrarium. n.5.10. & 11.*
2 *Damnum attenditur, tam quod est in actu, quam in potentia.*
3 *Damnum est resarciendum,etiam quod studiose non fuerint immissa animalia in frumento.*
6 *Damnum differt à lucro cessante. & n.7.*
8 *Iudex recusatus nullum damnum consequitur, quamuis perdat commodum sportularum.*
9 *Damna non considerantur, quæ pendent à futuro euentu.*
12 *Retentio conceditur de animali inuento damnũ dare,secundũ cõsuetudinẽ,licet secus sit de iure.*
13 *Statutum quod stetur iuramẽto damnum passi, debet restringi ad ipsum damnum,non ad qualitatem iurisdictionis.*

14 *Sta-*

14 *Statutum quod ſtetur iuramento damnum paſſi intelligitur contra dantem damnum, non contra tertium, qui teneretur illud emendare.*

Deciſio LVII.

PRætendebant conductores damnorum datorum, damnum datum in frumento debe-
1 re æſtimari, non habito reſpectu † ad her-
bam, ſed quando erit maturum, cum damnum
2 attendatur non ſolum in actu, ſed quod eſt † in
potentia. *Rota diuerſ. decis.* 31. *p.* 2. *in fi.* non ob-
ſtante, quod ſtudioſè non fuerint immiſſa anima-
lia in dictis frumẽtis; cum damnum reſarciendũ
3 ſit per dominum † belluarũ, quæ illud dederunt,
etiam quod ceſſent prædicta. *Natt. conſ.* 550. *n.* 1.
& 13. & ita videtur concludere *Iacob. de Aren.
in l. certe. ff. arbor. furt. ceſar.* vbi quod debet æſti-
mari quanti tempore damni dati vendi potuiſ-
ſet illud frumentũ cum dubio euentu perceptio-
4 nis frumenti † tempore meſſium. *Specul. de iniur.
& damn dat. §. ſequitur videre nu.* 21. vbi dicit,
quod aut expectabitur tempus meſſium, vt ſcia-
tur quantum habebitur ex tanto, & ſimili frumẽ-
to; vel conſiderabitur quantum fructus habitus
ſit anno præterito ex tanto, vel ſimili frumento.
5 Contrarium tamen verius viſum fuit, † quod
deberet attendi tẽpus præſens; cum præiudiciũ,
& damnnm etiam ſit præſens; vt dicit in ſpecie
Arnul. de iure regali priuil. 18. *n.* 5. Nam damnũ
6 datum † differt à lucro ceſſante. *Medices. de defi.*
7 *c.* 59. *n.* 14. & appellatione damni non venit † lu-
crum ceſſans. *l. proculus. de damn. infect. Decian.
conſ.* 97. *n.* 4. *lib.* 2. *Fumeus de eo, quod intereſt c.*
1. *n.* 9. [Ex qno dicitur, quod quando recuſatur
iudex ob cauſam datam à recnſatore, nullũ dam
num conſequitur, quamuis repellatur à iudican-
8 do; † & licet etiam auferatur ei commodum ſpor
tularum, cum aliud ſit damnum pati, & lucro pri
uari. *Crot. in c. cum ſpeciali de appell. n.* 10. *tom.* 4.
fol. 207. Et de damno militis dicentis, quod vicif
ſet hiſpanos, ſi habuiſſet equum, de ſcholare, ſi ha
buiſſet librum ſapiẽs euaſiſſet, & multa lucratus
fuiſſet, & de eo, qui ſi habuiſſet domum ſibi ædifi
cari promiſſam, hoſpitatus fuiſſet Regem, à quo
offieium, & lucra accepiſſet; quod huiuſmodi
9 damna † non conſiderentur, dicit *Rebuff. in l.
vnica. C. de ſentent. qua pro eo, quod inter. in gloſ.
in verb. damnum.*

Et quod iudicetur tempus præſens non ſuper-
ueniens, vltra *Arnul. ſupra allegatum* dicit *Me-*
10 *noch. de arbitrar. caſu* 149. *n.* 21. *poſt Aym.* † *conſ.*
40. *n.* 10. *& Bal. conſ.* 182. *col.* 2. *lib.* 2. Ex quibus
declaratum fuit contra dictos conductores. Stan
te præſertim cõſuetudine in actis probata, ſecun
dum quã huiuſmodi damna ſemper fuerunt æſti-
mata habito reſpectu ad herbam, nou autẽ quan
do erit maturum. Per quod ſolum poterat hoc
terminari, abſque eo, quod opus ſit dictam quæ-
ſtionem de iure definire, de qua late diſputat
hinc inde adducens rationes, *Alber. de ſtatutis.
q.* 78. *p.* 2. poſt *Doctor. in l. ait lex.* vbi *Florian. ad
l. aquilam, & in l. inde neratius §. ſi infans. eo. tit.*
Deciſ. Marchiæ.
*& in l. fi. C. eod. Specul. de iniur. et damn. dat. col.
4. n. 21. verſ. ſed quomodo æſtimabitur. Caſſan. ſu-
per conſuet. Burgund. tit. aes iuſtices. §. 6. in fin.*
11 *rub.* 1. *n.* 9. vbi quod datum † conſideratur reſpe-
ctu temporis præſentis, & ſic fit cõdemnatio pro
herba ſicut in prato datum eſſet damnum, poſt
Caſtr. Alberic. & Cin. in l. fi. C. ad l. aquil. cũ alijs
ibi per eum allegatis. Quia in iſtis damnis datis
conſuetudines, & ſtatuta locorum multum ope-
rantur. Vnde videmus, quod animal inuentum
12 in meo prato damnum dare, non poſſum † reti-
nere ſi ſcio cuius ſit; alias ſecus, & donec ſim ſa-
tisfactus. *Bart. in l. ratis. ff. de incend. ruin. & nau
frag. Abb. in c. ſi læſeris de iniur.* Tamen per ſta-
tuta, & conſuetudines locorum contrarium di-
ſponitur, quia retinetur donec ſequatur ſatisfa-
ctio, *Boſſ. de damn. dat. in fi.*

Quoad ſecundum, dum prætendebatur ſtandũ
eſſe iuramento damnum paſſi ſecundum formã
ſtatuti, dixi non eſſe intelligendum circa quali-
tatem iuriſdictionis, quod ſcilicet credatur iu-
13 ranti locum, † in quo dicitur datum damnum, eſ-
ſe de iuriſdictione talis, vel comprehendi in po-
teſtate iurantis; Vnde erat hoc probandum le-
gitime aliter quam per viam iuramenti; & ſic
dictum ſtatutum, quod ſtetur iuramento damnũ
paſſi debet reſtringi, ſolum ad ipſum damnum.
Io. And. in c. 1. *de foro compet. in* 6. *Alex. in l. fi. de
in lit. iur. Dec. conſ.* 83. *col. pen. Aym. conſ.* 196. *n.* 3
vbi multis ſimilibus comprobat, ſubdens in fine,
dictum ſtatutum, quod ſtetur iuramento damnũ
paſſi, intelligi debere contra eum, qui damnum
14 dat, non contra † tertium, qui ex forma ſtatuti
teneretur emendare damnum datum per alium,
*Bar. in l. ne quid de incend. ruin. & naufra. Bal.
in l. ſi quando. C. vnde vi*, cum alijs per *Aym. d.
conſ.* 196. *in fi.* Ex quibus apparet non eſſe locum
iuramento petito ſecundum diſpoſitionem dicti
ſtatuti; tum quia non fuit probatum, quod locus,
qui dicebatur damnificatus, eſſet illius, contra
quem actum fuit; tum quia eramus in tertio, qui
per prædicta nõ cõprehenditur in præſ. ſtatuto.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Aliud eſt damnum pati, aliud vero lucrum non facere.*
2 *Futura non ſunt conſideranda.*
3 *Iudicium prudens non eſt ſuper præſenti ſtatuere ex eo, quod in futurum poteſt contingere.*
5 *Status præſens, non futurus debet attendi.*

¶ N. 7. *poſt verba.* quod intereſt. c. 1. n. 9.

Et aliud eſt damnum pati, aliud lucrum non fa
1 cere † *l. fi. § licentia. C. de iur. delib. l. quamuis. C.
de iur. & fact. ignor. Fulgoſ. conſ.* 61. *col. fi. verſic.
ad legem plane.*

¶ N. 9. *poſt verba.* gloſ. in verb. damnum.
Futura enim, quæ poſſunt abeſſe, & adeſſe, non

2 sunt consideranda † *l.sciendum. §.si futurum.ff.*
*qui satisd.cog.Felin.in cap.in nostra.col.*12 *n.*15.
*coroll.*7.*de rescript.*Nam proprie non potest dici
præiudicium,quod non imminet de præsenti.*Go-*
*mes.in reg.de iur.quaesit.non toll. q.*4.*in princip.*
3 † Nec prudens est iudicium super re præsenti
statuere ex eo,quod in futurum potest continge-
re,cum tamen incertum sit. *Alex.consil.*39.*col.*2.
*vers.ergo eum possibile fuerit lib.*5.& indicia non
possunt esse super futuris. *l.non quemadmodum.*
de iudic.glos.in l. nisi stipulatus. §. cum stipule-
*mur.de verb.obligat.Cassad.decis.*16.*n.*3.*de pra-*
4 *bend.* † Et semper debet attendi præsens status,
non futurus.*c.*2.*de iur.iur. Tiraquell. in l.si vn-*
*quam.in præfat. num.*166.*C.de reuoc.donat.*

¶ N. 10. *in princip. post verba.* col. 2.
lib. 2.

Aret. Affl.& alij de quibus per *Monter. decis.*
17.*in princip.* licet ipsi contrarium teneant post
*Girond.de Gabell.p.*7.*§.*1. *n.*7. *in fin.*

EPITOME.

Actio iniuriarum quando dicatur extincta per reuocationem iniuriæ, [& quid si iniuria sit atrox, & facta animo deliberato, non calore iracundiæ, & qualis iracundia requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria consistens in nudis verbis potest quandocumque reuocari.* Contrarium *n.*3.4.16.*et* 17.
2 *Per reuocationem videtur satisfactum iniuriam passo.*
5 *Dictum per iracundiam & si possit reuocari, non tamen aufertur passo iniuriam quin possit ad animum reuocare.*
8 *Actio iniuriarum semel acquisita non tollitur nisi facto iniuriati.*
9 *Actio iniuria eo die nascitur, & anno durat.*
11 *Pœnitentia non habet locum in delictis.*
12 *Poenitentia non tollit ius quæsitum alteri.*
13 *Post litis contestationem non operatur reuocatio iniuria. & n.*15.
14 *Actio iniuriarum transmittitur ad hæredem.*
18 *Iniuria atrox dicitur ratione personæ, coram quo fuit illata. & si est facta in iudicio.n.*19.*&* *in minore contra maiorem n.*20.
21 *Atrox quæ dicatur, est in arbitrio iudicis.*
22 *Per declarationem factam ab iniuriante, quod non habuit animum iniuriandi, non tollitur actio iniuriarum.*
23 *Protestatio contraria in iure nihil operatur.*
24 *Actio iniuriarum competit si dicatur aliquem mentiri saluo suo honore. & n.*25. *&* 26.
27 *Iracundiæ qualitas est probanda, quod talis erat quæ ipsum delinquentem à mente alienauerit ad hoc vt poena mitigetur. & n.*28.
29 *Probatio iracundiæ est difficilis.*
30 *Calor iracundiæ debet esse maximus; & ex iusta causa, vt excusit.*

Decisio LVIII.

MVlta concurrunt in causa Camilli de
Auximo, ex quibus conclusum fuit non
esse extinctam actionem iniuriarum,
quæ fuerat acquisita iniuriam passo, etiam quod
constet de reuocatione iniuriæ; licet enim quan-
1 do † iniuria consistit in nudis verbis,& non pro-
gressum fuit ad opera facti, possit quãdocumque
reuocari, secundum opinionem *Lanfranc. de*
Orian.in repetit.c.quoniam contra de probat. vbi
allegat *Ang.in l.si non conuitij.C.de iniur. Felin.*
in c.dilecti filij.col.penul.de except. Marsil sing.
2 626.*incip.calor iracundia*; † Et ratio est, quia per
reuocationem videtur satisfactum iniuriam pas-
so, vt dicit *Natt.cons.*671.*n.*3.*lib.*4.
Tamen contraria opinio videtur esse verior,
3 † quod videlicet, non sit extincta d.actio, prout
tenent *Cin.Bald.Faber.& Salicet. in d. l.si non*
*conuitij.C.de iniur.Cap.Tholos.decis.*410. *Boss.in*
*pract. crim.in tit.de iniur.n.*22. qui testantur ita
fuisse iudicatum.
Præsertim, quia omnes Doctores supra alle-
gati, qui aliam opinionem secuti sunt, fundant se
4 in dicto † *Ang.in d.l.si non conuitij*; qui tamen
non reperitur, quod in aliquo loco hoc dicat,
prout aduertit *Boss. in d.tit.de iniurijs.nu.*22.&
etiam considerat *Arnald. Albertin.in tract.de*
*agnosc.asser.haret.q.*27.*n.*11.*to.*11.*p.*2.*fol.*95.
5 Præterea facit etiam ratio; quia & si † dictum
per iracundiam reuocari possit. *l.si vendicari.C.*
6 *de poen.c.cum apud.*11. *q.* 3. Non tamen † pro-
pter hoc aufertur passo iniuriam, quo minus pos-
7 sit illam ad animum reuocare, ex qua † reuoca-
tione oritur actio iniuriarum. *§.fin.institut.de*
8 *iniur.* Quæ actio semel acquisita † non potest tol-
li, neque aboleri, nisi facto iniuriati. *l.id quod no-*
strum.de regul. iuris.
9 Vlterius † actio iniuriæ illatæ, etiam per ira-
cundiam, ex eo die nascitur, & anno durat. *l. si*
*non conuitij.C.de iniur.glos.in l.*2.*in verb.trigin-*
*ta.de constit.pecn.Plaza.in epit.delict.c.*6.*in fin.*
10 Et talis iniuria † punitur, etiam quòd fuerit ir-
rogata per iracundiam *l. vt facta.§.causa.ff. de*
poen. Vnde licet iniurians dicat quod per iram
11 fecit, non erit liberandus; cum † pœnitentia non
habeat locum in delictis. *l.qui ea mente. de furt.*
*Clar.in §.iniuria.in fi.*post *Hostiens.in c.probu*
12 *mani.col.*3.*de homicid.in* 6. Et † pœnitentia non
tollit ius quæsitum alteri. *l.cum quidam. C.de*
condit.insert. Bald. in Margarita in verb. poeni-
tentia. Et ita in specie casus nostri considerat
*Arnal.in tract.de agnos.asser.haret.d.q.*27.*n.*10.
Quicquid autem sit de prædictis opinionibus
satis est, quod in casu nostro nõ videtur quicquã
13 facere d.reuocatio, quia sumus † post litis con-
testationem; quo casu est quæsitũ ius iniuriã pas-
14 so irreuocabiliter, ita vt † sit transmissibile etiã
ad hæredẽ. *l.iniuriarũ.actio. & l.vlt ff.de iniur.*
Cagnol.in l. quæquia calore.de regul.iur. Natt.
cons. 671.*in fin. vers. nouissime autem.lib.*4. Et
quod nihil operetur d. reuocatio quando sumus
15 post rem † in iudicium deductam,& postquam
iniu-

iniuriatus ad animum reuocauit iniuriam, con-
cludit *Arnald. de agnosc. assert. haret. c. 27. n. 11.*
Immo, etiam quod non essemus post litem
contestatam; tamen omnes Doctores, qui te-
nent esse extinctam actionem iniuriarum per
reuocationem, vt supra factam, loquuntur in
16 terminis iniuriæ illatæ † calore iracundiæ; se-
cus hic, vbi animo deliberato per scripturam
in iudicio productam fuit iniuria illata; quia
tunc cessat illa ratio fundata in regula; quod
17 calore iracundiæ; Immo sumus † in iniuria atro-
ci, & Doctores contrarium tenentes videntur
loqui in leui iniuria; vt sentit *Boss. in tit. de in-
iur. num. 22.*

Neque est dubitandum esse in atroci iniuria,
18 tum ratione personæ, coram qua fuit illata;
videlicet coram habente iurisdictionem; quo
casu dicitur atrox. *l. prator edict. §. atrocem.
ff. de iniur. Put. decis. 303. lib. 1. Mohedan. de-
cis. 164. Claud. Bertaz. in addit. ad cons. Bertaz.
120. in fin.* Et quia est facta in iudicio. *§. atrox.
19 † instit. de iniur. Ancbar. cons. 325. colum. 3.
Aym. cons. 168. in fin. Bertaz. cons. 120. nu. 3.*
20 † Et quia sumus in persona minori contra ma-
iorem. *Put. decis. 303. lib. 1.* cum alijs per *Plaz.
in epit. delict. cap. 6. num. 15.* post *Docto. in cap.
1. de senten. excommunicat. & in cap. per litte-
21 ras. de restitut. spoliat.* Et est † arbitrarium Iu-
dicis, quando dicatur atrox iniuria. *Menoch.
de arbit. iudic. cas. 263 n. 5.*

Non obstat per declarationem factam ab in-
iuriante, quod non habuit animum iniuriandi,
22 satis prodesse, vt dicatur sublata † actio iniu-
riarum; Quia supra dictum est, illam non suffi-
cere; immo nihil operatur. *Soccin. cons. 118.
num. 3. in fin. lib. 1.* de communi. *Paris. consil.
149. num. 19. lib. 4. Clar. lib. 5. sententiarum.
in §. iniuria. vers. nunc an ille*; vbi etiam de
communi. Et ratio est secundum *Ias. in l. fin.
num. 3. ff. quod quisque iur.* quia talis protesta-
23 tio † est contraria in iure, & ideo nullum effe-
ctum operatur. *cap. solitcitudinem. de appella-
tio.* Ex quo dicunt Doctores, quod si quis dicat
24 aliquem † mentiri, saluo suo honore, non ob-
stante tali præseruatione honoris, poterit agi
contra eum actione iniuriarum. *Bartol. in l. si
quis extraneus. de acquirend. heredit. Alexãd.
in l. turpia. de legat. 1. Ias. in l. vt vim. nu. 18.
de iustit. & iur.* Frustra enim protestatur qui
25 † alteri dixerit verba iniuriosa communi om-
nium interpretatione; Non enim iuuat dicere,
26 non habui † animum iniuriandi, si iam ille, cui
fuit dictum conuitium, contraxit labem delicti,
& notam famæ ex crimine obiecto. *cap. 1. de
præsumpt.* prout bene explicat *Couarr. lib. 1.
variar. resolut. cap. 11. in princ. Plaz. in epit.
delict. cap. 1. num. 11.*

Minus obstat iracundia præsupposita, ob
quam excusatio esset admittenda; Quia debet
27 probari † qualitas iracundiæ, quod talis erat,
quæ ipsum delinquentem à mente alienauerit;
de quo nihil constat in actis, neque aliquid
28 fuit probatum. Vnde nulla competit † excu-
satio, neque est locus mitigationi pœnæ. *Abb.
in cap. 1. in 2. not. de his, qui filios occider.* Im-
29 mo esset difficile probare † talem iracundiam,
vt dicit idem *Abb. in cap. dudum. de conuersi.
30 coniug.* Et debet esse maximus † calor iracun-
diæ ex iusta causa procedens. *Hostiens. in sum-
ma de maledic. §. qualiter. colum. 2. versic. hoc
autem.* cum alijs per *Arnald. de agnosc. assert.
haret. quæst. 27. num. 8.* Ex quibus apparet,
non posse dici extinctam prætensam actionem
iniuriarum, prout declaraui in causa Auxima-
na coram me vertente. Quo vero ad pœnam
incursam per d. iniuriantem, particulariter
est videndum.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Tempus ad prosequendum iniuriam computa-
tur à die scientia.*

2 *Pœnitentia quando habeat locum in actione
iniuriarum.*

3 *Actio iniuriarum an transmittatur ante con-
testationem litis.*

4 *Damna & interesse an censeantur remissa,
quando iniuria condonatur. n. 5. & 6.*

7 *Maritus licet remiserit vxori iniuriam ob adul
terium, non censetur remisisse pœnam ex sen-
tentia acquisitam, & potest conuenire de re-
ducendo eam ad domum salua dicta pœna.*

8 *Remissio iniuria per confessionem peccatorum
respicit rancorem animi, non damna, & actio-
nem iniuriarum. Intellige vt n. 9.*

10 *Sacerdos potest pro absente acceptare remissio-
nem iniuria.*

¶ N. 9. *post verba.* delict. c. 6. in fin.

Vel verius secundum aliam opinionem à die
scientiæ. *Natt.* qui de communi, *cons. 225. nu. 2.
1 Ceuall. q. 676. & q. 679* † vbi exemplificat in iniu
ria contra absentem, maxime in cætu hominum.
Et idem in iniuria adulterij, quę durat quinquē-
nio computando à die scientiæ. *Quessad. q. 18.
vers. secundus.* Et idem in eo, qui tenetur ad de-
nunciandum delictum. *Bart. in l. cum qui. §. in
popularibus. ff. de iniur.*

¶ N. 22. *post verba.* q. 27. n. 10.

Et est verior opinio, vt testatur *Claud. Ber-
tazzol. ad consil. Barthol. Bertazzol. 307.* in
*princ. lib. 2. Andr. Gail. obseruat. 106. num. 3.
2 versic. & sic notandum. lib. 2.* † vbi quod in
actione iniuriarum non habet locum pœniten-
tia, neque cessat actio, quamuis reuocetur. *Ne
uiz. Clar. & alij per Farinac. quæst. 105. num.
152.* Quando præsertim iniuria est talis, quæ
etiam per pœnitentiam reuocata non aufert
damnum, & iniuriam illatam, nec reducit rem
ad pristinum statum, tunc enim neque iracun-
dia excusaret, vt in iniuria, per quam apud
bo-

bonos viros quis reperitur diffamatus, & in similibus casibus adductis per *Farinac. quaest. 95. num. 31. post Cyn. in l. si non conuicij. versic. quid dicemus. num. 3. C. de iniur. Felin. in cap. cum te. num. 7. de re iudic. Duen. reg. 192 limit. 1. in fin.*

¶ N. 14. *post verb.* nouissime autem. lib. 4.

Cum ante litem contestatam non transmittere-
4 tur, † late *Surd. decis. 89. num. 15. post Glos. in l. fin. in verb. introducere. C. de haered. vel act. vendit.* Quicquid aliud fit in patre, & domino. qui possunt agere mortuo iniuriato, cum secus sit in alijs. *Gomes. de delict. c. 6. num. 14. in fin. Crot. cons. 116. num. 4.*

¶ N. 30. in fin. *post verb.* particulariter est videndum.

Fuit facta remissio iniuriae, post quam contigit dubitari an per eam essent remissa damna, &
4 interesse: & verior est opinio negatiua, † cum quis teneatur solum remittere odium, & rancorem, & ea quae salutem animae possent impedire, non autem interesse. *gloss. in cap. si quis contristatus. 10. in verb. satisfaciente. 90. dist. & in c. & qui emendat. 11. in verb. dimittit. 45. distinct. & in cap. 1. in verb. a temeritate. de maledic. Ias.* qui de communi *in l. si tibi decem. §. quidam. ff. de pact.* Dummodo non es-
3 set plena remissio, per † quam etiam damna censerentur sublata, cum omni interesse, secundum *Angel. de malef. in verb. nec ad querelam. num. 90. Guald. de art. testand. caut. 34. tit. 6. Farinac. quaest. 105. num. 169. post Rimminald. Iun.* qui late comprobat *cons. 334. inter crimin. diuersor. num. 41. lib. 1.* Licet contrariam opinionem tanquam veriorem sequatur *Ceuall. quaest. 386. in fin.* dicens ita practicari, *Surd. de alim. tit. 7. quaest. 16. num. 84.* Vbi ampliat
6 † etiam si facta sit remissio omnium iniuriarum, expulsionum, & deuastationum; & ideo in instrumento pacis deberent exprimi damna, & interesse, vt illa intelligantur. *Bald. in l. domus. de seruit. vrb. praedior. & in l. si tibi. §. 1. ff. de pact. Alexand. cons. 168. num. 7. lib. 2. Io. de amic. consil. 88. num. 14. Couarr. p. 7. libro 2.*
7 *var. resolut. cap. 10. num. 6.* † Quare dicimus maritum per remissionem iniuriae vxoris ob adulterium non censeri poenam ex sententia acquisitam remisisse. Immo posse super hoc conuenire per contractum de reducendo ad domum vxorem salua dicta pena, & interesse, cum haec non sit concordia venalis prohibita inter coniuges, sed retentio eius, quod fuit sibi adiudicatum per sententiam: & sic non militat dispositio *l. si quis liberis. de pact. dotal.* de qua per *Roman. singul. 682. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 34.* & in terminis ita concludit *Surd. de alim. tit. 7. q. 16. num. 86.*

Idem est in remissione, quae fit confitendo peccata, nam respicit solum rancorem animi,
8 † cu ad salutem nemo cogatur remittere actionem iniuriarum. *Abb. in cap. 1. in fin. de maledic. Bart. in l. non solum. §. 1. num. 3. de iniur. Aret. in §. vlt. num. 4. inst. eodem tit. Alex. in l. si tibi. §. 1. de pact.* vbi de communi. Ideo
9 non inducitur remissio ingratitudinis, nec † reconciliatio ex eo, quod pater confitendo peccata sua remiserit iniuriam filio in foro animae. *Surd. de alim. tit. 7. quaest. 1. num. 50.* Licet quando esset plena remissio, & praegnantibus
10 verbis, prodesset etiam in foro exteriori, † quia Sacerdos potest pro absente acceptare. *Felin. in cap. de his. col. fin. de accusat. Menoch. praesumpt. 114. num. 6. lib. 3.* & in specie ita declarant *Anan. Bald. Alexand. Mascard. & alij per Farinac. quaest. 105. n. 378.* & voluit *Surd. de alim. tit. 7. q. 1. num. 52.*

EPITOME.

Stante prohibitione particulari de non alienando certas res, an prohibeatur deductio trebellianicae de alijs bonis non prohibitis. Et an sit deducenda habito solum respectu ad illud, quod restituitur. Tam de iure ciuili, quam canonico an possint detrahi duae quartae per filium grauatum.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica deductio non prohibetur de alijs bonis, quando adest prohibitio particularis de non alienando certas res.*
2 *Stante prohibitione alienationis rerum particularium trebellianica debetur solum pro rata eorum, in quibus non reperitur prohibita. Contrarium num. 3.*
4 *Trebellianica si detrahitur, est deducenda integra.*
5 *Trebellianica deductio non importat detractionem corporum, sed iuris haereditarij, & in qualibet detractione vnus as consideratur. & num. 10.*
6 *Trebellianica detrahitur solum habito respectu ad illud quod restituitur. & verior est opinio, num. 8.*
7 *Legitima habet ius in re; trebellianica vero ius ad rem.*
9 *De consuetudine legata soluuntur integra, & trebellianica detrahitur solum de fideicommisso vniuersali.*
12 *Filius grauatus non potest detrahere nisi vnam quartam de iure ciuili. Contrarium est verius num. 13.*

Decisio LIX.

Ex quo in testamento producto per D. Federicum de Archangelis adest solum prohibitio particularis de non alienan-
1 do certas res; † dictum fuit, non prohiberi deductionem trebellianicae de alijs bonis non prohibitis; cum ex illis, secundum veram Doctorum opinionem, possit detrahi. *Roland. consil. 9. num. 15. volum. 4. Paris. consil. 43. nu. 14. lib. 3.*

Curt.

Curt. iun. consil. 117. *colum.* 1. *vers. confirman
tur præmissa. lib.* 1. *Eugen. consil.* 6.*nu.*46. *Ri-
minald.iun. cons.*456. *num.*96. *&* 97. *volum.* 4.
*Bero .consil.*93.*num.*15.*volum.*2. *Socein.iun.cõ-
sil.* 170. *num.*40. *lib.*2. *Neuiz.consil.*2.*num.*43.
*vers.& ideo ibi sit facilius. & num.*52. *versic.
secundo limitatur. Oddo cons.*65.*num.*75.*&* 77.
Menoch. de præsumption. lib. 4.*præsump.*198.
sub num. 28. *versic. quando certa res . & sub
num.* 30. *in fin.*

Non obstat, quod stante d. prohibitione alie-
nationis rerum particularium, ista trebelliani-
2 ca † non debeatur, respectu bonorum prohibi-
torum; sed solum pro rata eorum, in quibus non
reperitur tacitè, vel expressè prohibita. *ad con-
sil. Gabr. consil.* 87. *num.* 5. *in fin. vers. reli-
quum igitur. lib.* 2. Quia supradicti Doctores,
qui contrariam opinionem sequuntur, dicunt
deberi integram etiam respectu bonorum pro-
3 hibitorum; Quæ quidem sententia † est verior,
cum habeat maiores auctoritates, ita vt ab ea
non sit recedendum, prout etiam sequitur *Me-
noch. d. lib.*4.*præsump.*198. *sub n.*28.*vers.quãdo
certa res; sub n.*30.*in fi.* qui licet sub *n.*26. refe-
rat opinionem *Gabr.d. cons.* 87. tamen residet
cum sententia *Rolandi*, & aliorum.

Maxime quia vltra auctoritates supradictas,
ratio etiam id suadet. Non enim inferendum
est; prohibuit certas res alienare; ergo in alijs
non prohibitis non poterit consequi trebellia-
4 nicam, quam si † detrahit, deducenda erit in-
tegra; alias esset dare quartam diminutam;
quod non est dicendum; prout ita in specie con-
siderat *Socein. in l. marcellus. § idem Pompo-
nius. col.* 3. *ff. ad trebell. Ruin. cons.*84.*volum.*
3. *num.* 7. Trebellianicæ enim deductio non
5 † importat detractionem corporum, sed iuris
hęreditarij; & in qualibet detractione vnus as
consideratur. *Hostiens. in cap. Rainaldus.col.*9.
*ad med. vers. nec non quartam. & ibi Ioan.
Andr. de testam. Socein. iun. consil.* 131. *quæstio
proposita. num* 61. *lib.* 1. *Eugen. cons.* 6 *num.*
46. *in fi.* [Prædicta tamen non videbantur tu-
tu ex his, quæ dicunt Doctores, quod trebellia-
6 nica † detrahatur solum habito respectu ad il-
lud, quod restituitur; vt per *Decium consil.*235.
*non parua difficultas. colum. penult. dub.*8. *nu.*
18. *Ancbar. cons.* 152. *plura sunt. colum.*3.*ver-
7 sic. item legitima*; vbi appellat † legitimam ius
in re; Trebellianicam vero ius ad rem. sequitur
*Cephal.cons.*189. *num.*19. *Aym.cons.*16. *colum.*
3.*num.*3. *volum.*4. *sub num.* 5. *vers. non ob-
stat alia consideratio*; vbi allegat *decis. Rotæ*
870. *alias* 12. *de testam. in antiq.* dicens, se mi-
rari, quod ad dictam decisionem non aduerte-
rint Moderni. & ibi respondet ad *Socein.in d.§.
idem Pomponius*. Et dicit hanc opinionem esse
8 † communem, æquiorem, veriorem, & magis
amicam voluntati testatoris; subdens, quod li-
cet quarta sit minor vno modo, quam alio; sem-
per tamen dicitur quarta integra, & tota: &
Aymonem sequitur *Cephal. cons.* 322. *num.* 10.
9 vbi dicit, † quod de consuetudine seruatur, quod
legata soluantur integra, & Trebellianica de-
trahatur solum de fideicommisso vniuersali, vt
per *Bartol. & Angel. in l. marcellus. §. idem
Pomponius. ad Trebell. Castr. in l. quadraginta.
num.* 10. *ff. eod.* vbi *Cuman.* dicit, quod senten-
tia Bartoli seruaretur in practica, licet ipse in
puncto iuris contradicat propter illam ratio-
10 nem, † quod in qualibet detractione considere-
tur vnus as; & sic vna vniuersitas hæreditatis;
Ideo quarta, quæ subinde detrahitur, dicitur
quarta hæreditatis, & quod restituitur dicitur
dodrans: per doctrinam *Hostiens. & Ioan. And.
in d. cap. Rainaldus. & Socei. iun. d.cons.*131.
*num.*61. quos etiam refert *Cephal. d. cons.*322.
*num.*14. Vnde circa hoc esset particulariter vi-
dendum, quomodo, & quanta esset d. Trebel-
lianica detrahenda in casu, & ad effectum, de
quo agitur.

11 Non obstat *statutum* † *Ciuitatis Anconæ rub.*
77. *coll.* 2. disponens causas ciuiles terminan-
das esse primo secundum ius ciuile; secundo iu-
xta ius canonicum; quo stante per filium gra-
12 uatum non † potest detrahi nisi vna quarta de
iure ciuili. *gloss. in cap. Rainutius. de testam.*
vbi *Abb. num.* 25. *Bart. in l. quanquam. ad l.
falcid. Bero. in cap. in præsentia. de probatio.
Alex. cons.* 53. *volum.*2. *num.*13. & quod possit
detrahere duas quartas, procedit de iure Cano-
nico; vt dicunt omnes supradicti Doctores.

13 Quia respondetur, quod hodie † filij gra-
uati sub conditione possunt detrahere legitimã,
& trebellianicam, secundum communem opi-
nionem approbatam in iudicijs, & in scholis.
*Dec.cons.*237. *sub num.* 4. *vers. secundo prædi-
cti hæredes.* & hoc de generali consuetudine per
totum mundum seruari, etiam in terris Imperij,
testatur *Cagnol. in l. papinianus. §. meminis-
se. num.* 10. *de inoffic. testam. Soccin. iun. cons.*
115. *circa primum. sub num.* 16. *volum.* 1. *Gui-
do pap. decis.* 52. *num.* 1. Et hanc esse veriorem
sententiam, & ab ea in iudicando non receden-
dum, siue attendamus ius ciuile, siue ius cano-
nicum, testatur *Paris.cons.*25.*nu.*55.*&* 56. *vol.*
2. *Socein. iun. cons.*131. *num.*59.*& num.*65.*vo-
lum.* 1. & in foro ciuili, & in terris imperij ser-
uari, dicit *Roland.cons.*9. *num.* 1. *volum.*4.*Ri-
min.iun. cons.*9.*num.*106.*volum.*1. *Sim.de Præ-
tis, de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *dub.* 5. *so-
lut.* 6. *num.* 4. *fol.* 363. Vnde cum etiam de iu-
re ciuili hæc opinio seruetur, vtique per dispo-
sitionem d. statuti, non prohibetur huiusmodi
trebellianicæ deductio.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Detractio vtriusque quartæ facilius admittitur
de æquitate iuris canonici.*
2 *Pater grauatus restituere hæreditatem an pos-
sit duas quartas detrahere sicut filius. num.
3. & 4.*
5 *Priuilegium concessum descendentibus non exten-*

tenditur ad ascendentes in materia stricta.
6 *Dispositio correctoria non ampliatur ex identitate rationis.*

¶ N. 13. in fin. *post verb.* trebellianicæ deductio.

Quæ magis procederent, non extante statu-
1 to, quod attendatur ius ciuile, † cum propter æquitatem iuris canonici facilius admittatur deductio vtriusque quartæ; In hoc enim fuit mitigatus rigor iuris ciuilis per *tex. in cap. Raynutius. de testam. Odd. cons.* 60. *num.* 18. *Ceuall. quæst.* 74. *num.* 1. *in fin.* vbi ita seruari testatur.

Idem dicebatur esse in patre grauato à filio
2 restituere hæreditatem, qui potest deducere duas quartas, cum sint correlatiui, & dispositum in vno ad alium extendatur. *Aymo. consil.* 110. qui de communi. *num.* 1. *vers. quibus non obstantibus.* post *Angel. & Cuman. in l. miles. §. fin. de testam. milit.* late *Grass. in §. trebellianica. quæst.* 4. *in fin.* vbi quod non est discedendum
3 ab hac opinione, † cum æquissimum sit parentes similes filijs releuari per portionem hæreditatis ob mortem filiorum. *Andr. Gail. obseruat.* 121. *num.* 11. *lib.* 2. cum alijs late adductis per *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 3. *num.* 53. licet ipse relinquat cogitandum.

Quamuis ista non sit tuta opinio, cum con-
4 trariam dicat esse veriorem † *Ias. in l. filium quem habentem. colum.* 3. *num.* 9. *vers. limita singulariter. C. famil. hercisc. Alex. in l. ratione. §. quod vulgo. colum.* 6. *in princip. num.* 11 *vers. potest dubitari. ff. ad leg. falcid. Socein. in l. cum auus.* 101. *num.* 14. *colum.* 4. *post med. vers. septimo adducit. de condit. & demonstrat. Cattel. Cott. in memor. in verb. filius grauatus à patre. ad med.* & hanc opinionem etiam approbat tanquam vltimo loco relatam, *Couarr. in cap. Raynutius. §.* 11. *num.* 6. *de testam. Roland. Gomes. Padill. & alij per Ceuall. q.* 665.
5 *num.* 8. † Et est ratio, quia in materia stricta ptiuilegium concessum descendentibus non extenditur ad ascendentes. *l. filiusfamilias.* 18. *ad leg. falcid. Roland. consil.* 39. *num.* 10. *lib.* 3. cum alijs adductis per *Peregrin. de fideicomm.*
6 *artic.* 49. *num.* 44. † Et dispositio *cap. Raynut. & cap. Raynaldus.* tanquam correctoria iuris ciuilis non debet ampliari ex identitate rationis. ad notata *in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles.*

E P I T O M E.

An detur appellatio à sententia in qua quis immittitur in possessionem propter sententiam nullam, & quia bene appellatum fuit, stante Aegidiana prohibente appellationem in possessorio. [De dictione propterea, quam causam importet. [Et quando ratione connexitatis vna causa appellabilis, trahat aliam non appellabile.

S V M M A R I V M.

1 *Dictiones, propterea, & ideo, important expressam causam dispositionis, & rationem finalem. num.* 2.
3 *Actus cuius contemplatione fit, debet inspici. & num.* 4.
5 *Vnum iudicatur, quod fit propter alterum, ita vt separatio non fiat. & num.* 9.
6 *Connexum dicitur, quod procedit ab eadem causa, & ratione.*
7 *Pars appellabilis trahit aliam partem non appellabilem in connexis.*
8 *Causæ duæ complicatæ habentur pro vna causa.*
10 *Sententia continens plura capitula potest pro parte valere. Intellige vt n.* 11.
12 *Missio in possessionem retardari non debet, si agatur principaliter super possessorio, licet incidenter fuerit deducta causa nullitatis, & illegitimitatis. Intellige vt n.* 13.
14 *Appellatio datur à sententia propter duas causas simul complicatas, licet vna esset appellabilis, altera non.*
15 *Iudex declarans spoliatum esse restituendum, quia sententia est nulla, disponit super nullitate, & datur appellatio. Intellige vt n.* 16.

Decisio LX.

IN sententia producta per D. Philippum de Æsio conceditur missio in possessionem propter sententiam nullam, & quia bene appellatum fuit; Vnde apparet non esse diuersa capita, sed continuata; quia ex prædictis Index mittit in possessionem; quare conclusum fuit esse locum appellationi: Nam dictio, propterea, secundum Grammaticos, quibus in hoc est standum, importat quod propter illam causam declaratam nullam, fuerit immissus in pos-
1 sessionem, [& sic inducitur ex † his causis finalis; cum idem sit, ac si Iudex dixisset, ideo; Quæ verba demonstrant expressam causam dispositionis. *Socein. cons.* 159. *col.* 5. *vers. quarto & vltimo. lib.* 2. *Aym. cons.* 192. *num.* 21. Et quod
2 dictio, propterea, importet † causam, & rationem finalem, dicit *Roland. cons.* 15. *num.* 5. *libro* 3. *per text. in l.* 2. *C. de vsur. & in cap.* 1. *de restit. spoliat. in* 6. post *Matthesil. de successab intest. artic.* 4. *num.* 23. *& Vbald. eod. tit. p.* 4. *col. fin.*

Ex quibus constat, quod missio in possessionem conceditur contemplatione sententiæ primæ declaratæ nullæ, & appellationis bene interpositæ; Vnde succedit regula, quod quando
3 aliquid fit contemplatione † alterius, inspicitur illud, cuius contemplatione fit actus. *Bart. in l. seruo legato. §. si testator. de legat.* 1. *Aym. cons.* 231 *num.* 16. Et semper considerare debe-
4 mus, non ipsum actum † simpliciter, sed in quo fit contemplatio. *l. si pater. §. qui duos; vbi Bal. de adoptionib. Dec. cons.* 283. *colum.* 5. *Aym. cons.* 91. *num.* 6. *& cons.* 231. *num.* 16. Et vbi concur-
5 runt duo, † quorum vnum fit propter alterum, ibi vnum tantum iudicatur, ita vt separatio non fiat. *Signorol. cons.* 1. *colum.* 2. *post med. Bald. in l. cum dotem. circa fin. C. de iur. dot. & cons.*

440. *lib.*5. Immo habetur pro vnico actu. *Aym.*
6 *cons.* 202. *nu.*13. † Et dicitur connexum, quod ab eadem causa, & ratione procedit. *Imol. consil.*134. *in princip. per text. in l. cum eiusdem. §. fin. de adil. edit. Eugen. cons.*70. *num.*11. vbi loquitur in specie *Constitutionis Aegidianae*, & *legis vnicae. C. si de moment. possess.* [Qua connexitate stante, & alijs supra allegatis, vna pars
7 appellabilis † debet trahere aliam partem. *Franc. in cap. si duobus. num.* 2. *de appellatio.* Et si fuerit innouatum, dicetur constare de attentatis; Non poterit enim dici nondum possessorium, cum Iudex in sententia aliquid aliud complicat vltra possessionem; Nam efficitur mixtum ratione alterius causae, & actionis admixtae. *Contard. in l. vnic. C. si de mom. possess. in verb. complicatio. num.* 10. & 16. Et regula-
8 riter duae causae † complicatae habentur pro vna causa; maxime quando respiciunt vnum, & eundem effectum, prout in casu nostro. *Ias. in l. scire debemus. de verb. obligat.* Et quando vnum est propter alterum, erit tantum vnum. *l. Iulianus. de condit. & demonstrat.* Et si duo ex vno
9 † oriuntur, vnum tantum reputatur. *Aegid. decis.*379. *in fi. Cassan. cons.*1. *n.*22.
10 Non obstat, quod quando † sententia continet plura capita possit pro parte valere, & pro parte non; cum tot censeantur sententiae, quot capitula. *Doctor. in l. edita. C. de edend. Contard. in l. vnica. C. si de moment. possess. in verbo. ratione damni irreparabilis. num.* 38. Vnde pro parte poterit appellari, & pro parte non; Et sic non debet retardari missio in possessionem, à qua non datur appellatio secundum Constitutionem Aegidianam: Quia respondetur
11 nos non esse in † capitulis diuersis, & separatis; sed connexis, & continuatis, & factis contemplatione alterius, ita vt debeat potius dici vnicus actus; vt supra deductum fuit; cum ex verbis sententiae, de qua agimus, appareat, quod Iudex declarauit bene appellatum, & male iudicatum, & bene de nullitate dictum; propterea concedendam esse missionem; & sic dicta missio est concessa occasione appellationis bene interpositae, & nullitatis sententiae. Vnde stante ista connexitate, actus non potest indicari diuersus, sed vnus; quo casu pars appellabilis trahit aliam partem. *Franc. in cap. si duobus. num.* 2. *de appellat.* cum alijs supra allegatis.

Non obstat, quod hic principaliter agatur su-
12 per possessorio, licet incidenter † fuerit deducta causa dictae nullitatis, & appellationis bene interpositae; quo casu non retardatur missio in possessionem, neque est locus appellationi; prout dicitur quando incidenter fuerit deducta causa illegitimitatis, & principaliter agitur super nouo possessorio. *Dec. in l.*1. *colum.*2. *vers. & retenta ista communi opinione. C. de bonorum possess. secund. tabul. Bald. in l. vnica, colum.* 2. *circa princip. vers. hoc modo hic quaeritur. C. si de moment. possess. Put. decis.* 278. *num.*5. *lib.*2. Quia praedicta procedunt, quando incidenter alia causa fuit deducta, prout loquuntur praefati
13 Doctores. † Secus in casu nostro, in quo est principaliter deducta causa de qua agimus, & est vnicus actus respiciens vnum, & eundem affectum; immo quando sunt duae causae simul complicatae, quarum vna admittit appellationem, alia non; si sententia simul fertur super v-
14 traque, † poterit appellari, tam ab vna quam ab alia. *Bald. cons.*141. *lib.*2. *Menoch. de adipiscen. possess. remed.*3. *num.*187. *& de recuperan. remed.* 9. *num.*319. *Contard. in d. l. vnica. C. si de moment. possess. in verb. ratione complicationis. num.*1. *cum seqq.* vbi ponit multa exempla de sententijs latis in possessorio, in quibus admittitur appellatio, quae alias non admitteretur, quando est posita aliqua causa connexa, & non separata; puta si iudex pronunciaret su-
15 per nullitate per modum causae, dicens, † spoliatum restituendum esse, quia sententia est nulla; tunc enim disponeret super nullitate, & daretur appellatio. vt per *Bald. in l. emptor. §. ancilla. de rei vendicat.* Quae tamen intellige se-
16 cundum distinctionem † summariae, aut plenae cognitionis de nullitate; vt per *Bart. in l.* 1. *§. fin. quando prouoc. non est necess. Ripa in l. qui Romae. §. duo fratres. num.* 20. *de verbor. obligat. Contard. in d. verbo ratione complicationis. num.*46. Ex quibus fuit denegatum mandatum de immittendo, declarando esse locum appellationi petitae.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Correspectiua non debent diuerso iure censeri, & dicuntur quando vnum fit contemplatione alterius. n.*2.

3 *Sententia declarans domum deuolutam, & talem reintegrandum, continet mixturam, & admittit appellationem. n.*5.

4 *Per clausulam, propterea reintegrandum, dicitur principaliter actum super caducitate.*

¶ Ante num. 1. *post verba.* immissus in possessionem.

*Mandos. reg.*34. *de annal. q.*86. *n.* 6. *col.*2. *in fi. per tex. in l.*2. *post princ. & §. ijsdem temporibus. de origin. iur.*

¶ N.9. *post verb.* cons. 1. num. 22.

Ista enim correspectiua non debent diuerso
1 iure censeri † *l. etiam. §. ex causa. de minor. l. fin. de acceptil. Aym. consil.*16. *num.*4. itaut posito, vel sublato vno, ponatur, & tollatur alterum. *l. alumnae. §. scia. de alim. leg. Aym. cons.*179. *num.*13. *Menoch. praesumpt.* 12. *num.* 6. *lib.*2.
2 † Vbi etiam, quod correspectiua dicuntur, si vnum fiat contemplatione alterius. *Felin. in c. cum inter. num.*7. *de re iudic. Tiraq. in l. si vnquam. num.*118. *in verb. donatione largitus. C. de reuocand. donat.*

¶ N.16.

¶ N. 16. *post verba*. appellationi petitæ.

Exemplo eius, quod dicimus de sententia de-
1 clarante domum esse deuolutam, † & talem reintegrandum, quæ ratione mixturæ admittit appellationem, vt in specie est decisio *Rot. coram R. P. D. Lancellot. Roman. deuolutionis domus.*
4 *5. Decembris* 1599. † *iuxta cons. Ias.* 187. *num. 3. lib. 2.* quod licet procedat, quando principaliter fuit actum super caducitate. Tamen si in sententia dicatur propterea reintegrandos, dicitur principaliter actum, vt latius *in dicta*
5 *decisione*. † Quamuis ad hunc effectum sufficeret etiam exprimi causam, quæ habeat complicationem cum petitorio. *Rot coram Sanctissimo, Tiburtina Castri Sambuci.* 1. *Iulij* 1587. *& coram Cardin. Pamphil. Recanaten. bonorum.* 27. *Iunij* 1587. *& per R. P. D. Lancellott. d. roman. deuolutionis domus.* 5. *Decembris* 1599.

EPITOME.

Ascendentes succedunt non extantibus fratribus ex vtroque parente coniunctis. Testamentum filij familias, quando valeat. Testator si vsus est verbis hæres meus, bona mea, & similibus, an impediatur substitutio pupillaris, & quid in compendiosa, quæ potest accommodari ad directum pupillarem, & fideicommissariam.

SVMMARIVM.

1 *Auia & alij ascendentes non extantibus fratribus ex vtroque parente coniunctis succedunt.*
2 *Auia dicitur ascendens.*
3 *Matre mortua Auia assumit sibi locum illius, & n. 4.*
5 *Substitutio continens pupillarem exclusiuam matris, si persona cui est facta decesserit in pupillari ætate, an dicatur compendiosa.*
6 *Filius familias non potest facere testamentum.*
7 *Consuetudo confert ius testandi filio familias, Fallit n. 8.*
9 *Consensus patris non operatur, vt filius familias possit testari.*
10 *Substitutio pupillaris an impediatur si testator vsus sit verbis mihi, hæres meus, bona mea, & similibus.*

Decisio LXI.

FVit lata sententia per primum Iudicē die 25. Martij 1593. in qua declarauit hæreditatem, & bona Antonij Francisci Palmuccij ei obuenta de hæreditate, & bonis Dianariæ eius matris spectare ad Antoniam auiam maternam proximiorem; & ideo illam esse immittendam in possessionem dictorum bonorum. Dicta sententia fuit reuocata per secundum Iudicem die 15. Martij 1594. declarando Antoniæ nullū ius competere in bonis Antonij Francisci, sed illa spectare ad Franciscum, & Iosephum fratres, & filios Petri Antonij q. Marij Palmuccij ex secunda vxore virtute testamenti conditi per d. Petrum Antonium, & substitutionis in eo contentæ, per quam, tam Antonius Frãciscus eius filius ex prima vxore, quam dicti alij duo filij ex alia vxore fuerunt substituti, casu, quo aliquis ipsorum decederet sine filijs, vel cum filijs non peruenientibus ad legitimam ætatem, prout euenit casus, quia Antonius Franciscus decessit sine filijs: Vnde dubitabatur, quæ sententia ex supradictis esset confirmanda, vel infirmanda; Et conclusum fuit die 20. Decembris 1594. pro confirmatione sententiæ primæ, & reuocatione secundæ. Ratio est, quia cum Antonius Franciscus decesserit post mortem patris, & matris, & sine filijs, superstite Antonia auia, vt probant testes in
1 processu de partibus, succedit auia, † & alij ascendentes, non extantibus fratribus ex vtroque parente coniunctis, prout est casus noster. *§. si igitur. sl primo. auth. de hæredib. ab intestat. venient. auth. defuncto. C. ad tertull. Socin. cons. 25. viso statuto. in princ. lib. 3.* Et quia adest
2 auia, & † per consequens ascendens. *§. secundo gradu. Instit. & gradib. cognatio. l. iurisconsultus. §. secundo gradu. de gradib. affinit. §. consequens. auth. de hæredibus ab intestat. venient.* per eius existentiam reseruatur illi ius
3 successionis, & matre † mortua auia assumit sibi locum illius. *Paris. cons. 60. num. 34. lib. 3.* Et sicut mater præfertur, quando non adsunt
4 vtrinque coniuncti. *d. auth. defuncto*: Ita mortua matre, auia illos excludet. *Paris. d. cons. 60. num. 35. lib. 3.*

Non obstat testamentum, & substitutio in eo
5 contenta; quæ videtur esse compendiosa † continens pupillarem exclusiuam matris, si persona, cui est facta decesserit in pupillari ætate. *Bart. in l. centurio. colum. 2.* vbi *Alex. nu. 77. de vulgar. & pupillar. Cephal. cons. 524. num. 27. lib. 4.* Quia omissa ista quæstione, quæ substitutio dicatur hæc, de qua agimus, & an per eam censeatur exclusa mater. Respondetur, testa-
6 mentum † nihil facere, quia ex illius lectura constat factum fuisse per filium familias, cui non permittitur testari. *l. pen. C. qui testa. facer. poss. l. qui in potestate. de testam. glos. in authen. vt liceat matr. & aui. in princ. in verb.*
7 *disponere.* † Consuetudo tamen posset conferre filio familias ius testandi, & valere in omnibus,
8 quæ sunt de iure positiuo, † non tamen in Monacho, quia regula non potest mutari; licet constitutiones possint, secundum *Bald. in auth. ingressi. in princ. C. de sacros. eccl.*
9 Neque obstat consensus † patris, qui in testamento fuit adhibitus, quia neque cum illius consensu potest testari. *d. l. penult. glos. in l. 3. C. qui testam. facer. poss. Gabr. cons. 167. num. 21 lib. 1. Tiraquell. de priuil. pia causæ. priuil. 78. & 79.* Quibus stantibus, non opus fuit disputare, quod proponebatur per partes de substitutione prædicta; & quod sit facta in bonis ipsius testatoris, non autem in bonis materniis ipsius filij, cum dictum fuerit; In omnibus autem alijs suis bonis; de qua quæstione; quando testator vsus est verbis, mihi, hæres meus, bona mea, & simi-

similibus, an impediatur substitutio pupillaris,
10 † & quid quando est facta substitutio compendiosa, quæ potest accommodari ad directam, pupillarem, & fideicommissariam. *Bart. in l. si sta scriptum. §. qui filio. ff. de bon. poss. secund. tabul. Bald. in l. precibus. nu. 44. col. 13. C. de impub. & alijs substit.* vbi *Addit. in verb. fideicommissariam. Anchar. cons. 8. difficultas quæstionis. Soc. cons. 116. n. 5. lib. 1.* cum alijs per *Manticam de coniect. vltim. volunt. lib. 5. tit. 7. num. 5. vsque ad num. 13.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Substitutus pupillaris in foro conscientiæ antenetur restituere legitimam, quæ matri competebat.*

¶ N. 5. *post verb.* exclusa mater.

De qua per *glos. in l. precibus. in verb omni modo. C. de impub. & alijs substit. Dec. in l. expressa. de reg. iur. Couarr. in cap. Raynutius. §. 4. num. 6. & 7. de testam. Gomes. in c. 1. num. 156*
1 *de constit. in 6. Ceuall. q. 70. num. 4.* † vbi etiam *n. 6.* quod substitutus pupillaris, in foro conscientiæ tenetur restituere legitimam, quæ matri competebat; Quasi lex positiua, quæ obligat & contradicit naturali equitati, non arctet in foro conscientiæ. *Archid. in cap. si pater. num. 6. de testam.* quem dicit communiter approbari *Dec. consil. 210. subtilis est casus. in fi.* Quamuis contrarium sequatur *Rip. in l. moribus. col. 12. in fin. n. 45. de vulg. Vasq. de success. creat. lib. 1. nu. 25. vers. quid dicendum.* cum alijs per *Spin. de testam. glos. 20. num. 49.*

EPITOME.

De intimatione facta domi, quando præiudicet, vt non possit appellari post decem dies. Et quid in laudo arbitrorum. Et an credatur notario exequenti citationem sine testibus.

SVMMARIVM.

1. *Intimatio valet facta domi. Intellige vt nu. 2. & 3.*
4 *Tempus appellandi non currit ab intimatione domi facta. Intellige vt n. 5. & 6.*
7 *Duplicia iura habens præfertur habēti vnum.*
8 *Sententiam latam esse non sufficit nisi sciatur tenor illius.*
9 *Nuntijs & cursoribus creditur in pertinentibus ad eorum officium.*
10 *Notario exequenti citationem sine testibus non creditur.*
11 *Laudum non transit in iudicatum spatio decem dierum.*
12 *Compromissum non habet effectum nisi fuerit acceptatum.*
13 *Acceptatio laudi non præiudicat si fit facta per procuratorem non habentem speciale mandatum.*

Decisio LXII.

Non poterat per D. Iudicem à quo declarari fecisse transitum in iudicatum laudum latum per Antonium Rossettū, & Martium Politum arbitros, ad fauorem Cruciani de Crucianis, contra Laurianam Targā de Recaneto. Nam licet laudum fuerit intimatum
1 Laurianę die 23. Septemb. 1592. domi; † quod potest fieri *l. scire. 15. §. qui autē. de excus. tutor. Bar. in l. licet. C. de repud.* Tamen intimatio non est legitima, cum non appareat fuisse factam in scri-
2 ptis, ac per literas ad domum affixas, † prout requiritur. *Bal. in l. consentaneum. col. 1. n. 2. C. quom. & quand. iud. post glos. in l. 4. §. toties. in verb. libellum. de damn. infect. Tiraquell. de retr. lignag. §. 9. glos. 2. n. 8.* vbi, *vsque ad num. 15.* multa alia requisita adducit pro huiusmodi citationis validitate. Maxime cum nemo domi
3 reperitur; † prout ita intelligunt prædicta aliqui Doctores; videlicet *Innoc. in c. vlt. de eo, qui mitt. in possess. Guido pap. sing. 419. si quis man detur. n. 1.* licet indistinctè apud eos seruari contrarium dicat *Tiraquell. d. glos. 2. §. 19. num. 8. in fin.* Et quatenus intimatio esset valida, tamen non prohibebitur appellare Lauriana; cum tē-
4 pus appellandi non currat ab intimatione † domi facta, quia illa notitia, quæ insurgit ex d. citatione est præsumpta. Et in appellatione requiritur vera. Ita in specie concludit *Franc. in c. bona. 51. num. 21. col. 5. vers. octauo debet appellari. ibi. licet ex citatione. de appellatio. Tiraquell. de retrac. lignag. §. 9. glos. 2. n. 42.*
5 Neque obstat, quod quando sententia † est intimata ad domum, præsumitur transire in notitiam; ita vt post decem dies vlterius non audiretur appellans. *Bald. in l. scire. §. oportet. de excus. tutorum. Ang. in auth. hodie. C. de appellat.*
6 Quia tunc concurrit duplex præsumptio; † vna ex citatione facta ad domum ad audiendam sententiam; altera ex notificatione postea facta ad domum de ipsa sententia, ideo inducitur suffi-
7 ciens notitia ex duplicata præsumptione. † cum duplicia iura habens præferatur vnum habenti. *glos. in auth. itaque. in verb. vtraque. in fin. C. commu. de successión.* Et ita in specie concludit *Franc. in d. cap. bonæ. num. 22. colum. 5. ad med. de appellat.* Quod non est in casu de quo agimus, cum non constet de citatione ad laudum ferendum.
8 Immo neque sufficiet sententia lata, nisi† quis etiam sciat eius tenorem. *gloss. in c. concertationi. in vers. sciuerit. de appellatio. in 6. Felin. in c. quo ad consultationem. col. 12. n. 22. vers. postremo circa cursum. de re iudic.*

Vlterius apparet intimationem fuisse factam à notario nullis adhibitis testibus, cui non creditur sine illis; cum non sit deputatus ad huiusmodi officium, prout solent esse nuntij, & cur-
9 sores, quibus † tanquam electis ad illud exerci-

tium creditur eirea ea, quæ ad suum officium
pertinent, & in ijs quæ veniunt in consequen-
tiam citationis. *Barto.in extrau. ad reprimen-
dum.in verb.per nuntium.Gabr.de citation.con-
clus.4.in fin.* Et in specie, quod non credatur no
10 tario † exequenti citationem sine testibus, cum
non dicatur nuntius, dicit *Put.decis.5.lib.3.Ga-
briel cons.40.Rota coram R.P.D.Gypsio Vrbi-
naten. iurisdictionis, 8.Iunij* 1598.
11 Vltimo, quia laudum non transit in † iudica-
tum spatio decem diarum. *Bartol.in l. societa-
tem.§.arbitrorum. n.22.col.4. vers.quæro intra
quantum tempus. ff.pro socio.Bald.in l.fin.col.1.
nu.16.vers.quæro vsque ad quantum. C. de con-
trah.emptio.* Tempus enim petendi reductionem
ad arbitrium boni viri durat 30.annis, dummo-
do intra annum pars sit conquesta de laudo,
etiam extraiudicialiter. *Felin. in cap. quo ad
consultationem. in fin de re iudic.* Ex quibus fuit
reuocata sententia D. Iudicis à quo, declarando
non constare de prædictæ causæ desertione, &
re iudicata.

Præterea quo ad nullitatem laudi conclusum
fuit pro eius validitate, etiam quod sit latum ex-
tra terminum compromissi, quod factum est die
6. Iulij 1592. expediendum infra duos menses;
licet arbitri sententiauerint die 24. Septembris
1592 Nam cum non adsit præsentia, neque ac-
ceptatio arbitrorum, quando fuit factum com-
promissum, debebat constare, esse elapsos dictos
menses à die acceptationis, de qua non apparet.
12 † Compromissum enim factum in aliquem, nul-
lum habet effectum, nisi fuerit acceptatum. Ita
in specie concludit *Lanfranc.de arbitr.in princ.
col.4.vers.de qua acceptatione.n.16. Gabr.eo.tit.
de arbitr.concl.2.n.2.*

Quo ad aliud de acceptatione laudi facta per
Marium procuratorem Laurianæ, prout nota-
rius attestatur, dictum fuit nihil facere; quia in
actis non constat, de eius mandato; immo ap-
paret per eam fuisse deputatum alium ad illud
13 acceptandum, vt in instrumento, † de quo in
actis, die 6. Iulij 1592. Vnde per prædicta nul-
lum præiudicium fuit illatum ipsi principali.
*Bal.in l.licet.in princ.n.2.C.de procur. Alex.con
sil.196.visis subtilissimis.n.8.col.2.vers.tertia est
dubitatio. lib.2.*

E P I T O M E.

Sequestrum quando concedatur in causa appellationis. ¶ Exceptio nullitatis an illud impediat. ¶ An stetur verbis assertiuis laudi, in quo fit mentio de discordia arbitrorum, vt dicatur valere laudum latum per tertium electum in casu discordiæ.

S V M M A R I V M.

1 *Sequestratio non fit vbi appellatur à senten-
tia. Fallit vt n. 2. 5. 6. & 25.*
3 *Depopulatio dicitur etiam quod fructus in vsum
suum conuertantur.*
4 *Stante suspicione dissipationis deuenitur etiam
ad interdictum, ne possessor bona stabilia
alienet.*
7 *Nullitates concernentes iurisdictionem impe-
diunt fieri sequestrum. Intellige vt n.27.*
8 *Discordia debet probari vt valeat sententia la-
ta per tertium electum in casu discordia, ne-
que statur in hoc verbis narratiuis laudi.*
9 *Idem in arbitratoribus habentibus potestatem
procedendi, & decidendi sine scriptis, & pro-
ut eis placuisset.*
10 *Fallit vbi est appositum aliquod tempus in quo
deberent arbitri concordare.*
11 *Ratione temporis præfixi non est necessaria
alia admonitio.*
12 *Pro laudi rectitudine præsumitur. Amplia vt
n.13. 14. & 21.*
15 *Reductionis petitio non est similis appellationi,
& de ratione differentiæ, n.16. & 17.*
18 *Præsumitur pro laudo arbitratoris probi, &
honesti. & n.19.*
20 *Persona delegati attenditur, vt ei credatur circa
iurisdictionem, etiam in tertij præiudicium, si
sit de maioribus ciuitatibus.*
21 *Per facultatem arbitris datam procedendi in
scriptis, videtur inductum vt eis fides de pro-
cessu habeatur.*
22 *Arbiter non potest esse testis, tam in causa princi-
pali, quam appellationis. Intellige vt num.
23. & 24.*
25 *Quando stetur relationi arbitri super actis co-
ram se factis.*
28 *Sequestrum an impediatur per appellationem.*

Decisio LXIII.

SEquestrum petitum per Dominos de Cico-
linis, contra D. Hieronymam Berardam,
videbatur concedendum: licet enim vbi
1 † appellatur à sententia, non fiat sequestratio.
*c.ab eo.vbi Hostiens.de sequestrat.possess. l.impe-
ratores.de appellationib.* Tamen quando timetur
2 † depopulatio, & oritur præsumptio, quod fru-
ctus dissipentur, etiam appellatione pendente
potest fieri sequestratio fructuum. *glos.in c.quo-
ties.2.q.6. Bald.in l.si fideiussor.§.fi.ff.qui satis-
dar.cogant.cum alijs per Lancell.de attent. c.12.
p.2.limit.12.n.11.*
3 Intelligitur autem † depopulatio etiam quod
fructus in vsum suum conuertantur, & pro suis
necessitatibus consumantur. *Bald.in d.c.ab eo.
de sequestrat.possessio. Ang.in l.Imperatores. §.
idem. de appellatio. Archid. in cap. quia res. 11.
quæst. 1.*
3 Immo non requiritur dissipatio, † sed timor
dissipationis. *Auffr.ad decis. Cap.Thol.477.* post
*Bart. in l. de pollicitationibus. ff. de pollicitat.
Doct. in c.1. vt lit. pend. Vital. de clausul. in
verb. nil nouari appellatione pendente.post prin-
cip.* Quamuis sit modica suspicatio. *Bald.in c.fi.
4 de prohib. sequest.* Et stante huiusmodi † suspi-
cione, deuenitur etiam ad interdictum ne pos-
sessor bona stabilia alienet. *Lancell. de attent. c.
12.p.2.limit.12.n.26.*
5 Et in prædictis sufficiet, quod Iudex † capiat
informationem super suspicione consumptionis,
seu

seu dilapidationis, ad effectum concedendi se-
questrum. *Auffr. in addit. ad decis. Cap. Tholos.*
477. vbi ampliat ad personam, quæ est soluendo;
6 quia † etiam tunc proceditur ad sequestrum
pendente appellatione stantibus prædictis, licet
in prima instantia pendente lite, secus esset. *Lan*
cell. d. c. 12. de attent. limit. 12.

Tamen ad fauorem D. Hieronymæ faciebant
multæ nullitates, quæ obstabant aduersus senten
tiam, seu laudum, cuius occasione fuit petitum
sequestrum per Dominos de Cicolinis; Quæ nul-
litates cū concernant iurisdictionē, impediunt
7 quod † sequestrum non debeat concedi. *Card. in*
clemen. 1. de sequestrat. possess. & fruct.

Nullitas autem iurisdictionis prætendebatur
adesse; quia sententia fuit lata per tertium ele-
ctum in casu, quo duo arbitri essent discordes;
8 † de qua discordia non apparet, prout debet
constare ante sententiam, & laudum; Vnde il-
lud non valebit, etiā quod de discordia fiat men-
tio in verbis narratiuis laudi, quibus non statur,
neque ex eis vlla probatio resultat, maxime quā-
do à laudo esset reclamatum. *Specul. de probatio.*
§. videndum. vers. sed pone iudex. & de instru-
ment. editio. §. restat. vers. in summa. Alexan.
consil. 124. in causa, & lite inter Franciscinam.
n. 10. lib. 2. Paris. cons. 24. n. 139. lib. 2.

9 Idem in † arbitratoribus habentibus potesta-
tem procedendi, & decidendi sine scriptis, &
prout eis videretur, & placuisset; quia neque
ipsorum assertioni erit standum, quod prædicta
interuenerint. *Doctor. in cap. cum à vobis. de*
testibus. Bart. & Bald. in l. ne in arbitris. C. de
arbitr. glos. & Bartol. in l. si societatem. §. ar-
bitrorum. ff. pro socio. Socein. consil. 27. & in
præsenti. colum. 3. volum. 3. & consil. 66. viso
compromisso. lib. 4. Alexand. cons. 21. considera-
tis. num. 2. vol. 7.

Maxime quia in compromisso, de quo agi-
10 mus, non est † appositum aliquod tempus in quo
deberent arbitri concordare; tunc enim eo ela-
pso posset tertius se intromittere. *Dec. consil.*
340. colum. fin. Bald. in l. 2. C. de sponsalib.
11 vbi dicit, quod † ratione temporis præfixi non
est necessaria alia admonitio. *Dec. cons. 430. co-*
lum. 2. & cons. 435. ad fin. Natt. in addit. ad
Alex. cons. 124. lib. 2.

Sed pro DD. de Cicolinis non obstantibus
prædictis faciebat, quia pro iustitia, & recti-
12 tudine † laudi arbitri, & arbitratoris ita præ-
sumitur sicuti pro sententia Iudicis. *Dyn. con-*
sil. 33. tolomeus. colum. 3. Dec. consil. 375. iuri-
dicam. num. 2. Paris. cons. 45. num. 91. lib. 1.
13 † etiam quod de illius nullitate sit dictum; dum
enim cognoscitur, pro eo præsumitur. *Butr.*
cons. 32. num. 2. Masc. conclus. 963. num. 5.
de probat.

14 Quæ etiam procedunt, licet peteretur † re-
ductio; vt concludit *Felin. in c. quoniam contra.*
num. 37. vers. sed contrarium tenet. de probat.
post Calderin. de arbit. cons. 5. Card. cons. 140.
15 *factum tale in 2. dubio.* Ratio est, quia † peti-
tio reductionis, & appellatio non sunt similes;

16 Nam acta coram arbitratore † non probantur
in scriptis, ideo excusatur qui non iustificat lau-
dum; Vnde non reperitur in iure cautum, quod
17 petitio reductionis † suspendat vires arbitra-
menti, prout est in appellatione; & ideo stat
præsumptio, quod etiam si probatio incumbe-
ret victori, sufficeret ei ostendere laudum, pro
quo præsumitur, quia acta non apparent; vt post
Card. & Calderin. in locis supra allegatis tra-
dit. *Felin. in d. c. quoniam contra. n. 37.* vbi etiam
18 subdit, prædicta maxime procedere, † si arbitra-
tor esset persona valde prouida, & honesta; pro-
ut sumus in casu nostro, in quo tractatur de lau-
do personæ in maxima dignitate constitutæ, Ar-
chiepiscopi, & Gubernatoris Prouinciæ; pro quo
est magis præsumendum, *c. nisi essent. de præben.*
licet ibi Doctores intelligant illum text. in om-
19 ni arbitratore, cum pro quolibet † præsuma-
tur, quod sit honesta persona. *c. si. de præsump.*
20 Sicuti diximus attendendam esse † personam
delegati, cui creditur, asserenti, se habere iuris-
dictionem, etiam in tertij præiudicium, si sit de
maioribus Iudicibus, grauis, & illustris. *Io.*
Andr. in c. 1. de offic. deleg. in 6. Felin. in c. cum in
iure. vers. præsumitur commissio, col. pen. de offic.
deleg. Alex. cons. 106. col. penult. num. 19. lib. 2.
Vant. de nullitat. c. vlt. num. 43.
21 Præsertim, quando partes dedissent † facul-
tatem arbitris procedendi sine scriptis, prout
in casu nostro; ex quo videtur inductum, vt sibi
de processu fides haberetur. *Bart. in auth. nisi*
breuiores. in fin. C. de sentent. ex breui. recitand.
Aym. cons. 258. nu. 3. Alex. cons. 13. nu. 8. vol. 1.
Masc. de probat. conclus. 32. n. 42. & n. 60.

Addi poterat, quia per dictos arbitros depo-
22 nebatur adfuisse discordiam; vnde licet † arbiter
non possit esse testis, tam in causa principali,
quam appellationis, *Innoc. in c. 2. de arbitr. & in*
c. cum à nobis. de testib. tamen intelligitur, vt
23 † plene probet, non vt alium Iudicem instruat;
huiusmodi enim instructio inducit præsumptio-
nem, licet non probationem. *glos. fin. in c. de con*
filijs. dist. 18. Anton. & Imol. in c. olim. de rescrip.
24 *Felin. in c. cum à nobis. de testib.* † maxime si sint
plures iudices. *Bart. in l. si societatem. §. arbitro-*
rum. nu. 29. vers. quæro quando examinatur. ff.
pro socio. Menoch. de arbitr. Iud. q. 73. n. 10. Ma-
scar. de probatio. conclus. 124. nu. 19. vbi etiam
25 † quando stetur arbitri assertioni super actis co-
ram se factis, & quid quando attestaretur de
actis, ex quorum gestione non posset sibi adscri-
bi laus, & dedecus.

Quicquid autem sit de prædictis, visum fuit
verius concedi debere petitum sequestrum ex
rationibus, quæ in principio fuerunt deductæ,
26 prout regulariter conceditur, probata † dilapi-
datione, vel quod sint aliqui de illa suspecti. *glo.*
& Doctor. in l. Imperatores. de appellatio. in fin.
Abb. in c. pen. n. 22. de sequestr. possessio. & fruct.
Caputaq. decis. 158. par. 3.

Non obstant prætensæ nullitates, quia licet
concernant iurisdictionem; tamen ex quo non
27 possunt incontinenti probari, † sed requirunt

altiorem indaginem, non est dicendum esse impedimento, quin sequestrum debeat concedi. Et ita intelligitur *Carden. in clem. unica. §. fin. q. 2. de sequestr. possess. & fruct.* prout dicit Caputaq. *decis. 156. n. 3. lib. 1.* vbi concludit, dictam nullitatem impedire, quãdo potest incontinenti probari. Et ita fuit decisum die 3. Augusti 1594. licet postea de consensu partium conclusum fuerit, vt fructus reponerentur, facta prius descriptione in horreo D. Hieronymæ, ex quo non possint amoueri sine licentia Iudicis per mensẽ;
280 omissa disputatione, † an sequestrum impediretur per appellationem, de qua per *Cassador. decis. 5. de sequestr.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio suspendit præsumptionem sententiæ quo ad impediendum effectum illius, non quo ad alia. Intellige vt n. 2.*
3 *Laudum habet præsumptionem, quod fuerit recte latum.*
4 *Oppositio nullitatis non admittitur in summarijs, nec ad retardandum executionem, aut mandatum de manutenendo. n. 5.*
6 *Decretum sequestri non est definitiuum, nec impeditur per appellationem.*

¶. N. 13. *post verba.* concl. 963. n. 5. de probat.

Neque obstat præsumptionem sententiæ su-
2 spendi pendente appellatione † *Felin. in rubr. de appell. num. 1. Couarr. pract. quæst. cap. 23. num. 1.* Quia intelligitur suspensio quo ad impediendum effectum sententiæ, non autem quo ad alia: nam etiam pro iudice præsumitur non obstante appellatione; licet ista præsumptio nõ sit ita vrgens, prout si non esset appellatum. *Dec. in cap. quoniam contra. num. 33. de probation. Alciat. & alij. de quibus per Surd. de alim.*
2 *tit. 1, quæst. 120. num. 11.* † Quamuis de iure ciuili appellatio extinguat in totum iudicatum, & eius effectus, ac si non fuisset prolata sententia: quod secus est de iure canonico. *Ias. in l. 1. num. 9. de re iudic. Mandos. form. 20. commiss. quæst. 4. in princ.*

¶ N. 21. *post verb.* conclus. 32. num. 42. & num. 60.

Et regulariter laudum habet præsumptionem
3 pro se, quod sit rite, † & recte latum. *Dyn. cons. 19. Decius consil. 389. colum. 3. in fin.* Et ita exequendum, præsertim cum habeat executionem paratam ex obligatione, & iuramento apposito in compromisso. *Anan. consilio 50. num. 8. Rot. per Card. Pamphil. Roman. executionis laudi. 26. Octobris 1594.*

¶ N. 17. *post verb.* incontinenti probari.

Istæ enim oppositiones nullitatis non admit-
4 tuntur in iudicijs summarijs, † prout neque ad retardandam executionem. *Put. decis. 245. num. 4. lib. 1. Cæsar de Grass. decis. 20. num. 5. de probat.* Quemadmodum neque etiam ad im-
5 pediendum mandatum de manutenendo. † *Menoch. de retinen. possess. remed. vlt. nu. 36. Rot. diuers. decis. 27. num. 11. p. 1. Couarr. pract. q. cap. 17. num. 4.*

¶ N. 28. *post verb.* de sequestr. possess.

Vbi tenet opinionem negatiuam, prout etiam *Vestr. in prax. lib. 7. cap. 2. num. 5. Lancellot. de attent. p. 2. cap. 12. limit. 12. num. 2.* Tale
6 enim decretum non est sententia diffinitiua, † sed interlocutoria. *l. ante sententiam. C. quor. appell. non recip. Cassad. decis. 5. num. 4. de sequestr. possess. & fruct.* cum declarationibus, de quibus per *Lancell. d. limit. 12. Marant. de ordin. iudic. p. 6. act. 2. num. 296. limit. 15.*

EPITOME.

Alimenta an debeantur, si non constat de obligatione. Laudum quando dicatur nullum si non apparet de compromisso. Religiosus professus an possit esse arbiter, vel arbitrator.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio debet precedere, vt quis teneatur ad alimenta. Fallit vt n. 3.*
2 *Non facta latent, & facta patent.*
4 *Verba narratiua decreti non probant.*
5 *Verbis Iudicis, ex quibus sententia iustificatur non creditur.*
6 *Arbitri potestas pendet ex compromisso.*
7 *Compromissum præsumitur, quando laudum mandatur exequi partibus præsentibus.*
8 *Religiosus professus non potest esse arbiter neque arbitrator sine licentia superioris. Intellige vt num. 9. & 10.*
11 *Multa facta tenent, quæ à principio fieri prohibentur. Fallit in laudo lato per Monachum.*
12 *Negatiua quod licentiam quis non habeat, probatur ex inspectione actorum.*

Decisio LXIV.

FVit reuocata sententia D. Iudicis à quo, cum in ea fuerit condemnatus D. Fabius Ridolphus tanquam promissor Laurentij, & Ioannis Pellicani pro alimentis præstandis D. Diamantæ Pellicanæ, iuxta formam laudi, & sententiæ arbitrorum; quamuis in processu nullibi appareat de huiusmodi prætensa obligatio-
1 ne, † prout constare debebat. *l. asseueratio. C. de non nu. pec. c. cũ in iure. 31. de offic. deleg. Dec. in l. quatenus. n. 2.* & ibi Cagn. *n. 7. de reg. iur. Ceph.*
2 *cons. 77. num. 16.* Ratio est, quia † non facta latent, & facta patent. *c. quanto. de translat.*

[...] *Epi-*

Episcop. & sunt de sui natura incerta. *l. in omni.*
C. de iur. & facti ignor. Ideo illorum ius, at-
que probatio dubia dicitur. *l. arethusa. de sta-*
tu homin. l. triticum. de verb. oblig. Dec. con-
sil. 472. num. 16. Maxime quia per testes exami-
natos non probatur concludenter aliqua, ne-
3 dum diuturna † præstatio alimentorum facta
per D. Fabium; quo casu obligatio præsumere-
tur præcessisse. *l. cum de in rem verso. de usur.*
& est communis opinio, vt per *Curt. in l. si cer-*
tis annis. col. 4. n. 15. super glos. in verb. obliga-
re. & ibi Ias. col. 2. n. 7. ff. de pact. [Immo suf-
ficeret solutio trium annorum continuorum, vt
quis teneatur ad alimenta pro futuro tempore.
l. 1. C. de fideicom. Bar. in l. 2. C. eo. tit. Vasq. contr.
illustr. c. 84. n. 42. [Quod intellige in alimentis
relictis in testamento minus solemni, secus vbi
deberentur ex contractu, tunc enim præstatio
triennalis non induceret obligationem, neque
confirmaret contractum, cum alimenta sint ma-
gis fauorabilia, quando debentur ex vltima vo-
luntate. *Surd. de alimen. tit. 8. priuil. 22. num. 22.*
vbi de communi.

Non obstat quod Reuerendissimus D. Gu-
bernator in contradictorio iudicio mandauerit
præstari alimenta per hæredes Alexandri Pelli-
cani, & per Fabium promissorem; ex quo satis
videtur constare de illius promissione: Quia cũ
sint verba narratiua, siue enunciatiua decreti,
4 non † est illis habenda fides, nisi aliter constet
ex actis. *c. quoniam contra. de probat.* & de ver-
bis iudicis, ex quibus sententia eius iustificatur,
5 quod eis credi non † debeat, dicit *Socein. cons.*
47. n. 15. lib. 4. Aym. cons. 48. *n. 1.* vbi etiam
subdit, assertionem Iudicis factum partium non
probare. *Bald. cons.* 402. *lib.* 1.

Præterea quamuis probaretur dicta promis-
sio, & obligatio: tamen etiam nullitas ex d. sen-
tentia Iudicis à quo resultabat, cum per illum
mandetur executioni laudum contra Fabium, &
hæredes prædictos; licet nullibi constet de com
promisso, & qua auctoritate fuerit laudum pro-
latum; de quo tamen debebat apparere, cum
6 omnis † potestas arbitri pendeat ex compromis-
so. *l. non distinguemus. §. de officio. de arbitr.*
l. si cum dies. §. plerumque. ff. eod. tit. Et com-
promissum debet præcedere, & non laudum. *An*
char. q. 26. laudo lato. n. 9. lib. 1. Præsertim cum
laudum, quod mandatur exequi, fuerit latum,
partibus absentibus; quod secus esset in præsen-
tia partium non contradicentium, neque repu-
7 gnantium: tunc enim † compromissum præsu-
meretur. *Ang. Bald. & alij in l. sciendum. de*
verb. oblig. Dyn. cons. 13. Soccin cons. 104. n. 3. lib.
4. alias est cons. 229. n. 1. col. 2. vers. confirmatur
ex his. lib. 2. Anch. d. q. 26. n. 2. Alex. cons. 84. super
consultatione. n. 3. lib. 5.

Maxime, quia ex inspectione laudi apparet,
quod arbitri, qui laudum tulerunt, sunt regula-
res, & fratres professi; Vnde debebat constare
quomodo huiusmodi arbitrium susceperunt, cũ
8 Religiosus † professus non possit esse arbiter, ne-
que arbitrator, saltim sine licentia Superioris,
sine qua non habet velle; vt per *Doctor. in c. fin.*
de sent. excom. in 6. Speculat. de arbitro. §. fin. n. 29.
vbi loquitur de fratre Prædicatorum. *vers. sed*
quid de simplici Monacho; licet ibi *Addit. in*
9 *verb. ad finem,* velit, quod monachus possit † es-
se arbiter in taxatione alimentorum, & similiũ
legatorum, ad exemplũ mulieris. *Ang. cons. 272*
primus punctus. n. 5. col. 2. vers. moueor. Becc. cõs.
40. n. 1. vers. nec obstat. & n. 5. in fin. vers. nam eli
10 *cis.* vbi dicit, planius esse, † si arbiter esset fra-
ter Minorum S. Francisci; quia neque potuisset
arbitrari cum Superioris licentia, & consensu.
Dec. cons. 494. n. 6. & cons. 499. col. 1. & 2. vbi am
pliat etiam, quod laudum esset secutum, cum in
hoc non habeat locum regula illa; multa facta te
11 nent, † quæ à principio fieri prohibentur; vt late
consuluit *Rimin. iun. cons. 403. per tot.* [& de li-
12 centia non apparet; † cum negatiua ista, quod ar
bitri non habuerint licẽtiam, probetur ex inspe-
ctione actorum. *Bald. in l. fi. n. 3. C. de reb. credit.*
Dec. cons. 424. n. 19. Et ita in specie concludit
Becc. cons. 40. n. 2.

Deeis. Marchiæ.

E P I T O M E.

Pater quando possit alienare, & de emphiteusi noua dispo-
nere in præiudicium filiorum: & quid si fuerit quæsitum
ius filijs, & descendentibus sub conditione si non alie-
nauerit.

S V M M A R I V M.

1 *Pater potest alienare in præiudicium filiorum emphiteusim, quando est ius quæsitum filijs, & descendentibus sub conditione si non alienauerit, & n. 5.*

2 *Intellige si in ipso contractu, & tempore inuestitura conceditur licentia alienandi.*

3 *Stipulatio facti affirmatiua est transitoria ad heredes.*

4 *Licentia alienandi data patri transit ad heredes. & n. 7.*

6 *Bona emphiteotica permissa alienari iudicantur sicut patrimonialia, & veniunt in fideicommisso.*

8 *Emphiteusis noua potest alienari per patrem in præiudicium filiorum. Contrarium est versus n. 10. & 12.*

9 *Ius alteri quærendum ex facto acquisitoris potest remitti.*

11 *Emphiteosis noua non acquiritur ex sola prouidentia patris, sed etiam ex gratia domini.*

Decisio LXV.

IN instrumento producto in causa inter D.
Contessam de bonis hominibus, & D. Bar-
tholomæum Marchesinum de Ancona ad-
est clausula, vt liceat alienare emphiteosim, re-
quisitis prius per conductores locatoribus: vn-
1 de conclusum fuit, patrem posse † alienare
in præiudicium filiorum, & de emphiteosi di-
sponere ad eius libitum; cum sit quæsitum ius
filijs, & descẽdẽtibus, sub cõditione, si nõ aliena-
uerit. Ex quo enim in ipso cõtractu, & tempore

altiorem indaginem, non est dicendum esse impedimento, quin sequestrum debeat concedi. Et ita intelligitur *Cardin. in clem. vnica. §. fin. q. 2. de sequestr. possess. & fruct.* prout dicit *Caputaq. decis. 156. n. 3. lib. 3.* vbi concludit, dictam nullitatem impedire, quādo potest incontinenti probari. Et ita fuit decisum die 3. Augusti 1594. licet postea de consensu partium conclusum fuerit, vt fructus reponerentur, facta prius descriptione in horreo D. Hieronymæ, ex quo non possint amoueri sine licentia Iudicis per mensē;
28 omissa disputatione, † an sequestrum impediretur per appellationem, de qua per *Cassador. decis. 5. de sequestr.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio suspendit præsumptionem sententiæ quo ad impediendum effectum illius, non quo ad alia. Intellige vt n. 2.*
3 *Laudum habet præsumptionem, quod fuerit recte latum.*
4 *Oppositio nullitatis non admittitur in summarijs, nec ad retardandum executionem, aut mandatum de manutenendo. n. 5.*
6 *Decretum sequestri non est definitiuum, nec impeditur per appellationem.*

¶ N. 13. *post verba.* concl. 963. n. 5. de probat.

Neque obstat præsumptionem sententiæ suspendi pendente appellatione † *Felin. in rubr. de appell. num. 1. Couarr. pract. quæst. cap. 23. num. 1.* Quia intelligitur suspensio quo ad impediendum effectum sententiæ, non autem quo ad alia: nam etiam pro iudice præsumitur non obstante appellatione; licet ista præsumptio nō sit ita vrgens, prout si non esset appellatum. *Dec. in cap. quoniam contra. num. 33. de probation. Alciat. & alij. de quibus per Surd. de alim. tit. 1. quæst. 120. num. 11.* † Quamuis de iure ciuili appellatio extinguat in totum iudicatum, & eius effectus, ac si non fuisset prolata sententia: quod secus est de iure canonico. *Iaf. in l. 1. num. 9. de re iudic. Mandos. form. 20. commiss. quæst. 4. in princ.*

¶ N. 21. *post verb.* conclus. 32. num. 42. & num. 60.

Et regulariter laudum habet præsumptionem
3 pro se, quod sit rite, † & recte latum. *Dyn. cons. 19. Decius consil. 389. colum. 3. in fin.* Et ita exequendum, præsertim cum habeat executionem paratam ex obligatione, & iuramento apposito in compromisso. *Anan. consilio 50. num. 8. Rot. per Card. Pamphil. Roman. executionis laudi. 26. Octobris 1594.*

¶ N. 27. *post verb.* incontinenti probari.

Istæ enim oppositiones nullitatis non admit-
4 tuntur in iudicijs summarijs, † prout neque ad retardandam executionem. *Put. decis. 245. num. 4. lib. 1. Cæsar de Graff. decis. 20. num. 5. de probat.* Quemadmodum neque etiam ad im-
5 pediendum mandatum de manutenendo. † *Menoch. de retinen. possess. remed. vlt. nu. 36. Rot. diuers. decis. 27. num. 11. p. 1. Couarr. pract. q. cap. 17. num. 4.*

¶ N. 28. *post verb.* de sequestr. possess.

Vbi tenet opinionem negatiuam, prout etiam *Vestr. in prax. lib. 7. cap. 2. num. 5. Lancellot. de attent. p. 2. cap. 12. limit. 12. num. 2.* Tale
6 enim decretum non est sententia diffinitiua, † sed interlocutoria. *l. ante sententiam. C. quor. appell. non recip. Cassad. decis. 5. num. 4. de sequestr. possess. & fruct.* cum declarationibus, de quibus per *Lancell. d. limit. 12. Marant. de ordin. iudic. p. 6. act. 2. num. 296. limit. 15.*

EPITOME.

Alimenta an debeantur, si non constat de obligatione. Laudum quando dicatur nullum si non apparet de compromisso. Religiosus professus, an possit esse arbiter, vel arbitrator.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio debet præcedere, vt quis teneatur ad alimenta. Fallit vt n. 3.*
2 *Non facta latent, & facta patent.*
4 *Verba narratiua decreti non probant.*
5 *Verbis Iudicis, ex quibus sententia iustificatur non creditur.*
6 *Arbitri potestas pendet ex compromisso.*
7 *Compromissum præsumitur, quando laudum mandatur exequi partibus præsentibus.*
8 *Religiosus professus non potest esse arbiter neque arbitrator sine licentia superioris. Intellige vt num. 9. & 10.*
11 *Multa facta tenent, quæ à principio fieri prohibentur. Fallit in laudo lato per Monachum.*
12 *Negatiua quod licentiam quis non habeat, probatur ex inspectione actorum.*

Decisio LXIV.

FVit reuocata sententia D. Iudicis à quo, cum in ea fuerit condemnatus D. Fabius Ridolphus tanquam promissor Laurentij, & Ioannis Pellicani pro alimentis præstandis D. Diamantæ Pellicanæ, iuxta formam laudi, & sententiæ arbitrorum; quamuis in processu nullibi appareat de huiusmodi prætensa obligatio-
1 ne, † prout constare debebat. *Lassieu ratio. C. de non nu. pec. c. cū in iure. 31. de offic. deleg. Dec. in l. quatenus. n. 2.* & ibi *Cagn. n. 7. de reg. iur. Ceph.*
2 *cons. 77. num. 16.* Ratio est, quia † non facta latent, & facta patent. *c. quanto. de translat.* Epi-

Episcop. & sunt de sui natura incerta. *l. in omni.*
C. de iur. & facti ignor. Ideo illorum ius, at-
que probatio dubia dicitur. *l. arethusa. de sta-*
tu homin. l. triticum. de verb. obligat. Dec. con-
sil. 472. num. 16. Maxime quia per testes exami-
natos non probatur concludenter aliqua, ne-
3 dum diuturna † præstatio alimentorum facta
per D. Fabium; quo casu obligatio præsumere-
tur præcessisse. *l. cum de in rem verso. de vsur.*
& est communis opinio, vt per *Curt. in l. si cer-*
tis annis. col. 4. n. 15. super glos. in verb. obliga-
re. & ibi Ias. col. 2. n. 7. ff. de pact. [Immo suf-
ficeret solutio trium annorum continuorum, vt
quis teneatur ad alimenta pro futuro tempore.
l. 1. C. de fideicom. Bar. in l. 2. C. eo. tit. Vasq. contr.
illustr. c. 84. n. 42. [Quod intellige in alimentis
relictis in testamento minus solemni, secus vbi
deberentur ex contractu, tunc enim præstatio
triennalis non induceret obligationem, neque
confirmaret contractum, cum alimenta sint ma-
gis fauorabilia, quando debentur ex vltima vo-
luntate. *Surd. de alimen. tit. 8. priuil. 22. num. 22.*
vbi de communi.

Non obstat quod Reuerendissimus D. Gu-
bernator in contradictorio iudicio mandauerit
præstari alimenta per hæredes Alexandri Pelli-
cani, & per Fabium promissorem; ex quo satis
videtur constare de illius promissione: Quia cũ
sint verba narratiua, siue enunciatiua decreti,
4 non † est illis habenda fides, nisi aliter constet
ex actis. *c. quoniam contra. de probat.* & de ver-
bis iudicis, ex quibus sententia eius iustificatur,
5 quod eis credi non † debeat, dicit *Socein. cons.*
47. n. 15. lib. 4. Aym. cons. 48. n. 1. vbi etiam
subdit, assertionem Iudicis factum partium non
probare. *Bald. cons. 402. lib. 1.*

Præterea quamuis probaretur dicta promis-
sio, & obligatio: tamen etiam nullitas ex d. sen-
tentia Iudicis à quo resultabat, cum per illum
mandetur executioni laudum contra Fabium, &
hæredes prædictos; licet nullibi constet de com
promisso, & qua auctoritate fuerit laudum pro-
latum; de quo tamen debebat apparere, cum
6 omnis † potestas arbitri pendeat ex compromis-
so. *l. non distinguemus. §. de officio. de arbitr.*
l. si cum dies. §. plerumque. ff. eod. tit. Et com-
promissum debet præcedere, & non laudum. *An*
char. q. 26. laudo lato. n. 9. lib. 1. Præsertim cum
laudum, quod mandatur exequi, fuerit latum,
partibus absentibus; quod secus esset in præsen-
tia partium non contradicentium, neque repu-
7 gnantium: tunc enim † compromissum præsu-
meretur. *Ang. Bald. & alij in l. sciendum. de*
verb. oblig. Dyn. cons. 13. Soccin cons. 104. n 3. lib.
4. alias est cons. 229. n. 2. col. 2. vers. confirmatur
ex his. lib. 2. Anch. d. q. 26. n. 2. Alex. cons. 84. super
consultatione. n 3. lib. 5.

Maxime, quia ex inspectione laudi apparet,
quod arbitri, qui laudum tulerunt, sunt regula-
res, & fratres professi; Vnde debebat constare
quomodo huiusmodi arbitrium susceperunt, cũ
8 Religiosus † professus non possit esse arbiter, ne-
que arbitrator, saltim sine licentia Superioris,
sine qua non habet velle; vt per *Doctor. in c. fin.*
de testam. in 6. Speculat. de arbitro. §. fin. n. 29.
vbi loquitur de fratre Prædicatorum. *vers. sed*
quid de simplici Monacho; licet ibi *Adan. in*
9 *verb. ad finem,* velit, quod monachus possit † es-
se arbiter in taxatione alimentorum, & similib.
legatorum, ad exemplũ mulieris. *Ang. cons. 272*
primus punctus. n. 5. col. 2. vers. moueor. Becc. cõs.
40. n. 1. vers. nec obstat. & n. 3 in fin. vers. nam cli
10 *ois.* vbi dicit, planius esse, † si arbiter esset fra-
ter Minorum S. Francisci; quia neque potuisset
arbitrari eum Superioris licentia, & consensu.
Dec. cons. 494. n. 6. & cons. 499. col. 1. & 2. vbi am
pliat etiam, quod laudum esset secutum, cum in
hoc non habeat locum regula illa; multa facta te
11 nent, † quæ à principio fieri prohibentur; vt late
consuluit *Rimin. iun. cons. 403. per tot.* [& de li-
12 centia non apparet; † cum negatiua ista, quod ar
bitri non habuerint licẽtiam, probetur ex inspe-
ctione actorum. *Bald. in l. fi. n. 3. C. de reb. credit.*
Dec. cons. 424. n. 19. Et ita in specie concludit
Becc. cons. 40. n. 2.

EPITOME.

Pater quando possit alienare, & de emphiteusi noua dispo-
nere in præiudicium filiorum: & quid si fuerit quæsitum
ius filijs, & descendentibus sub conditione si non alie-
nauerit.

SVMMARIVM.

1 *Pater potest alienare in præiudicium filiorum emphiteusim, quando est ius quæsitum filijs, & descendentibus sub conditione si non alienauerit, & n. 5.*
2 *Intellige si in ipso contractu, & tempore inuestitura conceditur licentia alienandi.*
3 *Stipulatio facti affirmatiua est transitoria ad hæredes.*
4 *Licentia alienandi data patri transit ad hæredes. & n. 7.*
6 *Bona emphiteotica permissa alienari iudicantur sicut patrimonialia, & veniunt in fideicommisso.*
8 *Emphiteusis noua potest alienari per patrem in præiudicium filiorum. Contrarium est verius n. 10. & 12.*
9 *Ius alteri quærendum ex facto acquisitoris potest remitti.*
11 *Emphiteosis noua non acquiritur ex sola prouidentia patris, sed etiam ex gratia domini.*

Decisio LXV.

IN instrumento producto in causa inter D.
Contessam de bonis hominibus, & D. Bar-
tholomæum Marchesiuum de Ancona ad-
est clausula, vt liceat alienare emphiteosim, re-
quisitis prius per conductores locatoribus: vn-
1 de conclusum fuit, patrem posse † alienare
in præiudicium filiorum, & de emphiteosi di-
sponere ad eius libitum; cum sit quæsitum ius
filijs, & descẽdẽtibus, sub cõditione, si nõ aliena-
uerit. Ex quo enim in ipso cõtractu, & tempore

inuestituræ conceditur licētia alienandi, nō erat
ius quæsitū perfecte cōprehensis in inuestitura,
quia actus non erat perfectus; & propterea per
huiusmodi licentiam non præiudicatur alicui in
iure quæsito re, vel spe; sed stipulatio pro se, &
descendentibus tacite est vestita, & informata
à d. licentia alienandi; & sic illis acquiritur ius
sub conditione si non alienabitur.
2 Secus autem esset in licentia † data à domino
de alienando, non in ipsa inuestitura, sed ex
post facto, tempore alienationis; quia tunc non
posset, cum sit prius simpliciter quæsitum ius
filijs, cui non est derogatum per licentiam po-
stea obtentam in præiudicium filiorum: Ita
bene explicat *Ruin. cons. 213. colum. 3. vers. sed*
præmissis non obstantibus. num. 5. 6. & 7. lib. 1.
Gozzad. cons. 23. colum. fin. num. 9. vers. octa-
uo & si illa opinio, Anchar. cons. 125. visis, &
diligenter ruminatis. colum. 4. num. 7. vers. præ-
terea pater stipulatus. Et faciunt ea, quæ in si-
mili dicuntur per *Anchar. cons. 143.* & post su-
pradictos tenet hanc opinionem *Gabr. de iur.*
emphyt. conclus. 2. num. 54. vbi dicit *Alex.* qui
exaduerso allegatur. *cons. 106. viso themate.*
sub num. 8. lib. 4. esse reprobatum. Idem clarius
voluit *Natta in addit. ad d. cons. Alex. 106.* vbi
3 arguit contra eum, Quia †, inquit, stipulatio
facti affirmatiua est transitoria ad hæredes. *Bar.*
in l. si sic. la grande. de verbor. obligat. Doctor.
in l. veteres. C. de contrah. & committ. stipulat.
Bald. & Angel. in l. apud. §. si quid. de legat. 1.
4 † Ergo licentia alienandi data patri, transit ad
hæredes; & sicut pater poterat alienare, ita fi-
lij, & hæredes; & quod per huiusmodi clausulam
5 alienandi, † præuia dicta licentia præiudicetur
agnatis, & comprehensis in inuestitura, dicit nō
esse dubitandum. *Curt. iun. cons. 155. in fine.*
Quia idem iudicamus de huiusmodi bonis em-
6 phyteoticis, quæ † permittuntur alienari, quod
de bonis patrimonialibus. *Dec. cons. 614. num. 9.*
alias cons. 680. num. 8. & cons. 586. num. 5. Et d.
bona veniunt in fideicommisso. *Bertazz. consil.*
ciuil. 5. num. 16.

Ex quibus non obstat interpretatio, quam fa
cit *Alexād. d. cons. 106.* quod licentia alienandi
operetur, vt solum auctor acquisitionis possit
alienare in præiudicium comprehensorum in
inuestitura; non quod filius eius, qui non fuit
auctor acquisitionis, possit hoc facere sine con-
sensu comprehensorum: Quia vt diximus, *Alex.*
7 non bene loquitur; cum † quemadmodum pater
posset alienare, ita etiam hoc poterunt filij, &
hæredes, ad quos d. stipulatio transit. *Natt. ad*
d. cons. Alexand. 106. lib. 4. cum alijs supra
allegatis.
8 Addebatur, quia eramus in emphytheosi † no-
ua, in qua pater potest legando, & disponendo
præiudicare filijs, etiam quod accepta fuerit
pro se, filijs, & descendentibus. *Socin. cons. 127*
quoniam in præsenti. colum. 7. in princ. num. 10.
lib. 3. vbi testatur de communi post *Alexan. in*
l. cum seruus. 39. alias. incip. idem Iulianus. §.
si quis alicui. ff. de legat. 1. Tiraquell. de retract.
conuent. §. 11. glos. 6. num. 24. Nam quando
quis acquirit, videtur posse remittere ius alteri
9 quærendum ex facto ipsius † acquisitoris. *l. 3. de*
seru. export. Bart. in l. qui Romæ. §. Flauius.
ff. de verb. obligat. Vbi videlicet ex stipulatio-
ne non est ius quæsitum tertio. *Dec. consil. 58. n.*
3. Cagnol. in l. id quod nostrum: num. 12. de re-
gul. iur. [licet prædicta non sint tuta; Quia
etiam feudum, vel emphytheosis noua accepta
10 expresse † pro se, filijs, & descendentibus sine
domini consensu, non potest alienari in præiu-
dicium filiorum, & descendentium. Ratio est,
quia emphytheosis sic concessa non acquiritur
filijs ex sola prouidentia patris, sed etiam ex
gratia concedentis; ideoque illius consensus est
11 † necessarius in alienatione, vt filijs præiudice-
tur. *Natt. cons. 531. num. 43. lib. 3. Gabr. cons.*
85. num. 5. lib. 1. vbi de magis communi. *Ber-*
tazz. cons. ciuil. 114. col. 2. & cons. 161. nu. 15.
& 52. Cephal. cons. 468. num. 35. lib. 4. Thob.
cons. 2. num. 42. Franc. Veg. cons. 51. nume. 19.
Peregr. de fideicomm. artic. 6. num. 24. Surd. de-
12 *cis. 11. in fi.* Ita vt neque sufficiat † consensus
domini post mortem emphyteotæ, seu vassalli
disponentis. *Burs. cons. 291. num. 95. lib. 3.*

EPITOME.

Primus creditor vendens iure creditoris, vel vigore acceptionis in solutum an transferat dominium affectum, & secundus creditor possit offerre emptori; & emptor, seu creditor, de quorum pecunia fuit solutum sine pacto quo ad actionem hypothecariam, succedant, ac possint agere contra tertium possessorem.

SVMMARIVM.

1 *Creditor primus non vendens iure creditoris, sed vigore suæ acceptionis in solutum, transfert dominium affectum, & tunc est necessaria oblatio. & num. 2.*
3 *Creditore vendente bona hypothecata iure crediti extraneo emptori secundus creditor non poterit illi offerre. & de ratione num. 4.*
5 *Creditor tempore hypothecæ habet à debitore ius alienandi.*
6 *Resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris.*
7 *Emptor vt repræsentet personam primi creditoris, requiritur pactum expressum.*
8 *Quoad actionem hypothecariam emptor, vel creditor, de quorum pecunia fuit solutum primo creditori, sine pacto non succedunt, nec possunt agere contra tertium possessorem. Fallit quoad ius excipiendi. vt nume. 9. 10. & 11.*

Decisio LXVI.

COnclusum fuit, quod aut Camillus Ægidius de Monticulo primus creditor Giptij accepit in solutum, vel emit à d. Giptio suo debitore censum, de quo agimus, si postea vendat alij; tali casu emptor non erit

se-

securus; sed à Micottio secundo creditore Gipeij poterit ei offerri. Ratio est, quia primus
1 creditor † non vendidit iure creditoris, sed potius vigore suæ acceptionis in solutum, vel emptionis, vnde transtulit in eum dominium affectum. *Salicet. in 2. responso post Iacob. de Aren. & Cyn. in l. 1. C. si antiq. cred.* & ibi *Bald. nu. 1. vers. nota quod emens. Neguf. de pignor. 5. par. 3. memb. num. 5, ampliat. 2.* & sic apparet,
2 quod requiritur, & est necessaria † oblatio. *Cor. consf. 245. vol. 2. col. 4. vers. nihilominus secundus creditor. num. 13.*
3 Aut primus creditor vendit bona † hypothecata iure crediti extraneo emptori, prout de iure potest. *l. si conuenerit. de pignor. actio. §. t. instit. quib. alie. licet.* Et tunc secundus creditor non poterit offerre illi emptori, sed emptor erit ab eo securus, vt dicit *text. in d. l. 1. C. si antiq. creditor*; quod dicit esse mirabile, *Neguf. d. 3. membr. par. 5. num. 8. versic. limita modo.*
4 Ratio differentiæ inter prædictos casus † est, Quia quando creditor primus vendit iure creditoris, transfert in emptorem dominium non affectum; Cum enim ipse creditor habuerit à
5 debitore tempore acceptæ hypothecæ † licentiam, & ius alienandi. *l. si conuenerit. de pignor. actio.* Ideò vendendo fuit resolutum omne ius secundi creditoris, & est ac si illa res nunquam ei obligata fuisset; quia licentia vendendi præcessit obligationem secundi creditoris; & reso-
6 luto † iure datoris, scilicet debitoris, resoluitur ius acceptoris, videlicet secundi creditoris. *l. vbi. §. sed & marcellus. de in diem addic.*

Sed quando dominus, & idem debitor vendit, vel dat in solutum; transfert in emptorem dominium affectum ex hypotheca secundi creditoris quæ non resoluitur per dictam venditionem; quia à secundo creditore non erat data licentia debitori vendendi, prout data fuit à debitore primo creditori; Et hanc rationem differentiæ sequuntur post *Iacob. de Aren. Cyn. & alios in l. 1. C. si antiq. cred. Salic. & Bald. ibid. sub num. 1. vers. sed quæ est ratio. Cor. cōsil. 245. volum. 2. numero 13. Neguf. de pignor. memb. 3. p. 5. num. 8.*

Ex quibus dictum fuit, emptores, & alios, in quos facta est alienatio census, de quo agimus, vel in totum securos esse, ita vt neque possit ab illis auferri census per secundos creditores, etiam quod offerant debitum, prout dictum est in secundo casu; vel quatenus non sint securi, si est facta venditio, non iure creditoris, sed de re accepta in solutum à debitore, prout in primo casu: tamen requiritur d. oblatio.

Neque obstat quod Mecottius secundus creditor non quærat modo vendicare censum à Camillo, cui fuit datus in solutum, sed ab alijs cessionarijs, quibus fuit cessus census, & in quorum manus peruenit medijs duabus alienationibus post alienationem factam à Camillo; licet enim videatur, quod isti emptores, tanquam habentes causam à Camillo repræsentent personam illius; Tamen hoc esset verum, quando in dictis alienationibus essent appositæ conditiones, quæ requiruntur, & debent apponi,
7 ad hoc, vt † emptor repræsentet personam primi creditoris; videlicet quod fuerit factum pactum expressum; alias talis emptor, & creditor non successit in ius primi creditoris, vt dicitur in *l. aristo. ff. quæ res pigno. oblig. poss. l. 1. C. si antiq. cred. l. 1. C. de his, qui in prior. loc. succed.* Cum enim primum creditum sit sublatum solutione, & emptor, vel creditor, de quorum pecunia fuit solutum primo, non successerit in locum primi, videtur quod secundus creditor sit modo potior in pignore, absque eo quod teneatur offerre dicti emptori, vel creditori pretium solutum primo; & ita concluditur per *glos. in l. cum prios. in verb. denuo. ff. de distrac. pignor.* quam ibi simpliciter sequitur *Bart.* & expresse approbat *Salicet.* qui amplius dicunt, quod d. emptori, vel creditori, de cuius pecunia fuit solutum, non datur neque retentio, neque exceptio contra secundum creditorem.

Quia respondetur, quod licet d. glosa dicat verum, quoad actionem hypothecariam, quia
8 † scilicet d. emptor, vel creditor, de quorum pecunia fuit solutum primo creditori sine pacto, in illa non succedunt, & ideo non possunt agere contra tertium possessorem. Ta-
9 men † quo ad ius excipiendi, & retinendi male loquitur; quia ipsi possunt retinere rem, pro qua soluerunt pecuniam primo creditori contra secundum creditorem agentem. *l. 1. in princip. & ibi glos. Bart. & Salicet. quibus mod. pign. vel hypoth. solui.* Et idem in emptore tenent *Bart. & Salicet. in l. qui à debitore. ff. qui potio. in pignor.* vbi volunt, quod licet emptor sit effectus dominus rei emptæ; propter quod videbatur, quod illa res non posset esse sibi obligata. *l. neque pignus.*
10 *de regul. iur.* Tamen ipsi concludunt, † quod ex quo res potest ab eo auocari per secundum creditorem, poterit retineri loco pignoris. per *l. sextante. §. latinus. de exception. rei iudic. l. iulianus. §. offerri. de action. empt. l. 3. §. 1. qui potior. in pign. hab. l. 1. C. si antiq. cred.* [Vnde *Castrens. consil. 270. visis actis, alias 15. lib. 3. num. 4. versic. breuiter.* non approbat d. glosam, dicens nescire quo spiritu ducta contrarium senserit, cum ve-
11 rissima sit opinio, & † æquior, quod licet non detur actio, tamen detur retentio, & exceptio; prout illam tenet etiam *glos. in l. 1. in princip. in verb. desiderabit. ff. quib. mod. pignor. vel hypoth. solui. Corn. consil. 245. videtur in præsenti lib. 2.* Et ita etiam dicit esse tenendum, *Neguf. de pignor. p. 5. memb. 3. n. 7. ad fin. vers. & ideo.* cum dicat *Bartolum* perfunctorie, & inaduertenter transire cum d. glosa, & contrarium, & melius postea tenuisse in *d. l. 1. in princ. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. soluit.* contrarium late firmat *Siluest. Aldobrand. consf. 7. per tot.* Sed prout ego tenui, seruat *Rot. coram Card. Mantica. Placen-*

centina Saluiani interdicti 10.*Iunij*.1589. & ita etiam fuit decisum *per Rot. Bonon. decis.*50. *per tot.* quod voluit quoque *Surd.cons.*183.*n.*18.*lib.* 2. Et hoc late defendit idem *Mantic.de tacit.& ambig.conuen.lib.*11.*tit.*29.vbi *n.*5.quod ita fuit decisum *in Rota vt supra.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Pactum & cessio requiritur, vt emptor repræsentet personam primi creditoris. Intellige, vt num.* 2.

¶ N. 7. *post verb.* C. de his qui in prior. loc. succed.

Itant etiam requiratur cessio prioris credi-
1 toris, quæ sufficiet, † quamuis sit cessio tacita,
quia lex fingit creditorem hoc velle, quando si-
bi soluit. *Bar.in l.aristo.n.*7.*vers.glos.hic solut.ff.*
*quæ res pignor.oblig.poss.Franc.decis.*97.*num.*2.
2 † Quod procedit, quando primo creditori fuit
notificatum pecuniam secundi creditoris fuisse
hoc pacto traditam, & sub eodem pacto eidem
numeratam; aliàs si nihil ei dicatur, non censere-
tur consentire pacto, nec secundum succederet
in locum primi. *Salic.in d.l.aristo.n.*3.*ver. quod*
satis puto.sequitur Rot.coram R. P. D. Peña
*Neapolit.census.*25.*Octobr.*1593.

EPITOME.

Domus appellatione, quando veniat apotheca tam in contractu emptionis, quam locationis.

SVMMARIVM.

1 *Apotheca venit appellatione domus. Intellige vt n.*2.8.13.& 14.
3 *Pensio distincta facit præsumere diuersas locationes.*
4 *Nomina diuersa faciunt diuersitatem rei.*
5 *Verba pacti interpretamur contra percipientem vtilitatem ex eo.*
6 *Declarationi concedentis statur in casu dubio.*
7 *Sublocandi facultas intelligitur de æque idoneo.*
8 *Conductio præsumitur facta, vt quis exerceat artem solitam.*
9 *Præsumptiones plures tollunt vnam.*
10 *Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.*
11 *A communiter accidentibus licet arguere.*
12 *Locatio est similis emptioni.*

Decisio LXVII.

NEgatiuè conclusum fuit, quòd non censeatur data facultas sublocandi apothecam, quam Anibal Sernardus conduxit cum domo, seu stantijs à D. Io. Baptista Monacho de Ancona. Nam licet appellatione domus
1 veniat apotheca † *Alex.cons.*204.*lib.*6.& *consil.*
*penul.lib.*2.*Natt.cons.*117.*in* 2.*dub.lib.*1. Vnde
cum fuerit data licentia sublocandi domum, vi-
debatur etiā concessa sublocatio apothecæ [Ta- 1
men istud intelligitur, quando ex coniecturis ap-
2 paret, quod partes voluerunt illam esse † de per-
tinentijs domus, aliàs apotheca non dicitur esse
accessoria ad domum, neque illius appellatione
venit, puta si eodem pretio emptio facta esset, &
dominus accessorie ipsa apotheca vteretur, &
non esset aditus ad ipsam domum nisi per eam,
vt post *Decium cons.* 109. *Anch.* & alios allega-
tos concludit *Aym.cons.*234.*n.*2.*vers. nam illa*
dicuntur esse. Quæ quidem coniecturæ nō solum
non probantur in casu de quo agimus, immo cō-
stat ex instrumento de contrario; cum locatio
domus sit ad triennium, & apothecæ ad annum;
3 & sub distinctis pensionibus, † quę quidem faciūt
censendas esse locationes diuersas, & distinctas,
quòd non esset si iunctæ res, sub vnico pretio lo-
carentur. *Natt.cons.*449.*n.*7.*lib.*2. Maximè cum
ex instrumento appareat semper diuersis nomi-
nibus vocatas fuisse domum, & apothecam, quo
4 casu non licet † arguere de vno ad aliud. *Aym.*
*cons.*6.*n.*1.& 2.*Soccin.Iun. cons.*23. *nu.*6. *lib.*4.
qui in specie loquitur ita, arguendo de domo, &
apotheca.

Idque magis erat dicendum, quia sumus in
verbis pacti, & contractus quæ debemus inter-
5 pretari contra eum qui † ex ipso pacto vtilitatē
percipit, seu ad ipsius commodum factum esset.
l.si in emptione.in princ.de contrahēd.emp. Alber.
*in l.si veteribus de pactis. Aym.*qui in specie apo-
thecæ loquitur *cons.*234. *num.*3. *vers. sexto ipsa*
francescbina.

Præsertim cum fuerit concessa facultas sublo-
candi domum contra formam statuti, & in casu
6 dubio standum est declarationi † concedentis.
Castren.in l. hæredes palam §. si quid post. de te-
*stam. Dec.cons.*51.*col.fi.* Ita vt etiam ex interual
lo d.declaratio possit fieri *Aym.cons.*234. *n.*4.

Accedat, quia fuit facta sublocatio personæ
vtenti apotheca diuersimode, prout conductor
conduxit: quo casu licet etiam haberet facultatē
7 sublocandi, tamen † intelligitur, quando locaret
alteri æque idoneo, & ad eundem vsum. *glos.in l.*
nemo.C.locat.Bald.in l.cum in plures in princ.ff.
eod.tit. Præsumitur enim facta conductio, vt quis
exerceat artem, & solitum exercitium. *Bart.in l.*
triticum.& in l.ita stipulatus ad fi.de verb.oblig.
*Rom.cons.*278.*Natt.cons.*610.*vol.*3.

Non obstat, quod appareat fuisse datam in
instrumento facultatem faciendi aditum, & sca-
lam pro accedendo ad apotheeā, rumpendo mu-
rum suis sumptibus: quo casu coniectura, & prę-
sumptio videtur esse quod apotheca sit de perti-
nentijs domus, & veniat illius appellatione: cum
dicant Doctores tunc non censeri apothecam
esse accessoriam ad domum, quando datur adi-
8 tus aliunde † quam ex domo. *Angel.& Castren.*
in l.olimpico.de seruit.vrban.prædior. Idem Cast.
*cons.*43.*ad fi.aliàs* 211.*viso puncto. lib.*1. *Socc.n.*
*in l.plerique n.*59.*ff.de in ius vocand. Dec.consil.*
209.*col.*2.*vers.tertio facit.* Vnde à cōtrario sensu

potest

potest argui in casu nostro, cum ex domo fuerit concessus aditus ad apothecam, quod debeat illius appellatione venire.

Quia respondetur, quod cum habeamus multas coniecturas, ex quibus apparet de mente cōtrahentium vt supra dictum est, quod noluerunt intelligere de concessione sublocationis quo ad apothecam; dicendum est, quod istæ coniecturæ tanquam plures, & fortiores tollant illam concessionis † aditus de domo apothecam. *arg. l. pen. de restit. in integr. Felin. in c. vigilanti. in fi. de præsumpt. Bal. cons. 249. ante fi. vers. sciat quod mala fide. lib. 3. Grauet. de antiq. temp. p. 4. § materia n. 21. Aret. cons.* 102. *col.* 1. *Masc. de probat. concl.* 225. *n.* 15. *lib.* 1. [Vltra quod d. concessio aditus ad apothecam fuit facta intuitu conductoris, vt facilius, & commodius posset accedere ad apothecam, non vt esset accessoria ad domū, vt constat ex instrumento producto. Vnde † actus agentium non debent operari, vltra eorum intentionē. *l. non omnis ff. si cert. petat.* & cum fuerit facta distinctio dictarum locationum, non est dicendum, quod postea concessa facultate sublocandi domum, arguendum sit ad apothecam, de qua nulla fuit facta mentio, & si voluissent expressissent. *glos. in l. tale pactum. de pactis.*

9

10

Maximè, quia ex communiter accidentibus, à

11 † quibus licet arguere vt per *glos. in l. neque natales C. de probat. Dec. in c. in præsentia. col.* 10. *eo. tit.* quando quis vendit domum, cui coniuncta est apotheca, consuetum est apponi in instrumento domus cum apotheca: quo arguendi modo in proposito nostro vtitur *Dec. cons.* 109. *col.* 2. *post med. vers. sexto etiam*, quem sequitur *Aym. cons.* 234. *n.* 3. *in princ.* vnde idem dicendum est in locatione, quæ paribus passibus ambulat cum

12 † emptione: *l.* 2. *ff. locat. §.* 1. *instit. eod. tit.* Et in specie, quando apotheca non est sub domo ipsa, sed fuit separata à reliqua parte domus, [cum solum in casu nostro fuerit vnita, ob locationem de qua in instrumento propter d. aditum non vt vniretur cum domo] quòd non veniat appella-

13 tione domus † dicit *Gabriel. cons.* 94. *nu.* 12. *lib.* 2. per doctrinam *Bart. in d. l. olympico. Bertazol. clausu.* 8. *glos.* 7. *n.* 3. *in fi.* tunc enim apotheca dif-

14 fert à domo, † nec sub ea comprehenditur. *Corn. cons.* 203. *col. fi. lib.* 1. *Paris. cons.* 80. *n.* 21. *lib.* 2.

E P I T O M E.

Quomodo sit procedendum in causis, non excedentibus summam scutorum centum, in quibus datur facultas secundum Constitutionem Rotalem §. 28. procedendi sola facti veritate inspecta simpliciter, & de plano. Et de effectu d. clausulæ, & quid operentur verba, Manu Regia, & similia.

S V M M A R I V M.

1 *Clausula, sola facti veritate inspecta, operatur vt fiat condemnatio in alio, quam sit petitum, & recedatur à regulis iuris.*
2 *Et potest Iudicari tanquam Deus esset iudicaturus.*
3 *Et admittit probationes licet non concludentes, & persuasiuas. Contrarium num.* 8. *&* 9.
4 *Et idem importat, quod manu Regia, & secundum meram voluntatem, & num.* 6. *& de effectu illius n.* 7.
5 *Clausula, manu Regia, operatur, vt quis procedat vti Princeps.*
10 *Arbiter electus a partibus cum clausula decidēdi de facto, potest admittere persuasiuas probationes, quod secus est in clausula sola facti veritate inspecta, opposita in rescripto Principis.*
11 *Aliud est posse procedere de facto, aliud de veritate facti.*
12 *Per clausulam, sola facti veritate inspecta, non denegantur legitimæ defensiones, & Iudex tenetur iudicare ex allegatis non secundum conscientiam. & n.* 13. *&* 14.
15 *Exceptiones respicientes veritatem negotij, & partis defensionem, non possunt remitti vbi est iudicandum ex bono, & æquo.*
16 *Testes singulares non probant etiam quod debeat iudicari sola facti veritate inspecta.*
17 *Prout quando testes non reddunt bonā causam.*
18 *Nec si testes sint inhabiles.*
19 *Attentata reuocantur in primis, & ante omnia. Fallit vbi ageretur sola facti veritate inspecta, summariè, & de plano.*
20 *Idem de incidentibus, & emergentibus, in quibus non cogitur Iudex pronunciare stante dicta clausula.*
21 *In causis breuioribus datur facultas Auditoribus illas cognoscendi etiam sine scriptis.*
22 *In causa mercedum proceditur per Auditores manu Regia, & vti legatus de latere.*
23 *Talleolæ fornariorum sunt probationes extraordinariæ, & probant.*

Decisio LXVIII.

IN causis à summa scutorum centum infra, vsque ad valorem scutorum quinquaginta, conceditur facultas Auditoribus huius Rotæ procedendi summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, ac sola facti veritate inspecta, prout *constit. Rotal. §.* 28. Horū occasione occurrit sæpius, quod prætendebatur expediri dictas causas, etiam quod non esset legitime probatum; maximè propter clausulam illam, sola facti veritate inspecta, quæ operatur

1 multa; vt videlicet posit † fieri condemnatio in alio, quàm sit petitum, etiam reiecto iure ciuili, & inspecto iure gentium, etiam recedendo à regulis iuris. *Bar. in extrauag. ad reprimendum in verb. videbitur. Grammat. decis.* 15. *n.* 4. Itaut

2 iudex vigore d. clausulæ posit iudicare, † tanquam Deus esset iudicaturus. *Ias. in §. in bonæ fidei. instit. de actio. n.* 45. *Brun. de cession. bonorum q.* 36. *q.* 4. *princ. num.* 6.

3 Immo d. clausula admittit † probationes, licet non omnino concludentes. *Dec. in c. dilecti. col.* 3. *de iudic. Aret. cons.* 83. *colum.* 3. *Gambar. de auctorit. legat. lib.* 8. *n.* 169. *to.* 13. *par.* 2. *fol.* 212. Et solum persuasiuas. *Bal. in l. solam in fi. C. de testib. N. icons. in c. quoniam contra nu.* 807. *de probat.*

Item

4 Item importat, vt poſsit † procedi manu re-
gia. *Bald.in l.nemo.C.de ſenten. & in l.ne quic-
quam.col.2.de offi.proconſ.& in c.2.de nou.form.
fidel.Niconit.in d.c.quoniam contra.n.*808. Clau
ſula autem,manu regia, tollit omnes ſolemnita-
tes iuris poſitiui,& operatur,vt quis poſsit pro-
5 cedere † vti princeps. *Mandoſ.conſ.65.n.10. &
conſ.96. col.1.*

6 Et d. clauſula,ſola facti † veritate inſpecta,æ-
quipollet etiam clauſulæ; ſecundum meram vo-
luntatem tuam. *Imol.in c.dilecti.de iudic. Vgo de
clauſul.n.89.tom.18.fol.495.Redoan.de ſpol.Ec
7 cleſiaſt.q.13.n.5.to.14.fol.255.* & multa † de effe
ctu illius dicit *Aſin.in praxi.§.3.c.3. Lancell. de
attent.in præfat.n.45.to.5.fol.288.Brun.de for-
ma,quando cenſeatur forma,vel ſolemnitas remiſ
ſa.Blanc.de compromiſſ.q.1.n.37.Menoch.de ar-
bit.lib.1.q.24.Aret.& alij in cap.dilecti.de iudic.
Capra in clem.diſpendioſam.n.42. eod.tit. in fin.
tom.6.fol.49.Alex.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Criſogo-
nus.n.8.de verb.oblig.*

Tamen quoties occurrit ſequi effectum iſtius
clauſulæ, dicebam ſuperius allegata non eſſe ita
ſimpliciter, ſed cum infraſcriptis declarationi-
bus admittenda;Quod videlicet,vigore illius nõ
detur Iudici tam ampla facultas iudicandi, ſine
probationibus legitimis,& requiſitis in alijs iu-
8 dicijs, nempe neceſſarijs,† plenis,& concluden
tibus.*Bart.in extrauag.ad reprimendum. Rota
deciſ.33. in nouis. alias 3. de reſcriptis.Burſatt.
conſ.201.n.96.lib.2. Ruin.conſ.38.lib.5. Natta
conſ.585.lib.3.* Non enim intelligitur, quod per
illam clauſulam debeat procedere demptis ſub-
ſtantialibus tam pro reo, quam pro actore; nec
quod intelligatur ſublata facultas alicui ex par-
tibus faciendi ſuas defenſiones,quæ per eam non
tolluntur; vt poſt *Bald.in l.nemo. C.de ſent. & in
l.iuſtitia.de iuſt.& iur.& in c.ſi.de nou.form.fi-
delit.* dicit *Redoan.de ſpol. Eccleſiaſt.q.13.n.14.*

Et licet per Doctores ſupra allegatos dicatur
9 ſufficere probationes perſuaſiuas, & non † con-
cludentes; tamen omnes, qui ita loquuntur,fun-
dant ſe in dicto *Bald.in l.ſolam in ſi de teſtib.* qui
non loquitur de clauſula,ſola facti veritate inſpe
cta;ſed de arbitratore electo à partibus cũ clau-
10 ſula procedendi,† & decidendi de facto; & mul-
tum differt, quod partes conſentiant arbitrari
de facto, vel quod Princeps det facultatem pro-
cedendi cum clauſula,ſola facti veritate inſpecta.
Ratio eſt, quia in primo caſu partes voluerunt
ſibi poſſe præiudicari per arbitratorem; quod
non eſt in ſecundo caſu de Principe, qui hoc no-
luit; immo non præſumitur velle partibus obeſ-
ſe: & ideo voluit, vt appareat de veritate facti;
ad quam veritatem habendam non ſufficiũt per-
ſuaſiones,& præſumptiones,quæ fallaces ſunt, &
veritas aliter haberi poteſt,quam ſit perſuaſum,
& præſumptum;& multum differt quando d.clau
ſula ponitur per Principem, qui cum dicat pro-
cedendum eſſe,ſola facti veritate inſpecta,intel-
ligitur cũ qualitate,vt conſtet de veritate;Aliud
11 eſt enim poſſe † ſimpliciter procedere de facto;
aliud de veritate facti:quia in primo caſu datur
arbitrium merum; In ſecundo vero virtus illius
conſiſtit,vt ſufficiat conſtare de veritate ſine ali-
qua tela iudiciaria,& cenſeantur ſublatæ omnes
ſolemnitates iuris ciuilis, & ſubtilitates, & api-
ces iuris, & ſimilia; dummodo alias conſtet de
veritate; vt latè ex iſtis, & alijs rationibus con-
cludit *Natta conſ.585.lib.3.per tot.* Et vltra *Bar.
Aret.& Burſ.* ſupra allegatos idem voluit *Bald.
in l.nec quicquam.§.de plano.de offic. Aſſeſſ.verſ.
quid ſi Princeps committit. & verſ.quid ſi ſub
hac forma*; vbi dicit per d. clauſulam tolli quidẽ
ordinem iudiciarium;verum debere plene Iudi-
ci de veritate liquere,nec poſſe ius alicuius par-
tis tollere,& in concluſione,& exitu controuer-
ſiæ per Iudicem ius vnicuique reddendum eſſe.
*Roman.conſ.519.præſertim.n.4. Alexan.conſ.80
n.8.lib.3.Bertran.conſ.142.n.17.lib.1.Iaſ.conſil.
105.n.5.vol.1.Curt.Iun.conſ.294.n.74. Soccin.
Iun.conſ.134.n.8.vol.2. Lud.Bologniu. conſ.37.
col.pen.verſ.non obſtat dicere.Bero. conſ.97.n.3.
& nu.5.vol.3.Blanc.de compromiſſ.q.1.num.38.
Brogn.deciſ.12.n.60.& deciſ.19.n.33.Aſin.in
12 praxi.§.3.c.29.*† Qui omnes concludunt, per d.
clauſulam non cenſeri denegatas legitimas de-
fenſiones partis;& propterea teneri Iudicem iu-
dicare ex allegatis,& probatis non autem ſecun
dum conſcientiam, quia aliter faciens iudicaret
contra iuſtitiam, & conſcientiam, vt per *Curt.
Iun.d.conſ.291.nu.74.* Ex quibus apparet hanc
eſſe veriſsimam concluſionem, quam etiam ſe-
quitur *Ruin.conſ.38.per tot.lib.5* licet *conſ.134.
n.14.eod.lib.* incidenter contrarium videatur vo
13 luiſſe. Et ratio eſt vltra prædicta, † quia Iudex
aliàs non iudicaret ſecũdum veritatem; Si enim
probationes non cõcludunt ſed ſolum ſunt per-
ſuaſiuæ,non poteſt Iudex adduci ad firmam cre-
dulitatem;& ſic non iudicabit, vt certus, ſed ve
ſuſpicans,& opinans;quod eſt contra formalita-
tem, & ſignificationem dictorum verborum, vt
per *Bertrand.conſ.142.n.17.lib.1.*

Neque eſt præſumendum, Principem voluiſſe
14 aliud,quam, vt deueniatur ad cognitionem † ve-
ritatis,ad quam non deuenitur, niſi ex veris, &
legitimis probationibus, & non eſt veritas, niſi
cui ius patrocinatur,quam veritatẽ Iudex debet
ſequi,prout per d.clauſulam datur facultas pro-
cedendi,& veritatem inquirendi, vt dicit *Celſus
Vgo.in tract.de clauſul.in verb.veritate inſpecta*
& habetur per *Oſaſcum deciſ.1.n.34.* Et aliter iu
dicando, iudicaret contra leges, quod per illam
clauſulam ei non conceditur, neque talis facul-
tas datur. *Lapus alleg. 128.n.4.* Immo debet vti
vir bonus iudicare,qui tanquam talis iudicat ſe-
cundum legis diſpoſitionem, per quam præcipi-
tur iudicandum eſſe ex veris probationibus,
15 prout etiam ſi ex æquitate,† bono & æquo iudi-
candum eſſet,nõ poſſent omitti exceptiones re-
ſpicientes merita cauſæ,& negotij, & veritatẽ,
at partis defenſionem,licet reijcerentur quæ re-
ſpiciunt ordinem proceſſus. *Strac.in tit.quom.ſit
proced.in cauſ.mercat.§.ſequitur vt de exceptio-
nibus.num.14.*

Ex prædictis apparet non eſſe ita ſimpliciter
admit-

admittendum, quod vigore d. clausulæ pluries petebatur, videlicet causas terminandas esse ex probationibus non concludentibus, cum immo contrarium sit verius, prout seruatum fuit in causis, in quibus aderat dictum testium singula-
16 rium, † cum non debeat Iudex vni tantum testi credere, & virtute illius clausulæ ista facultas nō detur, tunc enim veritas haberi nō potest, vt per *R. min. Iun. consil. 237. nu. 62. vol. 3.* & ita etiam
17 † quando testes non reddunt bonam causam, non debet eis Iudex credere. *Alex. consil. 80. n. 8. lib. 3.* quem sequitur *Menoch. lib. 1. de arbitr. Iud. q. 25*
18 † Nec etiam si testes sint inhabiles, quia ex eis non potest vera cognitio haberi. *Bero. consil. 97. n. 3. cum seq. vol. 5.* Maximè, quando in eorum dictis tota vis negotij consistit *Bologn. cons. 37. col. penul. vers. non obstat.*

Bene verum est, quod licet attentata in primis, & ante omnia debeant reuocari, adeo quod
19 iniustitiam † faceret Iudex si ita non pronunciaret. *Afflict. decis. 98. n. 5.* Tamen stante clausula sola facti veritate inspecta, summariè, simpliciter, & de plano non reuocantur in primis. *Lancel. de attent. p. 1. in præfat. n. 45. Mandos. de commiss. forma 14. q. 4. Honde. consil. 94. n. 65.* [Idem
20 dicimus de incidentibus, † & emergentibus, super quibus non cogitur Iudex pronūciare, quando habet facultatem procedendi sola facti veritate inspecta. *Bald. in l. 1. Prætor. §. promittitur n. 1. vers. item nota. de minor.* prout ita seruatum fuit in causis breuioribus, & non excedentibus summam centum scutorum, in quibus datur facultas procedendi cum præfatis clausulis: quæ volui dixisse cum sæpe per partes instaretur in primis pro reuocatione attētatorum: quod per
21 prædicta fuit denegatum, Maximè † enim in istis causis breuioribus detur facultas illas audiendi, cognoscendi, & terminandi, etiam sine scriptis, vt in *Const. Rot. §. 30.*

In causis autem mercedum quarumcumque, ac cibi, & potus, procedebatur ad executionem per leuiores probationes, cum in illis singuli Auditores habeant potestatem procedendi, & ter-
22 minandi, † sicut posset Legatus Apostolicus de latere, & manu regia, vt in *Constit. Rotal. §. 38.* per quam clausulam potest procedi vti per Principem. *Mandos. cons. 65. nu. 10. & cons. 96. col. 1.* Propterea admittebātur talleolæ fornariorum, qui debent illas afferre si scholaris perdit suas, vt dicit *Bart. in l. non solum §. sed vt probari possit. n. 5. de nou. oper. nunciat.* & dictæ talleolæ sunt
23 probationes † extraordinariæ, & probant. *Dyn. in d. l. non solum §. sétendū. per tex. ibid. in verb. modulos. Paris de Put. de Sindic. in verb. lis sua. c. 5. incip. iudex qui admisit instrumentum. nu. 1. tom. 7. fol. 283.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Verba, breuiter, & summariè non excludunt cōcludentem probationē, sed solū modū probandi.*

2 *Exceptio spolij non admittitur ad impediendum processum stante clausula, summariè &c.*

¶ N. 15. *post verb.* de exceptionibus. n. 14.

Ideo dicitur, quod illa verba, breuiter, & summarie, posita in breuibus summorum Pōtificum
1 † non excludunt concludentem probationē, sed solum respiciunt modum probandi, & breuitatem procedendi. *Rot. coram R. P. D. Robustlerto. Giennen. canonica. 4. Maij 1587. & per R. P. D. Oran. Placentina canonicatu. 1. Mar. 1599. cum alijs per Gonzal. ad reg. 8. cancella. de alternat. §. 7. in probem. n. 118.*

¶ N. 19. *post verb.* Honded. consil. 94. n. 65.

Prout etiam in spolio, cuius exceptio non ad-
2 mittitur ad impediendum processum † stantibus dictis clausulis summarie &c. *Dec. cons. 419. n. 21 col. 4. Aym. consil. 299. col. penul. ver. quarto respondeo. nu. 8. Surd.* qui de veriori opinione testatur *cons. 166. n. 8. lib. 2.*

EPITOME.

Quando agatur contra Notarium, qui recepit fideiussorem non idoneum: & quid si habeatur pro idoneo, & est receptas de mandato Iudicis, & parte sciente, & non contradicente, vel est approbatus ab aliquo, & est de coniunctus personis. Et quando requiratur discussio.

SVMMARIVM.

1 *Scriba qui per negligentiam, vel dolum in inuentario fecit minorem rerum æstimationem, & & secundum illam fideiussores recepit, tenetur ex condit. l. fin. C. de mag. conuen.*

2 *Actor habet electionem conueniendi prius scribam, vel Magistratum, vel æstimatorem.*

3 *Actio in factum, & vtilis datur contra electum ad æstimandas satisdationes.*

4 *Tabellio dicitur seruus, quia cuilibet de populo seruit.*

5 *Notarius recipiendo fideiussionem minus idoneam, tenetur ad interesse partis. Intellige vt num. 6.*

7 *Notario incumbit onus probandi fideiussorem fuisse soluendo.*

8 *Qui hodie non est soluendo, præsumitur sic retro fuisse.*

9 *Testis non deponens de tempore, & loco, probat, & suppletur ex dicto alterius deponentis de loco, & tempore. Pallit vt n. 10.*

11 *Excussio fideiussoris debet fieri antequam agatur contra Notarium.*

12 *Excussio debet opponi in primordio litis, vel post litem contestatam.*

13 *Discussio fideiussoris est facienda quando est dubium, principalem esse soluendo.*

14 *Assertioni Notarij non statur, quod de mandato Iudicis aliquid fecerit.*

15 *Commissio Iudicis debet scribi per alium Notarium.*

16 Fi-

16 *Fideiussor habetur pro idoneo si est de coniun-ctis personis, & recusans eum accipere incidit in pœnam.*
17 *Nemo carnem suam odio habet.*
18 *Coniunctus pro idoneo habetur in fideiussione de iudicio sisti,& de repræsentando.*
19 *Facultates significant diuitias, & opes.*
20 *Ignorantia præsumitur nisi probetur scientia.*
21 *Scientia debet probari in specie, non in genere.*
22 *Approbatores fideiussorum debent prius discuti.*
23 *Approbatio fideiussoris debet fieri in scriptis, & quod pro bono, & sufficienti habeatur, & tunc approbans fideiubere, & obligatus esse dicitur.*
24 *Verba quod quis attendet promissa, non important obligationem. Fallit vt num. 25.*
26 *Interlocutoria requiritur, quod fideiussor sit idoneus.*
27 *Citatio debet fieri cum approbatur fideiussor.*
28 *Magistratus tenetur dando fideiussorem non idoneum. Amplia vt n. 29. & 30. Intellige de iure, secus de consuetudine. vt n. 31.*

Decisio LXIX.

PRo confirmatione sententiæ latæ contra notarium, qui præsupponebatur non recepisse fideiussorem idoneum, conclusum fuit, prout est *tex. in l. fin. C. de magistrat. conuen.*
1 vbi scriba, qui per negligentiam, † vel dolum inuentarium scripsit, minorem æstimationem rerum faciendo, & secundum illam fideiussorem recipiendo tenetur cōditione ex d. lege, vel actione in factum, qua tenetur etiam Magistratus;
2 † Ita vt in electione actoris sit, an prius Magistratum, vel scribam, vel æstimatorem velit conuenire, licet secundum alios prius conueniantur tutores, & Magistratus, postea scribæ, & æstimatores, vt refert *glos. in d. l. fin. in verb. legibus.* quæ tamen dicit nulla lege probari, prout etiam testatur *Azo, & Gutac. in summa. C. eod. tit. de Magistr. conuen.* & passim *Doctor. in l. 1. ff. eod. tit.*
Ad idem est *text. in d. l. 1. §. sciendum. vers. diuus Adrianus.* vbi etiam in eum, qui eligitur ad æstimandas satisdationes, idest an fideiusso-
3 res † sint idonei, nec ne, datur ista actio in factum, ve ibi not. *glos. per text. in l. si ab arbitro. ff qui satisdar. cogan. & in d. l. fin. C. de magistr. conueniend.* vel potius actio datur vtilis, quando magistratus stipulatur, vel tabellio, vt dicit *text. in d. l. 1. §. exigere. vers. planè.* vbi
4 *glos.* intelligit in seruo, idest tabellione, † qui licet non possit esse seruus; Tamen ita dicitur, quia cuilibet de populo seruit, prout ponitur *in l. non aliter. de adoptio. l. 2. §. 1. rem pupill. salu. for. l. item magistri. de pact. l. quoties. in princ. de adim. tut.*
5 Et regulare est, vt notarius teneatur † ad interesse partis. *Alex. in l. vbi exigitur. de eden. Ias. in l. oratione. columna 2. C. de testam. post Bart. sing. 180. Bald. in l. qui accusare. C. de eden. & in l. fin. col. pen. C. eod. tit.* Et in specie de notario recipiente fideiussionem minus idoneā, quod debeat reficere huiusmodi damna, & interesse, post *Boer. Paris de Puteo, decisionem Lucensem*, & alios quos allegat, dicit Illustrissimus *Platus in vna Romana pecuniarum 19. Feb. 1590.* vbi in omnibus causis testatur ita seruari, excusso tamen prius fideiussore: vt per *Salicet. in l. 1. C. de magistr. conuen.*
Idque magis erat dicendum in casu de quo agebamus, quia ex actis constat fideiussorem tempore receptionis non habitum fuisse pro idoneo, cum secus esset quando pro habili reputaretur; tunc enim non est imputandum notario, si recipit fideiussorem, quem intellexit
6 possidere bona immobilia, † & conuenientia summæ, pro qua fideiussit, etiam quod essent subiecta fideicommisso, cum nihilominus idoneus censendus sit. *Ias. in l. sciendum. §. si fundus, qui satisd. cog.* & ibi *Angel. post princ. Marsil. in rubr. de fideiuss. num. 261.* cum alijs, de quibus in d. *decis. Romana pecuniarum, coram Illustrissimo Plato.* [Immo ista probatio non in-
7 cumbit parti, vt doceat fideiussores † non fuisse soluendo, cum acciperentur, sed notario, vt probet eos soluendo fuisse. *l. 1. §. sed etsi satis. ff. de magistr. conuen.* cum regulariter, qui ho-
8 die non est soluendo † præsumatur sic retro fuisse. *glos. in d. §. sed & si satis. in verb. fuisse. & in l. non est necesse. de probat.*
Neque obstat, quod vnus ex testibus ad fauorem notarij examinatus deponat fideiussorem tempore receptionis fuisse idoneum; vnde licet per alios testes non probetur qualitas temporis; tamen dictum testis, qui non deponit de tempore, & loco, suppletur ex depositione alte-
9 rius † deponentis de loco, & tempore. *Alexād. cons. 236. perspectis. col. fin. lib. 6. Afflict. decis. 375 ad fin. post Bald. in l. testium. col. 5. vers. secundo modo. C. de testibus.*
Quia respondetur, quod quando tempus est
10 de substantia, † vt in casu, de quo agimus, tunc vnius depositio non supplet dictum alterius, neque vnus sufficit, sed tempus debet ab omnibus nominari. *Alex. cons. 156. viso processu. column. 3. vers. sed ita est. lib. 5. Imol. in c. cum oporteat. col. antepen. de accusat. Gabr. de testib. concl. 6. num. 11. & 12.* Maxime, quia per alias probationes actis fuit ostensum tempore receptionis fuisse habitum pro non idoneo.
Non obstat quod non constabat de legitima
11 excussione contra fideiussorem, † qua non facta non potest deueniri contra notarium. *Salic. in d. l. 1. C. de magistr. conuen.*
12 Quia omisso quod ista exceptio † non fuit apposita, vel in primordio litis, vel secundum alios post litem contestatam, vt per *Doct. in auth. si debitor. C. de pign.* & post *Iacob. de Aret. & Bart. in tract. de excussion.* & alios allegatos, dicit *Gabr. concl. 1. n. 10. de fideiussor.*
Respondetur, tunc esse faciendam discussionē, quando est dubium, aut certum, principalem de-
13 bitorem † esse soluendo; secus vbi est notorium, vt in casu de quo agimus, illum non esse talem.

Pa-

Papien. in forma respons. libel. in act. hypoth. in verb. exceptionem excussionis nu. 5. post glos. & Bart. in l. fi. ff. si cert. pet. Corn. qui de communi. cons. 46. col. pen. ad med. lib. 2. Alex. cons. 100. discussis. n. 11. lib. 5. Rom. cons. 93. in princ. Negus. de pign. p. 8. memb. 1. n. 19. limit. 1.

Minus obstat, quod huiusmodi fideiussio fuerit recepta per notarium de mandato iudicis, vnde contra mandantem debet ista actio potius dirigi, quam contra eum, qui tenebatur parere dicto illius, cui non decebat contradicere. l. si quis id quod. §. doli. de iurisd. omn. iud. Dec. in l. velle non videtur. in fi. de reg. iur. & in l. non videntur. §. qui iussu. ff. eod. tit.

Quia respondetur, non standum esse assertio-
14 ni notarij † dicentis in instrumento aliquid fe-
cisse de mandato iudicis; Vnde poterit puniri ni
si aliter constet de illius iussu. Ceph. cons. 113. lib.
1. Affl. decis. 317. n. 3. vbi quod ista cõmissio de-
15 bet † per alium notarium scribi. Bal. in l. iudices.
C. de fid. instrum. & magis receptam opinionem dicit Becc. cons. 91. ad fi. Roland. cons. 94. nu. 34. lib. 2. Fel. in c. quoniã contra. n. 41. de prob. Quod clarum est in his, in quibus notario lucrum aut damnum potest cõtingere, prout in casu nostro. Masc. concl. 1096. n. 20. & 21. lib. 2. de prob.

Non obstat, quod notarius videatur excusandus; nam fideiussor licet non sit idoneus facultatibus, tamen habetur pro idoneo si est de coniun
16 ctis personis, † prout est in casu de quo agimus;
& recusans eum accipere incidit in pœnã quinquaginta aureorum. l. 1. ff. in ius vocat. vt eant.
Ratio est, cum non præsumatur necessarium re-
17 linquere illaqueatum suum coniunctum, † quia
carnem suam nemo odio habet. Specul. de satisd. §. dicto n. 10. post glos. in d. l. 1. Quod etiam ampliant ibi Doctores procedere si alij fideiussores idonei dari possunt, aliàs non esset priuilegium in coniunctis personis, si solum procederet in subsidium, & sic in casu necessitatis quando alij fideiussores non reperirentur.

Quia respondetur prædicta procedere in fideiussione de iudicio sisti, & de repræsentãdo ali-
18 quem iudici, † quæ non est in casu nostro, secus in
alijs; & ita loquitur tex. in d. l. 1. ff. in ius vocat. vt eant. quæ tanquam pœnalis non est extendenda, prout omnes ita tenere testatur Ias. ibid. n. 1. post Ang. & alios quos allegat, licet ipse contrarium sequatur, & ita etiã loquitur Spec. de satisd. §. dicto n. 10. Vltra quod statutum loquens de fideiussione de qua agimus, requirit fideiussorem esse idoneum facultatibus; quæ dictio in plurali si-
19 gnificat diuitias, † & opes secundum Gramma-
ticos per tex. in l. 1. §. si inter. & §. si magistratus ab initio. ff. de magist. conuen. Vnde d. statuto erat satisfaciendum in propria significatione.

Minus obstat sciẽtia, quæ præsupponitur adesse de huiusmodi fideiussione, quo casu non tenetur notarius quando fideiussor fuit receptus parte etiã tacente, & consentiente, vt in d. dec. Rom. pecun. 19. Febr. coram Illustriss. Plato. Quia de scientia non legitime constat, qua non probata
20 ignorantia præsumitur. l. verius. † de prob. §. quod
autem. inst. de leg. Gab. de reg. iur. concl. 5. Neque aliquid ex processu colligitur, ex quo præsumatur huiusmodi scientia; puta quando est tale factum, quod verisimiliter solet in notitiã deuenire, & in his quæ communiter fieri consueuerunt. Aym. cons. 123. n. 1. [Immo neque sufficiet proba
21 tio scientiæ in genere, † sed est necessaria sciẽtia
qualitatum, & in specie. glos. in c. concertationi. in verb. sciuerit. vbi Franc. de appel. in 6. Aym. cons. 198. n. 14. Tiraq. de retract. lignag. §. 36. gl. 7. n. 1.

Vltimo non obstat approbatio fideiussionis
22 facta per Priores, quæ operabitur † vt approba-
tores prius discutiantur, cum vicesgerãt fideiussorum. l. cum ostendimus. §. vlt. in fi. vbi Bal. de fideiuss. tut. Angel. in l. si vero. §. 1. post prin. vers. in tex. ibi approbatum. ff. qui satisd. cog.

Quia respondetur requiri approbationẽ fuis-
23 se factam in scriptis, prout disponit statutũ, † &
ab omnibus prioribus, de quo hic non constat; & testes debebant deponere, fideiussorem fuisse approbatum pro bono, & sufficiente, & promissum approbantes præstaturos, quod laudando, & approbando dixerunt: tunc enim approbans videtur fideiubere, & obligatur; secus autem quando simpliciter dictum est, quod quis attendet pro-
24 missa, cũ huiusmodi verba † non obligent, neque
proferantur animo deliberato constituendi obligationẽ, prout in specie approbationũ cõcludit Ceph. cons. 437. n. 3. et n. 46. lib. 3. post Fab. in rub. instit. de fideiuss. sub n. 1. [quod secus esset in approbatione, quã quis facit dolose, aut lucrifaciẽdi causa; tunc enim d. verba etiam simpliciter
25 † prolata obligarent. l. Iulian. §. si venditor ff. de
act. empt. l. quod si cũ scires ff. de dolo. Ceph. d. cõs. 437. n. 43. de quo lucro, vel dolo hic nõ constat, cum potius appareat approbatores voluisse pro certa relatione habẽda expectare alios Priores absentes, vt melius informati possent approbationem facere: vnde potius est imputandum notario, qui marte suo fideiussionem recepit, itaut habeant locum rationes culpæ, & negligentiæ scribæ, & tabellionis, de quibus in d. l. fi. C. de magistr. conuen. cum alijs supra allegatis.

Addi poterat quia quando requiritur approbatio, an sit fideiussor idoneus, nec ne, requiritur
26 Iudicis † interlocutoria, vel arbitrorum. Immo
in relatione facienda per approbatores, seu in
27 eorum approbatione † requiritur citatio partis.
Syluest. qui dicit esse notandum. in §. neque autem. instit. de satisd. tutor. in fi.

Vnum tamen non est omittendũ circa id quod supra dictum est de magistratu; verum esse illum
28 teneri † si tutorem dare neglexerit, distulerit, mi
nus idoneum dederit, vel cautionem non exegerit, propter quod fuerint damnificati pupilli. l. 1. §. si curatores. & §. sciendum. ff. de magistr. conu. l. quod ad heredem. eod. tit. Specul. de Iudic. §. 2. in fin. num. 42. versic. item pupilli. vbi dat formam libelli. de qua etiam per Odofred. in tract. de formand. libell. cap. 59. tomo 3. par. 2. f. 89. Damouderius. in pupill. patrocin. cap. 6. num. 21. tomo 8. par. 2. fol. 359. vbi quod etiam
26 hæredes magistratus † tenentur, citatis tamen

prius,& discussis tutoribus,& cõtutoribus actione subsidiaria. l.aduersus.C.de magistrat. conueniend.l.1.§.vsque.de tutel.& ratio.distrab.l.Lucius.§.fi.de admin. tutor. l.si diuisio. C. de diuid. tutel. Prout etiam d.actio datur ad fauorem hæredum pupilli. Damouder.vbi sup. n.24.

30 Etquod sint tutores idonei †,probabit magi-
stratus.l.1.§.si magistratus.& §.sed & fi.de magistrat. conuen.l. in magistratus. C. eod. Ferrar. Montan.in suis adnota.ad quatuor libros Iustin. instit.de satisda.tutor.Damouder.vbi supra n.24 & late omnia prosequitur Siluest.in §.sciendum. & §.neque autem; Instit.de satisd.tut. Doct.in l. 1. C.de transactio.

An autem sit vsu receptum, quod magistratus
31 †conueniatur pro eo quod tutores dederit,iuxta
d.l.1.& 2.C.de magistr.conuen.Negatiuam opinionem,quod non sit in vsu,tenet Aret.cons.29. diligenter,& mature.col.6.ad med.vers.praeterea consuetudo:quod esse notatu dignum dicit Roncag.in l.eandem.in princ.n.225. C.de duob. reis: vbi etiam citat ad hoc Claud. de Seisell. in l. 1. n.10.C.de transact.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Minor ætas non excusat notarium quia tenetur parti læsæ,etiam pro delicto sui substituti. n.2.*
3 *Conferens beneficia illitteratis tenetur ad damnum ecclesiæ resultans .*
4 *Recursus datur contra nominantem fideiussorem pro idoneo.*
5 *Approbatio fideiussoris quando præiudicet , & an sit facta per verba,statenene riposato, che vi assicuro, &c. n.6. & 7.*
8 *Approbatio est nulla sine citatione partis .*
9 *Approbatio fideiussoris potest fieri post tempus datum ad præstandum fideiussionem .*
10 *Gerentes publica officia tenentur de leui culpa.*
11 *Hæredes magistratus non tenentur nisi de dolo, & eius culpa, quando minus idoneum suscepit. num. 12.*
13 *Vsus non admittit,vt conueniatur amplius Magistratus.*

¶ N.5. post verba. l.1. C. de magistr.conuen.

Itaut neque minor ætas excuset notariũ, quin
1 teneatur parti læsæ † Bal.in l.1.nu.4.col.1.vers.
item facit ad quæstionẽ. C.qui & aduers. quos.in integ.restit Bertaz.in probem.clausul. n.1.col.1. in fi. Ex quo enim in illa arte est approbatus tanquam sapiens,desiderium suũ repugnat professioni. l.professio. C. de muner. patrim. lib.10.
2 † Immo etiam tenetur pro delicto sui substituti
tam de iure communi,quàm secundum formam Constitutionis Pij IV.quæ est 85.in bullar.par.2. fol.774.de qua per Rot.coram Card.Seraph. Roman.releuationis indemnitatis.9.Iunij.1581.& 9.Iulij.eiusdem anni.& 14.Ian.& 7.Maij 1582. in eadem causa , quarum decisionum tenorem inserit Farina.de delict.et pæn.q.24.n.61. vsque ad nu.86.

Idem est in alijs, qui conferunt beneficia illit-
3 teratis,& non idoneis,† nam tenentur resarcire
damnum resultans Ecclesiæ ex mala collatione, exemplo Magistratus committentis tutelam minus idoneis.l.1.C.de peric.nomin.lib.11.Ancbar. in clem.1.in fi.n.5.de ætat.& qualit.Prob.in cap. cum ex eo.n.2.de elect.in 6.Rebuff.in concor.rub. de collation.§.præfati ordinarij.in verb.idonei.& in prax.tit. de pæn.contr. collat. n.8.

¶ N. 22. post verb. ff.qui satisd.cog.

Prout est in eo, qui aliquem fideiussorem no-
4 minauit in iudicio pro idoneo, † quia contra il-
lum potest haberi recursus.Fulgos.in d.l.si vero. §.qui pro rei. vbi dicit ita esse intelligendum tex. in d.l.cum ostendimus. §.fi.

¶ N. 25. post verb. cons. 437. n. 43.

Ex quo Alexan.& Ias.in d.l.si vero.§.qui pro rei.intelligunt tex.in d.l. cum ostendimus. §. fin.
5 solum procedere in eo,† qui pro suo officio fue-
rat constitutus ad approbandos fideiussores;talis enim tenebitur , itaut etiam approbatio fiat coram Iudice,& illo auctore. Menoch.consil.179. n.2.lib.2.per tex.in l.1.§.diuus.de magist.conuen. Secus in alio , nisi dolose affirmasset illum esse idoneum.l.& eleganter. §.fi.de dol.Peregr. de priuil.fisc.tit.5.lib.6.num.38. & est decisio Rot. coram R.P.D.Bubal. Camerinen. pecuniaria 28.Februar.1586.Vbi etiam, quod illa verba statenene riposato,ch'io vi assicuro , important
6 promissionem,& obligationem,† & censetur fa-
cta approbatio.l.1.qui satisd.cogant. Tunc enim quia laudator vlterius processit,promittendo se præstaturum quod laudando dixerat, obligatur iuxta d.consil.Ceph.437.n.36. Quasi approbatio
7 personarum tunc præiudicet approbanti,† quan
do perfecte approbauit Aym. consil. 257. col. vlt. versic.postremo considero. Menoch.cons.119. num.13. lib.2.

¶ N. 26. post verba. vel arbitratorum .

Bald.in l.tutores.in fi.C.de confirm.tut.Surd. decis.91. num. 5.

¶ N. 27. post verba. de satisd. tut. in fin.

Aliàs approbatio fideiussionis esset nulla
8 †Rom.consil.720.per notata in l.arbitro. qui sa-
tisd.cogant. Peregr.de priuil.fisc.lib.6.tit.5.n.39. Itaut in casu , in quo requireretur præstatio fideiussionis idoneæ per statutum infra aliquod tempus,sufficeret dare fideiussionem in tempo-
9 re, † quamuis approbatio esset facta extra il-
lud,quasi sit declaratio,quæ potest fieri post terminum,cum nihil de nouo agat, sed iam factum aperiat. l.hæredes palam. §. sed & fi. de testam. Rum. cons. 215. nu.6. lib. 1. & ita in specie per

multa

multa concludit *Rot.Genuens. per Carthar.decis.16.per tot.*

¶ N. 28. *post verb.* tom.3. p.2. fol.89.

Late *Menoch.consi.*146.*n.*67.*lib.*3.vbi etiam *n.*61.vsque *ad n.*68.† de gerẽtibus publica officia, qui tenentur de leui culpa ciuiliter, si non criminaliter.

¶ N. 29. *post verb.* vbi sup. n. 24.

Ita tamen, quod licet Magistratus teneatur ad
11 omne damnum, non tamen hæredes, † qui solum de dolo, & lata culpa tenebuntur. *l. non similiter. de magistr. conuen.* Quando enim Magistratus in ea fuit negligentia, vt omnem cautionem remitteret, æquum est eum haberi loco fideiussoris, & hæredem eius teneri. Neque enim in illius hæredem actio ista datur, nisi Magistratus euidenter cum minus idoneis fideiussoribus contraxerit. *l. quod ad hæredem. de magist. conuen. Siluest. in*
12 *§.1.in 9. notab.nu.19.instit. de satisd.tut.*† Ista enim actio nascitur, quasi ex delicto, & quod soluitur habet speciem pœnæ: Ideo regulariter non datur contra hęredem, nisi vt in supradicto casu. *Idem Siluest. in d.§.1.n.25.vers. secunda conclusio. instit. de satisd. tut.*

¶ N. 31. in fin. *post verb.* C. de transact.

*Eug.cons.*19.*n.*79.vbi quod vsus non admittit amplius, vt excutiatur Magistratus, cũ immedia
13 tè conueniantur ipsi tutores, † licet de iure contutores non administrantes non possint conueniri, nisi prius excusso magistratu. *l.1.§.vsque adeo de tutel. & ration. distrah.* Et de ista consuetudine testatur etiam *Guter. de tutor. cap.*15. *nu.*17. *par.* 1.

EPITOME.

Causa attentatorum, quando dicatur summaria, & priuilegiata, ita ut in ea non debeant seruari termini seruandi in causis ordinarijs. [Et an, reuocentur in primis, & ante omnia pendente causa nullitatis. [Et vbi constat de notorio non iure.

SVMMARIVM.

1 *Causa attentatorum est priuilegiata quo ad ordinem iudiciarium. & proceditur nullo iuris ordine seruato. n.2. & sufficit summaria informatio mero officio iudicis. n.3.*
5 *Exceptio feriarum vel vindemiarum non obstat remedio attentatorum.*
6 *Reuocatio attentatorum est facienda parte instante cum causæ cognitione & citata parte. Fallit vt n.9. & 10.*
11 *Attentata pendente causa nullitatis non reuocantur in primis, & ante omnia.*
12 *Nullitas quando deducitur per viam appellationis, innouata reuocantur priuilegio attentatorum, secus si sine appellatione, quia expectatur finis negocij. & n.13. Amplia vt nu.14.15.16. & 17. Declara vt num. 18. & 19.*
20 *Attentata reuocari debent cum causa principali quando constat de non bono iure petentis. Amplia vt n.21. Intellige vt n.22.*
23 *Notorium quando dicatur.*
24 *Attentata reuocantur mero officio Iudicis, quãdo constat de non iure petentis, & de non iure actionis. & num.25.*

Decisio LXX.

1 Causa attentatorum est † priuilegiata quantum ad ordinem iudiciarium. *Abb. in c. in litteris. vers. item aduerte. n.*26. *de restit. spoliat. Bellam. decis.*294. & 286. *Oldrad.*
2 *cons.*1.*n.*16. Et in ea proceditur nullo iuris † ordine seruato. *Rota decis.*11. *alids* 14. *in nou. de re-*
3 *stit. spol.* & sufficit † summaria informatio ex mero, & puro officio iudicis. *c. cupientes. in verb. gratia. de electionib. in 6. Rot. dec. decis.*1. *alias* 474. & *decis.*2. *de appell. in antiq. Lancell. de attent. p.*3.*c.*25.*n.*27. *Mascar. de probat. concl.*146. *n.*5. *et concl.*147.*n.*7. Vnde conclusum fuit bene actũ
4 fuisse † super reuocatione attentatorum, in causa Io. Ant. Marcuccij de Monte Florum, etiam quod non fuerint in ea seruati termini, qui aliàs solent seruari in causis ordinarijs; prout etiam disponitur per Constitutionem Marchiæ, per quam huiusmodi remedium attentatorum est
5 † summarium, & priuilegiatum. Per quod non
6 obstat etiam † exceptio feriarum, vel vindemiarum, quæ non impedit possessorium restitutoriũ, quo minus possit intentari, & prosequi. *c. fi. de iudic. Specul. de possess. & petito. §.1. versic. sed pone.* cum alijs per *Auff. in addit. ad decis. Cap. Thol.*159.

Non obstat, quod licet sit summarium, & priuilegiatum; tamen quando fit reuocatio instan-
7 te parte, est facienda † cum causæ cognitione citata parte, & facta fide de legitima appellatione, & innouatione, vt communiter tenet *Rota decis.*28. *alids* 765. *de appellation. in antiq.* li-
8 cet secundum alios non † sufficiat fides; sed sit necessaria etiam probatio concludens. *Mascar. concl.*146. *num.*5.

Quia respondetur, quod aut agitur ad reuo-
9 cationem attentatorum vna cum causa † principali; & tunc idem erit processus, qui & causæ principalis, & eadem incumbentia probationis. Aut agitur seorsum à causa principali, prout
10 actum fuit in casu de quo agimus; & tunc † nulla erit terminorum obseruatio, cum non petatur iure actionis, sed iudicis officio mercenario. *Vestr. in praxi. lib.*8.*c.*4. *n.*17.

Non obstat, quod attentata pendente causa
11 † nullitatis, non reuocẽtur in primis, & ante omnia, iuxta priuilegium attẽtatorum, sed postquã is, qui de nullitate diceret, obtinuisset in causa nullitatis, & sic beneficio iniustitię. *Vest. in prax. lib.*8.*c.*4.*n.*2. vbi etiam *n.*9. ampliat idem esse in quouis alio casu prohibito de iure appellari; tunc enim attentata non reuocantur; Quia re-
12 spondetur, quod quando nullitas deducitur † per

post pretensam consignationem pro suo credito, via executiua agendo, produxit instrumentum contra suum debitorem, & obtinuit sibi adiudicari bona, de quibus agimus; cuius adiudicationis vigore cœpit tenutam dictorum bonorũ; Vn-
12 ade ex eo, quod secutum est, demonstratur, † qualis fuerit intentio in actu præcedenti, & quem effectum habuerit d. consignatio. *l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedon. Bart. in l. cætera. §. fi. de leg. 1. Dec. cons. 11. n. 1. in fi.* Et quatenus etiam esset consignatio perfecta, videtur Lupidium ab
13 ea recessisse † per huiusmodi nouam viam, quam elegit. *l. quod in herede. §. eligere. de tribut. actio. Gabr. de actio. concl. 1. 2. & 3.*

Vlterius præsupposito, quod etiam esset necessaria excussio, quod Lupidius esset tertius posses-
14 sor, ex quo in processu constat de fuga, † & absentia mariti Seluaggiæ, non opus erat alia excussione; *glos. in auth. hoc si debitor. C. de pignoribus Roman. cons. 93. in princip. Alex. cons. 100. discussis. n. 11. lib. 5.* quando præsertim non est in loco vicino, & facilis discussionis, prout in casu nostro, vt voluit *Addit. ad Alex. d. cons. 100. in verb. absens*; Immo ex depositionibus testium constat
15 illum non esse soluendo, † quo casu neque aliqua discussio requiritur. *glos. & Bart. in l. fi. ff. si cert. pet. Corn.* qui de *communi. cons. 46. col. penult. ad med. lib. 2. Negusant. de pign. p. 8. memb. 1. nu. 12. limit. 1.* [Et bona, quæ fuerunt ostensa per testes Lupidij creditoris, sunt nullius redditus, & momenti, ita vt pro inutilibus reputentur, & in ex-
16 cussione non veniant; † cum sint talia, quæ non possint deseruire oneribus matrimonij. *Bald. in auth. sed hodie. in fi. C. de actio. & obligat. Negusant. de pignor. p. 8. memb. 1. n. 54. vers. item adde. Roland. cons. 9. n. 31. vsque ad 35. lib. 1.*

Vltimo quia fuit intentatum omne, & quodcũ-
17 que remedium magis sibi fauorabile, † vtile, & proficuum: quo casu non videtur solum actum hypothecaria, sed etiam Saluiano interdicto. *Rolan. d. cons. 9. nu. 17.* quod tanquam fauorabilius
18 non requirit discussionem † *Alex. cons. 15. viso, & considerato themate col. vlt. lib. 6. Menoch. de adipisc. reme. 30. n. 175. Surd. cons. 4. n. 36. Socin. cons. 80. n. 2. ad med. col. 2. vers. vel etiam, & tertio. lib. 3. Rolan. cons. 14. nu. 18. lib. 1. Gabr. de fideiussor. n. 112. conclus. 2. limit. 39. Aym. cons. 201 in 7. dub. n. 45. col. 14. in prin. vers. aggredior.* vbi amplius vult, quod huiusmodi interdictum Sal-
19 uianum † censeatur etiam intentatum per clausulam illam, de qua in casu nostro, ius, & iustitiã: quæ ad omnia valet; vt per *Ias. in §. omnium nu. 47. Instit. de act. Dec. in l. vinum. ff. si cert. pet.* Licet quod non requiratur excussio non videatur ita clarum, prout dubitat *Rot. diuers. decis. 34. p. 2. Thesaur. decis. 75. post Becc. cons. 88. Bello. cons. 34. n. 8. Bertrand. cons. 213. n. 13. lib. 2.*

Vltimo Lupidius poterat dici, exclusus beneficio discussionis, cum sciret tempore consignationis bona per ipsum in solutũ accepta, fuisse hypothecata pro dote Seluaggiæ. *arg. l. fi. §. vlt. de leg. 2.* vbi emens ignoranter rem subiectam fi-
20 deicommisso, potest opponere † contra fideicõmissarium exceptionem discussionis, dicendo, quòd prius agat contra alienantem, vel eius hæredem ad pretium: quæ tamen exceptio non cõpetit, data scientia emptoris, qui sciret bona esse subiecta fideicommisso. *Castrens. cons. 318. super primo quæsito. colum. fi. in fi. Dec. cons. 236. col. 5. in 7. dubio. Soci. Iun. cons. 129. nu. 19. lib. 1.* Et ita in specie concludit *Roland. cons. 9. n. 25. vsque ad n. 30. lib. 1.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas adiecta rei immutat eius naturam.*
2 *Contractus si ex conuentione simplici partium debet redigi in scriptis, poterit probari aliter quàm per scripturam.*

¶ N. 8. *post verba.* & 40. lib. 4.

Itaut qualitas adiecta rei immutet eius natu-
1 ram. † *Alex. cons. 19. n. 2. lib. 1. Affl. decis. 248. n. 8* Et facit illam diuersæ speciei. *Aym. cons. 24. n. 54. Natt. cons. 139. n. 6. Menoch. de arb. q. 11. n. 13.* late *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 18. n. 35.*

¶ N. 11. *post verb.* limita nisi.

Et ita etiam distinguit *Thesaur. decis. 197. n. 7.* vbi testatur hoc seruari reiecta opinione *Castr.* quam etiam communiter reijci dicit *Put. decis. 43. lib. 3. Rot. diuers. decis. 271. p. 2.* late *Bertazz. de claus. instr. claus. 30. gl. 3. n. 15. vsque ad nu. 21.* Et ita etiã practicari docet *Curt. Iun. cons. 148.*
2 *n. 12. & 22. lib. 1. Soci. cons. 32. n. 5. lib. 3.* † Ideo si partes simpliciter conueniant, quod contractus redigatur in scriptis, poterit probatio rei gestæ aliter fieri, quàm per scripturam. *Bald. in auth. sed nouo iure. n. 11. C. si cert. petat. Brun. de form. col. 3. versic. ad idem facit. fol. 13.*

EPITOME.

A sententia lata in causa dotis quando possit appellari, & agi de nullitate.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio deuolutiua admittitur in causa dotis. & num. 2.*
3 *Sententia lata pro dote, non admittit appellationem suspensiuam. Amplia vt n. 4. Intellige vt n. 5. 6. 7. & 9.*
6 *Causa terminanda celeri expeditione non recipit appellationem.*
7 *Appellatio admittitur à sententia lata contra alimentarium, vel mulierem in causa dotis.*
8 *Sententia denegans missionem in possessionem est appellabilis.*
10 *Aequalitas est seruanda in iudicijs. Intellige vt num. 12.*
11 *Appellatio non est permittenda reo, si actori denegatur. Intellige vt nu. 13.*

Deci-

Decisio LXXII.

1 A Sententia lata † super dote, potest ap-
pellari, & agi de nullitate, sicut in alijs
caufis. *Bald. in l. 1. col. 2. num. 2. in fin.*
vers. quarto modo. ff. solut. matrim. & l. vlt. n. 2.
in fin. C. de senten. quæ sine cert. quantit.

Intellige, recipi appellationem quoad effe-
ctum deuolutiuum non suspensiuum. Nam inte-
2 rim † non impeditur executio talis sententiæ.
Menoch. de adipiscen. remed. 4. num. 829. Ofasc.
decis. Pedem. 25. num. 20.

3 Declara, quando sententia lata est pro dote,
fauore mulieris forte viduæ, vel pupillæ paupe-
ris, vt exinde possit nubere, vel se alere, cum
nihil aliud haberet; licet enim possit appellari,
tamen non impeditur executio. *Lupus in cap.*
per vestras. §. 15. colum. fin. versic. idem dicen-
dum videtur. de donat. inter vir. & vxor. fol.
234.

Amplia idem esse, si sententia sit lata pro ma-
rito petente dotem sibi promissam; & sic con-
tra mulierem, vel socerum, vel extraneum.
4 Nam † in hoc ad paria iudicantur vir, & vxor
quo ad executionem dotis. *Lup. ibid. vers. qui*
idem dicit.

5 Intellige, si maritus esset † inops, adeo quod
non posset, vel saltem cum difficultate sustine-
re onera matrimonij sine dicta dote; alias secus.
Ita declarat *Bald. Nouell. de dote. priuil. 7. in*
fin. p. 9. & sequitur *Lup. ibidem* dicens, hoc di-
ctum alibi non legisse..

Ex quibus declaratum fuit non esse locum
moderationi inhibitionis petitæ per Iacobum
de monte securo, contra Patrignanum de eodē,
mandando procedi ad vlteriora in negotio prin
cipali, cum non simus in aliquo casu requirente
executionem, licet simus in dote, in qua tunc
6 non datur appellatio, quando requireret † ce-
leritatem, prout dicimus in causa pia, & ali-
mentorum, in quibus reijcitur appellatio, cum
sint terminandæ celeri expeditione. *Specul. de*
appellat. §. in quibus. vers. octauo. Ias. in l. 1.
col. 1. de fer. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 60. nu.
10. cum seq. [Eo magis, quia quamuis senten-
tia lata pro muliere non suspendatur per ap-
pellationem fauore dotis, quando mulier est
pauper: Tamen aliud est, quando sententia es-
7 set lata contra † eam, prout dicimus de alimen
tario, ad cuius fauorem si est lata sententia,
non admittit appellationem, secus si contra
eum feratur. *Angel. in l. fin. ff. de appellat. re-*
cip. Et de sententia lata in remedio possessorio
contra actorem, in qua pronunciatur illum
8 † non esse immittendum in possessionem; nam
tunc appellatio est recipienda. *Angel. in l. quis-*
quis. C. quorum appellat. non recipiunt. cum
alijs per *Menoch. remed. 4. num. 876. de adi-*
piscen. possess. & in specie in alimentis, & dote
9 ita concludit † *Surd. d. priuil. 60. tit. 8. num.*
26. & 27.

Non obstat, quod sic inæqualitas admitte-
retur in iudicijs: quæ non est permittenda,
10 † cum non debeat vni ex litigantibus concedi
11 † appellatio, si alteri denegatur. *l. 1. quod quis-*
que iuris. c. non licet. de regul. iur. in 6. Bald. in
c. quibusdam. de consuetud. Quia ideo hoc per-
mittitur in dote, & alimentis: nam in illis con-
12 sideratur, an militet † ratio celeritatis, qua ces-
sante, debet etiam cessare dispositio. Vnde lice-
bit appellare in casibus præfatis. *Menoch. d. re-*
med. 4. num. 877. & 878. Surd. de alim. priuil.
60. num. 33.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Vidua dicitur persona miserabilis.*
2 *Pro dote vidua potest agere etiam coram Iudi-*
ce ecclesiastico.

¶ N. 3. *post verb.* & vxor. fol. 234.

Quando enim est vidua, & dos ab ea petitur,
1 dicitur persona miserabilis habitu, † & dotis
priuatio reddit eam oppressam, & per conse-
quens miserabilem actu. *Bald. Nouell. de dot.*
p. 9. priuil. 16. Guter. pract. quæst. lib. 1. quæst.
44. Ita ut ex hoc possit per eam agi, etiam prin
cipaliter pro dote, coram Iudice Ecclesiastico,
2 cum æquiparetur causæ piæ. *l. cum hi. §. si in*
ea. de condict. indeb. Felin. qui de communi in
cap. licet. de for. competen. Gomes. in cap. fin.
num. 22. de constit. in 6. late Auffr. de potest. ec-
cles. cas. 27. num. 21. vbi etiam de recepta opi-
nione testatur.

EPITOME.

Minor adultus habens, vel non habens curatorem, quo modo debeat citari. Et quid in minore 14. annorum, & proximo pubertati.

SVMMARIVM.

1 *Minor adultus non habens curatorem, potest so-*
lus citari. & num. 3. & 4. Intellige vt nu.
13. & 14.
2 *Pupillus, & adultus in iudicijs non æquipa-*
rantur.
3 *Minor citatus non comparens punitur de con-*
temptu, sed non condemnatur in expensis.
& num. 6.
7 *Minor adultus censetur citatus, vt legitime*
compareat, neque est necesse hoc exprimere in
citatione. & num. 8.
9 *Minor adultus potest cum iuramento consti-*
tuere procuratorem. Amplia etiam in mi-
nore quatuordecim annorum proximo puber-
tati. vt num. 11.
10 *Minor adultus potest constituere procuratorem*
ad petendum curatorem.
12 *Authen. Sacramenta puberum. C. si aduers.*
vendit. habet locum etiam in proximo pu-
bertati.

13 Cu-

4 Item importat, vt posſit † procedi mann re-
gia. Bald.in l.nemo.C.de ſenten. & in l.ne quic-
quam.col.2.de offi.proconſ.& in c.2.de nou.form.
fidel.Niconit.in d.c.quoniam contra.n.808. Clau
ſnla autem, mann regia, tollit omnes ſolemnita-
tes iuris poſitiui, & operatur, vt quis poſsit pro-
5 cedere † vti princeps. Mandoſ.conſ.65.n.10.&
conſ.96.col.1.
6 Et d. clauſula, ſola facti † veritate inſpecta, æ-
quipollet etiam clauſulæ; ſecundum meram vo-
luntatem tuam. Imol.in c.dilecti.de iudic. Vgo de
clauſul.n.89.tom.18.fol.495. Redoan.de ſpol.Ec
7 cleſiaſt.q.13.n.5.to.14.fol.255. & multa † de effe
ctu illius dicit Aſin.in praxi.§.3.c.3. Lancell. de
attent.in præfat.n.45.to.5.fol.288. Brun.de for-
ma, quando cenſeatur forma, vel ſolemnitas remiſ
ſa. Blanc.de compromiſſ.q.1.n.37. Menoch.de ar-
bit.lib.1.q.24. Aret.& alij in cap.dilecti.de iudic.
Capra in clem.diſpendioſam.n.42. eod.tit. in fin.
tom.6.fol.49. Alex.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Criſogo-
nus.n.8.de verb.oblig.
Tamen quoties occurrit ſequi effectum iſtius
clauſulæ, dicebam ſuperius allegata non eſſe ita
ſimpliciter, ſed cum infraſcriptis declarationi-
bus admittenda; Quod videlicet, vigore illius nō
detur Iudici tam ampla facultas iudicandi, ſine
probationibus legitimis, & requiſitis in alijs iu-
8 dicijs, nempe neceſſarijs, † plenis, & concluden
tibus. Bart.in extrauag.ad reprimendum. Rota
deciſ.33. in nouis. alias 3. de reſcriptis. Burſatt.
conſ.201.n.96.lib.2. Rum.conſ.38.lib.5. Natta
conſ.585.lib.3. Non enim intelligitur, quod per
illam clauſulam debeat procedere demptis ſub-
ſtantialibus tam pro reo, quam pro actore; nec
quod intelligatur ſublata facultas alicui ex par-
tibus faciendi ſuas defenſiones, quæ per eam non
tolluntur; vt poſt Bald.in l.nemo. C.de ſent. & in
l.iuſtitia.de iuſt.& iur.& in c.fi.de nou.form.fi-
delit. dicit Redoan.de ſpol. Eccleſiaſt.q.13.n.14.
Et licet per Doctores ſupra allegatos dicatur
9 ſufficere probationes perſuaſiuas, & non † con-
cludentes; tamen omnes, qui ita loquuntur, fun-
dant ſe in dicto Bald.in l.ſolam in fi. de teſtib. qui
non loquitur de clauſula, ſola facti veritate inſpe
cta; ſed de arbitratore electo à partibus cū clau-
10 ſula procedendi, † & decidendi de facto; & mul-
tum differt, quod partes conſentiant arbitrari
de facto, vel quod Princeps det facultatem pro-
cedendi cum clauſula, ſola facti veritate inſpecta.
Ratio eſt, quia in primo caſu partes voluerunt
ſibi poſſe præiudicari per arbitratorem; quod
non eſt in ſecundo caſu de Principe, qui hoc no-
luit; immo non præſumitur velle partibus obeſ-
ſe: & ideo voluit, vt appareat de veritate facti;
ad quam veritatem habendam non ſufficiūt per-
ſuaſiones, & præſumptiones, quæ fallaces ſunt, &
veritas aliter haberi poteſt, quam ſit perſuaſum,
& præſumptum; & multum differt quando d. clau
ſula ponitur per Principem, qui cum dicat pro-
cedendum eſſe, ſola facti veritate inſpecta, intel-
ligitur cū qualitate, vt conſtet de veritate; Aliud
11 eſt enim poſſe † ſimpliciter procedere de facto;
aliud de veritate facti: quia in primo caſu datur
arbitrium merum; In ſecundo vero virtus illius
conſiſtit, vt ſufficiat conſtare de veritate ſine ali-
qua tela iudiciaria, & cenſeantur ſublatæ omnes
ſolemnitates iuris ciuilis, & ſubtilitates, & api-
ces iuris, & ſimilia; dummodo alias conſtet de
veritate; vt latè ex iſtis, & alijs rationibus con-
cludit Natta conſ.585.lib.3.per tot. Et vltra Bar.
Aret.& Burſ. ſupra allegatos idem voluit Bald.
in l.nec quicquam.§.de plano.de offic. Aſſeſſ.verſ.
quid ſi Princeps committit. & verſ.quid ſi ſub
hac forma; vbi dicit per d. clauſulam tolli quidē
ordinem iudiciarium; verum debere plene Iudi-
ci de veritate liquere, nec poſſe ius alicuius par-
tis tollere, & in concluſione, & exitu controuer-
ſiæ per Iudicem ius vnicuique reddendum eſſe.
Roman.conſ.519.præſertim.n.4. Alexan.conſ.80
n.8.lib.3. Bertran.conſ.142.n.17.lib.1. Iaſ.conſil.
105.n.5.vol.1. Curt.Iun.conſ.294.n.74. Socin.
Iun.conſ.134.n.8.vol.2. Lud.Bologniu. conſ.37.
col.pen.verſ.non obſtat dicere. Bero.conſ.97.n.3.
& nu.5.vol.3. Blanc.de compromiſſ.q.1.num.38.
Brogn.deciſ.12.n.60.& deciſ.19.n.33. Aſin.in
12 praxi.§.3.c.29. † Qui omnes concludunt, per d.
clauſulam non cenſeri denegatas legitimas de-
fenſiones partis; & propterea teneri Iudicem iu-
dicare ex allegatis, & probatis, non autem ſecun
dum conſcientiam, quia aliter faciens iudicaret
contra iuſtitiam, & conſcientiam, vt per Curt.
Iun.d.conſ.294.nu.74. Ex quibus apparet hanc
eſſe veriſsimam concluſionem, quam etiam ſe-
quitur Rum.conſ.38.per tot.lib.5 licet conſ.134.
n.14.eod.lib. incidenter contrarium videatur vo
13 luiſſe. Et ratio eſt vltra prædicta, † quia Iudex
aliàs non iudicaret ſecūdum veritatem; Si enim
probationes non cōcludunt, ſed ſolum ſunt per-
ſuaſiuæ, non poteſt Iudex adduci ad firmam cre-
dulitatem; & ſic non iudicabit, vt certus, ſed vt
ſuſpicans, & opinans; quod eſt contra formalita-
tem, & ſignificationem dictorum verborum, vt
per Bertrand.conſ.142.n.17.lib.1.
Neque eſt præſumendum, Principem voluiſſe
14 aliud, quam, vt deueniatur ad cognitionem † ve-
ritatis, ad quam non deuenitur, niſi ex veris, &
legitimis probationibus, & non eſt veritas, niſi
cui ius patrocinatur, quam veritatē Iudex debet
ſequi, prout per d. clauſulam datur facultas pro-
cedendi, & veritatem inquirendi, vt dicit Celſus
Vgo.in tract.de clauſul.in verb.veritate inſpecta
& habetur per Oſaſcum deciſ.1.n.34. Et alter iu
dicando, iudicaret contra leges, quod per illam
clauſulam ei non conceditur, neque talis facul-
tas datur. Lapus alleg.128.n.4. Immo debet vti
vir bonus iudicare, qui tanquam talis iudicat ſe-
cundum legis diſpoſitionem, per quam præcipi-
tur iudicandum eſſe ex veris probationibus,
15 prout etiam ſi ex æquitate, † bono & æquo iudi-
candum eſſet, nō poſſent omitti exceptiones re-
ſpicientes merita cauſæ, & negotij, & veritatē,
at partis defenſionem, licet reijcerentur quæ re-
ſpiciunt ordinem proceſſus. Strac.in tit.quom.ſit
proced.in cauſ.mercat.§.ſequitur vt de exceptio-
nibus.num.14.
Ex prædictis apparet non eſſe ita ſimpliciter
admit-

admittendum, quod vigore d. clausulæ pluries petebatur, videlicet causas terminandas esse ex probationibus non concludentibus, cum immo contrarium sit verius, prout seruatum fuit in causis, in quibus aderat dictum testium singula-
16 rium, † cum non debeat Iudex vni tantum testi credere, & virtute illius clausulæ ista facultas nõ detur, tunc enim veritas haberi nõ potest, vt per *Rumin. Iun. consil. 237. nu. 62. vol. 3.* & ita etiam
17 † quando testes non reddunt bonam causam, non debet eis Iudex credere. *Alex. cons. 80. n. 8. lib. 3.* quem sequitur *Menoch. lib. 1. de arbitr. Iud. q. 25*
18 † Nec etiam si testes sint inhabiles, quia ex eis non potest vera cognitio haberi. *Bero. consil. 97. n. 3. cum seq. vol. 5.* Maximè, quando in eorum dictis tota vis negotij consistit *Bologn. cons. 37. col. penul. vers. non obstat.*

Bene verum est, quod licet attentata in primis, & ante omnia debeant reuocari, adeo quod
19 iniustitiam † faceret Iudex si ita non pronunciaret. *Afflict. decis. 98. n. 5.* Tamen stante clausula, sola facti veritate, inspecta, summariè, simpliciter, & de plano non reuocantur in primis. *Lancel. de attent. p. 2. in præfat. n. 45. Mandos. de commiss. forma 14. q. 4. Honde. cons. 94. n. 65.* [Idem
20 dicimus de incidentibus, † & emergentibus, super quibus non cogitur Iudex pronūciare, quando habet facultatem procedendi sola facti veritate inspecta. *Bald. in l. ait Prætor. §. promittitur n. 1. vers. item nota. de minor.* prout ita seruatum fuit in causis breuioribus, & non excedentibus summam centum scutorum, in quibus datur facultas procedendi cum præfatis clausulis: quæ volui dixisse cum sæpe per partes instaretur in primis pro reuocatione attẽtatorum: quod per
21 prædicta fuit denegatum, Maximè † cum in istis causis breuioribus detur facultas illas audiendi, cognoscendi, & terminandi, etiam sine scriptis, vt in *Const. Rot. §. 30.*

In causis autem mercedum quarumcumque, ac cibi, & potus, procedebatur ad executionem per leuiores probationes, cum in illis singuli Auditores habeant potestatem procedendi, & ter-
22 minandi, † sicut posset Legatus Apostolicus de latere, & manu regia, vt in *Constit. Rotali §. 38.* per quam clausulam potest procedi vti per Principem. *Mandos. cons. 65. nu. 10. & cons. 96. col. 1.* Propterea admittebãtur talleolæ fornariorum, qui debent illas afferre si scholaris perdit suas, vt dicit *Bart. in l. non solum §. sed vt probari possit. n. 5. de nou. oper. nunciat.* & dictæ talleolæ sunt
23 probationes † extraordinariæ, & probant. *Dyn. in d. l. non solum §. sciendũ. per tex. ibid. in verb. modulos. Paris de Put. de Syndic. in verb. lis sua. c. 5. incip. iudex qui admisit instrumentum. nu. 1. tom. 7. fol. 283.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Verba, breuiter, & summariè non excludunt cõcludentem probationẽ, sed solũ modũ probandi.*
2 *Exceptio spolij non admittitur ad impediendum processum stante clausula, summariè &c.*

¶ N. 15. *post verb.* de exceptionibus. n. 14.

Ideo dicitur, quod illa verba, breuiter, & summarie, posita in breuibus summorum Põtificum
1 † non excludunt concludentem probationẽ, sed solum respiciunt modum probandi, & breuitatem procedendi. *Rot. coram R. P. D. Robusterio. Giennen. canonica. 4. Maij 1587. & per R. P. D. Oran. Placentina canonicatu. 1. Mar. 1599. cum alijs per Gonzal. ad reg. 8. cancella. de alternat. §. 7. in probem. n. 118.*

¶ N. 19. *post verb.* Honded. cons. 94. n. 65.

Prout etiam in spolio, cuius exceptio non ad-
2 mittitur ad impediendum processum † stantibus dictis clausulis summarie &c. *Dec. cons. 419. n. 21 col. 4. Aym. cons. 299. col. penul. ver. quarto respondeo. nu. 8. Surd.* qui de veriori opinione testatur *cons. 166. n. 8. lib. 2.*

EPITOME.

Quando agatur contra Notarium, qui recepit fideiussorem non idoneum: & quid si habebatur pro idoneo, & est receptas de mandato Iudicis, & parte sciente, & non contradicente, vel est approbatus ab aliquo, & est de coniunctis personis. Et quando requiratur discussio.

SVMMARIVM.

1 *Scriba qui per negligentiam, vel dolum in inuentario fecit minorem rerum æstimationem, & & secundum illam fideiussores recepit, tenetur ex condict. l. fin. C. de mag. conuen.*
2 *Actor habet electionem conueniendi prius scribam, vel Magistratum, vel æstimatorem.*
3 *Actio in factum, & vtilis datur contra electum ad æstimandas satisdationes.*
4 *Tabellio dicitur seruus, quia cuilibet de populo seruit.*
5 *Notarius recipiendo fideiussionem minus idoneam, tenetur ad interesse partis. Intellige vt num. 6.*
7 *Notario incumbit onus probandi fideiussorem fuisse soluendo.*
8 *Qui hodie non est soluendo, præsumitur sic retro fuisse.*
9 *Testis non deponens de tempore, & loco, probat, & suppletur ex dicto alterius deponentis de loco, & tempore. Fallit vt n. 10.*
11 *Excussio fideiussoris debet fieri antequam agatur contra Notarium.*
12 *Excussio debet opponi in primordio litis, vel post litem contestatam.*
13 *Discussio fideiussoris est facienda quando est dubium, principalem esse soluendo.*
14 *Assertioni Notarij non statur, quod de mandato Iudicis aliquid fecerit.*
15 *Commissio Iudicis debet scribi per alium Notarium.*

16 *Fi-*

16 *Fideiussor habetur pro idoneo si est de coniunctis personis, & recusans eum accipere incidit in pœnam.*
17 *Nemo carnem suam odio habet.*
18 *Coniunctus pro idoneo habetur in fideiussione de iudicio sisti, & de repræsentando.*
19 *Facultates significant diuitias, & opes.*
20 *Ignorantia præsumitur nisi probetur scientia.*
21 *Scientia debet probari in specie, non in genere.*
22 *Approbatores fideiussorum debent prius discuti.*
23 *Approbatio fideiussoris debet fieri in scriptis, & quod pro bono, & sufficienti habeatur, & tunc approbans fideiubere, & obligatus esse dicitur.*
24 *Verba quod quis attendet promissa, non important obligationem. Fallit vt num. 25.*
26 *Interlocutoria requiritur, quod fideiussor sit idoneus.*
27 *Citatio debet fieri cum approbatur fideiussor.*
28 *Magistratus tenetur dando fideiussorem non idoneum. Amplia vt n. 29. & 30. Intellige de iure, secus de consuetudine. vt n. 31.*

Decisio LXIX.

PRo confirmatione sententiæ latæ contra notarium, qui præsupponebatur non recepisse fideiussorem idoneum, conclusum fuit, prout est *tex. in l. fin. C. de magistrat. conuen.*
1 vbi scriba, qui per negligentiam, † vel dolum inuentarium scripsit, minorem æstimationem rerum faciendo, & secundum illam fideiussorem recipiendo tenetur eódictione ex d. lege, vel actione in factum, qua tenetur etiam Magistratus;
2 † Ita vt in electione actoris sit, an prius Magistratum, vel scribam, vel æstimatorem velit conuenire, licet secundum alios prius conueniantur tutores, & Magistratus, postea scribæ, & æstimatores, vt refert *glos. in d. l. fin. in verb. legibus.* quæ tamen dicit nulla lege probari, prout etiam testatur *Azo, & Gutac. in summa. C. eod. tit. de Magistr. conuen.* & passim *Doctor. in l. 1. ff. eod. tit.*

Ad idem est *text. in d. l. 1. §. sciendum. vers. diuus Adrianus.* vbi etiam in eum, qui eligitur ad æstimandas satisdationes, idest an fideiusso-
3 res † sint idonei, nec ne, datur ista actio in factum, vt ibi not. *glos. per text. in l. si ab arbitro. ff qui satisdar. cogan. & in d. l. fin. C. de magistr. conueniend.* vel potius actio datur vtilis, quando magistratus stipulatur, vel tabellio, vt dicit *text. in d. l. 1. §. exigere. vers. planè.* vbi
4 *glos.* intelligit in seruo, idest tabellione, † qui licet non possit esse seruus; Tamen ita dicitur, quia cuilibet de populo seruit, prout ponitur in *l. non aliter. de adoptio. l. 2. §. 1. rem pupill. salu. for. l. item magistri. de pact. l. quoties. in princ. de adim. tut.*
5 Et regulare est, vt notarius teneatur † ad interesse partis. *Alex. in l. vbi exigitur. de eden. Ias. in l. oratione. columna 2. C. de testam. post Bart. sing. 180. Bald. in l. qui accusare. C. de eden. & in l. fin. col. pen. C. eod. tit.* Et in specie de notario recipiente fideiussionem minus idoneã, quod debeat reficere huiusmodi damna, & interesse, post *Boer. Paris de Puteo, decisionem Lucensem,* & alios quos allegat, dicit Illustrissimus *Platus in vna Romana pecuniarum 19. Feb. 1590.* vbi in omnibus causis testatur ita seruari, excusso tamen prius fideiussore: vt per *Salicet. in l. 1. C. de magistr. conuen.*

Idque magis erat dicendum in casu de quo agebamus, quia ex actis constat fideiussorem tempore receptionis non habitum fuisse pro idoneo, cum secus esset quando pro habili reputaretur; tunc enim non est imputandum notario, si recipit fideiussorem, quem intellexit
6 possidere bona immobilia, † & conuenientia summæ, pro qua fideiussit, etiam quod essent subiecta fideicommisso, cum nihilominus idoneus censendus sit. *Ias. in l. sciendum. §. si fundus, qui satisd. cog.* & ibi *Angel. post princ. Marsil. in rubr. de fideiuss. num. 261.* cum alijs, de quibus in d. *decis. Romana pecuniarum, coram Illustrissimo Plato.* [Immo ista probatio non in-
7 cumbit parti, vt doceat fideiussores † non fuisse soluendo, cum acciperentur, sed notario, vt probet eos soluendo fuisse. *l. 1. §. sed etsi satis. ff. de magistr. conuen.* cum regulariter, qui ho-
8 die non est soluendo † præsumatur sic retro fuisse. *glos. in d. §. sed & si satis. in verb. fuisse. & in l. non est necesse. de probat.*

Neque obstat, quod vnus ex testibus ad fauorem notarij examinatus deponat fideiussorem tempore receptionis fuisse idoneum; vnde licet per alios testes non probetur qualitas temporis; tamen dictum testis, qui non deponit de tempore, & loco, suppletur ex depositione alte-
9 rius † deponentis de loco, & tempore. *Alexãd. cons. 236. per spectis. col. fin. lib. 6. Afflict. decis. 375 ad fin. post Bald. in l. testium. col. 5. vers. secundo modo. C. de testibus.*

Quia respondetur, quod quando tempus est
10 de substantia, † vt in casu, de quo agimus, tunc vnius depositio non supplet dictum alterius, neque vnus sufficit, sed tempus debet ab omnibus nominari. *Alex. cons. 156. viso processu. column. 3. vers. sed ita est. lib. 5. Imol. in c. non oporteat. col. antepen. de accusat. Gabr. de testib. concl. 6. num. 11. & 12.* Maxime, quia per alias probationes actoris fuit ostensum tempore receptionis fuisse habitum pro non idoneo.

Non obstat quod non constabat de legitima
11 excussione contra fideiussorem, † qua non facta non potest deueniri contra notarium. *Salic. in d. l. 1. C. de magistr. conuen.*
12 Quia omisso quod ista exceptio † non fuit apposita, vel in primordio litis, vel secundum alios post litem contestatam, vt per *Doct. in authen. si debitor. C. de pign.* & post *Iacob. de Aret. & Bart. in tract. de excussion.* & alios allegatos, dicit *Gabr. concl. 1. n. 10. de fideiussor.*

Respondetur, tunc esse faciendam discussionẽ, quando est dubium, aut certum, principalem de-
13 bitorem † esse soluendo; secus vbi est notorium, vt in casu de quo agimus, illum non esse talem.

Pa-

Papien.in forma respons.libel.in act.hypoth. in verb. exceptionem excussionis nu. 5. post *glos. & Bart.in l.fi.ff.si cert. pet.Corn.* qui de communi. *cons.46.col.pen.ad med.lib. 2. Alex.cons.*100. *discussis.n.11.lib.5.Rom.cons.93.in princ. Negus. de pign.p.8.memb.1.n.19. limit.*1.

Minus obstat, quod huiusmodi fideiussio fuerit recepta per notarium de mandato iudicis, vnde contra mandantem debet ista actio potius dirigi, quam contra eum, qui tenebatur parere dicto illius, cui non decebat contradicere. *l. si quis id quod.§.dolo.de iurisd. omn. iud. Dec.in l. velle non videtur.in fi.de reg.iur. & in l. non videntur.§.qui iussu.ff. eod.tit.*

Quia respondetur, non standum esse assertio-
14ni notarij † dicentis in instrumento aliquid fecisse de mandato iudicis; Vnde poterit puniri nisi aliter constet de illius iussu. *Ceph.cons.113.lib. 1. Afflict.decis.317.n.3.* vbi quod ista cōmissio de-
15bet † per alium notarium scribi. *Bal.in l iudices. C.de fid.instrum.* & magis receptam opinionem dicit *Becc.cons.91.ad fi. Roland.cons.94.nu.34. lib.2.Fel.in c.quoniã contra.n.41.de prob.* Quod clarum est in his, in quibus notario lucrum aut damnum potest cōtingere, prout in casu nostro. *Masc.concl.1096.n.20.& 21.lib.2.de prob.*

Non obstat, quod notarius videatur excusandus; nam fideiussor licet non sit idoneus facultatibus, tamen habetur pro idoneo si est de coniun-
16ctis personis, † prout est in casu de quo agimus; & recusans eum accipere incidit in pœnã quinquaginta aureorum. *l.1.ff. in ius vocat. vt eant.* Ratio est, cum non præsumatur necessarium re-
17linquere illaqueatum suum coniunctum, † quia carnem suam nemo odio habet. *Specul.de satisd. §.dicto n.10.post glos.in d. l. 1.* Quod etiam ampliant ibi Doctores procedere si alij fideiussores idonei dari possunt, aliàs non esset priuilegium in coniunctis personis, si solum procederet in subsidium, & sic in casu necessitatis quando alij fideiussores non reperirentur.

Quia respondetur prædicta procedere in fideiussione de iudicio sisti, & de representãdo ali-
18quem iudici, † quæ non est in casu nostro, secus in alijs; & ita loquitur *tex.in d.l.1.ff.in ius vocat.vt eant.* quæ tanquam pœnalis non est extendenda, prout omnes ita tenere testatur *Ias.ibid.n.1.post Ang.* & alios quos allegat, licet ipse contrarium sequatur, & ita etiã loquitur *Spec.de satisd.§.dicto n.*10. Vltra quod statutum loquens de fideiussione de qua agimus, requirit fideiussorem esse idoneum facultatibus; quæ dictio in plurali si-
19gnificat diuitias, † & opes secundum Grammaticos per *tex.in l.1.§.si inter.& §.si magistratus ab initio.ff.de magist.conuen.* Vnde d.statuto erat satisfaciendum in propria significatione.

Minus obstat sciẽtia, quæ præsupponitur adesse de huiusmodi fideiussione, quo casu non tenetur notarius quando fideiussor fuit receptus parte etiã tacente, & consentiente, vt in *d.dec.Rom. pecun.19.Febr.coram Illustriß. Plato.* Quia de scientia non legitime constat, qua non probata
20ignorantia præsumitur. *l.verius.* † *de prob.§.quod autem.inst.de leg.Gab.de reg.iur.concl.5.* Neque aliquid ex processu colligitur, ex quo præsumatur huiusmodi scientia; puta quando est tale factum, quod verisimiliter solet in notitiã deuenire, & in his quæ communiter fieri consueuerunt. *Aym.cons.123.n.1.* [Immo neque sufficiet proba-
21tio scientiæ in genere, † sed est necessaria sciẽtia qualitatum, & in specie *glos.in c.concertationi.in verb.sciuerit.vbi Franc.de appel.in 6.Aim.cons. 198.n.14.Tiraq.de retract.lignag.§.36.gl.7.n.1.*

Vltimo non obstat approbatio fideiussionis
22facta per Priores, quæ operabitur † vt approbatores prius discutiantur, cum vicesgerãt fideiussorum. *l.cum ostendimus.§.vlt.in fi.vbi Bal. de fideiuss.tut. Angel.in l.si vero.§.1.post prin.vers. in tex. ibi approbatum.ff.qui satisd.cog.*

Quia respondetur requiri approbatioñe fuis-
23se factam in scriptis, prout disponit statutũ, † & ab omnibus prioribus, de quo hic non constat; & testes debebant deponere, fideiussorem fuisse approbatum pro bono, & sufficiente, & promissum approbantes præstaturos, quod laudando, & approbando dixerunt: tunc enim approbans videtur fideiubere, & obligatur; secus autem quando simpliciter dictum est, quod quis attendet pro-
24missa, cũ huiusmodi verba † non obligent, neque proferantur animo deliberato constituendi obligationẽ, prout in specie approbationũ cõcludit *Ceph.cons.437.n.3.et n.46.lib.3.post Fab.in rub. instit.de fideiuss.sub n.1.* [quod secus esset in approbatione, quã quis facit dolose, aut lucrifaciẽdi causa; tunc enim d. verba etiam simpliciter
25† prolata obligarent. *l.Iulian. §.si venditor ff.de act.empt.l.quod si cũ scires.ff.de dolo. Ceph.d.cõs. 437.n.43.* de quo lucro, vel dolo hic nõ constat, cum potius appareat approbatores voluisse pro certa relatione habẽda expectare alios Priores absentes, vt melius informati possent approbationem facere: vnde potius est imputandum notario, qui marte suo fideiussionem recepit, itaut habeant locum rationes culpæ, & negligentiæ scribæ, & tabellionis, de quibus in *d.l.fi.C.de magistr.conuen.* cum alijs supra allegatis.

Addi poterat quia quando requiritur approbatio, an sit fideiussor idoneus, nec ne, requiritur
26Iudicis † interlocutoria, vel arbitrorum. Immo in relatione facienda per approbatores, seu in
27eorum approbatione † requiritur citatio partis. *Siluest.* qui dicit esse notandum. in *§. neque autem.instit.de satisd. tutor. in fi.*

Vnum tamen non est omittendũ circa id quod supra dictum est de magistratu; verum esse illum
28teneri † si tutorem dare neglexerit, distulerit, minus idoneum dederit, vel cautionem non exegerit, propter quod fuerint damnificati pupilli. *l.1. §.si curatores. & §.sciendum.ff.de magistr.conu. l.quod ad heredem. eod.tit. Specul.de Iudic. §.2. in fin. num. 42. versic. item pupilli.* vbi dat formam libelli. de qua etiam per *Odofred. in tract. de formand.libell. cap.59. tomo 3. par. 2. [illegible] 89. Damouderius . in pupill. patrocin. cap. 6. [illegible] 21. tomo 8. par. 2. fol. 359.* vbi quod etiam
26hæredes magistratus † tenentur, citatis tamen

prius,& discussis tutoribus,& cōtutoribus actione subsidiaria. *l.aduersus.C.de magistrat. conueniend.l.1.§.vsque.de tutel.& ratio.distrab.l.Lucius.§.fi.de admin. tutor. l.si diuisio. C. de diuid. tutel.* Prout etiam d.actio datur ad fauorem hæredum pupilli. *Damouder.vbi sup. n.24.*

30 Et quod sint tutores idonei †, probabit magistratus. *l.1. §.si magistratus.& §.sed & si.de magistrat. conuen.l. in magistratus. C. eod. Ferrar. Montan.in suis adnota.ad quatuor libros Iustin. instit.de satisda. tutor. Damouder.vbi supra n.24* & late omnia prosequitur *Siluest.in §.sciendum. & §.neque autem; Instit.de satisd.tut. Doct.in l. 1. C.de transactio.*

An autem sit vsu receptum, quod magistratus
31 †conueniatur pro eo quod tutores dederit, iuxta
d.l.1.& 2.C.de magistr.conuen. Negatiuam opinionem, quod non sit in vsu, tenet *Aret.cons.29. diligenter,& mature.col.6.ad med.vers.praterea consuetudo:* quod esse notatu dignum dicit *Roncag.in l.eandem.in princ.n.225. C.de duob. reis:* vbi etiam citat ad hoc *Claud. de Seisell. in l. 1. n.10.C.de transact.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Minor ætas non excusat notarium quia tenētur parti læsæ, etiam pro delicto sui substituti. n.2.*
3 *Conferens beneficia illitteratis tenetur ad damnum ecclesiæ resultans.*
4 *Recursus datur contra nominantem fideiussorem pro idoneo.*
5 *Approbatio fideiussoris quando præiudicet, & an sit facta per verba, stateuene riposato, che vi assicuro, &c. n.6. & 7.*
8 *Approbatio est nulla sine citatione partis.*
9 *Approbatio fideiussoris potest fieri post tempus datum ad præstandum fideiussionem.*
10 *Gerentes publica officia tenentur de leui culpa.*
11 *Hæredes magistratus non tenentur nisi de dolo, & eius culpa, quando minus idoneum suscepit. num. 12.*
13 *Vsus non admittit, vt conueniatur amplius Magistratus.*

¶ N.5. *post verba.* l.1. C. de magistr.conuen.

Itaut neque minor ætas excuset notariū, quin
1 teneatur parti læsæ † *Bal.in l.1.nu.4. col.1.vers. item facit ad quæstionē. C.qui & aduers. quos.in integ.restit Bertaz.in probem.clausul. n.1.col.1. in fi.* Ex quo enim in illa arte est approbatus tanquam sapiens, desiderium suū repugnat professioni. *l.professio. C. de muner. patrim. lib.10.*
2 † Immo etiam tenetur pro delicto sui substituti tam de iure communi, quàm secundum formam *Constitutionis Pij IV.quæ est 85.in bullar.par.2. fol.774.*de qua per *Rot.coram Card.Seraph. Roman.releuationis indemnitatis.9.Iunij.1581.& 9.Iulij.eiusdem anni.& 14.Ian.& 7.May 1582.* in eadem causa, quarum decisionum tenorem inserit *Farina.de delict.et pæn.q.24.n.61. vsque ad nu.86.*

Idem est in alijs, qui conferunt beneficia illit-
3 teratis,& non idoneis, † nam tenentur resarcire
damnum resultans Ecclesiæ ex mala collatione, exemplo Magistratus committentis tutelam minus idoneis. *l.1.C.de peric.nomin.lib.11.Anchar. in clem.1.in fi.n.5.de ætat.& qualit.Prob.in cap. cum ex eo.n.2.de elect.in 6.Rebuff.in concor.rub. de collation.§.præfati ordinarij.in verb.idonei.& in prax.tit. de pæn.contr. collat. n.8.*

¶ N. 22. *post verb.* ff.qui satisd.cog.

Prout est in eo, qui aliquem fideiussorem no-
4 minauit in iudicio pro idoneo, † quia contra il-
lum potest haberi recursus. *Fulgos.in d.l.si vero. §.qui pro rei.* vbi dicit ita esse intelligendum *tex. in d.l.cum ostendimus. §.fi.*

¶ N. 25. *post verb.* cons. 437. n. 43.

Ex quo *Alexan.& Ias.in d.l.si vero.§.qui pro rei.*intelligunt *tex.in d.l. cum ostendimus. §. fin.*
5 solum procedere in eo, † qui pro suo officio fue-
rat constitutus ad approbandos fideiussores; talis enim tenebitur, itaut etiam approbatio fiat coram Iudice,& illo auctore. *Menoch.consil.179. n.2.lib.2.per tex.in l.1.§.diuus.de magist.conuen.* Secus in alio, nisi dolose affirmasset illum esse idoneum. *l.& eleganter. §.fi.de dol.Peregr. de priuil.fisc.tit.5.lib.6.num.38.* & est decisio *Rot. coram R.P.D.Bubal.* Camerinen. *pecuniaria 28.Februar.1586.* Vbi etiam, quod illa verba, stateuene riposato, ch'io vi assicuro, important
6 promissionem,& obligationem, † & censetur fa-
cta approbatio. *l.1.qui satisd.cogant.* Tunc enim quia laudator vlterius processit, promittendo se præstaturum quod laudando dixerat, obligatur iuxta *d.consil.Cepb.437.n.36.* Quasi approbatio
7 personarum tunc præiudicet approbanti, † quan
do perfecte approbauit *Aym. consil. 257. col. vlt. versic.postremo considero.Menoch.cons.119. num.13. lib.2.*

¶ N. 26. *post verba.* vel arbitratorum.

Bald.in l.tutores.in fi.C.de confirm.tut.Surd. decis.91.num.5.

¶ N. 27. *post verba.* de satisd. tut. in fin.

Aliàs approbatio fideiussionis esset nulla.
8 † *Rom.consil.720.*per notata *in l.arbitro. qui satisd.cogant. Peregr.de priuil.fisc.lib.6.tit.5.n.39.*
Itaut in casu, in quo requireretur præstatio fideiussionis idoneæ per statutum infra aliquod tempus, sufficeret dare fideiussionem in tempo-
9 re, † quamuis approbatio esset facta extra il-
lud, quasi sit declaratio, quæ potest fieri post terminum, cum nihil de nouo agat, sed iam factum aperiat. *l.hæredes palam. §. sed & si. de testam. Rum. cons. 215. nu.6. lib. 1.* & ita in specie per

multa

multa concludit *Rot.Genuens. per Carthar.decis.16. per tot.*

¶ N. 28. *post verb.* tom.3. p.2. fol.89.

Late *Menoch.consil.*46.*n.*67.*lib.*3.vbi etiam 10*n.*61.vsque *ad n.*68.† de gerētibus publica officia, qui tenentur de leui culpa ciuiliter, si non criminaliter.

¶ N. 29. *post verb.* vbi sup. n. 24.

Ita tamen, quod licet Magistratus teneatur ad 11 omne damnum, non tamen hæredes, † qui solum de dolo, & lata culpa tenebuntur. *l.non similiter. de magistr.conuen.* Quando enim Magistratus in ea fuit negligentia, vt omnem cautionem remitteret, æquum est enm haberi loco fideiussoris, & hæredem eius teneri. Neque enim in illius hæredem actio ista datur, nisi Magistratus euidenter cum minus idoneis fideiussoribus contraxerit. *l.quod ad heredem.de magist.conuen. Siluest. in* 12 *§.1.in 9. notab.nu.*19.*instit. de satisd.tut.* † Ista enim actio nascitur, quasi ex delicto, & quod soluitur habet speciem pœnæ: Ideo regulariter non datur contra hæredem, nisi vt in supradicto casu. *Idem Siluest.in d.§.1.n.25.vers.secunda conclusio.instit.de satisd.tut.*

¶ N.31. in fin. *post verb.* C.de transact.

*Eug.cons*19.*n.*79.vbi quod vsus non admittit amplius, vt excutiatur Magistratus, cū immedia 13 tè conueniantur ipsi tutores, † licet de iure contutores non administrantes non possint conueniri, nisi prius excusso magistratu. *l.1.§.vsque adeo de tutel.& ration.distrah.* Et de ista consuetudine testatur etiam *Guter.de tutor. cap.*15.*nu.*17. *par.*1.

EPITOME.

Causa attentatorum, quando dicatur summaria, & priuilegiata: itaut in ea non debeant seruari termini seruandi in causis ordinarijs. [Et an reuocentur in primis, & ante omnia pendente causa nullitatis. [Et vbi constat de notorio non iure.

SVMMARIVM.

1 *Causa attentatorum est priuilegiata quo ad ordinem iudiciarium. & proceditur nullo iuris ordine seruato.n.2.& sufficit summaria reformatio mero officio iudicis.n.3.*

5 *Exceptio feriarum vel vindemiarum non obstat remedio attentatorum.*

6 *Reuocatio attentatorum est facienda parte instante cum causa cognitione & citata parte. Fallit vt n.9.& 10.*

11 *Attentata pendente causa nullitatis non reuocantur in primis, & ante omnia.*

12 *Nullitas quando deducitur per viam appellationis, innouata reuocantur priuilegio attentatorum: secus si sine appellatione, quia expectatur finis negocij.& n.13. Amplia vt nu.14.15.16.& 17. Declara vt num.* 18. *&* 19.

20 *Attentata reuocari debent cum causa principali quando constat de non bono iure petentis. Amplia vt n.21. Intellige vt n.22.*

23 *Notorium quando dicatur.*

24 *Attentata reuocantur mero officio Iudicis, quādo constat de non iure petentis, & de non iure actionis.& num.25.*

Decis. Marchiæ.

Decisio LXX.

1 Causa attentatorum est † priuilegiata quantum ad ordinem iudiciarium. *Abb. in c.in litteris.vers.item aduerte.n.26. de restit.spoliat.Bellam. decis.*294. *&* 286.*Oldrad.* 2 *cons.*1.*n.*16. Et in ea proceditur nullo iuris † ordine seruato. *Rota decis.*11. *aliàs* 14.*in nou.de re-* 3 *stit.spol.* & sufficit † summaria informatio ex mero, & puro officio iudicis. *c. cupientes. in verb. gratia.de electionib.in 6. Rot. decis.*1. *alias* 474. *& decis.*2. *de appell. in antiq. Lancell. de attent. p.3.c.25.n.27. Mascar.de probat. concl.*146.*n.*5. *et concl.*147.*n.*7. Vnde conclusum fuit bene actū 4 fuisse † super reuocatione attentatorum, in causa Io. Ant. Marcuccij de Monte Florum, stante quod non fuerint in ea seruati termini, qui aliàs solent seruari in causis ordinarijs; prout etiam disponitur per Constitutionem Marchiæ, per quam huiusmodi remedium attentatorum est 5 † summarium, & priuilegiatum. Per quod non 6 obstat etiam † exceptio feriarum, vel vindemiarum, quæ non impedit possessorium restitutoriū, quo minus possit intentari, & prosequi. *c.fi.de iudic. Specul. de possess. & petito. §. 1. versic. sed pone.* cum alijs per *Auff. in addit. ad decis. Cap. Thol.*159.

Non obstat, quod licet sit summarium, & priuilegiatum; tamen quando fit reuocatio instan- 7 te parte, est facienda † cum causæ cognitione citata parte, & facta fide de legitima appellatione, & innouatione, vt communiter tenet *Rota decis.*28. *aliàs* 765.*de appellation. in antiq.* li- 8 cet secundum alios non † sufficiat fides; sed sit necessaria etiam probatio concludens. *Mascar. concl.*146. *num.*5.

Quia respondetur, quod aut agitur ad reuo- 9 cationem attentatorum vna cum causa † principali; & tunc idem erit processus, qui & causæ principalis, & eadem incumbentia probationis. Aut agitur seorsum à causa principali, prout 10 actum fuit in casu de quo agimus; & tunc † nulla erit terminorum obseruatio, cum non petatur iure actionis, sed iudicis officio mercenario. *Vestr. in praxi.lib.8.c.4. n.17.*

Non obstat, quod attentata pendente causa 11 † nullitatis, non reuocētur in primis, & ante omnia, iuxta priuilegium attētatorum, sed postquā is, qui de nullitate diceret, obtinuisset in causa nullitatis, & sic beneficio iuiustitię. *Vest.in prax. lib.8.c.4.n.2.* vbi etiam *n.9.* ampliat idem esse in quouis alio casu prohibito de iure appellari; tunc enim attentata non reuocantur; Quia re- 12 spondetur, quod quando nullitas deducitur † per

N 2 viam,

viam,& modum appellationis, prout est in casu
nostro, semper impedit executionem, ne aliquid
interim innouetur parti, & attentata sunt nulla,
& veniunt reuocanda, via,& priuilegio attenta-
torum; Secus si deducatur nullitas principaliter
13 † sine appellatione; tunc enim non habet locum
reuocatio illorum, sed expectatur finis negotij,
& victoria super nullitate. Et hæc est vna de dif-
ferentijs,& vtilitatibus, quæ elicitur deducendo
nullitatem per viam appellationis, cuius naturã
assumit,& obtinet multa alia priuilegia. *Franc.
in c. dilecto.63.n.22.q.9.col.7.vers. quarto opera-
tur.& col.*10.*n.*32. *vers. ex quibus omnibus tene
menti.de appell. Rebuff. de sent.execut. gloss.*10.
*num.*8. *art.*7.

Secundo respondetur, prædicta non habere lo
14 cũ, quando † inhibitio Iudicis præcessisset, prout
in casu, de quo agimus; tunc enim vigore illius
ante omnia attentata, venirent reuocanda, non
expectata victoria in causa nullitatis. *Vestr.d.c.*
4. *n.* 8. *lib.* 3.

Tertio respondetur, fuisse petitum in casu no
stro ante omnia reuocari attentata extra ordi-
15 nem per Iudicis officium mercenariũ; tunc enim
operatur effectum suspensiuum, vt interim sileat
causa principalis,& etiam causa nullitatis, si quę
prætenderetur,& penderet, ita quod esset proui-
dendum prius super attentatis, quam super nul-
litate. *Affl.decis.*98.*Vestr. in praxi. lib.* 8. *cap.* 4.
num. 12.

Non obstat, quod non concedatur reuocatio
attentatorum, ex quo fuit cœptum agi via ordi-
naria vna cum causa principali; Quia verius est
non per hoc prohibitam esse illorum reuocatio-
16 nem per officiũ Iudicis, quia ad huiusmodi † re-
medium extraordinarium potest rediri, ita vt in
primis debeant attentata reuocari, etiam quod
17 eadem via vsque ad † litis contestationem pro-
cessum extitisset, cum qualibet parte iudicij ista
18 reuocatio peti possit, ante tamen † conclusionẽ
in causa. *Franc.in c.dilecto.il* 3.*col.*2.*de appel. Do-
ctor.in c.non solum.eo.tit.in* 6. *Affl.decis.*352. Et
hanc opinionem sequitur *Rot.* vt testatur *Vestr.
d.c.*4.*n.*14.*lib.*8. vbi etiam *n.* 15. subdit intelligĩ
19 † dummodo non sint attentata facta post conclu
sionem in causa. *Vital. de claus.in verb. nil noua-
ri lit.pend.col.*6.

20 Vltimo non obstant quæ dicuntur de † noto-
rio non iure petentis reuocari attentata: quo ca
su in primis non sunt reuocãda, sed vna cum cau
sa principali, etiam quod petantur officio iudi-
cis. *Innoc.in c.constitutis.de fil.presbyter. Vestr.
d.c.*8.*n.*16. vbi ampliat prædicta maximè proce
21 dere si instaretur reuocari attentata circa † pos-
sessionem beneficij,& reuocatio tenderet ad re-
stitutionem possessionis illius, ne forte vitiosus
ingressus cuiquam daretur, etiam quod inhibi-
tio præcessisset.

Quia respondetur, non cõstare de notorio nõ
22 iure petentis reuocari attentata; cũ ad hoc, † vt
dicatur notoriũ, multa requirãtur: tunc enim di
citur res notoria, quando nulla excusatione põt
celari. *Fran.in c.dilecto.n.*153.*ad fi.& n.*168.*de*
23 *appell. Feli.in c.inter cæteras.n.*7.*de re iud.* Et † no
torium est probatio indubitata,& finita, quę nul
la eget discussione. *But.de notorio a.*2.*n.*1. Et cũ
24 simus in † causa appellationis, in qua possunt
probari nõ probata. *l.per hanc. C.de temp.appel.*
non est dicendum constare de isto notorio nõ iu
25 re, de quo non potest dici apparere, † donec non
fuerit cõclusum in causa. *Feli.in c.significauerit
n.*3.*de testib. Alex.cons.*99.*visis processib.n.*8.*li.*4.

Præterea etiam quando constat de non iure pe
tentis reuocari attentata,& de nõ iure actionis;
26 tamen reuocantur mero † iudicis officio. *Capu-
taq.decis.*57.*lib.*1. tam in beneficialibus, quam in
prophanis. *Masc.de prob. concl.*146.*n.*12.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium attentatorum est magis priuilegia-
tum, quam illud nullitatis.*

¶ N. 13. in fin. *post verb.* glos. 10. n.8. art.7.

Et regulariter, non obstante pendentia super
nullitate, ante omnia attentata reuocantur, cum
iudicium attentatorum sit magis priuilegia-
1 tum, † quàm illud nullitatis. *Mandos. form.* 14.
commiss.in verb.in primis & ante omnia.

¶ N. 19. *post verb.* col. 6.

*Mandos. form.*14. *commiss. in verb.in primis
& ante omnia. q.*2.

EPITOME.

Mulier quando possit agere contra tertium possessorem ob
vergentiam mariti ad inopiam, non facta excussione bo-
norum illius.

SVMMARIVM.

1 *Excussio bonorum mariti requiritur antequam
mulier possit agere ad dotem contra tertium
possessorem.*
2 *Iudicium dotis est summarium, & in eo proce-
ditur ex bono, & æquo.*
4 *Debitor potest soluere posteriori creditori etiam
in præiudicium anterioris. Declara vt num.
5. & 6.*
7 *Qualitas vbi est causa effectus, est necessario
probanda.*
8 *Actus requirens certam qualitatem debet inter-
uenire cum qualitate.*
9 *Actus non habetur pro perfecto nisi conficiatur
scriptura quando partes voluerunt illam
confici.*
10 *Contractus non dicitur fieri in scriptis quando
partes voluerunt confici instrumentum. De-
clara vt n.*11.
12 *Ex subsequenti demonstratur intentio præce-
dentium.*
13 *Eligens nouam viam à prima videtur recedere.*

14 *Ex-*

14 *Excussio non requiritur si constat de fuga, & absentia mariti.*
15 *Excussio non fit ubi notorium est quem non esse soluendo.*
16 *Bona nullitas redditus in excussione nõ veniunt.*
17 *Intentans omne & quodcumque remedium sibi fauorabile, videtur intentasse hypothecariam, & saluianum.*
18 *Saluianum non requirit discussionem.*
19 *Saluianum censetur intentatum per clausulam ius & iustitiam.*
20 *Emens ignoranter rem subiectam fideicommisso potest opponere contra fideicommissariũ, quod prius agat contra alienantem, secus si sciuisset.*

Decisio LXXI.

VIdebatur dicendum Seluaggiam Polisenę
de Monturano non posse agere cõtra Lu-
pidiũ Bernardini pro repetitione dotis,
etiam quod sit possessor rerum hypothecatarum
pro d. dote, cum non appareat de discussione bo
norum mariti, prout requiritur quando mulier
1 † agit ad dotem suam ob vergentiã viri ad ino-
piam contra tertium possessorem. *glos. in l. vbi
adhuc. 29. in verb. qui non potiora iura in fi. C. de
iur. dot.* quam ibi sequitur *Bal.* dicens ita seruari
*n. 1. vers. & ideo. Bar. in l. si constante n. 72. vers.
secundo quaero. col. 11. in 3. p. princ. ff. sol. matrim.
Rom. cons. 187. n. 2. Bal. nouell. de dote. priuil. 37.
p. 9.* vbi de communi: licet multa adducat in con-
trarium. *Aym. cons. 263. n. 3. in fi. col. 2. vers. hanc
2 etiam opinionẽ*; vbi de communi. † Quamuis iudi
cium dotis sit summarium, & in eo procedatur
ex bono, & aequo. *Neguf. de pign. p. 2. memb. 4. n.
62. vers. tamen in hypotheca. & p. 8. n. 30. vers. no
no fallit*; vbi testatur esse magis veram, & cõmu-
nem opinionem. *et n. 34. vers. tamen hoc obstante.
Alex. cons. 153. circa item. n. 6. col. 2. vers. & posi-
to. lib. 6 Gabr.* qui de magis communi. *conclus. 1.
n. 21. vers. 7. amplia.*

Contrarium tamen fuit declaratũ, confirman
do sententias latas ad fauorem Seluaggiae. Quia
in casu, de quo agimus, nõ constat, quod Lupidius
sit tertius possessor; licet enim fuerit ei facta adiu
3 dicatio bonorum pro dote hypothecatarũ: † Ta-
men secundum dispositionem statuti, de quo in
actis, non potest dici tertius possessor, nisi elapso
anno, cũ interim quilibet praetendens interesse
possit iura sua deducere, & in illis bonis obtine-
re. Vnde stante inopia viri, quę fuit legitimè pro-
bata, mulier poterit agere contra bona sibi hy-
pothecata pro consecutione suae dotis collocan-
dae in tuto, vt sibi, & familiae possit deseruire. *l.
vbi adhuc. C. de iur. dot. l. si constante. solut. matr.
Roland. cons. 9. n. 12. lib. 1.*

Non obstat consignatio huiusmodi bonorũ fa
cta à marito Lupidio per plures menses antequã
vergeret ad inopiã, quo respectu saltim potest di
ci tertius possessor, cũ possit debitor soluere po-
4 steriori creditori, † etiã in praeiudiciũ anterio-
ris, *Fulgos. in l. pecunia. C. de priuil. Fisci. Paris.
cons. 69. n. 4. lib. 3. Affl. decis. 190. n. 6. & 7.*
Decis. Marchiae.

Quia respondetur consignationẽ praefatã non
valere tanquã factam de stabilibus, in quibus nõ
poterat mulieri praeiudicari, cum supradicta ha-
beant locũ in pecunijs, mercibus, rebus venali-
5 bus, & similibus, † in quibus potest solui posterio
ri in praeiudiciũ anteriorum; [licet etiam in illis
possit dici d. opinionẽ non esse ita simpliciter ve-
ram, cum multi teneant habere locum in vxore
agente ratione dotis, cui cõpetit in hoc priuile-
6 gium † quemadmodũ Fisco, vt per *Couar. pract.
q. c. 29. in princ. & n. 1. in fi. vers. nihilominus se-
mel.* de quo tamen plura *Grammat. q. 1.* quae est
post decisiones ipsius; *Euge. cons. 89. per tot.* post
*Doctor. in l. pupillus. ff. quae in fraudẽ creditorum.
Fulgos. in l. ex facto. ff. de peculio. & in l. cum fun-
dus. §. seruum tuum n. 4. ff. si cert. pet.*

Praeterea huiusmodi consignatio non fuit sim
pliciter facta, sed cũ illa qualitate, vt cõficeretur
instrumentũ, & vxor illi consentiret ratione suae
hypothecae; Vnde cum non constet de consensu,
immo potius de eius dissensu appareat, habetur
ac si non facta fuisset; ex quo enim talis qualitas
7 erat causa d. effectus, † necessario probãda erat
per Lupidium. *Paris. cons. 152. n. 5. lib. 4. Corn.
cons. 250. in fi. lib. 2. Tiraq. de retr. lignag. §. 8. glo.
7. n. 1. & 2.* Et ita in cõsensu concludit *Soc. Iun.
cons. 101. n. 24. col. 5. vers. quod autẽ donatio. lib. 2*
8 Quando enim † actus requirit certam qualitatẽ,
necesse est, vt interueniat, & actus, & ipsa quali-
ta; Immo, quod prius constet de qualitate, aliàs
dispositio nõ valet. *Paris cons. 62. n. 39 & 40. li. 4*
Maximè, quia partes voluerunt confici de hu-
iusmodi consignatione scripturam. Vnde ante-
9 quam de illa non appareat, † actus non habetur
pro perfecto, neque aliquid operatur. *Castrens.
in l. contractus. col. 4. C. de fide instr. & in l. cum
res col. 1. C. de probatio. Dec. cons. 11. col. 1. in fin.
vers. comprobatur hoc efficaciter. n. 2. ad medium.*

Neque obstat, quod quando partes volunt de-
bere confici instrumentum, non per hoc contra-
10 ctus dicitur † fieri in scriptis. *Soc. cons. 32. col 3.
vers. nec est curandum. lib. 3. n. 4.* Et communẽ di
cit *Dec. cons. 340. col. 2. n. 2. & 3. Aretin. cons. 159
longa est ista consultatio. col. 4. num. 9. cum seq.*
Quia supradicta procedunt quando sumus in du
11 bio, & partes simpliciter † se referunt ad instru-
mentum, vel ex coniecturis apparet, quod statim
contractum absoluere, & perficere voluerũt. Se-
cus in casu nostro, in quo euidens coniectura col
ligitur, quod non habuerunt dispositionem pro
absoluta, cum consignatio bonorum fuerit facta
non solum, vt postea conficeretur instrumẽtum,
sed etiam vt vxor consentiret ratione suae hypo-
thecae; Tunc enim talis dispositio, & ordinatio in
futurum tempus suspenditur; donec instrumentũ
conficiatur, & consensus adhibeatur. Ita distin-
guit *Decius consil. 11. num. 1. colum. 2. versic.
non obstat, quod licet inter.* subdens esse etiam de
mente *Aretin. d. cons. 159. n. 10 cum seq. & cons.
128. in fi.* Et sequitur *Gabr. conclus. 3. de pact. n. 2
vers. limita. nisi.*

Et quòd consignatio nõ fuerit perfecta, & per
partes absoluta, clarius apparet, quia Lupidius

post pretensam consignationem pro suo credito,
via executiua agendo, produxit instrumentum
contra suum debitorem, & obtinuit sibi adiudi-
cari bona, de quibus agimus; cuius adiudicatio-
nis vigore cœpit tenutam dictorum bonorũ; Vn
12 de ex eo, quod secutum est, demonstratur, † qua-
lis fuerit intentio in actu præcedenti, & quem ef-
fectum habuerit d. consignatio. *l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedon. Bart. in l. cætera. §. fi. de leg. 1. Dec. cons. 41. n. 1. in fi.* Et quatenus etiam
esset consignatio perfecta, videtur Lupidium ab
13 ea recessisse † per huiusmodi nouam viam, quam
elegit. *l. quod in hærede. §. eligere. de tribut. actio. Gabr. de actio. concl. 1. 2. & 3.*

Vlterius præsupposito, quod etiam esset neces
saria excussio, quod Lupidius esset tertius posses
14 sor, ex quo in processu constat de fuga, † & absen
tia mariti Seluaggiæ, non opus erat alia excus-
sione; *glos. in auth. hoc si debitor. C. de pignoribus Roman. cons. 93. in princip. Alex. cons. 100. discus sis. n. 11. lib. 5.* quando præsertim non est in loco
vicino, & facilis discussionis, prout in casu no-
stro, vt voluit *Addit. ad Alex. d. cons. 100. in verb. absens*; Immo ex depositionibus testium constat
15 illum non esse soluendo, † quo casu neque aliqua
discussio requiritur. *glos. & Bart. in l. fi. ff. si cert. pet. Corn.* qui de communi. *cons. 46. col. penult. ad med. lib. 2. Negusant. de pign. p. 8. memb. 1. nu. 19. limit. 1.* [Et bona, quæ fuerunt ostensa per testes
Lupidij creditoris, sunt nullius redditus, & mo-
menti, ita vt pro inutilibus reputentur, & in ex-
16 cussione non veniant; † cum sint talia, quæ non
possint deseruire oneribus matrimonij. *Bald. in auth. sed hodie. in fi. C. de actio. & obligat. Negusant. de pignor. p. 8. memb. 1. n. 54. vers. item adde. Roland. cons. 9. n. 31. vsque ad 35. lib. 1.*

Vltimo quia fuit intentatum omne, & quodcũ
17 que remedium magis sibi fauorabile, † vtile, &
proficuum: quo casu non videtur solum actum
hypothecaria, sed etiam Saluiano interdicto. *Rolan. d. cons. 9. nu. 17.* quod tanquam fauorabilius
18 non requirit discussionem † *Alex. cons. 15. viso, & considerato themate col. vlt. lib. 6. Menoch. de adipisc. reme. 30. n. 175. Surd. cons. 4. n. 36. Socin. cons. 80. n. 1. ad med. col. 2. vers. vel etiam, & tertio. lib. 3. Rolan. cons. 14. nu. 18. lib. 1. Gabr. de fideiussor. n. 112. conclus. 2. limit. 39. Aym. cons. 201 in 7. dub. n. 45. col. 14. in prin. vers. aggredior.* vbi
amplius vult, quod huiusmodi interdictum Sal-
19 uianum † censeatur etiam intentatum per clau-
sulam illam, de qua in casu nostro, ius, & iustitiã:
quæ ad omnia valet; vt per *Ias. in §. omnium nu. 47. Instit. de act. Dec. in l. vinum. ff. si cert. pet.* Li-
cet quod non requiratur excussio non videatur
ita clarum, prout dubitat *Rot. diuers. decis. 34. p. 2. Thesaur. decis. 75. post Becc. cons. 88. Bello. cons. 34. n. 8. Bertrand. cons. 213. n. 13. lib. 2.*

Vltimo Lupidius poterat dici, exclusus benefi
cio discussionis, cum sciret tempore consigna-
tionis bona per ipsum in solutũ accepta, fuisse
hypothecata pro dote Seluaggiæ. *arg. l. fi. §. vlt. de leg. 2.* vbi emens ignoranter rem subiectam fi
20 deicommisso, potest opponere † contra fideicõ-
missarium exceptionem discussionis, dicendo,
quòd prius agat contra alienantem, vel eius hæ-
redem ad pretium: quæ tamen exceptio non cõ-
petit, data scientia emptoris, qui sciret bona esse
subiecta fideicommisso. *Castrens. cons. 118. super primo quæsito. volum. fi. in fi. Dec. cons. 236. col. 5. in 7. dubio. Soci. Iun. cons. 129. nu. 19. lib. 1.* Et ita
in specie concludit *Roland. cons. 9. n. 23. vsque ad n. 30. lib. 1.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas adiecta rei immutat eius naturam.*
2 *Contractus si ex conuentione simplici partium debet redigi in scriptis, poterit probari aliter quàm per scripturam.*

¶ N. 8. *post verba*, & 40. lib. 4.

Itaut qualitas adiecta rei immutet eius natu-
1 ram. † *Alex. cons. 19. n. 2. lib. 1. Affl. decis. 248. n. 8* Et facit illam diuersæ speciei. *Aym. cons. 24. n. 54. Natt. cons. 139. n. 6. Menoch. de arb. q. 11. n. 13.* la-
te *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 18. n. 55.*

¶ N. 11. *post verb.* limita nisi.

Et ita etiam distinguit *Thesaur. decis. 197. n. 7.*
vbi testatur hoc seruari reiecta opinione *Castr.*
quam etiam communiter reijci dicit *Put. decis. 43. lib. 3. Rot. diuers. decis. 271. p. 2.* late *Bertazz. de claus. instr. claus. 30. gl. 3. n. 15. vsque ad nu. 21.*
Et ita etiã practicari docet *Curt. Iun. cons. 348.*
2 *n. 12. & 22. lib. 3. Soci. cons. 32. n. 5. lib. 3.* † Ideo si
partes simpliciter conueniant, quod contractus
redigatur in scriptis, poterit probatio rei gestæ
aliter fieri, quàm per scripturam. *Bald. in auth. sed nouo iure. n. 11. C. si cert. petat. Brun. de form. col. 3. versic. ad idem facit. fol. 13.*

EPITOME.

A sententia lata in causa dotis quando possit appellari, & agi de nullitate.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio deuolutiua admittitur in causa dotis. & num. 2.*
3 *Sententia lata pro dote, non admittit appellationem suspensiuam. Amplia vt n. 4. Intellige vt n. 5. 6. 7. & 9.*
6 *Causa terminanda celeri expeditione non recipit appellationem.*
7 *Appellatio admittitur à sententia lata contra alimentarium, vel mulierem in causa dotis.*
8 *Sententia denegans missionem in possessionem est appellabilis.*
10 *Aequalitas est seruanda in iudicijs. Intellige vt num. 12.*
11 *Appellatio non est permittenda reo, si actori denegatur. Intellige vt nu. 13.*

Deci-

Decisio LXXII.

1 A Sententia lata † super dote, potest appellari, & agi de nullitate, sicut in alijs causis. *Bald. in l.1. col.2. num.2. in fin. vers. quarto modo. ff. solut. matrim. & l. vlt. n.2. in fin. C. de senten. quæ fine cert. quantit.*

Intellige, recipi appellationem quoad effectum deuolutiuum non suspensiuum. Nam inte-
2 rim † non impeditur executio talis sententiæ. *Menoch. de adipiscen. remed.4. num.829. Osasc. decis. Pedem. 25. num.20.*

3 Declara, quando sententia lata est pro dote, fauore mulieris forte viduæ, vel pupillæ pauperis, vt exinde possit nubere, vel se alere, cum nihil aliud haberet; licet enim possit appellari, tamen non impeditur executio. *Lupus in cap. per vestras. §.15. colum. fin. versic. idem dicendum videtur. de donat. inter vir. & vxor. fol.* 234.

Amplia idem esse, si sententia sit lata pro marito petente dotem sibi promissam; & sic contra mulierem, vel socerum, vel extraneum.
4 Nam † in hoc ad paria iudicantur vir, & vxor quo ad executionem dotis. *Lup. ibid. vers. qui idem dicit.*

5 Intellige, si maritus esset † inops, adeo quod non posset, vel saltem cum difficultate sustinere onera matrimonij sine dicta dote; alias secus. Ita declarat *Bald. Nouell. de dote. priuil.7. in fin. p 9.* & sequitur *Lup. ibidem* dicens, hoc dictum alibi non legisse.

Ex quibus declaratum fuit non esse locum moderationi inhibitionis petitæ per Iacobum de monte securo, contra Patrignanum de eodẽ, mandando procedi ad vlteriora in negotio principali, cum non simus in aliquo casu requirente executionem, licet simus in dote, in qua tunc
6 non datur appellatio, quando requireret † celeritatem, prout dicimus in causa pia, & alimentorum, in quibus reijcitur appellatio, cum sint terminandæ celeri expeditione. *Specul. de appellat. §. in quibus. vers. octauo. Ias. in l. 1. col. 1. de fer. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 60. nu. 10. cum seq.* [Eo magis, quia quamuis sententia lata pro muliere non suspendatur per appellationem fauore dotis, quando mulier est pauper: Tamen aliud est, quando sententia es-
7 set lata contra † eam, prout dicimus de alimentario, ad cuius fauorem si est lata sententia, non admittit appellationem, secus si contra eum feratur. *Angel. in l. fin. ff. de appellat. recip.* Et de sententia lata in remedio possessorio contra actorem, in qua pronunciatur illum
8 † non esse immittendum in possessionem; nam tunc appellatio est recipienda. *Angel. in l. quisquis. C. quorum appellat. non recipiunt.* cum alijs per *Menoch. remed. 4. num.876. de adipiscen. possess.* & in specie in alimentis, & dote
9 ita concludit † *Surd. d. priuil. 60. tit. 8. num. 26. & 27.*

Non obstat, quod sic inæqualitas admitteretur in iudicijs: quæ non est permittenda,
10 † cum non debeat vni ex litigantibus concedi
11 † appellatio, si alteri denegatur. *l.1. quod quisque iuris. c. non licet. de regul. iur. in 6. Bald. in c. quibusdam. de consuetud.* Quia ideo hoc permittitur in dote, & alimentis: nam in illis con-
12 sideratur, an militet † ratio celeritatis, qua cessante, debet etiam cessare dispositio. Vnde licebit appellare in casibus præfatis. *Menoch. d. remed.4. num.877. & 878. Surd. de alim. priuil. 60. num.33.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Vidua dicitur persona miserabilis.*
2 *Pro dote vidua potest agere etiam coram Iudice ecclesiastico.*

¶ N. 3. *post verb.* & vxor. fol. 234.

Quandò enim est vidua, & dos ab ea petitur,
1 dicitur persona miserabilis habitu, † & dotis priuatio reddit eam oppressam, & per consequens miserabilem actu. *Bald. Nouell. de dot. p. 9. priuil. 16. Guter. pract. quæst. lib.1. quæst.* 44. Itaut ex hoc possit per eam agi, etiam principaliter pro dote, coram Iudice Ecclesiastico,
2 cum æquiparetur causæ piæ. *l. cum hi. §. si in ea. de condict. indeb. Felin.* qui de communi in *cap. licet. de for. competen. Gomes. in cap. fin. num.22. de constit. in 6. late Auffr. de potest. eccles. cas. 27. num.21.* vbi etiam de recepta opinione testatur.

EPITOME.

Minor adultus habens, vel non habens curatorem, quo modo debeat citari. Et quid in minore 14. annorum, & proximo pubertati.

SVMMARIVM.

1 *Minor adultus non habens curatorem, potest solus citari. & num. 3. & 4. Intellige vt nu. 13. & 14.*
2 *Pupillus, & adultus in iudicijs non æquiparantur.*
5 *Minor citatus non comparens punitur de contemptu, sed non condemnatur in expensis. & num. 6.*
7 *Minor adultus censetur citatus, vt legitime compareat, neque est necesse hoc exprimere in citatione. & num.8.*
9 *Minor adultus potest cum iuramento constituere procuratorem. Amplia etiam in minore quatuordecim annorum proximo pubertati. vt num. 11.*
10 *Minor adultus potest constituere procuratorem ad petendum curatorem.*
12 *Authen. Sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. habet locum etiam in proximo pubertati.*

13 Cu-

15 *Curator illegitimus non debet citari, & habetur pro non curatore. & num. 17.*
16 *Pronunciatio iudicis requiritur super idoneitate curatoris.*
18 *Minor impubes debet citari cum tutore si illum habet, alias ad legitime comparendum. & ita seruatur de stylo, num. 19. Contrarium num. 20.*

Decisio LXXIII.

EXceptio opposita in causa Hieronymi
Cilli de Castignano fuit reiecta : ex
quo enim eramus in minore adulto reo
conuento, qui non habebat curatorem, pote-
1 rat solus citari, quia in hoc differt à pupillo. *l.*
1.§.1. vers. in causis. ff. de administr. tut. Alex.
in l. si ex legati. in fin. num.8. vers. sed certe
quo ad iudicia. ff. de verbor. obligat. vbi ampliat
2 † etiam quod haberet curatorem, quia inquit
in iudicijs non æquiparantur pupillus, & adul-
tus habens curatorem. *l. acta de re iudic. l. si mi-*
nor. cum glos. de bon. auctor. iudic. possid. glos. in l.
penult. C. si aduer. rem iudic. Idem voluit *Card.*
in clem. religiosus. col. 5. n.9. q.5. in fi. de procur.
3 † vbi quod in adulto habente curatorem est in
optione agentis conuenire adultum, vel curato-
rem, & sequitur *Socin. de citation. art. 5. q. 20.*
sub n.43. & art.20. n.51. q.19. princip. in fi. vbi
4 quod non est dubium electionem † esse actoris.
Bar. in l.1. §. sufficit. n.2. vers. quæro qualiter fiat.
ff. de administr. tutor. Dec. consil. 449. visis
duobus. col. 3. num. 11. & 12. vers. tertio con-
tra executionem, & consil. 509. exhibentur. so-
lum. 2. num. 2. vers. non obstat. Castrens. in l. 2.
in fin. de cond. furt. Franc. Caldas. in l. cura-
torem. in princ. num.14. in fin. C. de in integr.
restitut. min. Aret. in l. cum & minores. in fin.
C. si aduer. rem iudic. vbi quod etiam punitur
5 de contemptu † si non compareat, quamuis non
6 condemnetur in expensis † secundum *Tiraquel.*
de retract. lignag. §.1. gloss. 13. num. 18. in fin.
iuxta *Innoc.* per eum allegatum *in c. si aduer-*
sarius. de eo qui mitt. in possess.

Non obstat saltem requiri, quod adultus ci-
tetur, vt petat sibi dari curatorem, de quo non
apparet in casu nostro: Quia respondetur sa-
7 tis hoc † comprehendi in prima citatione, quæ
intelligitur, vt compareat scilicet legitime, &
petat sibi curatorem dari. *Abb. consil. 29. in*
quæstione. ad fin. num. 5. vers. nam debebat
comparere. lib. 2. Bald. in l. 3. in princip. C. si
propter public. pensitat. & in l. 1. in fin. C. qui
pet. tutor. & in l. non ideo minus. in fin. C. de
procurat. Dec. cons. 509. num. 2. Tiraquell. de
retract. lignag. §.1. gloss. 13. num. 18. in fin.
Et late ita firmat *Neuiz. cons. 17. num. 71. &*
8 *74. vers. stat ergo conclusio,* vbi † quod non est
necesse citare minorem ad petendum curatorē,
cum sufficiat simplex citatio, & ideo practica
est, vt adulto citato, & nolente petere curato-
rem, Iudex exerceat officium suum captis pi-
gnoribus, & per alia remedia prætoria; vel da-
bitur etiam minori inuito, & absenti curator,
si minor maior infante citatus in iudicium ve-
nire neglexerit, ne illud reddatur frustratorium,
secundum praxim, quam tradit *Afflict. decis.*
356. n. 2. post Salicet. in l. 1. C. qui pet. tut. Vant.
de nullit. process. ex defec. manda. n. 144. Mysin-
ger. decis. imper. centur. 2. q. 31. [Ex quo vide-
9 mus, † quod hodie cum iuramento potest con-
stituere procuratorem, & sic habet administra-
tionem causæ suæ. *Guido pap. quæst. 35. & quæst.*
494. Seraphin. priuil. iuram. 83. num. 40. &
priuil. 133. num. 3. Socin. de citat. quæst. 20.
artic. 5. [Immo etiam poterit adultus consti-
10 tuere † procuratorem ad petendum curatorem.
Angel. & Castrens. in l. mutus. §. is qui cura-
torem. num. 5. ff. de procurat. Marsil. in l. si
quis ne quæstio. col. 13. de quæstion. [Et quod
plus est etiam minor quatuordecim annorum
11 proximus pubertati † constituendo procurato-
rem in iudicio, & iurando ratum habere, non
poterit contrauenire. *Bar. in l. minor 25. annis.*
de minor. Mandos. de ætat. min. q. 9. in fin. Nam
quamuis *authen. sacramenta puberum. C. si ad-*
uers. vendition. habeat locum in pubere; ta-
men ampliatur, etiam ad proximum pubertati
12 secundum communem opinionem † canonista-
rum, de qua in *c. ex literis. 2. de sponsal. Abb.*
cons. 39. duo sunt. lib. 1. Alex. in l. qui iurasse. de
iur. iur. Dec. cons. 682. in causa dominæ Lucre-
tiæ. in fi. Caldas. de restit. in integ. in verb. mi-
noribus. num. 9. in fi. Seraph. priuil. iuram. 83.
num. 24.

Neque obstat *l. 1. C. qui pet. tutor.* vbi minor
debet admoneri, vt petat curatorem. Quia ve-
rius est dicta verba esse de vrbanitate, & consi-
lio, non de necessitate, quod ita citetur: vel cau
tiue: vt deueniatur ad primum decretum, *Fabr.*
Cyn. & alij allegati per *Neuiz. cons. 17. n. 71.*

Non obstat, quod in casu nostro aderat cu-
13 rator, quo casu non potest citari minor † etiam
adultus, cum secus sit, quando non adesset. *Vr-*
sill. ad Afflict. decis. 262. in princip. num. 3.
Add. ad Dec. cons. 449. in verb. adultum, vbi
dicit ita practicari, & istam esse veram sen-
tentiam. Quia etiam existente curatore po-
14 terit minor solus citari, † cum intelligatur ci-
tatus, vt legitime compareat. *Alex. in l. ex le-*
gati. in fin. de verb. obligat. Card. in clem. re-
ligiosus. quæst. 5. de procur. cum alijs supra al-
legatis. [Præterea, etiam præsupposita dicta
opinione, curator in casu de quo agebamus, nō
erat legitimus, prout constabat in alijs causis
15 declaratum fuisse talem: Vnde citari † non de-
bebat. *Neuiz. d. cons. 17. num. 8. & 9. Cal-*
das. de restitut. in integr. in princ. num. 32. cum
paria sint non esse, vel minus legitime. *Ias. in*
l. 1. col. 9. de nou. oper. nunciat. & in l. quoties,
qui satisd. cogant. Ideo requiritur pronuncia-
16 tio † Iudicis super idoneitate tutoris, vel cura-
toris. *Bald. in l. tutores. ff. de confirm. tut.* cum
possit quis esse tutor, & nondum impleuisse sibi
incumbentia antequam valeat administrare.
l. fin. in princ. C. de administr. tut. Roman.
cons.

conf.454. in re præsenti. colum. penult. nu. 18.
17 Tunc enim † habetur, ac si non esset tutor; propterea non opus est illius citatione, vt concludit in specie *Affl. decis.256. num.3.*

Non obstat *decis. Crescen. 10. alias 32. de*
18 *dol. & contum.* quia loquitur in minore † impubere, qui debet citari cum tutore, si illum habet, alias citatur ad legitime comparendum, alioquin videndum sibi dari curatorem; prout de veriori, & communi opinione testatur *Mandos. de commissio. form. 4. in verb. ad legitime comparendum. vers. in summa*. vbi etiam dicit talem esse stylum Romanum, secundum quẽ non citantur consanguinei, & amici, sed solum ipse minor ad legitime comparendum, cui stylo
19 est conformis † doctrina *Io. Andr. ad Specul. in §. restat de primo decreto.* [Licet etiam in pupillo maiore infante multi teneant quod valide citetur absque tutore, & curatore, quasi tunc
20 intelligatur citatus ad † legitime comparendũ, ita vt per talem citationem interrumpatur præscriptio. idem *Mandos. de ætat. minor. q.10. n.5. vers. pro opinione vero affirmatiua. & n.9. in fin.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Adultus non habens curatorem potest citari, & constituitur in mora per talem citationem. num.2.*
3 *Minor si non defendatur, non debet ligari quo ad effectum condemnationis.*

¶ *N.6. post verba.* de eo qui mitt. in poss.

Et ista verior, & magis recepta sententia,
1 quod adultus possit citari, † quando non habet curatorem generalem, & vbi non agitur de alienatione rerum, quæ sine decreto alienari non possunt, prout latè testatur *Claud. ad Bertazol. consil. crimin. 428. versic. contra tamen. lib. 2.* Vbi etiam, quod per talem citationem liga-
2 tur, † & constituitur in mora, loquendo tam in actibus extraiudicialibus, quàm iudicialibus, itaut etiam illi præiudicetur quo ad contumaciam, quamuis quo ad effectum condemnandi,
3 si minor non defendatur, † non ligetur. *Dec. cons.549.* & ita procedit *tex. in l. si eius. §. cessatum. ff. vt in possess. legat.*

EPITOME.

Appellatio an admittatur à sententia secunda exequente primam, si non poterat appellari à prima. Causa appellabilis quando remaneat talis. Sententia, vel prosecuta, & libellus an attendantur quo ad recipiendam appellationem.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio si non admittitur à prima sententia, neque admittetur à secunda executiua prima.*
2 *Patientia partis non impedientis processum secunda instantia facit sententiam appellabilem, etiam quod non esset talis. & n.5.*
3 *Citatio ad videndum inhiberi, succedit loco inhibitionis.*
4 *Causa facta appellabilis semper remanet talis. Intellige vt num.8. & 9.*
6 *Aegidiana oppositio fit tam in prima, quam in secunda instantia.*
7 *Sententia absolutoria super spolio reuocata in causa appellationis, non admittit appellationem.*
8 *Appellatio suspensiua non recipitur in causa alimentorum, secus si est facta appellabilis per reuocationem prima sententiæ.*
10 *Verba sententiæ, non libellus, processus, & prosecuta inspiciuntur ad effectum admittendi appellationem.*

Decisio LXXIV.

PRima sententia lata ad fauorem Mandricardi contra D. Frosium de Ancona mandans partitas esse exequendas, non admittebat appellationem; vnde conclusum fuit multo magis non debere concedi à secunda confirmatoria ipsius primæ, & mandante illam
1 exequi; Nam quando † duæ sententiæ sic se habent, quod secunda est executio primæ, si non appellatur à prima, neque à secunda, tanquam habente necessariam consequentiam à prima. *Bald. post glos. ibi in l. si cum exceptione. §. hac autem actio. ad med. vers. item nota ex ista. ff. quod met. causa. Felin. in cap. quo ad consultationem. de re iudic. num. 18. col. 8. post med. vers. & decis. Capic. decis. 1. num. 22. versic. alia autem ratio. & decis. 34. num. 2. Lancell. de attent. limit. 53. numero 35. & 36. fol.384. tomo 5.*

Non obstat, quod in casu, de quo agimus, prima sententia fuerit facta appellabilis, prout fit
2 ex † silentio, & patientia partis non impedientis processum appellationis in secunda instantia & ex iudicis delatione, quæ idem operatur, etiam quod simus in causa non admittente appellationem. *Ias. in l. patre furioso. nu. 20. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. & in l. 1. n. 8. C. de bon. poss. secund. tab. Alexan. cons. 2. consideratis his. in fin. lib. 3. Socin. Iun. cons. 18. n. 8. lib. 1.* [Quæ duo concurrunt, in casu de quo agimus, quia pars tacuit, & non impediuit processum secundæ instantiæ; & iudex etiam detulit appellationi: nam licet non admiserit expresse; tamen cum concesserit citationem
3 ad videndum inhiberi, † dicta citatio succedit loco inhibitionis, & illius vim obtinet. *Herculan. de attent. c. 18. de inhibitio. nu. 11. in fin.* [Vnde cum sit facta appellabilis, semper re-
4 manet talis. † *Bart. in l. pater filium. 36. §. quindecim. de leg. 3. & in l.1. C. de impon. lucr. descriptio. lib.* 10. vbi de re alienabili semel effecta compromissibili, aut delegabili, quod semper duret; & de re appellabili semel facta di-

dicit *Contard. in l. vnica. C. si de moment. possess q.13. num.107. in verb. petitorium*, cum alijs per *Achill.decis.8. alias 234. de appell.*

5 Quia respondetur, † quod ex quo pars nunc opponit, & vult impedire vlteriorem processum petens non admitti appellationem ad effectum suspensiuum, debet ei concedi executio, neque potest illius effectus impediri; cum vt dictum est, ab huiusmodi sententia tanquam confirmatoria primæ non appellabilis, non detur appellabilis, non detur appellatio: Illa enim patientia, & taciturnitas primæ instantiæ non debet extendi ad istam, in qua pars expresse contradicit & de eius oppositione, & dissensu apparet; prout dicimus de sententia lata super possessorio, à qua non datur appellatio: & licet de hoc non opposuerit victor, & fuerit in causa appellationis lata secunda sententia; si pars opponat postea de Aegidiana, quamuis causa sit facta appellabilis; tamen † in prima, & in secunda instantia potest dici de ea; & non erit locus appellationi. *Contard. in l. vnica. C. si de moment. possess. in glos. in verb. momento. q. 4. nu. 8. fol. 638. & q. 13. n. 106. fol. 572.* vbi dicit ita fuisse decisum in Rota per *Vestanum decis. 211. alias vnica. de Aegidiana & probat. lib. 2.*

6 (see above)

Vnde videmus, quod si primo lata fuerit sententia absolutoria super spolio intentato, † & postea in causa appellationis illa fuerit reuocata, & mandatum restitui ad bona, de quibus agebatur: tamen, non obstante prima sententia, erit locus executioni, neque appellatio admittetur. *Put.decis.480. lib.2.* Vnde multo magis in casu nostro, cum nulla sententia fuerit lata ad fauorem Frosij; Immo contra ipsum duæ extant conformes non admittentes appellationem, tanquam executiuæ.

7 (see above)

Præterea tunc censetur causa effecta appellabilis, quando sententia prius lata fuisset postea in secunda instantia, & sic in prima appellatione reuocata, & non alias. *Io. Bapt. Pontan. de aliment. cap.19. in fin. num.7.* vbi exemplificat

8 † in causa alimentorum, in qua non recipitur suspensiua appellatio, licet quando causa esset facta appellabilis, vel per patientiam partis victricis, vel per dilationem Iudicis, semper duraret appellabilis, intelligendo tamen hoc, quando prima sententia super alimentis esset reuocata; alias secus; & ibi testatur ita fuisse decisum *in Rota*. [Addebatur, quia si deberet admitti ab huiusmodi sententia, ex eo quia partes non opposuerunt in prima instantia, semper dicendum esset, admittendam fore appellationē, etiam à secunda sententia: si enim agitur de secunda confirmatoria primæ, debemus præsup-

9 ponere † fuisse appellatum à prima: & tamen si ab ea non appellatur, neque poterit appellari à secunda. ex *Bald. Felin. Capic.* & alijs supra allegatis.

Non obstat, quod partitæ non merebantur executionem, cum procedant ex administratione facta per Frosium, de qua non fuit reddita ratio, neque facta computa ad effectum videndi quis remaneret debitor, prout decretum fuerat, vt dicta computa conficerentur. Quia licet ex actis, & processu resultaret aliqua ratio particularis, ob quam deberet retardari executio, & appellatio admitti. Tamen

10 ad istum effectum, an † appellatio sit admittenda, nec ne; debemus solum considerare verba sententiæ, non libellum, processum, & prosecuta. *Corn. cons.10. colum.3. in fin. lib.4.* & post *Calcan. Papiens.* & alios per eum allegatos concludit, & sequitur *Contard. in l. vnica. C. si de mom. possessio. limitat. 2. in verb. ratione mixturæ. §.3. num. 13. Rota diuers. decis. 34. nu. 9. libro 2.*

EPITOME.

Curator ad litem quando detur minori etiam non petenti, & an debeat satisdare.

SVMMARIVM.

1 Curator ad litem datur pupillo non habenti tutorem.
2 Tutor qui non exhibet solemnia, habetur pro non tutore.
3 Curator ad litem debet satisdare. Fallit de stylo num. 4.
5 Stylus valet contra ius, quando est de præparatorijs iudicij.
6 Curator ad litem non administrat bona, neque facit inuentarium.
7 Curator ad litem debet peti à minore. Intellige vt num. 8.
9 In citatione de minore adulto intelligitur clausula, vt legitime compareat, etiamsi non exprimatur.

Decisio LXXV.

Curator ad litem, de quo dubitabatur in causa Ludouici Pucci de Firmo, fuit declaratus validus. Licet enim tunc

1 possit dari† pupillo, quando non habet tutorem præsentem, vel absentem, alias illius datio non est valida. *l. tutorem, de tutor. & curator. dat. ab his. l. antepenul. & ibi glos. cum l. sequ. C. in quib. caus. tutor. habent.* Tamen quia in casu

2 nostro aderat ille, qui non exhibuit † solemnia, habetur, ac si non esset tutor, cum ex hoc satis dicitur pupillum non habere tutorem. *l. eleganter. §. si seruus. de dolo. Roman. cons. 454. nu. 18. Afflict. decis. 256. n.3. Neuiz. cons. 17. nu. 8. & 9.*

3 Non obstat, quod dictus † curator non satisdederit, prout requiritur. *Bartol. in l. sed & si ad species. ff. iudicat. solut. Angel. in §. fin. in princip. institut. de curator.* Quia prædicta

4 procedunt de iure, secus de † stylo, secundum quem admittitur sine cautione. *Specul. de curator. §. vt autem. circa princip.* qui stylus in

5 omnibus † curijs, & parlamentis est receptus, & valet tanquam de præparatorijs iudicij. *Guido Papa. cons. 330. Neuiz. cons. 17. num. 64.*

64. in fin. Put. decis. 130. num. 3. lib. 3. Ber-
trand. cons. 181. lib. 3. Ioseph. Ludouic. decis.
Perusin. 48. p. 1. Caldas. de restitut. in integr.
in verb. res. nu. 36. in fin. Mandos. in forma 4.
commission. in verb. curatorem ad lites; vbi sub-
6 dit rationem, quia non administrat bona, † ne-
que facit inuentarium.

7 Neque obstat, huiusmodi curatorem † non
fuisse petitum à minore, prout requirebatur. l.
qui habet. 3. §. si pupillus. ff. de tutel. Alexand.
in l. 1. num. 5. de iurisdiction. omn. iudic. vbi
Purpur. nu. 13. Marsil. in praxi. §. nunc vi-
dendum. nu. 3. cum sequen. Quia respondetur
prædicta non procedere, quando alius non tu-
8 tor agit † in iudicio contra pupillum maiorem
infante, prout fuit in casu nostro; tunc enim
per iudicē datur curator ad litem, etiam quod
ipse pupillus non petat, seruata tamen forma,
l. 1. C. qui pet. tutor. quæ est, vt ad instantiam
actoris Iudex faciat mandatum pupillo maiori
infante, quod veniat ad petendum curatorem
ad litem; & si comparuerit, dabitur ille quem pe
tierit; [Si vero sit contumax, Iudex ex officio
dabit; alias sequeretur, quod pupillus nunquam
posset conueniri, quia ipse nunquam peteret, si
esset verum, quod solum petenti debeat dari
iste curator ad litem. & ita intelligitur text.
in d. l. qui habet. §. si pupillus. de tutel. Af-
flict. decis. 256. num. 2. post Salicet. in d. l. 1.
C. qui pet. tut. Lapus allegat. 115. quidam ex-
posuit. col. fin. vers. nec prodest si dicatur. Vant.
de nullit. ex defectu mandati. num. 144. Ne-
uiz. cons. 17. num. 21. 54. & 57. Mysinger. de-
cis. imper. cent. 2. quæst. 31. Caldas. de restitut.
in integr. in princ. num. 29. vbi dicit hanc es-
se meliorem praxim, quam illam, de qua per
Doctores in l. ait prætor. §. permittitur. de mi-
norib. Abb. in cap. ex literis. colum. 4. & in cap.
pront. ante fin. de dol. & contum. Bald. in c. 1.
colum. 2. de eo qui mitt. in possess. qui volunt pu-
pillum esse compellendum curatorem suscipere
captis pignoribus, vel per censuras, vel similia
9 remedia. [Licet prædicta † omnia neque
videantur necessaria; cum verior sit opinio,
quod vocato adulto in iudicio, tacite in ipsa ci-
tatione intelligitur, vt legitime compareat, &
sic vna cum curatore. Bald. in l. 3. in princip. C.
si propter publicas pensitat. & in l. non ideo mi-
nus. in fin. C. de procurat. Dec. cons. 509. nu.
2. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 13. n.
18. in fi.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Curator ad lites admittitur sine cautione, de stylo in Vrbe.*

2 *In ordinatorijs attenditur locus iudicij, vbi causa agitur.*

¶ N. 6. *post verba*. inuentarium.

Et ita etiam seruatur in Sacra Rota Romana,
in qua admittitur curator ad lites sine cautio-
1 ne, † etiam inter Romanos, non obstante sta-
tuto, prout testatur Mandos. form. 4. commis.
in verb. curatorem ad lites. Vbi dicit multum
notandum, & nouum, cum potius inter Roma-
nos esset seruandum eorum statutum, omisso
præfato stylo: cum enim idem statutum sit or-
2 dinatorium iudicij, † deberet attendi in ordi-
natorijs locus iudicij, vbi causa agitur. glos. in
cap. quod clericis. de for. compet. Rip. qui de
communi, resp. 4. n. 4. lib. 1. de legib.

EPITOME.

Proprietarius quando vendat proprietatem sine consensu vsufructuarij. [Pater in quibus bonis filij habeat ius vtendi, & commoditatem, ita vt non valeat alienatio, executio, & subhastatio in dictis bonis facta. [Quando possit relinqui sub conditione, vt non acquiratur vsusfructus patri. Et quoad huiusmodi bona an pater sit legitimus administrator, vel dandus sit curator, & debeatur vsusfructus legitimæ ipsi patri.

SVMMARIVM.

1 *Proprietarius potest vendere proprietatem sine consensu vsufructuarij. Intellige vt nu. 2. 3. & 4.*

5 *Pater habet plenissimum ius vtendi bonis filij, ita vt non teneatur reddere rationes.*

6 *Pater est legitimus administrator filij.*

7 *Minor & filius non possunt alienare sine consensu patris, & curatoris.*

8 *Filiusfamilias potest alienare bona aduentitia, in quibus non quæritur vsusfructus patri, & nu. 19.*

9 *Pater non habet legitimam administrationem in bonis filij, in quibus non acquirit vsumfructum.*

10 *Curator est dandus filio minori quoad bona, in quibus non quæritur patri vsusfructus, & nu. 11. 20. & 21.*

12 *Pater in bonis, in quibus non habet vsumfructum, habebit tamen commoditatem, cuius respectu non poterit filius alienare dicta bona, & n. 13. & 14. Contrarium n. 15. Intellige vt n. 16.*

17 *Filiusfamilias potest per alienationem inter viuos præiudicare patri quo ad bona, in quibus illi non quæritur vsusfructus. & n. 18.*

19 *Potest relinqui filijs sub conditione, vt non acquiratur vsusfructus patri.*

22 *Potest relinqui monacho sub conditione, vt non quæratur monasterio, sed alteri concedat, & nu. 23.*

24 *Pater non habet vsumfructum, quando filius succedit cum eo in hæreditate fratris, vel sororis. Amplia in extraneo instituente filium, & patrem, vt n. 25. & de ratione n. 26.*

27 *Bona acquisita per filium ex laboribus suis reputantur aduentitia patri debita. Intellige vt n. 29. & 30.*

28 *Legitima non debetur sororibus ex bonis acquisitis per filium suis laboribus in negotiationibus, & nu. 31. & 32.*

33 Fi-

33 *Filius qui negotiatur nomine patris, censetur donasse eius operam patri.*

34 *Pater habet vsumfructum etiam super mercibus, mobilibus, & pecunijs filij.*

35 *Filiusfamilias obligatur ex contractu, vel quasi. Fallit in mutuo, in quo est speciale, vt non obligetur. & n. 36.*

37 *Exceptio macedoniani habet locum hodie etiam inter christianos.*

38 *Subhastatio bonorum aduentitiorum filij, in quibus non quaeritur vsusfructus patri, est valida.*

39 *Executio non potest fieri in aduentitijs, in quibus quaeritur vsusfructus patri.*

40 *Executio est perfecta alienatio.*

41 *Executio non valet in bonis acquisitis ex industria filij nomine patris.*

42 *Pater non tenetur soluere aes alienum filij de vsufructu aduentitiorum.*

43 *Pater si concessit peculiũ filio, obligatur ex contractu illius, etiam ignorans, inuitus, & prohibens. Intellige vt n. 44.*

45 *Executio in aduentitijs, in quibus pater non habet vsumfructum, potest fieri respectu legitimae. Intellige vt n. 46. 47. & 50.*

48 *Legitima non debet habere grauamen. Intellige vt nu. 49.*

Decisio LXXVI.

IN causa coram me vertente per compro-
missum factum à Paulo, Ioanne, & alijs
de Perticano. Prima fuit conclusio, quod
1 licet proprietarius † possit vendere, vel aliena-
re proprietatem sine consensu, & voluntate
vsufructuarij. *l. 2. C. de vsufructu. l. locum. 21.
versic. proprietarius. ff. eodem.* Tamen praedi-
cta intelliguntur, praeterquam in casibus, in qui-
bus pater habet vsumfructum in bonis filij; tunc
2 enim filius non potest vendere, nec † alienare
proprietatem sine consensu, & voluntate pa-
tris. *l. fin. §. filijs autem. C. de bon. quae liber.*
3 Ita vt, neque dicta alienatio firmetur † iuramẽ-
to, cum prohibeatur fieri fauore patris. *Ca-
strens. in l. & haeredi. 22. §. filiusfamilias. co-
lum. fin. ad med. vers. sed est dubium. num. 4.
ff. de pactis. Gomes. variar. resolut. tom. 2. c.
15. tit. de seruitut. num. 10. Aym. cons. 39. nu.
3. vers. sed praemissis. Curt. Iun.* qui de magis
communi, *cons. 152. colum. pen. n. 7. vers. &
ideo reperio.* Licet *Imol. in cap. cum contingat.*
4 *de iur. iuran.* † distinguat, quod non valeat in
vita patris, sed teneat post eius mortem, vel
postquam amisit vsumfructum. [Ratio praedi-
ctorum est, quia pater ratione patriae potesta-
tis habet plenissimum ius vtendi, & fruendi in
5 bonis † filij, ita vt non teneatur reddere ratio-
nes. *Socin. cons. 254. visa & considerata. nu. 6.
colum. 2. in fin. versic. & probatur. lib. 2. Abb.
consil. 12. colum. 4. in fin. vers. tertius casus.
lib.* 1. Vnde lex noluit, quod talis filius alienet
proprietatem, ne fiat aliquod praeiudicium pa-
tri, maxime cum pater sit legitimus administra-
6 tor † filij, *l. 1. C. de bon. matern.* sicuti minor
non potest alienare sine consensu curatoris, ita
7 nec filius sine consensu patris. † *Gomes. in d.
tit. de seruit. n. 9. in fin.*

Secunda fuit conclusio, quòd filius familias
potest alienari bona aduentitia, in quibus patri
8 † non quaeritur vsusfructus, & de eis disponere
prout voluerit, etiam sine consensu, & volun-
tate patris, quia sunt propria ipsius filij, & in eis
reputatur sui iuris, cum ad illum plenè spectent.
*l. fin. §. filijs autem. C. de bon. quae liber Roman.
cons. 512. quoad primum. n. 1. vers. fallit secun-
do. Aym. cons. 92. in princip.* Et ideo in dictis
9 bonis pater non habet † legitimam admini-
strationem, quam solum habet in illis, in qui-
bus acquirit vsumfructum; sed habebit filius si
sit eius aetatis, vt possit administrare, vel da-
10 bitur curator. † *glos. in auth. excipitur. C. de
bon. quae liber. & in auth. vt lic. matr. & auiae.
in princip. in verb. rebus. Bald. in l. 2. C. de
contrahen. & comm. stipul. & in l. 1. C. de bon.
matern. Ias. in l. non solum. num. 15. ff. solut.
matrim. Paris. consil. 157. num. 15. & 16. lib.*
4. [Et quod dictum est de curatore, intellige
11 † secundum ea, quae dicit *Ripminal. Iun. in §. 1.
num. 101. instit. per quas pers. nob. acquir. post Sa
licet. in dicta authen. excipitur.*

Non obstat, quod licet in casibus, in quibus
12 non acquiritur vsusfructus patri †, quos enume-
rant *Doct. in d. authen. excipitur.* non per hoc
priuatur commoditate illius iuris, quam sem-
per debet habere, licet illud ius sibi non acqui-
ratur. *l. plenum. & l. filios. in fi. ff. de vsu. &
habit.* vbi in vsu relicto filio, quamuis cohaereat
personae illius, & detur tantum pro eius indi-
gentia, pater etiam habet commoditatem, licet
illum non acquirat. [ideo datur cautela, vt
13 prohibeatur vsusfructus, & commoditas pa-
tri, si nolumus, quod patri aliquid quaeratur.
*Aretin. in §. igitur. num. 5. vers. sed tu aduer-
te. institut. per quas person. nob. acquir.* & hoc
fuit etiam de mente glosae, licet loquatur sub
dubio, in *authen. idem est. in fin. C. de bon. quae
liber. Bartol. in l. vltim. in fin. C. de vsufruct.
Angel. in l. 1. §. item acquirimus. ff. de acquiren.*
14 *possessio.* Ex quibus † colligitur, quod respectu
talis commoditatis, & iuris, etiam intelligetur
prohibita alienatio filiofamilias de dictis bonis
fauore patris habentis huiusmodi commodi-
tatem. *Paris. cons. 157. nu. 5. colum. 2. vers.
prout, & quarto. lib. 4.*

Quia respondetur contrariam opinionem es-
se veriorem, prout late defendit *Rimin. Iun.
in §. 1. nu. 133. instit. per quas person. nob. ac-
quir. per tex. in dicta auth. matri, & auiae. in*
15 *princ.* vbi excluditur vsusfructus, & † penitus
quodlibet participium, & sic etiam commodi-
tas, prout idem dicitur in *l. fi. §. 1. C. de bon.
quae lib.* vbi nulla acquisitio datur patri; & sic
intelligimus etiam de commoditate cum alijs,
de quibus per *Rimin. ibidem*, vbi omnibus ex
aduerso adductis respondet.

Et quatenus etiam deberetur huiusmodi com
mo-

modicas, non tamen per hoc intelligitur pro-
hibita alienacio dictorum bonorum, quia habe-
16 bit † commoditatem pro tempore, quo filius ha
bet dicta bona, quæ commoditas cessabit secuta
alienatione. *Paris. cons. 157. col. pen in princ.
vers. nam istud procederet. n. 42. lib. 4.* Alias
sequeretur, quod filius nõ posset liberè dispone-
re de dictis bonis, quod est falsum, & aduersus
communes opiniones *Doctorum*, & contra *text.
in d. auth. vt lic. matr. & aui. in princip. vers.
res autem ita relictas*; quod à nemine reproba-
ri dicit *Aym. cons. 92. in princip. & consil. 39.
num. 2.* vbi subdit, quod licet per aliquos du-
17 bitetur, an possit † filiusfamilias donare causa
mortis dicta bona, in quibus non quæritur vsus-
fructus patri sine eius consensu, tamen in alie-
natione inter viuos dicit neminem dubitare;
18 vnde in illis poterit fieri executio† per credito-
res, cum sint propria ipsius filij, & pleno iure
ad eum pertineant, & in eis reputetur sui iuris,
vt de communi testatur *Gomes. de contr. cap. 15
tit. de seruit. n. 11. vers. & idem est*.

Tertia fuit conclusio, quod potest relinqui fi-
19 lijs sub conditione vt non † acquiratur vsusfru-
ctus patri; quo casu poterit filius de dictis bonis
libere disponere sine consensu, & voluntate pa-
tris. *auth. matr. & auia. in princ. auth. excipitur
C. de bon. qua lib. Aym. cons. 92. n. 2.* Neque
in dictis bonis pater habebit administrationem
20 sed filio existente minore dabitur curator; † ex
quo enim fuit facta prohibitio vsusfructus, ha-
betur pater pro suspecto, cui tanquam tali in-
terdicitur per legem administratio. *Salicet. in
d. auth. excipitur. in princip.* secus autem esset
quando pater remisisset vsumfructum filio, tunc
21 † enim licet non habeat vsumfructum, tamen
poterit si velit esse administrator dictorum bo-
norum, cum non adsit ratio suspicionis, ex quo
proprio motu remisit dictum vsumfructum, &
ita procedit *text. in l. fin. §. sin autem patre
recusante. C. de bon. quæ liber. Riminald. iun.
in §. 1. num. 101. instit. per quas pers. nob. ac-
quir. post Salic. in d. auth. excipitur*.

22 Idem videmus † in Monacho, cui potest re-
linqui cum conditione, vt non quæratur Mo-
nasterio; quod tamen intellige secundum distin-
ctiones *Doctorum* vt per *Bartol. in quæst. 12.
incip. quidam reliquit, vel donauit, & in d. au-
then. excepitur. vbi. Ang.* C. *de bon. quæ liber. &
in l. si alienum. in princ. ff. de hared. instituen.
Abb. cons. 63. & consil. 44. lib. 2.* cum alijs,
de quibus per *Riminald. iun. in d. §. 1. instit.
per quas person. nob. acquir. numer.* 106. Et
quando possit relinqui monacho, vt non acqui-
23 rat † monasterio, sed alteri concedat. *Natta
cons. 441. num. 30. lib. 2. Dec. consil. 559. Lan-
cellot. Galliag. de statut. quæst. 2. num. 4. Bald.
eod. tit. num. 1. Bim. cons. 6. Redoan. de reb.
eccles. non alien. casu 3. num. 27.*

Quarta fuit conclusio, quod quando filius suc
cedit cum patre in hæreditate fratris, vel soro-
24 ris, tunc pater † non habet vsumfructum dicto-
rum bonorum. *glos. in l. 3. in verb. non tollitur.
in fin. C. de vsufruct. & in §. si igitur. vers. si
vero cum ascendentibus. in verb. vsum. authen.
de hared. ab intestat. venient. & in authent. vt
liceat matr. & auia. in princip. in verb. paren-
tibus. Castr. in d. auth. excipitur. in princip. nu.
4. vers. secundus casus.* vbi, *in fi.* ampliat etiam
25 † in extraneo instituente filium, & patrem,
postquam in eadem hæreditate habet proprie-
tatem, vna cum filio, licet contrarium sequan-
tur *Fulgos. & Cor. in auth. item hæreditas. C.
de bon. qua liber. Paris. cons. 129. num. 9. lib. 1.*
[Ratio prædictorum est, quia de iure Codicis si
moriebatur filius relicto patre, & fratribus, pa-
26 ter succedebat † in vsufructu, alter vero in pro-
prietate. *l. quacunque. C. de bon. qua lib. l. fin.
C. ad tertull.* sed de iure authenticorum voca-
tus est pater in virilem portionem hæreditatis;
vnde cum in hoc filij grauati fuerint, debebant
in alio releuari, quod videlicet in eorum por-
tionibus non acquireretur patri vsusfructus. *d.
§. si igitur. vers. si vero cum de ascendentibus.
Castr. in d. auth. excipitur. n. 4.*

Quinta fuit conclusio, quod illa, quæ filius
quærit, vel potest quærere ex laboribus suis
27 † in negotiationibus, reputantur bona aduenti-
tia ipsi patri debita. *Bart. in l. frater à fratre.
col. penul. n. 54. vers. si vero loquimur. ff. de cõdit.
indeb. Castr. in auth. vnde si parēs. in fi. n. 6. C.
de inoffic. testam. Gomes. de seruitut. n. 12. in fi.*
28 *Ang. cons. 85. in fi.* [Et mortuo patre in † soli-
dum pertinent ad ipsum filiũ, & quatenus ascē-
dit tale peculium aduentitium in eo, nulla de-
betur legitima sororibus, cum illa debeatur
de bonis patris, non autē de bonis filij. *l. cum
quæritur. C. de inoffic. testam. Aym. cons. 165.*
29 *n. 1.* vbi intelligit † secus esse quando lucrare-
tur ex re, & pecunia patris, tunc enim dimidia
tribuitur industriæ filij, & dimidia pecuniæ pa-
tris. *Bart. in l. 1. §. nec Castrense. col. 3. ff. de
collat. bon. Roman. cons. 469 quo ad primum.
num. 2.* Dummodo industria filij non esset pre-
30 otiosior † pecunia patris, ita quod maior pars
lucri prouenisset ex ipsius industria, tunc enim
remittitur arbitrio boni viri, qui tribuet plus
filio ratione maioris industriæ. *Dec. in l. illud.
col. penult. C. de collat. Alexand. in l. si ita ti-
bi. §. si pactus. in fin. ff. de pact. Bald. in l.
certum. colum. fin. vers. ego tamen de æquitate.
num. 11. C. fam. ercifcund.* [Et quatenus ascen-
31 dit † tale lucrum debitum filio, in eo nulla de-
betur legitima sororibus, cum non dicatur de
bonis paternis; immo debet ipsi filio restitui, &
detrahitur tanquam æs alienum ratione lucri
debiti pro operibus, & industria filij, ad exem-
32 plum bonorum, quæ † sunt subiecta restitutioni
fideicommissi. *Castren. cons. 416. ista domina
sancta. col. 1. nu. 2. lib. 1. Aym. cons. 165. n. 2.*

Prædicta tamen intelliguntur non procedere
quando filius negotiaretur nomine patris, tunc
enim censetur donasse eius operam, & indu-
33 striam patri, † ad quem spectabit lucrum ex
dictis operibus quæsitum. *Angel. cons. 85. pater
habens. colum. 1. in fin. Aym. cons. 125. col. vlt.*

in fin. verf. hoc tamen non procedit. post Calc. conf. 19. *colum.*7. *Rom. conf.*469.*n.*5.*col.*2.*in fi. verf. mihi autem.*

34 Sexta fuit conclufio, quod pater habet † vfum-
fructum etiam fuper pecunijs & rebus mobili-
bus, feu mercibus filij; cum in illis quoque vfuf-
fructus confiftat. *toto titulo de vfufruct. earum
rerum, quæ vfu confum. §. conftituitur. inftit.
de vfufr. l.* 1. *C. de vfu, & habit. Parif. conf.*129
num. 6. *lib.* 1.

Septima fuit conclufio, quod filiusfamilias
poteft fe efficaciter obligare ex contractu, vel
35 † quafi. *l. filiusfamilias. ia fecunda. vbi glof. ff.
de action. & obligat. Bart. in l. tam ex contra-
ctibus. de iudic. Doctor. in l. qui Roma. §. au-
gerius. de verb. obligat.* cum fit fpeciale in mu-
36 tuo, vt filius † non obligetur, fed poffit oppone-
re exceptionem macedoniani. *l.* 1. *& per totũ.
ff. & C. ad macedon.* quæ quidem exceptio, etiã
37 hodie habet locum inter Chriftianos, † *Gomef.
variar. refolut. lib.* 2. *cap.* 15. *de feruitut. num.*
11. reiecta opinione *Abbatis in cap. plerique.
de immunit. Eccles.* tenentis filiusfamilias effi-
caciter teneri foluere mutuum, prout debitum
ex alio contractu, quia non præfumitur, quod
infidietur vitæ patris inter Chriftianos noftræ
fidei, & facræ religionis, & fic videatur ceffare
ratio, & fundamentum iuris communis.

Ex iftis omnibus cõclufum fuit executionem
fuiffe recte factam pro folutione æris alieni cõ-
tracti per D. Paulum filiumfamilias, cum fimus
extra caufam mutui, vt dictum eft in feptima
conclufione; & ideo bene fuiffe fubhaftata bo-
na aduentitia pro prædictorum folutione, in
quibus vfusfructus non quæritur patri, prout
38 † dictum eft in fecunda, & tertia conclufione,
cum fimus in bonis, in quibus fuit prohibitus
vfusfructus patri, & in ijs in quibus filius fuc-
ceffit fratri, vna cum patre, vt in quarta con-
clufione. In illis enim tanquam proprijs ipfius
filij valuit obligatio, & tenet alienatio, cum
reputetur fui iuris, & ad eum plene fpectent.
l. fin. §. filiusfamilias. C. de bon. quæ liber. cum
alijs fupra adductis, nulla confiderata commo-
ditate patris, vt dictum eft in fecunda conclu-
fione. [Quo vero ad alia bona fuit reuocata
executio, cum fimus in aduentitijs, in quibus
quæritur vfusfructus patri, cuius fauore non
potuit confiftere alienatio, neque etiam pro-
prietatis, vt dictum eft in prima conclufione;
39 vnde † neque poterit fieri in eis executio, neque
folutio, etiam refpectu dictæ proprietatis. *Al-
ber. in l. & fi condemnatus. ff. de noxal. Bartol.
in l. fi finita. §. fi de vectigalibus. ff. de dam. in-
fect. Gomef. de feruit. num.* 11. *in fin. per text.
in l. fin. §. filijs autem. C. de bon. quæ liber.* vbi
filios non poteft alienare dictam fuam proprie-
tatem per contractum, vel vltimam voluntatem
fine confenfu patris, ergo neque per viam exe-
40 cutionis, cum † illa fit perfecta alienatio. Ma-
xime cum prohibita alienatione cenfeatur pro-
hibitus omnis actus, ex quo ad eam peruenitur.
l. oratio. de fponfalib. l. 1. *C. de fund. dotal. l.
fin. C. de rebus alien. non alien.*

41 Idem dictum eft de bonis † acquifitis ex in-
duftria filij, in quibus neque valuit executio,
cum dictum lucrum fpectet ad patrem; ex quo
filius acquifiuit nomine patris. *Aym. conf.*165.
n. 4. *verf. aduertatur tamen. & n.* 6. *verf. &
hoc, vt dixi.* cum alijs, de quibus in quinta con-
clufione, in fin. quia pater non tenetur foluere
42 æs alienum † filij de vfufructu bonorum aduen-
titiorum. *Roland. conf.* 16. *num.* 1. *lib.* 4. *So-
cin. iun. conf.* 20. *in princip. lib.* 2. *Alex. in
l. vfufructu. ff. ad l. falcid. Berous qui de com-
muni. conf.* 38. *in fin. lib.* 1. *contra Bartol. in
l. fin. ff. de vfufruct. legat.*

Neque obftat, quod pater teneatur de pecu-
lio, occafione bonorum acquifitorum ex indu-
ftria filij. Quia non fumus in cafu, in quo pa-
43 ter conceflerit † peculium filio, tunc enim tene-
retur pater, etiam quod tacite permitteret fi-
lium habere peculium, & obligaretur ex con-
tractu filij, etiam ignorans, inuitus, & prohi-
bens. *l. fi quis feruum. §. fin. ff. de pecul.* Ita
tamen, vt eius voluntas non fit fimplex, & abfo-
44 luta, fed certa, & limitata refpectu illius † quan-
titatis conceffæ in peculium filio, & fic non
conuenietur fimpliciter, & infolidum, fed qua-
tenus dicta voluntas fe extendit, hoc eft illa
quantitas peculij, & non amplius. *Bart. in l.* 1.
colum. 1. *ff. de pecul. Iaf. in §. actiones. col.* 2.
in princip. num. 9. *verf. nam ex quo pater. in-
ftit. de actio.*

Non obftat, quod executio facta in bonis ad-
45 uentitijs filij, in quibus pater fuit † prohibitus
habere vfumfructum, debeat retractari, faltem
refpectu legitimæ filiæ, in qua pater habebit
vfumfructum, etiam quod prohibitus fuerit.
Bart. in tract. de duob. fratrib. quæft. 7. *n.* 14.
Quia cum non fimus in perfona, quæ tenetur
relinquere legitimam, ceffant prædicta, & fic in
tolum cenfebitur prohibitus vfusfructus patri,
46 † ita vt filius poffit de illis bonis difponere pro-
ut voluerit, & fic valebit alienatio, & executio,
vt dictum eft in tertia conclufione. [Immo etiã
quod effemus in perfona, quæ teneretur relin-
47 quere legitimam, puta in matre, tamen † neque
in ea pater habebit vfumfructum, fecundum
Bald. in tract. de duob. fratrib. q. 1. *num.*5. *poft
glof. in auth. vt lic. matr. & aui. in princip. in
verb. participium.* [Ratio eft, quia licet in le-
48 gitima non poffit aliquod grauamen † imponi,
tamen hic non poteft dici, quod filius grauetur,
immo eius conditio melior efficitur. *l. filius ma-
trem. C. de inoffic. teftam.* & fic fumus in lege
49 fauoris non grauaminis, præfertim cum † non
imponatur legitimæ, fed patri, cui ab vxore
non debetur legitima. *Bald. in l. filia cuius. in
fin. C. famil. ercifc.* [Licet *Rimmal. in §.* 1. *n.*
102. *inftit. per quas perfon. nob. acquir.* teneat
contrarium fequendo *Caftren. & Angel. in
auth. excipitur. in princip. C. de bon. quæ liber.*
50 quia † poftquam mater tenetur filio relinquere
legitimam, non pertinet ad eam aliquid adijce-
re in re aliena, nec pro filio, nec contra eum.

Et

Et ratio de qua in *auth. vt liceat matri, & auiæ. in princip.* quod mater poterat alijs relinquere, procedit extra legitimam, cum in ea esset, ex quo illam tenebatur dare filio; & sic talis cōditio erit reijcienda, cum sic parentes huiusmodi vtilitate fraudarentur, quod non est permittendum. *l. fraus. de legib. l. conuenire, de pact. dotal.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitiones alienandi, & onera apposita in legitima vsque ad certum tempus valent, non tamen oberunt filijs, vt non possint alienare.*
2 *Fiscus & successor filij non potest impugnare onus adiectum in legitima, si idem filius non impugnauit. n. 3. & 4.*
5 *Detractio trebellianicæ non potest probiberi filijs primi gradus secus illorum hæredibus.*

¶ *N. 59. in fin. post verb.* conuenire. de pact. dotal.

Et quatenus huiusmodi prohibitiones valerent in legitima, esset clare probandum illam esse vtilem filijs, itaut non staretur in hoc assertio-
1 ni patris. *Menoch. consil. 57. n. 12. & 16.* † vbi etiam, quod huiusmodi prohibitiones alienandi, & similia onera apposita in legitima, quāuis valeant vsque ad annum 25. aut ad summum 30. non tamen oberunt filijs, vt non possint alienare: cum enim sint ad illorum vtilitatem, non faciunt, vt quis non possit fauori suo renunciare. *l. fin. C. de pact.* & per consequens valebit alienatio quo ad legitimam. *Bald.* qui ita declarat. *in l. si pater. in 3. oppos. C. de instit. & substit. Socin. iun. in l. filius familias. §. diui. notab. 7. de leg. 1. Menoch. d. consil. 57. num. 15.*

Verum esset, quod si filij non impugnarunt testamentum patris, in quo esset adiectum onus
2 in legitima, † non posset postea fiscus, aut alius ei succedens allegare, quod dictum onus non poterat iniungi, cum sit particulare, & personale priuilegium filij, quod ad alium non transit, & præcipuē ad fiscum tanquam hæredem anomalum; Quamuis enim filius transmittat ius adeundi, non tamen transmittit hoc priuilegium sibi competens ratione legitimæ. *Socin. consil. 126. numero 19. in fin. colum. 1. Alciat. consil. 425. num. 5. versic. sed quia vltra. Cuce. de legitim. in verb. nec vsufructu defraudari liberi. num. 21. & 22. fol. 336. Roland. cons. 98. num. 29. lib. 2.* late *Surd. consil. 570. n. 6. vsque ad num. 10. lib. 4.* Et voluit *Bald. in l. cum patro-*
4 *nus. de leg. 2.* † Vbi quod grauamen appositum legitimæ est nullum respectu eius, cui defertur, est tamen validum quo ad illum, cui accrescit: Vnde erit pro non scripto in fauorem filij, per cuius repudiationē, si legitima accrescat cohæredi, mutatur nomen legitimæ, mutata perso-

Decis. Marchiæ.

na filij; Et onus iniunctum erit adimplendum. sequitur *Roder. Soarez.* dicens singulare, & multum notandum, in *l. quoniam in priorib us. limit. 1. n. 19. & limit. 4. C. de inoff. testam.* Prout
5 est in trebellianica, † cuius detractio, licet non possit prohiberi filijs primi gradus, tamen hæredibus illorum potest iniungi onus restituendi absque detractione trebellianicæ. *Alex. cons. 67. n. 4. li. 1. Dec. cons. 480. n. 14. Galiagul. in l. centurio. n. 409. & 412. ff. de vulg. Castr. Ceph. & alij per Surd. cons. 370. n. 9. lib. 4.*

EPITOME.

Coloni quando possint cogi vendere fructus, quos ex agro conducto perceperunt, dominis prædiorum, & pro quo pretio.

SVMMARIVM.

1 *Domini prædiorum possunt cogere colonos ad vendendum fructus potius ipsis quam alijs. & num. 4. & 5.*
2 *Intellige vt pretium pro dictis fructibus sit illud, quod ab alio reperiretur.*
6 *Coloni sunt cogendi ad dictam venditionem, quando est pecunia præsens statim soluenda.*
7 *Debet probari frumentum esse recollectum in ipsorum prædio, ad effectum præferendi dominos in huiusmodi venditionibus.*
8 *Testes varij non probant, neque reducuntur ad concordiam si varietas est manifesta.*
9 *Varietas testis impedit ferri sententiam pro eo, ad cuius fauorem deposuit.*

Decisio LXXVII.

COloni volentes vendere fructus, quos ex agro conducto perceperunt, possunt co-
1 gi † per dominos prædiorum ipsis potius dare, quam alteri, iusto tamen pretio, secūdum opinionem *Bart.* qui primus hoc tenuit *in l. 1. C. de metal. lib. 10.* quem ibi sequuntur *Angel. Platea, & Lucas de Penna, Rom. in l. 2. n. 7. ff. solut. mat. Ias. in l. vlt. n. 11. de iur. emphyt.*

Contrarium tamen fuit declaratum in causa Thadæi Luciani coram me vertente ad fauorē coloni. Quia prædicta opinio est intelligenda
2 in eo † casu, in quo tantum pretium dominus fundi vellet dare pro dictis fructibus, quantum ab alio reperitur, quamuis id iustum exeedat. *l. vlt. C. de iur. emphyt.* vbi *Salicet. & Ias. Oldrad. cons. 34. Tiraq. de retr. §. 1. glos. 18. nu. 4. Bertaz.*
3 *claus. 30. glo. 2. n. 11.* † dūmodo tamen nō exeedat dimidietatē, iuxta *l. 2. C. de rescind. vend.* prout ita concludit *Couarr. variar. resolut. cap. 14. lib. 3*
4 *n. 6. vers. secunda etiam.* † vbi dicit ita debere intelligi receptissimam opinionem *Bartol.* supra allegatam, licet ipse simpliciter, etiam in superiori casu contrarium sequatur; quod tamen per dominos prædiorum negabatur, cum offerrent dare solum iustum pretium.

Neque obstat, præsupponi per Doctores communem sententiam, sequentes colonos esse

cogendos vendere pro iusto pretio. Quia re-
5 spondetur, non † tamen per eosdem doctores negari, quod si ab alijs plus detur, non deberet tantundem à domino dari, cum ex hoc non rescindatur contractus, in quo fit magis iusto pretio, non excedente tamen dimidiam. *Couarr. d. c. 14. sub n. 6.*

Eo magis, quia in casu nostro per dominum non offerebatur pecunia numerata; tunc enim
6 † sunt cogendi coloni ad illam venditionem, quando est pecunia præsens, & statim soluenda, prout in specie concludit *Fabian. de Monte. de empt. & vend. q. 3. num. 40. tom. 6. p. 1. fol. 43.*
7 Neque plene † probatum fuit frumentum esse recollectum in ipsius prædio, vt requirebatur, ad effectum præferendi dominum in huiusmodi venditionibus, prout etiam in specie dicit *Fabian. d. q. 3. n. 44.*

Non obstant testes examinati ad instantiam domini super recollectione frumenti, quia sunt varij, aliud deponentes in interrogatorijs, & aliud in articulis; qua varietate stante, non pro-
8 bant, † neque possunt reduci ad concordiam, quia modo vnum negant, modo illud affirmant, & sic sumus in manifesta contrarietate, quo casu non fit reductio ad effectum, vt probatio aliqua ex eis possit deduci. *glos. in cap. in nostra, de test. b. Bart. in l. alius. ad fin. ff. ad l. Cornel. de fals.* Ita vt dicta varietas operetur, quod nullo modo possit procedi vigore talis attestatio-
9 nis ad sententiam † ferendam. *Innoc. in c. præterea. de testib. cogend. Alex. cons. 20. in causa appellationis. col. 1. n. 3. & col. pen. n. 8. libro 4.* Maxime, quia ex depositione ipsorummet testium apparet d. colonum habuisse alia prædia conducta: ex quibus potest verisimiliter colligi frumentum non esse solum recollectum ex prædio per dominum prætenso.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Verisimilitudo transfert onus probandi in aduersarium.*
2 *Probatio verisimilis admittitur in casibus, in quibus alia non admitteretur.*

¶ N. 9. in fin. *post verb.* per dominum prætenso.

Quæ verisimilitudo militans pro vna parte
1 transfert onus probandi in aduersarium. † *glos. in l. ex persona. C. de probation. Bald. in l. fin. possidetis. C. eodem tit.* Et valet argumentum à verisimili. *l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. l. si ex facto. §. si quis autem suscepe-*
2 *rit. ff. ad trebell.* † Itaut probatio verisimilis admittatur in casibus, in quibus alias non admitteretur, & in omni negotio sustineat probationem, quæ alias non sufficeret. *Alexan. l. edita. in fin. C. de edend. Surd. consil. 489. num. 9. lib. 4. Tiraquell. in l. si vnquam. in* *præfat. num. 31. & in verb. donatione largitus. num. 100. C. de reuoc. donat.*

EPITOME.

Iurisdictio quando, & in quibus casibus possit prorogari tacite vel expresse. [Et quid stantibus dictionibus taxatiuis. [In prorogatione iurisdictionis, cuius consensus requiratur. [In causis pupillorum, si deputetur Iudex specialis, an impediat quod alius Iudex non cognoscat causam summæ, seu quantitatis illi concessæ, etiam quod sit causa pupilli.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio de persona ad personam prorogari potest tacite, vel expresse.*
2 *Casus in quibus fit prorogatio iurisdictionis.*
3 *Iurisdictio omni modo taxata non potest prorogari ex partium voluntate. & n. 23.*
4 *Prorogatio non habet locum vbi est certus Iudex.*
5 *Notarius si sit deputatus in vna causa, alius non potest scribere.*
6 *Officium alterius non debet tangi.*
7 *Quod vni assignatur, alteri negatur.*
8 *Factum lege prohibente non valet.*
9 *Iurisdictio si assignetur discretiue, nullus est Iudex competens, etiam prorogatione.*
10 *Iurisdictiones fauore publico introducuntur.*
11 *Deputatus ad causas criminales non potest iudicare in ciuilibus, & è contra.*
12 *Iudicia non debent confundi.*
13 *Iudex insinuationum specialiter deputatus facit vt alius non possit se intromittere. & num. 19.*
14 *Idem in notario, & quocunque alio officiali.*
15 *Qui Iudicem incompetentem adit, punitur, & cadit ab actione.*
16 *Idem in trahente aliquem ad forum vetitum.*
17 *Imperitus præsumitur litigasse coram Iudice incompetente per errorem.*
18 *Iurisdictio voluntaria alicui limitata non potest prorogari, & n. 20. & 21.*
19 *Insinuationes sunt voluntariæ iurisdictionis.*
22 *Iurisdictio si est diuisa per quarteria, vel portas, vnus non cognoscit in porta alterius.*
24 *Iurisdictio non prorogatur de tempore ad tempus, si tempus est limitatum.*
25 *Prorogatio non datur de causa ad causam diuersæ speciei.*
26 *Dictio, dumtaxat, est taxatiua, excludens omnes alios casus.*
27 *Dictiones taxatiuæ exponuntur negatiue.*
28 *Clausula, quod solus procedat, est taxatiua, ita vt alij non possint iurisdictionem exercere. Intellige vt n. 29.*
30 *Iurisdictio quando censeatur data priuatiuè, vel cumulatiuè.*
31 *In causa appellationis non prorogatur iurisdictio. Fallit vt n. 33. & 34.*
32 *Appellatio debet esse gradatim, & non potest cognosci apud iudicem incompetentem.*
35 *Consiliarij funguntur partibus magistratus im-*

impediti. Intellige in causa principali non appellationis.

36 *Iurisdictioni concessa fauore iudicis partes non possunt renunciare. Ampliа vt n. 37.*

38 *Vassallus non prorogat iurisdictionem competentem domino in alium iudicem. Intellige vt num. 39. & 40.*

41 *Iudex qui laeditur in sportulis, an possit impedire prorogationem iurisdictionis.*

42 *Iudex deputatus in causis pupillorum impedit quod alius iudex non cognoscat, etiam quod summa sit in quantitate illi concessa. & n. 47. Intellige vt n. 49.*

43 *Persona tanquam dignior inspicitur.*

44 *Iudex deputatus in priuilegium personae solus potest cognoscere.*

45 *Iudex fauore personae deputatur tanquam magis discretus, sed qui eligitur ratione summae, est tanquam minimus.*

46 *Priuilegiatum praefertur.*

48 *Pupillaris aetas non conuenit nisi pupillis, sed quantitas conuenit omnibus personis.*

50 *In prorogatione iurisdictionis requiritur etiam consensus iudicis, cuius iurisdictio prorogatur.*

51 *Et consensus iudicis cui subsunt prorogantes.*

52 *Clericus non potest facere prorogationem expressam sine consensu dioecesani, secus tacitam, quae non est prorogatio, sed ammissio priuilegij.*

53 *Decretum quod non appelletur nisi ad Praetorem, non facit incompetentiam, si non est vsu receptum.*

Decisio LXXVIII.

1 QVamuis ex tacito, vel expresso partium consensu iurisdictio † de persona ad personam prorogari possit, vel vt magis congrue loquamur secundum *Cardin. in c. p g. de offic. delegat.* de iurisdictione ad personam, & de persona ad iurisdictionem, & vnus iudex pro alio assumi, *l. 1. & 2. §. conuenire. de. iudic. l. 1. de iurisd. omn. iud. cap. significasti, de for. compet. Specul. in §. generaliter. vers. & nota quatuor esse necessaria. de compet. iudic. adit. Capic. decis. 9. Grauat. ad Vestr. lib. 8. c. 2. num. 14. Vant. qualiter sent. null. repar. poss. nume.*

2 *78.* vbi † quomodo de loco ad locum, de tempore ad tempus, de iudice ordinario, & delegato prorogetur iurisdictio, & melius per *Baldum in l. si quis ex consensu. num. 8. C. de episc. audient. & per Card. & Anchar. in c. p. g. de offic. deleg.*

Tamen in causa Io. Pauli, & Francisci Iacobi de Aesio dixi non fuisse, nec potuisse esse locum praetensae prorogationi; cum simus in iu-

3 risdictione concessa † limitate solum praetori, qui à Summo Pontifice habet dumtaxat facultatem, quod ad eum appelletur in causis, vsque ad summam in capitulis Rotalibus côtentam; Tunc enim iurisdictio omnimodo taxata non potest prorogari ex partium voluntate. *Bal.* in specie Decis. Marchiae. *in l. testamenta. in princip. vers. secundo nota. C. de testam.* vbi dicit, quod quando est certus,

4 † & limitatus iudex, non habet locum prorogatio in alium iudicem, ad exemplum tabellionis, qui non potest scribere in causa, etiam de partium voluntate; quando adest vnus notarius

5 deputatus † per superiorem *ad tex. in l. in fraudem. §. quoties. in verb. commentariensis. de iur. Fisci. Cyn. in l. repetita. C. de sportul. Bald. in l. 1. in fin. de iudic.*

Ratio est, quia non debet quis officium sibi

6 commissum excedere, † & de alterius officio tangere. *l. fin. de appar. procons. l. 2. C. de numer. & cartul. lib. 12.*

Idem voluit *Bald. in l. certa ratione. n. 4. vers. & per hanc legem terminatur. C. quando prouoc. non est necess.* vbi si iudices villarum non habeât iurisdictionem, nisi à viginti solidis, & ab inde supra sit cognitio Potestatis, tunc talis iurisdi-

7 ctio prorogari non potest. Primo † ratione denegati, & concessi, quod enim vni assignatur, alteri denegatur. *l. quod in rerum. §. 1. de leg. 1.* Secundo, quia quando lex ad plura procedit statuendo, & distinguendo potentias, & per con

8 sequens actum, quicquid vltra fit, † videtur fieri lege prohibente. *arg. l. qui aliena. §. libertos. de neg. gest.*

Idem *Bald. in auth. habita. nu. 31. col. 7. vers. super hoc distingue. C. ne filius pro patre.* vbi distinguendo quando iurisdictio datur aggregatiue, dinumeratiue, vel distributiue, de quibus nô loquimur; dicit, quod quando iurisdictio assi-

9 gnatur † alicui discretiue, prout in casu, de quo agimus, ita vt vni tantum detur, puta, certo magistratui, & iudici particulari; tunc nullus est iudex competens, etiam prorogatione. *ad text. in l. consulta diualia. C. de testam.* vbi non potest quis se intromittere de pertinentibus ad alium. *Innoc. in cap. per venerabilem. qui fil. sint legit.*

Idem *Bald. in l. fin. §. vbi autem. n. 6. C. de caduc. tollen.* vbi quando iurisdictio est concessa vni, ita quod eam solus exerceat, alius non cognoscit; licet in dubio secus esset; cum enim

10 iurisdictiones fauore publico concedantur, iurisdictio vnius non derogat alteri iam concessae, *ad l. 1. C. de offi. praef. Vrb.* Nisi nouus iudex sit adiunctus veteri in suo processu, vt not. *in l. praecipimus. C. de appellat. & in §. praecipimus. auth. vt differ. iudi.*

Idem voluit *Card. in c. p. g. q. 10. de offic. deleg.* vbi quod prorogatur iurisdictio de causa ad cau

11 sam; Secus quando est vnus † deputatus ad aliquod genus causarum, puta, criminalium, quod non potest ad ciuilia, & è contra; subdens idem esse in causis similibus. per *d. l. testamenta.* Et licet detur prorogatio de specie ad speciem causarum, tamen hoc non procedit quando ei obstat prohibitio superioris; prout sumus in casu nostro.

Idem dixit *Felin. in c. pastoralis. limit. 2. col. 2. lum. 2. de offic. ordinar.* vbi, † quod iudicia

12 non debent confundi; Vnde quando est depu-

tatus iudex specialis insinuationum, alius non
13 debet se intromittere. † *Ang. in l. cum prætor. de iudic. & in l. si vacantia. C. de bonis vacant. lib. 10. Bald. in l. nec quicquam. de off. procons. & in c. pen. col. 3. de off. deleg.*

Idem voluit *Bald. in l. repetita. 36. C. de Epis. & Cler.* vbi si habemus iudicem specialem, actus non potest fieri coram alio iudice, quia vnus nō potest se intromittere de iurisdictione, & officio
14 alterius, subdens hoc esse verum de iudice, † notario, & quocunque alio officiali. *ad l. quicūque.* vbi *glos. C. de executor. & exactor. lib. 2.* secundum *Guil. in d. l. repetita.*

Idem *Bald. in l. illud. 17. C. de sacrosanct. eccles. n. 5. col. 7. vers. illud est notandum.* vbi si adest iudex limitatus, partes non possunt in alium prorogare.

15 Quod adeo verum est, vt etiam possit puniri, qui iudicem incompetentem adit, & competentem contemnit. *Bald. in d. l. secundum. 32. C. de donat. in princip.* Immo cadit de actione sua. *Bartol. in l. si quis per diuinam. C. de aquaductu. lib. 10.* vbi quod præsentatio rescripti facta coram iudice incompetenti priuat me vti posse coram iudice competenti effectu d. rescripti. & *Bartolum* sequitur *Barbat.* licet illum male alleget *in d. l. secundum. in verb. ille qui adit. C. de donatio.* Et regulariter trahens aliquem ad fo-
16 rum † vetitum, pœnam non euitat, quamuis possit pœnitere vsque ad litis contestationem. *Iaffr. decis. 229. incip. trahens aliquem.* [Licet quando litigator non esset peritus, præsumitur coram
17 iudice incompetente † litigasse per errorem. *Specul. in §. 1. col. 3. vers. sed nunquid præsumetur. num. 8. de comp. iudic. adit. Bald. in l. eos. C. de appellat. in princip. col. fin. num. 11. vers. quæro nunquid ille. Alex. cons. 12. viso processu. col. 2. ad med. vers. nec ad hoc obstat. num. 8. lib. 6. Vant. in cap. fin. qualiter sent. null. repar. nu. 80. in fin.*

Quæ omnia etiam procedunt in voluntaria
18 iurisdictione alicui limitata; † quia neque de partium consensu poterit in alium prorogari. *Bald. in d. l. illud. C. de sacros. eccl. & in l. secundum. C. de donat. & in l. fin. §. vbi autem. nu. 6. vers. item si iurisdictiones sunt diuersæ. C. de caduc. tollen. & in l. repetita. 36. C. de Episc. & Cleric.* in quibus locis loquitur, & exempli-
19 ficat † de insinuationibus faciendis coram certo iudice; quæ quidem sunt voluntariæ iurisdictionis. *Barbat. in addit. ad Bald. in d. l. illud.*

20 Idem sequitur † *Anton. de Matthæis in tractatu de iudicijs. in princip. in verb. secundum extremum. n. 8.* vbi quando est taxatus iudex, omnino prohibetur prorogatio, tam in contentiosa, quam voluntaria iurisdictione.

21 Et licet iurisdictio voluntaria † possit prorogari. *l. 1. C. de emancip.* Tamen intelligitur in eo, qui inter aliquos habet eandem speciem iurisdictionis, sed non in illum, in quem illa species iurisdictionis non potest cadere, vt de hoc dicit esse casum notabilem, *Bald. in d. l. repetita. num. 2. C. de Episc. & Cleric.*

Immo supradicta procedunt, non solum in expressa, sed etiam in tacita taxatione, puta,
22 quando iurisdictio esset diuisa per quarteria, vel portas; quia vnus non potest cognoscere in porta alterius, etiam consensu partiū, & illorum prorogatione. *Bald. in l. testamenta omnia. nu. 3. versi. itē facit hæc lex. C. de testam. Ant. de Matth. in d. tract. de iudicijs. in verb. extremum. n. 8. ad fin.* tunc enim dicitur ius prohibitorium, ita vt neque sui iudicis consensu teneat prorogatio. *Ang. in l. 2. §. sed si iudex. ff. de iudic.*

23 Ex quibus † auctoritatibus, & rationibus patet hanc esse verissimam opinionem, & sequendam, prout etiam sequitur *Dec. consil. 18. col. 3. num. 15.* vbi loquitur quando statutum limitate procedit. *Roman. consil. 132. num. 2.* licet videatur in contrarium adducere text. *in l. de qua re. §. 1. de iudic. & in l. inter conuenientes. ad municip.* & late sequitur *Capic. decis. 9. in causa. n. 16.*

Vnde videmus, quod quando est limitatum tempus arbitro secundum statutum, neque pote-
24 rit prorogari iurisdictio † de tempore ad tempus, licet regulariter possit; Quia est terminus legalis. *Bald. in l. 2. §. sed & iudex. vers. in glosa sed adde. ff. de iudic. Card. in c. p. g. col. 4. q. 7 de off. delegat.* vbi dicit valere prorogationem ad tempus, nisi sit inhibitum in rescripto. per text. *in d. §. sed & Iudex.*

25 Sic etiam quando adsunt † iudices deputati ad certam speciem causarum, puta, mercantilium, viduarum, pupillorum, & similium; non datur prorogatio diuersæ speciei de causa ad causam, & est impossibilis prorogatio. *Marian. in c. significasti. artic. 4. q. 6. de for. compet. Dec. d. cons. 18. Angel. consil. 6. num. 2.* cum alijs, per *Vant. de nullit. defe. iurisd. num. 51.* sequitur *Felin. in d. c. p. g. col. 3. versic. potestas officialium. num. 12. de off. delegat. & Cardin. ibi. quæst. 7. in fin.*

Quæ omnia eo magis procedunt in casu, de quo agimus, propter illam dictionem, dumtaxat, appositam in iurisdictione concessa prætori
26 quo ad istas causas appellationum, quæ † est dictio taxatiua excludens omnes alios casus, præter eos, quos includit. *Roman. cons. 512. num. 2. Aym. cons. 201. n. 40. Bart. in l. 1. n. 1. ff. si quis ius dicent. non obtemp. Card. in clem. 1. in prine. de sequestr. poss. & fruct. Paris. cons. 47. n. 18. lib. 4. Gozad. cons. 60. n. 7.* Licet *Corn. cons. 66. n. 3. li. 3.* dicat non excludere casus similes habentes parem, vel maiorem rationem.

27 Et omnes dictiones taxatiuæ † exponuntur negatiuè. *l. Lucius. §. quæ habebat. ad trebellianum.* vnde perinde est, ac si Papa dixisset, nō in alijs iudicibus, ita de iurisdictione in specie dicit *Bal. in l. si qui ex consensu. col. 1. n. 2. vers. nota secundo, quod compromissum. C. de Episc. audient.*

Vnde *Felin. in cap. pastoralis. col. 2. limit. 3. num. 2. de off. ordin.* dicit idem esse, quando ap-
28 poneretur clausula, † quod solus procedat: qua

pro-

propter dictum verbum, tanquam taxatiuum,
alij non possunt iurisdictionem exereere per
doctr. *Angel. in l.* 1. vbi *glos.* C. *vbi, & apud*
quem; quod intelligit quando alij iudiees habe-
rent iurisdictionem à lege; secus si per consue-
29 tudinem; † quia tunc per dicta verba, non est
derogatum iurisdictioni, quam illis consuetudo
tribuit, per not. *in c.* 1. *de constit. in* 6. *& in l.*
militis. §. militia. de milit. testam. De qua tamen
quæstione, quãdo iurisdictio censeatur data pri-
30 uatiuè, vel cumulatiuè, † latè *Dec. cons.* 3. *Fel.*
in d. c. pastoralis. Rom. & ibi *Mandos. in addit.*
cons. 393. *Rol. cons.* 80. *lib.* 2. *Ios. Ludouic. concl.*
20. *per totam*.

31 Accedat, quod cum simus in casu † appellatio-
nis, dicendum est in ea non posse prorogari iu-
risdictionem, quia causa appellationis est mixti
imperij, & pertinet ad auctoritatem superioris;
vnde etiam vtraque parte consentiente non pos-
sunt ventilari apud iudices incompetentes. *Bal.*
in specie *in §. hoc quod nos. in fi. in verb. secun-*
dum mores ciuitatis. de pace constant. quem se-
quitur *Alexand. in addit. ad Bartol. in l.* 2. *de*
iudic. in verb. consensisse. Dec. in cap. dilecti, il
tergo, de appellat. Felin. in c. p. g. col. 3. *n.* 7. *ver-*
sic. item nota. de off. deleg. Ratio est, quia appel-
32 latio † debet esse gradatim, ideo non potest ven-
tilari apud iudicem incompetentem. Idem vo-
luit *Maranta p.* 4. *dist.* 12. *n.* 22. *Gigas cons.* 81.
cum alijs per *Franc. Marc. decis.* 639. *nu.* 2. *p.* 2.
[Licet etiam in causa appellationis haberet lo-
33 cum prorogatio, quando essemus in iudice, † qui
posset adiri per viam querelæ. *Franc. Marc. de-*
cis. 419. *p.* 1. post *Innoc. in c. de causa. de off. de-*
legat. & Abb. in d. c. p. g. eo. tit. Quamuis propriè
34 loquendo non dicatur † verè prorogatio, sed ex-
ceptionis omissio. *Franc. Marc. d. decis.* 419. *nu.*
10. *p.* 1.

35 Vnde licet Consiliarij, & Assessores † fungan-
tur partibus ipsius magistratus, quando est im-
peditus propter publicas occupationes; Tamen
intelligitur in causa principali; Secus in causa
appellationis, in qua nullam habent iurisdictio-
nem. *Bald. in auth. ad hæc. C. de iudic. num.* 1.
in fin.

36 Vltimo, quia iurisdictio concessa † Prætori,
prout in capitulis, est concessa fauore ipsius iu-
dicis, non fauore publico, nec partium; ergo
partes nõ possunt renunciare; Immo certa scie-
tia arguit dolum *Præpos. in tract. de feudis. rub.*
de inuest. in maritum facta. in fin. num. 4 *Bald.*
in l. 1. *C. si à non comp. iud. col.* 1. *oppo.* 5. *n.* 5. vbi
dicit, quod si iurisdictio est concessa alicui fauo-
37 re dignitatis † propriæ, puta, episcopalis, non ha-
bet locum prorogatio; secus si propter publicam
vtilitatem. Maxime quando esset cõcessa nomi-
natiue inter certas personas, vel incertas de cer-
tis. ad tex. *in d. c. p. g. de off. deleg.* vbi idem sequi-
tur *Felin. limit.* 5. *n.* 2. *in fin. col.* 3.

Ex quo dicimus, quod quando iurisdictio cõ-
38 petit domino, Vassallus † non potest illam proro-
gare in alium. *Bart. in l.* 1. *§. & post operas. ad fi.*
de oper. nou. nunciat. Gemin. in cap. 1. *in princip.*
de for. compet. in 6. Licet *glos. in cap.* 1. *§.* 1. *de*
probib. feud. alien. per Feder. teneat contrariũ;
de quo tamen *Præpos. de feud. d. rub. de inuest.*
39 *in maritum facta. num.* 4. vbi distinguit, † an
dominus ignoret, prohibeat, vel sciat huius-
modi prorogationem. *Bald. d. tit. de inuest. in*
marit. facta. & in l. 1. *C. si à non comp. iudic. op-*
pos. 5. *n.* 5. vbi dicit, quod si est concessa iure pro-
prio domino per vassallos; tunc non fit proro-
gatio inuito domino; quia vassallus non potest
derogare, nec detrahere iuri domini sui; nec è
contra: Licet alij dicant, quod possit saluo iure
40 domini; cum distinctione tamen † de feudo fran-
co, vt ibi per eum, & per *Felinum in c. cæterum.*
col. 2. *num.* 5. *de iud. & in c. pastoralis. nu.* 3. *limit.*
6. *de off. ord.*

Præsertim quando ille iudex haberet sportu-
las distinctas ab alijs, licet hoc casu tanquam
prætor habeat illas communes; de quo an iu-
41 dex, qui læditur † in sportulis, possit impedire
hanc prorogationem, *Bald. in l. si qui ex consen-*
su. n. 8. *col.* 2. *in fin. vers. sed incidenter. C. de episc.*
audient.

Ex quibus etiam colligitur resolutio alterius
dubitationis; licet enim Auditores habeant co-
gnitionem causarum, à quinquaginta infra, &
tanquam legatus de latere, cum alijs clausulis,
prout in constitutione Rotali. Tamen, quia in
42 causis † pupillorum, & viduarum, & miserabi-
lium personarum deputatur iudex prætor, etiã
quod causæ sint in quantitate, & summa Audi-
toribus concessa, quando essemus in persona mi-
serabili, vt supra, non poterit vterque iudex
cognoscere, diuersis respectibus; sed solum Præ-
tor. Ita in specie concludit *Baldus in l. fin. §. vbi*
autem. colum. 2. *num.* 7. *vers. vidi dubitari. C. de*
caduc. tollen. Ratio est, quia inspicitur persona,
43 † tanquam dignior. *arg. l. iustissimè. de adil. edi-*
cto. Secundo, nam quando in priuilegium per-
44 sonæ deputatur alicui iudex † specialis, vt in
casu, de quo agimus, ille solus potest cognosce-
re. *Iacob. de Aren. in l. quod in rerum. §. si quis.*
de legat. 1. quem allegat, & sequitur *Bald. in*
d. §. vbi autem. colum. 2. *num.* 7. vbi dicit hoc
procedere; nam huiusmodi commissio nedum
est in specie, sed in indiuiduo attento loco, cui
datur fauor; ponens exemplum de statuto dispo-
nente, quod de causis hospitalis Misericordiæ
summatim cognoscat Collateralis potestas. Ter-
tio, quia iudex deputatus fauore personæ, eli-
45 gitur tanquam † magis discretus; sed qui depu-
tatur ratione minoris summæ, constituitur tan-
quam minimus. *l. fin. de iudic.* Vnde debet at-
tendi ratio personæ, tanquam maior. *l. vnica.*
C. quando imper. int. pupill. & vid. Immo de-
46 bet præferri veluti magis priuilegiata. † *l. assi-*
duis. C. qui potio. l. priuilegia. C. de priuil. cre-
ditor. Alexand. in l. titia textores nu. 7. *de leg.* 1.
47 vbi † *Imol. num.* 14. Idem *Bald. in l. executo-*
res. col. 7. *C. de execut. rei iudic. & in l.* 1. *in*
princip. in 3. *q. de off. consul. & in l. Gallus. §. il-*
le casus. de lib. & posthum. Anchar. in repet. c. ca-
nonum statuta. in verb. pone duo statuta. de const.
Rom.

Rom. in l. 1. de nou. oper. nunc. cum alijs per *Alexand. in d. l. titia.* qui dicit non esse recedendum ab huiusmodi opinione; Maxime quia
48 pupillaris ætas non conuenit, nisi pupillis; † sed quantitas conuenit omnibus personis; ergo est magis generalis, secundum *Bald. in d. l. executorem*, & per consequens potestas tanquam magis specialis debet præferri. *c. studuisti, de offic. deleg.*

49 Et quamuis multi teneant † contrarium, quod scilicet vterque poterit esse iudex, & est locus præuentioni, de quibus per *Alexand. in d. l. titia. & Felin. in d. cap. pastoralis.* Tamen dicti Doctores loquuntur, quando expresse apparebat, quod secundo iudici erat concessa iurisdictio super eo, super quo competebat primo iudici. Sed in casu nostro apparet, quod concedens voluit diuidere iurisdictiones circa causas separatas; vnde si dubium contingat, debet attendi magis priuilegiata per supradicta; Maxime, quia ista prouisio de pupillis est specialis, quæ præferenda est illi, qui concedit cognitionem pro summa scutorum quinquaginta, quæ competit omnibus; & sic tanquam generalis debet cessare. *l. seruus vrbanis. §. fin. de leg. 3. l. sancto legum. de pænis. Alex. in d. l. titia. de leg. 1. n. 6. & 7. Felin. in cap. pastoralis n. 2. col. 3. de offic. ordin.*

Quo ad vltimum verius est requiri in prorogatione vltra consensum partium, de quo modo non loquimur; vt per *Cardin. in d. cap. p. g. nu-*
50 *mero 10. quæst. 16.* etiam † consensum iudicis; videlicet illius, cuius iurisdictio prorogatur, *l. 2. §. & si iudex. de iudic.* Quod intellige, non quo ad prorogationem, quæ pendet ex voluntate partium, sed quo ad iudicium; quia nisi consentiat, non tenetur iudicare. *Specul. §. 1. vers. sed nunquid requiritur. de compet. iudi. addit. Cardin. d. cap. p. & g. quæst. 17. num. 10.*
51 vbi subdit quandoque etiam requiri † consensum iudicis, cui subsunt prorogantes, vt in clerico, & in laico in causa feudali; Clerici enim non habent legitimam personam coram non suo iudice, etiam ecclesiastico, sine consensu sui Episcopi. Vnde non potest facere prorogationem expressam, quo ad personam suam, vel
52 beneficij † sui, sine consensu sui diœcesani. *cap. significasti. de for. compet.* Tacitam autem sic per actum contrarium, & inobedientiam. *cap. fin. de vita & honest. Cleric. cap. in audientia de sent. excommunic.* Licet hoc casu non sit prorogatio, sed amissio priuilegij, vt per *Card. in d. c. p. & g. de offic. deleg.*

53 Huiusmodi tamen decretum, † quod non appelletur nisi ad prætorem, non faceret incompetentiam, si non esset vsu receptum, cum habeat tacitam conditionem, si vsu recipiatur, maxime quando contrarius vsus extaret, quod Auditores essent in quasi possessione procedendi in similibus causis. *Magon.* in specie *decis. Lucens. 49. in fine.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Prorogatio in causa appellationis valet si appellans prouocat ad superiorem Iudicis, à quo appellatur, quamuis ad ipsum tanquam mediatum non esset appellandum. Amplia vt num. 2.*

3 *Omnes præsentes possunt citari Romæ, & non habent ius reuocandi domum.*

¶ N. 34. *post verba.* decis. 419. n. 19. p. 1.

Quod etiam voluit *Socin. in cap. significasti. colum. 16. in fin. num. 35. q. 9. artic. 5. princip. de*
1 *for. compet.* † vbi quod valet prorogatio etiam in causa appellationis, quando appellans prouocaret ad Superiorem ipsius Iudicis, à quo appellatur, licet forte ad ipsum tanquam mediatum non esset appellandum. Quamuis enim propter errorem non posset forsan dici valere prorogationem iurisdictionis, Tamen valebit ex dispositione. *l. 1. §. penult. versic. si vero. et versic. si quis ergo. de appellat.* Prout etiam, si
2 partes sciuerunt, † & non opposuerunt, posset dici valere appellationem. *argum. d. l. 1.* quod multum cogitãdum, cum non repererit tactum, dicit *Socin. in dicto cap. significasti. numero 35. in fin.*

¶ N. 62. *post verb.* de offic. deleg.

Quo vero ad consensum partium circa iurisdictionis prorogationem, notandum est Ro-
3 mæ magis illum operari, † etiam in casibus, in quibus alibi non operaretur, cum Roma sit patria communis. *l. sed & reprobari. §. fin. de excus. tut. l. Roma ad municipal.* Ideo ibi poterunt omnes præsentes citari, & non habebunt ius reuocandi domum. *Mandos. reg. de idiom. quæst. 10. num. 2. & form. 4. commiss. in verb. de sui natura. in fin.* cum declarationibus, de quibus late *Socin. in cap. vlt. de for. compet.*

EPITOME.

Renunciatio appellationis facta per procuratorem habentem mandatum cum libera, an sit valida, & quid in Prælato, qui habet administrationem cum libera.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, cum libera operatur, etiam in requirentibus speciale mandatum.*

2 *Idem est ac si dictum esset, prout ipse constituens faceret.*

3 *Procurator non potest expresse renunciare appellationi, secus tacite.*

4 *Neque exceptioni peremptoriæ, secus exceptionis dilatoriæ, & feriarum.*

5 *Renunciatio appellationis per procuratorem sine iusta causa est nulla.*

6 *Per*

6 *Per clausulam, cum libera, non intelligitur quis posse donare.*

7 *Nec renunciare appellationi.*

8 *Prælatus non potest renunciare appellationi, neque rei iudicatæ, etiam quod habeat mandatum cum libera.*

9 *Propter dictam renunciationem competit Ecclesiis restitutio in integrum.*

Decisio LXXIX.

INstabatur declarari validam fuisse renunciationem appellationis factam per procuratorem Ioannis Toderini de Ancona in causa cum Francisco Raphaelis de Perusio, ex quo in eius mandato aderat clausula, cum libera,
1 quæ multum operatur,† etiam in requirentibus speciale mandatum. *l. procurator cum libera. de procuratorib. c. qui agendum in fi. eod. tit.* cum paria sint habere mandatum speciale, & cum libera. *Felin. in c. nonnulli. §. sunt & alij. n. 37. de rescript. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. n. 32. glos. 13.* & idem operatur dicta clausula, cum libera, quod
2 alia, quam ipsemmet †constituens posset facere. *Cras. de subst. procur. in verb. cum plena. to. 3. p. 1. fol. 373.*

Contrarium tamē visum fuit verius, nam procurator etiam factus dominus litis nō potest ex-
3 presse renunciare appellationi, & domino † præiudicare, licet tacite posset non appellādo. *Ang. & Imol. in l. ab executore. in fi. de appell. Iaffred. decis. 135. Bald. in l. fi. C. de temp. appell. §. 2. col. 2. Franc. in c. Nicolao militi. 64. n. 13. de appell.* Im-
4 mo neque † posset renunciare exceptioni peremptoriæ. *Dec. cons. 401. n. 9. Calcan. cons. 25. n. 1. & n. 15. Menoch. cons. 31. n. 39. Bero. q. 13. Riminal. Iun. consil. 81. n. 27. Alex. in l. 1. n. 11. C. de ferijs.* vbi dicit quod procurator cum libera potest indistinctè renunciare exceptionibus dilatorijs, & exceptioni feriarum, etiam quod esset præiudicium domini, puta quia testes non possent haberi propter ferias: & licet etiam loquatur de exceptionibus peremptorijs, tamen nō videtur, quod postea de illis intelligat, quando dicit indistinctè posse renunciare habentem mandatum cum libera, prout etiam dicit *Dec. cons. 401. n. 9.*

Maximè quia dicta renunciatio facta est nul-
5 la † iusta causa præcedente, qua stante posset d. procurator appellationi expressè renunciare. *Franc. in c. interposita. §. ille denique. nu. 9. de appellat. Bald. in l. cum procurator. in princip. de oper. nou. nunciat.* & ibi *Iaf. colum. 1.* docet quæ sit iusta causa.

Neque obstat dicta clausula, cum libera; quia
6 per eam non intelligitur posse donare, † prout faceret, si dicta renunciatio appellationis valeret. *Dec. cons. 401. n. 9. Alexan. cons. 115. n. 1. & 3. lib. 5. & cons. 22. n. 8. lib. 1.* vbi loquitur in specie
7 de mandato cum libera, † quod non posset operari renunciationem instantiæ. prout neque operabitur, quod possit liti, & causæ renunciare, etiā quod sit cum dicta clausula constitutus. *Doctor. in c. cum olim. de off. deleg. Bero. q. 33. & cons. 187 n. 52. lib. 1.* qui subdit, quod si non possunt renunciare iuri dubio, quia adhuc lis sub iudice est, neque appellationi, multo minus poterunt renunciare iuri claro, & liquidato, quod prouenit ex re iudicata.

Vnde neque Prælatus, qui habet administra-
8 tionem cum libera, poterit renunciare † appellationi in præiudicium Ecclesiæ. *Firm. de Ep. sc. n. 22. p. 4. lib. 4. tom. 13. par. 2. fol. 337.* & multo minus poterit rei iudicatæ renunciare. *Bero. consil. 187. n. 48. in fi. lib. 1.* Ratio est, quia taliter renunciare est donare. *l. si quis delegauerit. de nouationib. l. postquam liti. C. de pact.* vbi *Iaf. in fi.* hoc dicit, maximè quando renunciaret sine causa, & ibi *Purpur. n. 65.* & renunciare sententijs, quæ transiuerunt in iudicatum, & illarum effectum amit-
9 tere, est maxima † læsio Ecclesiæ, & talis ob quam competeret restitutio in integrum; prout dicit hoc ad sensum esse verissimum, & maximè notandum propter auctoritatem *Alex. d. cons. 115. in princip. & ad fin. lib. 5. Bero. consil. 187. num. 50. in fi. lib. 1.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Ex clausulis generalibus non resultat mandatum cum libera. n. 3. & 4.*

2 *Procurator cum libera an possit præiudicare domino.*

3 *Clausulæ generales in mandato intelliguntur respectu præmissorum, non immutando principalem dispositionem.*

¶ N. 9. in fin. *post verba.* lib. 1.

Prædicta magis procederent, si in mandato absque clausula cū libera adessent clausulæ quan
1 tumuis generales, & multum pregnantes. † Nam ex illis non resultat mandatum cum libera, quidquid dixerit *Bart. in l. procurator. cui pro eu. Actione. nu. 3. de procurat.* quem latè sequitur multos alios adducens *Monter. decis. 38. n. 37.* vbi etiam
2 *n. 38.* tenet † posse præiudicari domino per mandatum cum libera, renunciando appellationi, dūmodo non simus in magna læsione ex proposito, & animo procuratoris volentis domino studiose
3 nocere; † Cum opinio contraria sit magis vera, & recepta, vt testatur *Bero. q. 25. nu. 5.* & seruat *Rot. coram Sanctissimo Valentin. beneficij. 17. Decembris. 1582. & per Card. Seraph. Roman. 30. mill. 21. April. 1595.* Vbi loquitur in clausulis generaliter ad omnia quæ ipse constituens faceret, aut facere posset, quamuis speciale manda-
4 tum requirerent, † & ad gerendum omnia, & singula negotia, & res tanquam persona propria cum obligatione omnium bonorū: Itaut omnes clausulæ intelligantur respectu præmissorum nō
5 immutando principalem dispositionem. † *Bart. & Alex. in l. qui Romæ. §. callichanus. nu. 6. de verb. oblig. Idem Alex. cons. 21. viso instrumento. in fi. lib. 1. Ruin. cons. 67. n. 7. lib. 5.*

EPI-

EPITOME.

Defensor necessarius quis dicatur, & quando valeat sententia, & executio contra eum.

SVMMARIVM.

1 *Defensor necessarius dicitur quo ad necessitatem comparitionis*

2 *Defensor necessarius est omnis, qui non potest declinare iudicium.*

3 *Emptor in limine iudicij potest illud declinare.*

4 *Defensor necessarius potest iuuare reum iure proprio. & nu. 7.*

5 *Et vti defensionibus etiam ex persona sua.*

6 *Defensor voluntarius representat vicem eius, quem defendit.*

8 *Imputatur defensori si non appellauit.*

9 *Sententia formatur contra defensorem defensorio nomine. Intellige vt n. 10. & 11.*

12 *Veniens ad plenam defensionem animo nouandi, an condemnetur, & in eum fiat executio. & nu. 13. & 14.*

Decisio LXXX.

DEfensor necessarius dicitur duobus mo-
1 dis. Primo quoad necessitatem † compa
ritionis; & tunc omnis citatus est necessarius defensor, & semper habetur persona sua pro persona, cuius interest, si est citatus simpliciter. Et ita loquitur *Innoc. in c. cum inter prio-*
2 *rem. de except.* Secundo modo dicitur † omnis,
qui non potest declinare iudicium. *l. 2. C. de pa-*
3 *ctis.* † vbi emptor in limine iudicij poterat illud declinare, dicendo, incompetenter agis contra me, quia ex narratis per te non sum tibi obligatus. *Bald. in d. l. 2. C. de pactis. in fi.*

4 Speciale autem est in necessario † defensore, quod possit iuuare reum principalem ex iure proprio ipsius defensoris. *l. idemque. §. generaliter. ff. mand. l. fideiussor, §. quadam. eod. tit. l. procurator ad exhibendum, §. 1. rem rat. hab. Bal. in l. 2. C. de precibus Imper. offerend.*

5 Et necessarius defensor † potest vti defensio-
6 nibus etiam ex persona sua; † quod secus est in voluntario, qui per omnia representat vicẽ eius quem defendit. *Bart. in l. minor, §. quoniam, de procuratoribus, l. sed & si, §. item si rem de petit.*
7 *haredit.* Et † quando necessarius defensor possit
vti beneficio sibi competenti, & sic ex persona sua iudicem mutare, *Corn. cons. 79. in fi. lib. 4.*

8 Et defensori † est imputandum si debuit appellare, & non appellauit. *Bart. in l. liberto. §. litem. de neg. gest. nu. 3.*

An autem sententia, de qua in causa Rugge-
9 rij Bonfantis coram me vertente, subsistat † tanquam formata contra defensorem defensorio nomine; conclusum fuit affirmatiue, prout in specie dicit *Bald. in margarit. in verbo sententia, nu. 4.* Quod magis est in casu nostro, cum constet
10 huiusmodi defensorem † venisse ad plenam defensionem; tunc enim ipse condemnatur, & sententia profertur in eius personam, & debet dici, Condemno te defensorem nomine Titij, etiam si
11 † defensor interuenerit post litem contestatam. *Bart. in l. liberto. §. litem. de neg. gest.*

12 Veniens autem ad plenam defensionem, † si venit ad defendendum, non animo nouandi, si dominus est ignorans, ita quod non sit mandatũ vel expressum, condemnatur ipse defensor, & in eum fit executio, & condemnatur nomine domi-
13 ni; Secus domino † presente, & patiente, quia tunc videtur habere mandatum. *Innoc. in c. causam. 2. qui filij sint legitimi. n. 9.* vbi dat formam, & verba sententiæ quomodo sit concipienda.

14 Si autem dictus † veniens ad plenam defensionem venit ad defendendum animo nouandi, sine dubio condemnatur defensor. *Bart. in l. 1. ad finem. n. 12. C. de senten.*

EPITOME.

Reintegratio, quæ fit per statutum ad bona, à quibus filia fuit exclusa, quomodo intelligatur. Et quid sit detrahendum seu conferendum. Et quæ debeant per filium probari vt administratio per eum facta patiente patre, & non contradicente præiudicet patri, itaut ad debita per eum contracta teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Aesinum reintegrat filias dotatas, & exclusas per existentiam fratrum deficientibus fratribus sine filijs masculis.*

2 *Vbi est casus legis vel statuti, nõ cadit dubitatio.*

3 *Testes producentis probant contra illum.*

4 *Statuta præsumuntur in vsu.*

5 *Verba, si sine hærede masculo decesserit, important, ac si dictum fuisset sine filio masculo.*

6 *In reintegratione facienda ad bona paterna, deducuntur bona fideicommisso subiecta.*

7 *Statutum loquens de reintegratione ab intestato non habet locum existente testamento.*

8 *An filij positi in conditione dicantur positi in dispositione.*

9 *Probatio requiritur, vt bona sint subiecta fideicommisso.*

10 *Testis singularis non probat.*

11 *Bonorum appellatione veniunt iura, nomina, & actiones.*

12 *Idem iudicamus de bonis, quod de hæreditate vbi fit mentio bonorum vniuersaliter sine adiectione mobilium, vel immobilium.*

13 *Vbi fit mentio hæreditatis, veniunt omnia bona existentia tempore mortis defuncti.*

14 *Reintegratio fit ad illud, quod statutum abstulit, & de iure communi debebatur.*

15 *Responsio per verbum credit probat, ac si de veritate fuisset facta.*

16 *Reintegratio debet fieri ad fructus perceptos à die litis contestatæ.*

17 *In petitione hæreditatis fructus debentur à die mortis.*

18 *Dictio, in stirpẽ, significat vt duæ filiæ pro vna persona reputentur representando patrem.*

19 *In reintegratione fit collatio dotis, tanto minus accipiendo de bonis, quantum est dos.*

20 *Reintegratio fit ad bona deducto ære alieno.*

21 *Pro-*

21 *Probatio per instrumenta, & per testes parem vim obtinet.*
22 *Pecunia ex proprio patrimonio soluta deducitur ex hæreditate, vel repetitur, si integraliter est restituta hæreditas.*
23 *Idem de impensa funerum, quæ potest repeti.*
24 *Pater non tenebitur pro debitis filij.*
25 *Probatio requiritur quod pecuniæ fuerint conuersæ in vtilitatem illius, qui conuenitur de in rem verso.*
26 *Idem in eo qui tenetur, quod iussu, cum iussus non præsumatur.*
27 *Mandatum debet probari.*
28 *Administratio negotiorum facta per filium viuente patre, & illo patiente, quando patri præiudicet quo ad debita per filium contracta.*
29 *Filius tanquam administrator bonorum patri tenetur reddere rationem, quod pecuniæ acceptæ vigore mandati fuerint vel patri restitutæ vel in eius vtilitatem conuersæ.*
30 *Idem in alijs administratoribus.*
31 *Melioramenta non debentur si non fuerint probata in specie.*
32 *Melioramentorum quantitas si non est probata potest in executione sententiæ verificari.*
33 *Alienatio debet probari per eum, qui se fundat in ea.*

Decisio LXXXI.

IN causa, inter D. Bernardinam Colinam de Vigerijs, & D. Lucianam, & Iuliam etiã de Colinis de Esio; de pluribus fuit dubitatum, prout sententiæ latæ per Dominos Iudices à quibus, plures continent capita; & reducendo causam ad puncta, iuxta Constitutionem Rotalem,

Primo dubitabatur, an mortuo Capitaneo Dominico sine filijs masculis competat reintegratio petita medietatis bonorum, ad fauorem D. Bernardinæ Colinæ eius sororis, prout tam in prima, quam in secunda sententia iudicatum extitit, & affirmatiuè decisum fuit, esse locum dictę
1 reintegrationi, vigore *statuti Aesini* † *rub.* 111.
lib. 2. vbi filiæ dotatæ excluduntur per existentiã
fratrum; Tamen fratribus deficientibus post
aditam hæreditatem sine filijs masculis cum filiabus fœminis, filiæ, vel successores earum reintegrantur ad successionem bonorum patris in stirpem, & non in capita, ne filiæ sint deterioris
conditionis, quam neptes. vnde non cadit dubi-
2 tatio, † cum habeamus casum legis municipalis.
l. illam. C. de collation. Corn. cons. 109. *in fi. lib.* 1.
Et in specie statuti Aesini latè *Gabr. cons.* 7. *n.* 10
lib. 2. vbi dicit hoc transire sine vlla difficultate.

Non obstat, quod per D. Iuliam, & Lucianam fuerint multa deducta ad probandum, statutum non esse in vsu, & obseruantia; & contra illud pluries iudicatum: Quia potius ex testibus per eas ductis, probatur contrarium, cum plures fuerint nominati, quibus dicta reintegratio fuit cõ-
3 cessa, vigore eiusdem statuti. Vnde cum sint † te-
stes producentis contra illum, plenè probant,
etiam quod esset vnicus. *Ias. in l. admonendi. col.* 45. *de iur. iur. Paris. cons.* 88. *n.* 12. *lib.* 3. *Gabr.* qui de vera, & communi opinione testatur, *concl.* 1. *de testib. n.* 13. *vers. cõtrarium tenet.* cum alijs in-
4 fra *decis.* 90. *nu.* 18. Vltra quod statuta † præsu-
muntur in viridi obseruantia. *Dec. cons.* 534. *n.* 9.
Roland. cons. 90. *nu.* 54. *lib.* 1. *Mascar. de probat. concl.* 1332. *n.* 3.

Minus obstat, quod Dominicus Colinus senior auus in testamento instituerit Hieronymum Fi-
5 lium, eique substituerit, † si sine hærede masculo
decesserit; quæ verba important, ac si dictum fuisset, si sine filio masculo: *Aym. cons.* 38. *in prin. Alciat. cons.* 1. *to.* 1. *lib.* 3. *& cons.* 34. *tom.* 3. *lib.* 9.
Vnde videtur Dominicus nepos iunior vocatus, & D. Hieronymus grauatus illi restituere bona quæ tanquam fideicommisso supposita dicentur peruenisse ad eum ab auo, qui fideicommisit, & non à D. Hieronymo patre; & sic in reintegra-
6 tione † facienda ad bona paterna, ante omnia
opus est deducere bona Dominici aui senioris. *l. in imponenda, & l. irritum. C. ad l. falcid.* Stante igitur dicto fideicommisso, excludetur D. Bernardina; cum statutum loquens de reintegratio-
7 ne † ab intestato non habeat locum existente
testamento, vt post *Socin. Dec. Capram*, & alios allegatos concludit *Thob. cons.* 8. *per tot.* Et quod Dominicus Iunior censeatur vocatus ex testamento aui, videtur constare: quia filij in conditione positi, tunc vocati dicuntur; cum qualitas masculinitatis apponitur in substitutione per testatorem.

Quia omisso quando filij positi in conditione
8 dicãtur positi in dispositione, † & successiue sint
vocati per fideicommissum ad bona testatoris, à quo fuerunt in conditione positi; de quo per *Doctores in l. Lucius. de hæred. instituen. & in l. ex facto. §. ex facto ad Trebell. Gabr. de fideicommis. concl.* 4. *Mantic. de Coniectur. lib.* 11. *tit.* 2. *&* 3. *Clar. §. testamentum q.* 77. *&* 78. *Crassus. §. fideicommissum q.* 13. *&* 14. *Menoch. præsumpt.* 76. *lib.* 4. *Thob. consil.* 31. *& consil.* 32. *Aym. cons.* 763. *vol.* 5. *Bursat. cons.* 52. *vol.* 2. *& cons.* 1. *n.* 8. *vol.* 1. *Simon de Prætis de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *solut.* 2. *fol.* 298. *n.* 11. *Gabr. cons.* 93. *nu.* 39. *lib.* 2. *Dec. cons.* 59. *n.* 8. *vol.* 2.

Respondetur per D. Iuliam, & Lucianam hæredes non fuisse probatum, quod bona, ad quæ Bernardina petit reintegrari, & quæ erãt possessa per Hieronymum, essent Dominici Senioris, & postea apprehensa per Dominicum Iuniorem, prout opus erat, vt posset cognosci, an sint il-
9 lamet, † quæ prætenduntur subiecta fideicommis
so, de quo agimus, tanquam fundamentum suæ intentionis. *Bart. in l. non ignorat. C. qui accus. non poss. Roland. cons.* 3. *n.* 42. *lib.* 1. Nam Ioãnes Franciscus primus testis examinatus super dictis bonis nihil deponit, vt in 9. capitulo, & ad quartum interrogatorium, prout etiam Euangelista secundus testis, Petrus Dominicus tertius testis, vltra quod est de auditu, vt super 9. capitulo; est sibi contrarius, cum ad quartum interrogatorium concernens huiusmodi bona, dicat

nihil

nihil scire; immo debebat specificare quæ bona erant Dominici Senioris, prout ei instatum fuit: quod tamen non declarauit. Franciscus quartus testis nihil deponit, vt in eodem 9. capitulo, & quarto interrogatorio, prout Alexander septimus testis, Theodorus, & Antonius octauus testis, & nonus dicunt etiam nihil scire de prædictis bonis. Gabriel sextus testis est de auditu, prout in eodem 9. capitulo, vltra quod est etiam ipse contrarius, cum ad quartum interrogatorium examinatus super eodem negotio dicat nihil scire. solum huiusmodi probatio restringitur ad Sebastianum quintum testem, qui licet videatur probare dicta bona esse illa met, quæ reliquit Dominicus Senior; tamen est singulatis,
10 † & nullam fidem facit. *c. admonere. 33. q. 2. c. in nomine domini. de test. lib. Iaf. in l. si quando n. 11. C. vnde vi.*

Secundo dubitatum fuit ad quæ bona competat d. reintegratio; cum primus iudex solum iudicauerit de bonis stabilibus; secundus vero iudex non solum de illis, sed etiam mobilibus, iuribus, & actionibus. Et in hoc fuit confirmata secunda sententia; statutum enim mādat simpliciter filias reintegrari ad bona olim patris, vel aui, à quibus fuit exclusa; vnde succedit conclusio, quod
11 appellatione bonorū † simpliciter sine illa adiectione mobilium, aut immobilium, veniunt iura, nomina, & actiones. *l. nomen. C. quæ res pign. obligar. possunt. l. bonorum. §. vltimo. de verb. signific. Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuoc. donat. in verb. bona. n. 8. Pinell. in rubr. C. de bon. matern. in princ. Gabriel de verb. sign. concl. 7. n. 3. vers. limita istam opinionem.* [Maxime quia vbi fit mentio de bonis vniuersaliter, & simpliciter sine adiectione mobilium, vel immobilium, idem iu-
12 dicamus † de bonis, quod de hæreditate. *l. nam quod. §. si. ad Trebell. Bar. in l. quintus. la 2. §. argento. de auro. & arg. leg. Aym. conf. 11. nu. 7. & conf. 213. n. 6. Alex. conf. 59. col. 1. lib. 6.* Et appellatione hæreditatis veniunt omnia bona existen-
13 tia tempore † mortis defuncti. *l. nihil aliud. 24. de verb. signif. Bald. conf. 196. super eo, quod quæritur. in fin. vol. 4.* [Præterea statutum, de quo agimus excludit filias à successione, propter existentiam masculorum; & sic ab hæreditate, & omnibus bonis defuncti: & fratribus deficientibus sine filijs masculis reintegrat filias ad bona; vnde debent reintegrari ad successionem, & ad om-
14 nia bona; † cum d. reintegratio fiat ad id, quod de iure communi illis debebatur, & quod statutum abstulit. *Alex. conf. 188. consideratis verbis. lib. 6. Socin. conf. 75. viso testamento. num. 1. lib. 5.* Alias esset contra mentem statuentium, per quos in statuto fuit expressa ratio, ne scilicet filiæ sint deterioris conditionis, quam neptes, prout essent, si non intelligeretur reintegratio de omnibus bonis.

Tertio fuit dubitatū, Quænam bona sint probata per testes, tam stabilia, quā mobilia; ad quæ debeat fieri huiusmodi reintegratio. Et in hoc dictum fuit comprehendi illa, quæ probantur
15 † per responsionē partis ad positiones, quæ etiā quod sint factæ per verbum credo; tamen plenā probationem faciunt, ac si de veritate fuisset responsum. *Bal. in l. si. in prin. col. 1. ver. sed quid si tutor. C. arbit. tut. Bauer. sing. 41. in verb. positio, & articulus n. 2. Vestr. in praxi lib. 5. c. 14. nu. 7. vbi Grauat. n. 28.* Item comprehensa dicūtur omnia alia bona probata per duos testes, cum multa probentur solum per testes singulares, quod non sufficit: & vt magis distincte habeatur notitia di ctorum bonorum, fuerunt omnia specificata in fine sententiæ latæ in huiusmodi causa.

Quarto fuit declaratum deberi Bernardinæ medietatem fructuum perceptorum ex supradictis bonis: & quia duæ sētētiæ mandant illos esse dandos à die mortis Dominici, fuerunt in hoc
16 reformatæ, declarando deberi à die † litis contestatæ. *l. cum fundus in princ. ff. si cert. petat. l. videamus. §. actionem. de vsuris. l. si filiusfamilias. de verb. oblig. l. 3. §. in hac. ff. commod. Doctores in l. vinum. ff. si cert. pet.* Licet in hoc esset modici præiudicij, etiam quod dictum esset venire à die mortis Dominici; cum per paucos menses ante
17 litis contestationem obierit Dominicus; † & sic cum essemus in petitione hæreditatis posset dici, quod deberentur à die mortis. *l. item veniūt. §. fructus. de petit. hered.* Maxime nulla stante mora Bernardinæ interpellantis debitorem. *Doctor. in l. fideicommissarium ad trebell. Burs. conf. 44. n. 11. lib. 1. Aym. conf. 316. n. 2.* Et dicti fructus pro medietate pertinent ad Bernardinam; Nam quamuis adsint duæ filiæ Dominici, tamen reintegratio est facienda in stirpem, non in capita, vt disponit statutum; & sic duæ filiæ pro vna perso-
18 na reputantur repræsentando patrē; † cū hoc significet dictio in stirpē. *§. cū filius. inst. de hered. quæ ab intest. deferunt. Marzar. conf. 3. n. 1.*

Quinto quoad collationem dotis Bernardinæ de Flor. 1000. dictum fuit, illam esse faciendam, confirmando in hoc sententias, tam primam, quam secundam; quia de hoc disponit *statutum Aesinum in fi. rub. 111.* & de dote, & quantitate apparet in confessione Vigerij, respondendo ad positiones, vt in primo processu de partibus; quę responsio etiam quod facta sit per verbum credo, probat, vt supra dictum est. *Bal. in l. si. in prin. col. 1. ver. sed quid si tutor. C. arb. tut.* & quia dicta dos est pœnes virum d. Bernardinæ, collatio fiet,
19 tanto minus † accipiendo de dictis bonis, quantū est dos. *Bar. in l. 1. §. filium. ff. de collat. dotis Bal. in l. dotis. C. de collat.* iuxta æstimationem faciendam per partes, vt in sententia dicitur. *Cagno. in l. 2. n. 1. C. de rescin. vend.*

Sexto, quoad debita relicta per Hieronymum dictum fuit Bernardinam teneri ad medietatem illorum, cū bona intelligantur deducto ære alie-
20 no; vnde eo † detracto, debet fieri reintegratio. *l. cum emancipati. §. illud de collat. bono. l. mulier de iur. dotium. l. non possunt. de iure fisci. Aym. conf. 316. nu. 4.* In hoc tamen fuit reformata prima sententia, quæ solum restringitur ad debita, de quibus apparent publica instrumenta; & dictum quoquo modo constet legitime de præ-
21 fatis debitis, prout ita de iure esse debet; † cum parem

parem vim obtineat probatio per testes, per in-
strumenta,& aliàs legitimas probationes. *l.in*
exercendis.C.de fid.instrum. Et in dictis debitis
comprehenduntur etiam census facti per d. Hie-
ronymum,& postea extincti per Dominicum;cũ
22 regulariter pecunia † ex proprio patrimonio so
luta deduci possit ex ipsa hæreditate, vel repeti,
si integraliter hæreditas sit restituta. *l. 1. C. ad*
S. C. Trebell. l. si quid possessor de petit. hered.
l.fin. de neg.gestis. Calcan.*cons.37.col.4. Roman.*
cons.276. in 7. dub. nu. 6. Aym. cons. 316. nu.4.
23 Idem etiam dictum fuit de impensa † funerum de
proprio facta,confirmando in hoc vtramque sen-
tentiam *l.si possessor.de relig.et sumpt.fun. Rom.*
cons.276.n.6. ad fi.

Septimo debitum hæreditatis d. Hieronymi,
quod declaratur esse scutorũ mille dotis Thisbæ
matris Lucianæ,& vxoris Dominici promissæ d.
Hieronymo patri,an debeat esse in cõsideratio-
ne,& deduci,tanquã debitum Hieronymi , vt in
prima;sententia;an vero Bernardina sit absoluẽ-
da , itaut non teneatur ad contributionem dicti
debiti, prout in secunda sententia reuocatoria
primæ dictum fuit,quod absoluatur Bernardina,
occasione d.debiti dotis Thisbę,confirmando in
hoc secundam sententiam;quia ex actis apparet
quod dicta dos peruenit ad manus Dominici ma
riti Thisbę,non autem Hieronymi patris Domi-
nici , vt in instrumento producto in secunda in-
stantia corã Vicario.fol.37.sub die 23.Nouem-
bris 1592 [Neque obstat instrumentum produ-
ctum coram arbitris in prima instantia. fol.100
Vbi sub vltima Decembris 1573.Hieronymus lo
cat in suis bonis Flor. 502. datos pro dote This-
bæ per Siluium eius patrem, quia non est in for-
ma probãti,& nihil facit; Maximè quia per par-
tem fuit oppositum de eius nullitate;& est extra-
ctum per Archiuistam substitutum;de cuius sub-
stitutione non constat ; non est publicatum , ne-
que habet requisita instrumenti .

Octauo quoad flor.400.debitos filijs commu
nibus Vigerij , & Bernardinæ pro residuo flor.
1000.debitorum titulo donationis factæ per Hie
ronymum, quod fuit declaratum tanquam debi-
tum d.hæreditatis, prout in prima sententia con
firmata per secundam,fuerunt etiam d.sententiæ
confirmatæ quia apparet de donatione ad fauo-
rem filiorũ sub 27.Martij.1574.fol.105. in pro-
cessu arbitrorum;& cum non constet de solutio-
ne facta à d Hieronymo donante, & modo solui
debeant , dicta Bernardina tenetur soluere pro
medietate,quia est debitum d.Hieronymi .

Nono quid de censibus constitutis per Domi-
nicum in vita patris,vel aliàs contractis, nondũ
extinctis,qui fuerunt positi tanquam debita , ad
quæ teneatur Bernardina contribuere,vt in pri-
ma sententia , quæ in hoc reuocatur per secun-
dam . Dictum fuit confirmandam esse secundam
sententiam ; & sic Bernardinam non teneri ad d.
contributionem ; eum non sint debita Hierony-
24 mi, sed Dominici filij , † pro quibus pater non
tenetur. *l.1.C.ne fil.pro patre*; neque fuit articu-
latum, nedum probatum, quod d.summæ fuerint
25 conuersæ in vtilitatem Hieronymi , † itaut pos-
set dici,illum teneri de in rem verso. *l.3.ff.de in*
rem verso. Neque potest dici illum teneri quod
iussu;non enim hoc probatur,vt debebat fieri,cũ
26 iussus sit quid facti: † & non præsumatur. *l.si quis*
mihi bona.§.iussum.de acquiren. hered. nec cre-
27 ditur assertioni eius,qui dicit habuisse † manda-
tum. *Aym.cons.260.nu.3. lib.1. Roland.cons.48.*
n.1. lib.1.

Non obstat,quod Dominicus probauerit , se
(viuente patre) gessisse negotia domus,& admi
nistrasse illo patiente,& sciente;quia nõ per hoc
concludunt testes , quod d. administratio fuerit
facta eo tempore,quo fuerunt census constituti,
& debita contracta,prout debebat fieri, vt pro-
28 batiò afficeret. † Ita in specie administrationis
concludit *Alex.cons.80.viso processu causa.col.2*
n.9 vers.& per hoc etiam patet.lib.4. Et licet fue-
rit magis specifice articulatum per Lucianam,&
litis consortes , quod Dominicus pro alenda fa-
milia , & negotijs domus contraxit debita cum
consensu patris ; Tamen hoc non probauit, cum
nullus ex testibus aliquid deponat,vt apparet in
16.& 17.articulo;cum dicant solum de admini-
stratione domus facta per Dominicum in vita
patris,sine vlla specificatione à quo tempore ei-
tra cœperit administrare. Solum Frãciscus quar
tus testis ad decimumtertium interrogatorium
deponit , quod Dominicus subintrauit in censu,
quem ipse testis habebat cum quodam de S.Seue
rino,præsente,& consentiente Hieronymo; cum
sine d consensu ipse nollet contrahere cum Do-
minico;de quo tamen cẽsu nihil apparet,& qua-
tenus esset probatus per instrumentum, iam su-
pra in quinto dubio firmatum fuit,quod in debi-
tis comprehendantur census facti per Hierony-
mum.Neque dictum præfati testis tanquam sin-
gularis aliquid facit,nisi aliunde per instrumen-
tum,aut alio modo appareat de d.consensu [Mi
nus obstat , quod Sebastianus quintus testis ad
15.interrogator.videatur deponere,quod pater
consensit;quia nihil facit eius depositio,cum so-
lum dicat, quod Dominicus voluit constituere
census,sed non potuit sine patris licentia,qua ha
bita,cõstituit,prout audiuit à Francisco Mona-
uecchio;& sic est de auditu: vltra quod non speci
ficat quantitatem census , & ad fauorem cuius
erat facienda illius constitutio;& alia,quę requi
runtur pro distincta,& plena probatione;Vnde
illius depositio est nullius momenti .

Præterea,etiam quod probaretur dicti patris
mandatum;tamen Dominicus debebat tanquam
procurator,& administrator reddere rationem
29 † probando, quod pecuniæ acceptæ vigore dicti
mandati fuerunt,vel patri restitutæ, vel in illius
vtilitatem conuersæ ; de quo tamen nihil appa-
ret *Roland.* qui loquitur in filio,de administra-
tis in vita patris *cons.49.nu.12. lib.1.* post *Socin.*
cons.192.capio difficultatem colum.6.ad med.n.5
vers.quinimmo etiam.& Abb.cons.12. magnifi-
cus Dominus;prout regulare est in omnibus ad-
30 ministratoribus, † vt teneantur ad redditionem
rationis.*c. qualiter,& quando il 2.de accusatio.*

l.2.de neg. gest.l. 1. de tuto.& ratio. distrab. l. si procuratorem.§.1.ff. mandati.

Decimo quoad melioramenta facta per Dominicum in bonis, de quibus agimus, dictum fuit Bernardinam absoluendam, cum de illis non cõstet; nullus enim testis deponit quæ sint ista meliorament anisi solum in genere, quod d.Domi-
31 nicus † meliorauit huiusmodi bona, vt in 15.capitulo. Vnde cum sit probatio obscura, & generalis non releuat.[Neque obstat, quod illa possint æstimari, licet non fuerint probata; quia quando de illis plene constaret, licet non esset probata certa quantitas; tunc iudex debet æsti-
32 amare, vel saltim concedere retentionẽ pro† meliorament is liquidandis postmodum in executione sententiæ. *Cagnol.in l.quatenus.in fin.de reg.iur.* ad exemplum interesse nõ probati; quia tunc etiam datur sententia super interesse in executione liquidandi. *Bart.in l.vnica.* C. *de sententijs, quæ pro eo quod interest.Corn.cons.*318. *col. fin. lib.* 4.

Vltimo, quoad Cuppas decem terreni empti à d.Dominico prope bona d. Hieronymi in plano Sancti Antonij: dictum fuit non venire in fideicommisso, seu restitutione; cum non sint bona Hieronymi, sed empta à d. Dominico, prout fatetur Vigerius maritus, & procurator Bernardinæ, vt in processu Esino fol. 76. quæ confessio oberit, cum sit facta ab habente mandatum ad transigendum, & confitendum, cum clausulis amplissimis, vt in eodem processu.fol.19. Et licet sit facta d.responsio per verbum credit; tamen facit plenam probationem, ac si de veritate fuisset responsum. *Bald.in l.fin.in princ.col.*1.C.*arbitr. tut.* cum alijs supra allegatis.[Neque obstat, quod Vigerius in d. confessione prætendat dictas terras esse compensandas cum multis bonis alienatis per Dominicum, quæ erant in hæredi-
33 tate Hieronymi;† quia de alienatione non constat, & per eum erat probanda, tanquam fundamentum suæ intentionis. *Bart. in l. non ignorat. C.qui accus.non possunt. Roland.cons.3.num.*42. *lib.*1. De emptione etiam dictarum terrarum loquitur Sebastianus quintus testis, vt in 15.capitulo in processu rotali.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Filij positi in conditione quando censeantur vocati. n.2.& 3.*

4 *Iura. & actiones non veniunt appellatione bonorum mobilium, & immobilium vbicumque sitorum.*

5 *Liquidatio non est facienda, si quis mittatur in possessionem talium, & talium rerum, & ab huiusmodi decreto non appellatur.*

6 *Liquidatio quæ fit ad effectum possessorij, non admittit appellationem; prout nullitas, ex qua deducitur spolium.n.7.*

8 *Fructuum liquidatio a quo tempore fit facienda, & in causa restitutionis in integrum. n.9.*

10 *In taxatione fructuum media via eligitur, & quomodo illi probentur. n. 11.*

¶ N. 8. *post verba.* cons. 59. n. 8. vol.2.

Peregr.de fideicom.ar.28.n.2. vbi testatur fuis-
1 se pluries iudicatum, † quod etiam si filij sint à testatore grauati positi in conditione, non ex eo censeantur tacite substituti, cum alijs de quibus late *Clau.Chifletius.de iur.fideicommis. cap.*14. *fol.*941. Nisi ex coniecturis contrarium appareret, quia tunc positi in conditione censetentur
2 vocati † *Rot.coram Cardin. Seraph. interamn. bonorum seu fideicommis.15. Nouembris.* 1599. vbi late ponuntur quales debeant esse huiusmo-
3 di coniecturæ. † Quidquid contrarium simpliciter dicat magis commune *Gabr.conclus.4.de fideicomm.* cum multis alijs, de quibus per *Ignat. Lop.ad Diaz.reg.339.col.6.& per Ceuall.q.*277. *& q. 94. num.*4. vbi ampliat etiam si expresse grauentur, vt post obitum illorum fiat substitutio, & non solum in hæreditate, sed etiam in legatis, de quibus *Couarr.in cap. Rainutius.§.3. n.2.& 6.de testam.*

¶ N. 11. *post verb.* istam opinionem.

Cum aliàs si fiat mentio de bonis mobilibus, & immobilibus vbicumque sitis, non comprehen-
4 dantur iura, † & actiones, cum sint tertia species, nec circumscribantur loco. *Dec.consil.*442. *in causa. Mandos. form.3.commiss.in verb. stabilia. in fin.*

¶ N. 15. *post verb.* late in huiusmodi causa.

Cuius vigore fuit data possessio non obstante appellatione, quæ licet detur à sententia liqui-
5 dationis, † tamen quando in sententia mittitur quis in possessionem talium rerum nominatim, non est dicendum, quod hoc sit proprie liquidare, quia sequeretur, quod omnes sententiæ restituentes ad certa corpora, essent liquidatoriæ, quod est falsum. *Rot. coram Cardin. Seraphin. Fauentina spolij. 15. Aprilis.*1580. vbi etiam, quod facta probatione in actis, ex qua liquidantur bona non subiecta restitutioni, nihil obstat, quominus Iudex possit pronunciare aliquem esse restituendum ad talia bona, quia illa liquidatio fit solum ad effectum possessorij. *Dec. cons.*
7 28. † Prout dicimus de nullitate, ex qua deducitur spolium. *Rot. coram Sanctissimo, Tiburtina castri.*1577.*& per Cardinal.Pamphil. Recanaten. bonorum. 26. Iunij.* 1588.

¶ N.16. *post verba.* l.vinum. ff.si cert. pet.

Prout regulariter fructus solent liquidari à di-
8 cta dic † *l.certum.*C.*de rei vendic.* Ita ut quamuis per multos annos quis non fuerit prosecutus litem, Tamen si postea fuit commissa causa restitutionis in integrum, dicatur suscitata prima lis.
9 *Cassad.dec.18.de rescript.* † Et in consequentia m

fructus

fructus debentur à die primi iudicij, cum resti-
tutio reponat omnia in pristinum *Abb. in c. ad no*
stram. n.4. de reb. eccles. non alien. Rum. cons. 26.
n. 23. lib. 3. Adeo quod ad huiusmodi effectum
non attendatur bona vel mala fides *Odd. de rest.*
in integr. art. 2. quæst. 45. nu. 13. & 20. Quidquid
dicat *Couarr. lib. 1. var. resolut. c. 3. nu. 13.* cuius
opinio non admittitur, vt *per Rot. coram Card.*
Seraphin. Perusina executionis. 19. Nouembris.
1597.

¶ N. 18. *post verb.* Marzar. cons. 3. n. 1.

Quomodo autem circa quantitatem sint ta-
1 xandi huiusmodi fructus, media via eligitur, † cũ
in hac materia sufficiant leuiores probationes,
etiam per coniecturas *Bald. in l. 2. nu. 22. C. de*
fruct. & lit. expens. Et per solum, *Achill. decis. 5.*
de fructibus. Et per testes de auditu, & creduli-
tate *Alex. in l. pretia rerum. n. 9. ff. ad leg. falcid.*
cum alijs per *Rot. coram Card. Seraph. perusina*
11 *executionis. 19. Nouemb. 1597.* † vbi fuerunt ta-
xati inter salmas duodecim iuxta locationem,
& septem, iuxta sententiam; & ibi etiam quod sa
tis probatur perceptio fructuum ex possessione
non dato alio possessore. *Rot. decis. 5. de prob. in*
nou. Achil. decis. 5. de fructib. contra Caputaq. de-
cis. 30. p. 2.

E P I T O M E.

Clem. 1. de re iudic. an habeat locum quando ex tribus sen-
tentijs adest laudum arbitrorum. Et quid si laudum fuit
latum ex necessitate statuti de causis compromittendis.

S V M M A R I V M.

1 *Laudum arbitrorum non dicitur sententia, cum*
careant iurisdictione.
2 *Clem. 1. de re iudic. non habet locum in senten-*
tijs arbitrorum.
3 *Fallit quando sumus in laudo arbitrorum qui*
sunt electi ex necessitate statuti.
4 *Laudum habet vim sententiæ iudicis ordinarij.*
5 *Sententia arbitri electi ex necessitate statuti, est*
propriè sententia, & res iudicata.
6 *Idem in sententia habente executionem ex for-*
ma statuti.

Decisio LXXXII.

IN eadem causa Æsina hæreditatis, post la-
tam sententiam tenoris, prout in superiori
decisione, instabatur per D. Bernardinam
Colinam de Vigerijs pro executione sententia-
rum in huiusmodi causa latarum in illis parti-
bus, & capitulis, in quibus, adsunt tres cõformes,
quorum priuilegio locus est in eo, in quo omnes
sententiæ conueniunt, etiam quod in omnibus
non sint conformes. *Card. in clem. 1. de re iudic.*
oppos. 1. n. 2. & q. 17. n. 15. Aym. cons. 183. n. 3.
Tamen prędictis obstabat; quia ex istis tribus
1 sententijs, prima fuit lata per arbitros, † quæ
proprie non dicitur sententia, cum iurisdictione
careant. *l. 1. de arbitr. Dec. consil. 11. num. 2.*
Vnde *clem. 1. de re iudic.* non videtur, quod ha
2 beat locum in sententijs arbitrorum, † prout ita
in specie concludit *Bal. in l. vnica. C. ne liceat in*
vna. ead. caus. col. 2. n. 4. vers. tertio est ponderan-
dum. Barbat. in d. clem. 1. de re iud. col. 2. Gabr. de
execut. rei iudic. concl. 1. n. 29.
Sed quod sit locus d. executioni faciebat. Nã
licet sententia sit lata ab arbitris; tamen, quia
3 † sumus in laudo arbitrorum electorum ex necess
sitate statuti Aesini de causis compromittendis
inter coniunctos, prout constat ex actis, quod in
vim d. statuti fuit factum compromissum; dicen-
dum est, quod tale laudum habeat vim sententię
iudicis ordinarij, & reguletur secundum naturã
4 illius. † *Ang. & Castr. in l. apertissimi. C. de iudic.*
Bart. & Bald. in l. quid ergo. §. ex compromisso. de
his qui not. infam. Aym. cons. 202. n. 27. Bal. in l. 1
C. de periculo. & com. rei vend. colum. 1. n. 6. vers.
vlterius oppono. Late *Nicons. in c. quoniam con-*
tra. de probatio. n. 243. vbi, quod isti arbitri sunt
vere ordinarij, & eorum sententia est proprie
5 † sententia, & res iudicata *Felin. in c. irrefraga-*
bilis. ad fi. n. 10. in fi. vers. sed adde. de offic. ordin.
6 prout etiam quando sententia † arbitri habet
executionem ex forma statuti: tũc enim proprie
est sententia. *Dec. cons. 11. n. 2. circa med.* vbi de
communi. Nihil tamen fuit in hoc conclusum,
cum interim fuerit inhibitum, & causa commis-
sa in Vrbe; vnde non opus fuit vlteriori disputa-
tione.

A D D I T I O.

S V M M A R I V M.

1 *Arbitri quando æquiparentur iudicibus. n. 4.*
2 *Iudex debet quærere concordiam partium.*
3 *Sententia arbitri nihil operatur, si partes sunt*
concordes.
5 *Arbitri in quos iudex mandat causam compro-*
mitti, habent iurisdictionem, & æquiparantur
iudicibus.

¶ N. 6. *post verb.* vlteriori disputatione.

Quamuis esset concludendum pro executione
cum simus in iudicibus, vt dictum est. Vnde hu-
iusmodi arbitri tenentur iudicare secundũ con-
1 uentionẽ partium, † cum æquiparentur iudicibus
Ias. in l. si conuenerit. de re iud. Soc. cons. 29. col. 4.
lib. 1. Prout debet facere Iudex, qui nihil aliud
quærit, nisi concordiã partium, & secundum ea-
2 rum voluntatem controuersiam finire † *l. 1. §. et*
post operis vbi Bar in summario. de nou. oper. nun
ciat. Glos. in c. 1. in verb. concordiam. de mut. peti-
tion. Quod secus est in arbitrio voluntario, qui
debet æquã ferre sententiam. *l. qualem. de recept.*
3 *arbit.* † Licet quando sunt concordes sententia
arbitri nihil operaretur, quasi non produceat
actionem, & sit superflua, *Bar. in d. l. si cõuenerit,*
et ibi Ias. n. 7. qui de communi *de re iudic.* Et ge-
nerale est, † quod in causis, in quibus non potest

compromitti videlicet in dote, rebus prohibitis alienari, alimentis,& alijs, quibus à iure interdicta est alienatio, poterit tamen fieri compromissum in istos arbitros electos ex necessitate statuti, cum habeant iurisdictionem, & æquiparentur iudicibus,& si compromissum necessarium, non voluntarium, vt late comprobat *Surd. de alim. tit.8.priuil.56.n.33.vsque ad n.*40. Idem si iudex cogat partes ad compromittendum, cum alias videt litem non posse terminari, vel quia fuit diu litigatum, nam hoc etiam dicetur compromis-
5 sum necessarium,† itaut isti arbitri dicantur habere iurisdictionem veri iudicis, & sint arbitri iuris. *Caputaq.decis.*166.*p.*1.

E P I T O M E.

Victor an debeat appellare ab omissa condemnatione expensarum, quando victus appellauit; & si fuit appellatum, & obtentum causam committi, an appellatio teneat, vel causa debeat remitti.

S V M M A R I V M.

1 *Victor non debet appellare ob omissa condemnatione expensarum quando victus appellauit, et si appellat non valet appellatio, sed causa remittitur.*
2 *Et est communis omnium opinio.*
3 *Intellige secus quando fuit expressè absolutus.*
5 *Ratio differentiæ.*
6 *Appellatio non est communis quando victus appellauit in parte & partibus, & obstat res iudicata si non appelletur.*
7 *Appellationes omnes ex priuilegio censentur deuoluta ad Rotam, etiam quod appelletur ad Papam.*
8 *Si appelletur ad Papam, & Archiepiscopum, cognoscit Papa.*
9 *Et processus factus per iudicem inferiorem scientem redditur nullus.*

Decisio LXXXIII.

1 Dicebatur † victorem non debuisse appellare ab omissa condemnatione expensarum, ex quo victus appellauit; Vnde si fuerit ab ea appellatum,& obtentum committi causam appellationis, non valebit appellatio; & causa debet remitti. *Doctores in c.significauerunt de exception.& in l.fi.C.quando prouoc.non est necess. Card. in c. Nicolao militi in princ. de appell. & in clem. sæpe §.si tamen.n.* 10.*col.fi.vers. decimo quaro. de verb. signif. Specul. de appellat. §.in quibus.vers.*34. *Natta cons.*489. *in fin.* vbi dicit
2 † neminem in hac opinione discedere. *Rota decis.*47.*a* *fi.alias* 353.*de appel.in nouis. Milius in verb. appellare non potest victor. fol.*17. *Nicel.in concordantia glosarü limit.*29.*n.*71.*to.*18.*f.*194.
3 Contrarium tamen † pro validitate appellationis fuit conclusum ad fauorem D. Ambrosij de Ciceribus de Ancona, ideo non debere remitti causam; Nam per D iudicem à quo, fuit abso-
4 lutus victus ab expensis, † quo casu victor debet appellare respectu expensarum; tunc enim non habet locum *lex finalis.C.quando prouoc.non est*
5 *necesse. Iaffred.decis.*418. Ratio est;† quia facta absolutione expensarum expressa, necesse est illam reuocare, & sic venire contra factum primi iudicis; sed vbi condemnatio est omissa, potius suppletur eius factum in eo quod est omissum; vnde non mirum si hoc casu tenetur expressè appellare, quando fuit expressè victus absolutus. *Fel.in d.c.significauerunt.col.*1.*de exceptio.*
6 Eo maximè, quia in casu, de quo agimus † victor appellauit in parte, & partibus; tunc enim appellatio non est communis, immo obstat et res iudicata, si non esset appellatum, prout dicimus in capitulis separatis. *Fel.in c.*2.*col.* 1.*vers. limita secundo de mut.petit. Franc. in c.si duob.*7. *sub n.*5.*in princ.de appellat. Surd. decis.*143.

Vltimo quia appellatio, quæ prætendebatur per aduersarium, facta fuit interposita ad iudicē appellationis Anconæ,& D. Ambrosius appellauit ad Sanctissimum. Et cum ex priuilegio Rota-
7 li † omnes appellationes censeantur deuolutæ ad Rotam, etiam quod interponantur ad Papam, debet cognosci causa in Rota; Nam quando am-
8 bæ † partes appellant vnus ad Papam,& alius ad Archiepiscopum, cognoscit Papa. *Gamb.de auct. legat.n.*112.*lib.*8.*in prin.to.*13.*p.*2.*f.*212. Et stan-
9 te duplici appellatione, ex quo † appellatio totius causæ dicitur ad superiorem deuoluta, processus factus per iudicem inferiorem scientem appellationem, & deuolutionem, redditur nul-
10 lus,† licet secus esset quando ignoraret. *Lancell. de attent. ampliat.*15.*nu.*23.*to.*5.*fol.*355.*post Bero. cons.*6. *& si plura. n.*4. *lib.*3.

ADDITIO.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio, & approbatio sententiæ in parte, & partibus non prodest aduersario.*
2 *Rescripta, et commissiones appellationum quando sint communes inter litigantes. n.*3.

¶ N. 6. *post verb.* Surd. decis. 143.

Appellatio enim limitata producit effectum
1 limitatum,† itaut non prosit aduersario *cap.rainaldus.* 18. *& ibi Abb. num.* 7. *de testament.* Et approbatio sententiæ in parte,& partibus non operatur inuito aduersario tanquam dependens à voluntate approbantis, prout dicimus de protestatione *glos. in l.alimenta.*11. *in verb. materna.C.de negot.gest. Bartol. in l. final. de eo quod cert. loc. & in l. non solum. §. morte. column.* 3. *de nou. oper. nunciat. Nouat. Put. & alij per Mandos. form.* 17. *commiss. in verb. in parte & partibus ad fin.* vbi testatur de veriori opi-
2 nione, & per Rotam approbata;† & ibi ampliat ad rescripta, & commissiones appellationum, quæ licet sint communes inter litigantes, itaut aduersarius non obtinens possit illis vti. *Bald. in l. si quis. in* 1.*lect.* §. *sed & si*

impe-

impetrauerit.ff.quod quisque iur.Ias.in l.si arro-
3 *gator.n 55.adoption.*†Tamen quando esset com-
missa causa appellationis cum illis clausulis qua-
tenus contra,vel in parte, & partibus,non iuuat
aduersarium,qui causam non commisit;Quia ap
paret per præmissam protestationem,quod cau-
sam committẽs noluit aduersarium iuuare.*Put.*
decision.14.de appell. Mandos.form.17. commiss.
vbi etiam approbat huiusmodi praxim appellan
di in parte, & partibus,post *Abb. in cap.rainal-*
dus. n. 7. de testam.

EPITOME.

Offensio facta vni ex litigantibus an præsumatur facta occasione litis, vt sit locus Bullæ Alexandrinæ. Et an dicta Bulla liget extra Romanam Curiam. Et cui sit applicanda pœna d. constitutionis.

SVMMARIVM.

1 *Vt sit locus Bullæ Alexandrinæ non requiritur probatio, quod offensio fuerit ex causa litis.*
2 *In dubio præsumitur offensio ob causam litis.*
3 *Bulla Alexandrina non ligat extra Romanam Curiam.*
4 *Fallit lite pendente in Curia.*
6 *Statuta facta à legatis sunt perpetua.*
7 *Secus in alijs bannimentis.*
8 *Per confirmationem ius nouum non inducitur, sed vetus conseruatur.*
9 *Pœna Bullæ Alexandrinæ quibus sit applicanda.& num. 10.*

Decisio LXXXIV.

PRobatum fuit in processu, offensionem fa-
ctam vni ex litigantibus fuisse occasione
1 litis;†licet,vt sit locus Bullæ Alexandrinæ,
non incumberet onus probandi, quod offensio
fuerit ex d.causa litis. *Mandos.cons.61. in 1.du-*
2 *bio*;† præsumitur enim offensio ex causa litis.
Rota diuers.decis.639.par.1.
Quibus stantibus conclusum fuit esse locum
3 d. Bullæ Alexandrinæ; licet † enim illa circa of
fensiones factas occasione litium non liget extra
Romanam Curiã,neque habeat locum in distri-
ctu. *Mandos.cons.60. per totum*; vbi consuluit de
4 Ciuitate Tiburtina,subdens tamen,habere † lo-
cum extra Curiam, lite pendente in Curia Ro-
mana. *Rota dicta decis.639.par.1.*
Tamen ex quo adsunt bandimenta, in quibus
omnes pœnæ comprehensæ in huiusmodi Bulla
5 † dantur contra eos, qui aliquem offendunt oc-
casione litium, vtique debet esse locus prædictæ
constitutioni: nam licet statuta sint antiqua, &
facta tempore aliorum Gubernatorum;nihilomi
6 nus ex quo sunt facta † à legatis de latere,dicun
tur esse perpetua, & durant, etiam legatione fi-
nita,& sic perpetuo sunt seruanda. *c.si.de off.leg.*
c.ex rescripto.locati, & conducti. quod secus est
7 in alijs † bandimentis,quæ expirant finita iuris-
dictione statuẽtis.*Bec.cons.4.per tot.* Vltra quod
8 apparet etiam de † confirmatione generali om-
nium proclamatum factorum etiam per antecef
sores;per quam confirmationem, licet ius nouũ
non inducatur,vetus tamen conseruatur. *c.exa-*
minata,et c.cum dilecta de confirm.vtil.vel inut.
Ias.in l. mora de iurisd. omnium iudicum. c. quia
intentionis. 29. de priuil. cap. quia diuersitatem;
& ibi glos. in verb. format. de concessione præ-
benda.
9 Quo vero ad pœnam,de qua in d.Bulla,† an
sit applicanda Fisco, vel proximioribus delin-
quentis,vel parti offensæ,vel alijs de quibus per
Mandos. d.cons.60. in 2. dubio. Mohed.decis.55.
incip.in causa Taurisina. dictum fuit in casu, de
10 quo agimus,†esse faciendam applicationem pœ
narum secundum formam constitutionis, à qua
non est recedendum,tanquam habeamus casum
11 † legis *l.illam.C.de collatio.Corn.cons.109. in fi.*
lib.1. Alia quo ad intellectum d. Bullæ vide per
Put.decis.102.cum duabus seq.lib.1. Rot.diuers.
decis.160.p.2. Mandos.d.cons.60.& 61.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio dicitur fauorabilis, per quam consulitur quieti litigantium, quamuis pœnam contineat.*
2 *Constitutio potest esse odiosa, & fauorabilis.*
3 *Damnum præsumitur datum ab eo qui habet interesse.*
4 *Laceratio instrumenti censetur facta ab aduersario.*
5 *Molestia illata per familiam quando imputanda sit domino.*
6 *Commodum sentiens ex aqua, præsumitur illam subtraxisse, & sic in similibus. n.7.*

¶ N. 2. *post verb.* decis. 639. p. 1.

Cum dispositio amplietur quo ad huiusmodi
probationem. Nam quamuis sit odiosa respectu
1 pœnæ,† quæ infligitur contra offendentes, ideo
esset restringenda;Tamen est fauorabilis,dum
consuluit quieti, & securitati litigantium. *Put.*
decis.104.n.1.lib.1. Et diuersis respectibus consti
2 tutio potest esse fauorabilis,† & odiosa. *Menoc.*
de recuper.possess.remed.1.nu.35.in fi. Quidquid
contrarium sequantur *Dec.in l.2.ff.de in ius voc.*
& Aym.cons.137. n.12. Quia contra eos est ve-
rior opinio,vt testatur *Ludou.Molin.de Hispan.*
primogenit.lib.1.c.18.n.6.
Eo magis quia præsumendum est delictum fa-
3 ctum, aut damnum datum ab eo, † qui habet in-
teresse,& commodum sentit,absque alia proba-
tione.*Bar.in l.fi.n.5.de quæstion. Menoch.de re-*
cuper.poss.rem.2.num.56. Lancell.de attent. p.1.
q.1. num. 71. Prout dicimus de laceratione in-
4 strumenti appellationis, † ad quam verifican-
dam non requiritur alia probatio, cum præsu-
matur illius subtractio ad instantiam partis cõ-
trariæ, quæ commodum sentiebat. *Rot. coram*
R.P.D.Orano Placen.fructuum. 5.May.1584.

& per Card. Blanchett. compostellan. liquidatio-
nis fructuum. 28. Iunij. 1591. Gonzal. ad reg. 8.
5 *Cancell. in probem. §. 7. nu. 161.* † Idem de mole-
stia illata per familiam, quæ imputatur Domino
in illis casibus, in quibus ipse commodum senti-
ret *Rom. & Ias. in l. de pupillo §. si quis ipsi præ-*
tori. de nou. oper. nunciat. Surd. de alim. tit. 9. q. 26
nu. 118. Vbi addit simile de pœna infligenda ob
6 aquam inuentam in alicuius prato, † præsumi-
tur enim ab eo ducta cōtra edicta prohibitoria,
ex quo versa est in eius vtilitatem. *Alber. in l. 1.*
§. si quis ita in suo. ff. ne quid in loc. publ. Et de fal
sificante instrumentum, cum etiam in eo præsu-
7 mendum sit hoc factum fuisse ab illo, † cuius vti-
litatem concernit. *Curt. Sen. cons. 55. in fi.* cum
declarationibus, de quibus per *Bart. in l. vltim.*
num. 5. ff. de quæstion. Bald. in l. 1. num. 22. C.
de fid. instrum.

EPITOME.

Conductori quando augendum sit prætium olei propor-
tionabiliter iuxta ratam mutationis monetæ.

SVMMARIVM.

1 *Conductori augetur prætium proportionabiliter*
iuxta ratam mutationis monetæ.
2 *Quantitas pratij refertur ad mensuram rei.*
3 *Mutata mensura mutatur prætium.*
4 *Aequalitas est seruanda.*
5 *Propositum in proposito idem operatur quod op-*
positum in opposito.
6 *Augmentum, & diminutio paribus passibus am-*
bulant, & n. 7. & 8.
9 *Solutio quando fiat in pecunia currente tempore*
solutionis & n. 10.
11 *Consuetudo est optima rerum interpres.*
13 *Non debet locupletari quis cū alterius iactura.*
14 *Conducens suo risico intelligitur rebus sic stan-*
tibus.
15 *Princeps non intendit partibus præiudicare.*
17 *Minuta æstimatione floreni minuitur æstimatio*
rerum quæ venduntur ad florenos.
18 *Quomodo decrescente æstimatione auri decre-*
scat æstimatio rerum. & n. 19.

Decisio LXXXV.

COmmunitas Terræ Auffidæ concessit per
quinquennium Equiti Rodomontio, tan-
quam meliorem conditionem offerenti
pro vtilitate publica, vt solus haberet facultatē
vendendi oleum per homines per eum deputan-
dos, ad rationem quatrenorū sexdecim pro qua-
libet mensura olei ponderis vnius libræ; & facta
conuentione, etiam obligatione camerali firma-
ta inter dictas partes, cum alijs clausulis in for-
ma, de quibus in instrumento per multos mēses
fuit venditum oleum ad prædictam rationē per
homines, vt supra deputatos. Verum quia tem-
pore dictæ conuentionis obolus, (seu vt vulgo di
citur baiocco) erat solum quatrenorū quatuor,
& postea fuit facta mutatio monetæ auctoritate
superiorum augēdo obolum ad quatrenos quin-
que; fuit mota lis per D. Equitem contra Com-
munitatem, sub prætextu quod deberet augeri
pretium olei proportionabiliter iuxta ratam mu
tationis monetæ; Et cum per Communitatē hoc
denegaretur, quasi fuerit facta conductio risico,
periculo, & fortuna ipsius, ad fauorem D. Equi-
tis Rodomontij allegabatur decisio D. Sebastia
ni Medices tenoris, prout sequitur.
1 Responsum fuit † esse agendū conductori pre-
tium olei proportionabiliter iuxta ratam muta
2 tionis monetæ. Quoniam † quantitas pretij re-
fertur ad mensuram rei, & illi correspondere
debet. *Io. Regnand. de mens. nu. 12.* Vnde sicut si
3 mutata † esset mensura olei, debuisset mutari il-
lius pretium; ita mutato valore monetæ debet
4 augeri proportionabiliter † quantitas soluenda,
vel quantitas olei minui, vt seruetur æqualitas.
5 *Brun. de dimi. concl. 12. in princ.* † vt idem opere-
tur propositum in proposito, quod oppositum in
opposito. *Doctores* communiter *in §. plus autem.*
6 *inst. de actio.* & augmentum † cum diminutione
paribus passibus ambulant, ita vt idem opere-
7 tur diminutio † quoad diminutionem. *l. plerum-*
que. l. si mancipia. de iur. dot. l. si estote. de leg. 1. Ex
quo sequitur, quod sicuti augmentum vnius rei
8 quoad aliam † correspondens auget ipsam rem,
ita è contrario facit diminutio in casu suo; ita in
puncto concludit *Brun. de augm. concl. 23. & 24*
Cum igitur valor quadrantis sit diminutus in
quarta parte, ita vt vbi antea quatuor centum
conficerent vnū scutum, hodie vero requirantur
quingentum; sequitur, quod proportionabiliter
debeat augeri quadrantium numerus, stante ea-
9 dem mensura olei, † vt solutio fiat in pecunia cur
renti tempore solutionis. ita in puncto conclu-
dit *Hier. Gabriel. cons. 164. vol. 1. nu. 5.* qui plures
10 ad hoc adducit. † Quod idem factum esse videtur
in alijs similibus casibus in prouincia; vbi erant
res appretiatæ, & stante huiusmodi mutatione
valorum monetæ, fuit quoque regulatum pretiū
11 rerum; Et optima † legum interpres est consue-
tudo *l. si de interpretatione. de legib.* Aliàs seque-
12 retur inconueniens; quoniam † emens hodie li-
bras centum olei pro pretio iuliorum 30. iuxta
valorem monetæ currentis, si illud venderet pre
tio taxato ante huiusmodi mutationem, esset in
manifesto damno ad rationem 25. pro centena-
13 rio, quod non est dicendum, & sic omnes † locu-
pletarentur cum eius maxima, & euidenti iactu
ra, contra *c. locupletari de reg. iur. in 6.*
14 Non obstat, quod † conduxerit suo risico, pe-
riculo, & fortuna; quia huiusmodi pactum debet
intelligi rebus sic stantibus, prout erat mensura,
pondus, & valor monetæ, de quibus non fuit co-
15 gitatum per partes, † & in quibus non fuit inten
tio Principis partibus nocere. *Aym. cons. 95. n. 7.*
In casu proposito dixi præfatam decisionē es-
se confirmandam; & omissis rationibus, & aucto
ritatibus doctissime in ea allegatis, solum addi-
16 di *tex. in l. 4. C. de veter. numis potest. lib. 10.* † vbi
deciditur in specie casus noster; & ideo de eo vo
lui facere mentionē; cū vbi adsit decisio legis, nō
sit

sit recurrēdum ad auctoritates Doctorū. Verba
autem textus hæc sunt: Pro imminutione, quæ
in æstimatione solidi forte tractatur, omnium
quoque pretia specierum decrescere oportet.
Ex quo colligunt ibi *Bart. & alij in summario,*
17 † quod minuta æstimatione floreni, minuitur
æstimatio rerum, quæ venduntur ad florenos.
Et subdit ibi *Lucas de Penna post Angel.* quod
si aurei minuantur pondere, vel in tenuta de
mandato Principis, amodo pro minori summa
recipiuntur; & sic diminuuntur aurei sicut à
principio descriptionis, quasi dicat, ipsis au-
reis diminutis, & rerum pretia sub eis dimi-
nuuntur. Quomodo autem decrescente æstima-
18 timatione auri decrescat † æstimatio rerum,
cum decrescat, & accrescat per se, vt in *l. pretia
rerum. ff. ad leg. falcid.* respondetur non esse
intelligendum, quod res dentur pro minori pre-
tio, sed dabuntur tot aurei quot valet: Dicitur
19 tamen decrescere, † eo quod aureus minus va-
let. *Bart. in d. l. 2. in fin. C. de veter. numis.
pot. st. lib. 10.*

EPITOME.

Appellatio quando sit permissa à Iudice definiente causam reductionis. Et an retardetur executio.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non est permissa à iudice definiente causam reductionis. Contrarium est verius, & æquius. n. 3. & 4.*
2 *Iudex apud quem petitur reductio, est ordinarius.*
5 *Appellare licet nisi expressim prouocatio sit prohibita.*
6 *Commissum iudicis arbitrio censetur tanquam bono viro.*
7 *Appellatur à iudice vbi aliquid relinquitur eius arbitrio.*
8 *Secus vbi libero arbitrio, & conscientiæ committeretur, & num. 9.*
10 *Appellatio non datur si iudicium arbitratoris fuerit confirmatum à iudice ad quem; & de ratione differentiæ.*
11 *Iudex qui tractat de reductione, debet vti ea æquitate, qua arbitrator vsurus esset secundum compromissum.*
12 *Recursus permittitur vbi denegaretur appellatio.*
13 *Executio non retardatur, sed conceditur præstita satisdatione in casu retractationis.*

Decisio LXXXVI.

1 Licet à Iudice definiente † causam redu-
ctionis non sit permissa appellatio, se-
cundum *Bart. in l. fin. ff. de leg. 2. So-
cin. iun.* qui dicit veriorem opinionem *cons. 15.
lib. 1. Capoll. cons. ciuil. 16.* quod dicit esse ve-
rius. Cardin. *in cap. exposita, in fin. de arbitr.
Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 1. quæst. 70. Co-
uarr. var. resolut. lib. 2. cap. 12. num. 3. vers.
primo quia iudex. in fin.* vbi dicit sat auctorita-
tis habere dictam sententiam *Bartoli, & num. 5.
vers. primum,* testatur esse magis communem,
& quo ad numerum auctorum, & quo ad illorū
æstimationem, *Ludou. Bologn. cons. 51.*
2 Tamen quia † iudex, apud quem petitur re-
ductio, est ordinarius, *Bartol. in l. si societatem.
77. §. arbitrorum. num. 4. ff. pro socio.* Contra-
3 rium conclusum fuit, quod † immo liceat appel-
lare. *Roman. cons. 261. in fin. Alexand. cons.
106. viso themate anteposito. num. 6. lib. 3.* vbi
4 dicit hanc sententiam de iure † veriorem, ma-
gis æquam, & à maiori parte scribentium com-
probatam. *Couarr.* qui licet dicat contrariam
opinionem magis communem, *in d. cap. 12.* ta-
men sub *num. 5.* subdit, non esse dubitandum
pronunciari vbique locorum, tam consulendo,
quam iudicando secundum hanc sententiam,
cum sit verior, & magis æqua.
Maxime quia præter rationem supra allega-
5 tam, licet à iudicibus appellare † nisi expressim
prouocatio vetita fuerit. *glos. in l. qui restitue-
re. in fin. de rei vendic. Franc. in rub. de ap-
pellat. num. 18. col. 3. vers. tertio præmitte. Felin.
in cap. super his. col. 4. in princ. sub num. 7. de
accusat.*
6 Vlterius quia, vbi aliquid † committitur iu-
dicis arbitrio, censetur commissum tanquam
bono viro. *l. fideicommissa. 11. §. sic fideicom-
missum. vers. quamquam autem, de leg. 3.* Quo
7 † casu potest appellari. *glos. in cap. super his.
16. in verb. arbitrium, de accusation.* Nisi eius
8 † libero arbitrio, & potestati relinquatur. *Feli.
in cap. exceptionem. col. 3. in princip. de excep-
tio. vers. quinto propter consilium. Couarr. d. c.
12. num. 5.* Prout etiam quando committere-
9 tur † conscientiæ alicuius. *Bald. in l. 2. numer.
11. C. de sent. ex breui recitan. Nicell. in con-
cord. glosar. num. 63. limit. 22.* cum declaratio-
nibus, de quibus per *Lancell. de attent. appell.
pend. cap. 12. limit. 10. num. 2. & per Mandos.
cons. 25. num. 2.*
10 Verum esset, quod si † iudicium arbitratoris
fuerit confirmatum à iudice ad quem fuit recur-
sum, tunc posset procedere communis opinio,
quod non detur appellatio. Si autem in causa
reductionis iudex dixerit sententiam aduersus
eum, qui non petierit reductionem, & sic reuo-
cauerit iudicium arbitratoris; tunc grauatus
appellare poterit, quasi hoc casu inuitus cau-
sam egerit; in primo autem casu ille, qui pro-
uocauit iudicem elegerit. ita distinguit *Couarr.
d. cap. 12. variar. resolut. lib. 2. num. 5. in fine.*
11 vbi etiam aduertit in *vers. tertio illud,* † quod
iudex, qui de reductione tractat, & is ad quem
appellatum est, ea debet vti æquitate, qua
vsurus esset ipse arbitrator, iuxta formam
compromissi.
Et quatenus appellatio non esset conceden-
12 da; tamen saltem † poterit haberi recursus ad
superiorem. *Menoch. de arbitr. quæst. 70. lib.
1. num. 18.*
Vltimo, quamuis appellatio admitteretur,
non

13 non debet retardari † executio, quæ poterit concedi præstita satisdatione in casu retractationis; & postea procedi, quo ad appellationem, dummodo tamen parum lædat sententiæ. *Afflict. super constitut. Regn. lib. 2. de appellat. rubr. 45. num. 43.* Et ita seruatum fuit in causa inter Paulum Æmilium de Monte Rubiano cum Fabio Rittio, moderando inhibitionem, quo ad effectum suspensiuum, cum non debeat retardari executio ex prædictis, præstita tamen prius fideiussione per Fabium in casu retractationis.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Reductio ad arbitrium boni viri est petenda coram iudice ordinario arbitratoris.*

¶ N. 4. *post verba.* & magis æqua.

Boer. decis. 284. *num.* 16. & ita in praxi receptum esse testatur *Hieron. Ceuall. quæst.* 453. *in fin.*

¶ N. 13. *post verba.* in casu retractationis.

Itaut reductio ad arbitrium boni viri sit petenda coram Iudice ordinario illius, † qui pe-
1 tit reductionem, secundum *Andr. Gail. pract. obseruat. lib. 1. cap. 1. num. 49. & cap. 149.* Licet verior sit opinio, vt petatur reductio coram iudice ordinario arbitratoris, iuxta sententiam *Bart. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio.* quam magis veram, & sequendam relatis quinque opinionibus dicit *Thesaur. decis.* 14. *per tot.*

EPITOME.

Emphyteusis & feudum, quando, & in quibus casibus possint renunciari inuito domino. Et an stetur verbis narratiuis iudicis quo ad causam renunciationis factæ per emphyteutam.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis non potest relinqui inuito domino.*
2 *Qui conuenitur ex contractu suo, non liberatur cedendo rei.*
3 *Dominus non potest reuocare emphyteusim inuito emphyteuta.*
4 *Emphyteuta tenetur ad præstandum seruitium certum domino per viam dandi, nec liberatur à dicta obligatione rem dimittendo.*
5 *Secus quando emphyteusis non esset concessa ad certum quid determinatum.*
6 *Stipulatio, & iuramentum magis præcise obligat ad factum. & n. 7.*
8 *Consuetudine potest induci, vt emphyteuta possit renuntiare emphyteusim.*
9 *Renunciatio emphyteusis permittitur si successu temporis res fieret inutilis.*
10 *Concedens molendinum, vt gratis moleret sibi & hæredibus, si creuerunt in tali numero, quod alijs non possit molere, emphyteusis potest renunciari.*
11 *Alij casus, in quibus emphyteuta potest dimitti, & quæ sit iusta causa num. 12.*
13 *Feudum quando possit renunciari inuito domino.*
14 *Verbis enunciatiuis sententiæ quo ad paupertatem non statur, nisi aliter constet ex actis.*
15 *Vbi creditur dicto iudicis, intelligitur, dummodo aliquid in specie exprimatur.*
16 *Verba generalia obscuritatem pariunt.*
17 *Causa impossibilitatis emphyteuta, debet constare coram iudice appellationis.*
18 *Renunciatio emphyteusis realis non contemplatione certæ personæ perpetuo durat, & comprehendit quoscunque habentes ius in illa re. Intellige vt n. 19.*
20 *Actus nullus non potest conualidari consensu alterius partis tantum.*
21 *Renunciatio inualida nullum parit effectum.*
22 *Ius quod non acquiritur domino per renunciationem, remanet penes ipsum renunciantem.*

Decisio LXXXVII.

Reuocata fuit sententia D. Iudicis à quo; cum per Hieronymum Credentem de
1 Camerino emphyteotam † non potuerit relinqui emphyteosis, de qua agimus, inuito Ioanne Baptista Martorello domino. *glos. in cap. 1. in verb. refutare. de vassallo, qui contra Const. Loth. benef. alienauit.* quam refert, & sequitur *Abb. cons. 94. in quæstione hæredum. num. 4. vers. & sic non potest emphyteota. lib. 2. Specul. in §. nunc aliqua. versic.* 129. & ibi *Io. Andr. de locato. Bald. in l. 2. colum. 2. nu. 8.* & ibi *Ias. colum. 7. vers. sexto principaliter nota. C. de iur. emphyt. Felin. in cap. qua in ecclesiarum. num. 80. colum. 28. vers. ex his infertur. de constitut. Vrsill. ad Afflict. decis.* 265 *num. 54. & decis.* 307. *sub num 1. Guid. de Suzar. de iur. emphyteot. in fin. nu. 53. vers. quæritur trigesimo.*

2 Ratio est, quia † quando quis conuenitur ex suo contractu, non liberatur cedendo rei. *l. quicumque. C. de fund. patrimo. lib. 11. Bartol. in l. is eum quo. num. 1. de aqu. plu. arcen.* vbi distinguit, quando quis conuenitur actione reali, ex delicto, ex officio iudicis, ex contractu, & ex personali actione, quomodo possit cedere rei. In contractibus enim ex post facto adest necessitas, cum prius adesset voluntas. *l. sicut. C. de action. & obligation. Abb. d. cons. 94. num 4. lib. 2.* vbi ex hoc etiam infert ad dominum, vt neque ipse possit reuocare emphyteo-
3 sim, † inuito emphyteota. Cum enim pactio sit duorum vallata consensu, renunciari vnius arbitrio non potest. *glos. in l. homine legato. de optio. legata.*

Præsertim quia emphyteota tenetur ad præ-
4 standum seruitium certum domino † per viam dan-

dandi; Vnde dimittendo rem, non poteſt ab hac
obligatione liberari, vt per *l. quicumque. C. de
fund. patrimon. lib.* 11. dicit *Ioan. Andr. ad
Speculat. in §. nunc aliqua. verſ.* 128. *de locato.
Felin. in cap. quæ in eccleſiarum. columna* 28.
num. 80. *de conſtitut. Iacob. de Sancto Georgio
de Homagijs. verſ. circa quæ quæro. num.* 41. vbi
5 intelligit, ſecus eſſe † quando emphyteuſis non
fuiſſet conceſſa ad certum quid determinatum,
allegando *Imol. in cap. ad audientiam. colum.
fin. in fin. de reb. eccleſ. non alien.* Et amplian-
do etiam ad contractum cenſualem, *Capp. Tho-
loſ. deciſ.* 405. [Maxime quando contractus eſ-
ſet celebratus per ſtipulationem, vel cum iura-
6 mento; † quo caſu magis præcisè obligatur ad
factum. *Bald. in proœmio feudorum. colum.* 5.
num. 12. *vſque ad num.* 17. *verſ. ſed ſtatim
quæritur.* quem ſequitur *Iacob. de Sancto Geor-
gio, ibidem num.* 42. [Licet illud de ſtipulatio-
7 ne † non videatur tutum per ea, quæ notat *Auf-
fr. ad deciſ. Cappell. Tholoſ.* 405. *num.* 6. *verſic.
quæ opinio.*

Eo magis, cum in proceſſu nihil fuerit pro-
batum, extare aliquam cauſam, ex qua emphy-
teota induceretur ad huiuſmodi emphyteoſim
dimittendam, puta, quod conſuetudine hoc in-
duceretur, ſecundum quam permiſſum eſſet
8 † emphyteotæ renunciare; In hoc enim d. con-
ſuetudo eſſet ſeruanda. *Specul. in d. §. nunc ali-
qua. verſ.* 128. *locati. Felin. in cap. quæ in ec-
cleſiarum num.* 80. *col.* 28. *de conſtitutio.* [Vel
quod ſucceſſu temporis res fieret inutilis em-
9 phyteotæ; quo caſu etiam † eſſet permiſſa re-
nunciatio. *Lucas de Penna in l. ſancimus. la
prima. ad fin. C. de conſul. lib.* 12. *per text. in
l. antiquitas. in princ. de vſufruct. & in c. ſug-
geſtum. de decimis. Tiraquel. de retract. lignag.
gloſ.* 1. *§.* 34. *num.* 4. & 5. vbi exemplificat in eo,
qui conceſſerat in emphyteoſim molendinum,
10 cum conditione, † vt teneretur gratis molere
concedenti, & eius hæredibus: Si enim hære-
des in tantum numerum excreuerunt, vt non
poſſit molere, niſi ipſis, tunc diceretur emphy-
teoſis inutilis, & poſſet renunciari. Et ſic etiam
in caſibus ſimilibus per *l. cum antiquitas. C. de
vſufruct.* [Vel quando res emphyteotica in
totum perijt; tunc enim poterit emphyteoſim
11 † dimittere, & liberatur à canone, ſeu penſio-
ne. *l.* 1. vbi doctores. *C. de iur. emphyt. Tira-
quell. d. §.* 34. *num.* 4. ita vt huiuſmodi libera-
tio à iure fieri dicatur. *Felin. in cap. quæ in
eccleſiarum. num.* 80. *colum.* 28. *de conſtitutio.*
[Licet per emphyteotam non poterit renuncia-
ri pro parte, etiam dimidia perempta. *Cappell.
Tholoſ. deciſ.* 405. *in fine.* [Vel ex omnia alia
12 iuſta † cauſa, ob quam poterit dimitti emphy-
teoſis; vt per *Specul. d. §. nunc aliqua. verſic.*
128. *arg. l. humanitatis. C. de excuſation. tutor.
l. filiusfamilias. in fin. cum l. ſeq. C. de procu-
rat.* [Licet *Felin. in d. cap. quæ in eccleſiarum.
num.* 80. dicat, non ex omni iuſta cauſa poſſe
emphyteoſi renunciari; niſi eſſet talis, ex qua à
iure emphyteota liberaretur.

13 Idem † dicimus de feudo, cui licet poſſit re-
nunciari inuito domino ſecundum opinionem
Abb. Curt. & aliorum, de quibus per *Clar. de
feudis. q.* 34. *in princip.* Tamen quando debetur
aliquid certum, & determinatum; tunc non po-
terit dimitti inuito domino: & ſi dimittatur,
non tamen liberabitur ab eiuſdem rei præſta-
tione. *gloſ. fin. in cap.* 1. *de capitan. qui curiam
vendid. Felin. in cap. quæ in eccleſiarum. num.*
78. *colum.* 27. *de conſtitution. Cephal. conſil.* 18.
num. 33. *Iacob. de S. Georgio. de Homag. num.*
41. *verſ. circa quæ quæro. Auffr. ad deciſ. Thol.*
405. *num.* 2. *verſ. tertio fallit. Clar.* qui de
communi. *in §. feudum. verſ. contrariam au-
tem. quæſt.* 34. [quæ quidem intellige ſecundum
diſtinctiones, de quibus per *Menoch. de recup.
poſſ. rem.* 10. *n.* 82. *vſque ad* 99.

Non obſtat, quod in ſententia iudicis à quo,
adſint verba, quæ videntur denotare iuſtam cau
ſam renunciationis; cum in illa dicatur, ſtante
quod dicti minores pauperes non poſſint colere
poſſeſſionem, & reſpondere annuatim canonem,
&c. Vnde ob cauſam paupertatis licitum fuit
illis emphyteoſim dimittere, cum quælibet iu-
ſta cauſa ſufficiat, vt dictum eſt ſupra ex *Specul.
Felin.* & alijs allegatis.

Quia reſpondetur non habendam eſſe fidem
14 verbis enunciatiuis ſententiæ, quo ad d. † pau-
pertatem, niſi aliter conſtet ex actis. *cap. quo-
niam contra falſam. de probation.* Et de verbis
iudicis, ex quibus ſententia eius iuſtificatur,
quod eis credi nō debeat, tradit *Soci. conſ.* 47. *in
præſenti conſultatione. num.* 15. *verſ. nec obſtat
quod iudex. colum.* 2. *lib.* 4. *Aym. conſ.* 48. *num.*
1. vbi etiam ſubdit, aſſertionem iudicis factum
partium non probare. *Bald. conſ.* 402. *lib.* 1.

Immo in caſibus, in quibus creditur dicto
iudicis, intelligitur dummodo iudex in ſpecie
15 † quid exprimat *Aret. conſ.* 68. *num.* 6. *columna
penult. verſ. præterea poſito*; prout etiam,
quando creditur verbis enunciatiuis, intelligi-
tur quando in ſpecie quid enunciatur; non ſi in
genere. *Caſtr. conſ.* 139. *pro declaratione. in
fin. num.* 5. *verſic. præterea inſtrumentum tran
ſactionis. lib* 1. *Aym. conſ.* 48. *ſub num.* 2. Vn-
de neceſſe erat exprimi in ſententia ſpeciem im-
poſſibilitatis, ob quam non poterat coli poſſeſ-
ſio, de qua agimus, & ſolutio canonis fieri; Quæ
16 verba, vt ſunt † generalia, ita obſcuritatem
pariunt. *l. in tradendis. ff. commun. prædiorum*;
cum alijs, per *Aym.* qui ita in ſpecie in ſimili
caſu concludit *d. conſ.* 48. *ſub num.* 2. Ita vt de-
beat cōſtare etiam coram iudice appellationis
dicta cauſa impoſſibilitatis, quæ cum ſit gene-
ralis, vt diximus, non poterit apparere; cum
17 non † ſufficiat produci aliquid coram iudice
à quo, niſi etiam illud producatur coram iudi-
ce ad quem. *§. illud. auth. de his, qui ingrediun-
tur ad appellationem. Dec. in cap.* 1. *colum.* 36.
verſ. vltimo notandum eſt. de probat. Bald. conſ.
250. *viſo iſto proceſſu. col.* 1. *lib.* 4. *Alex. conſ.* 37.
in 2. *dubio. lib.* 2.

Non obſtat, quod renunciatio huiuſmodi em-
phy-

phyteosis fuerit realis, non autem contempla-
tione certæ personæ, quo casu perpetuo durat,
& comprehendit quoscunque habentes ius in il-
18 la re: † & valet etiam ad fauorē tertij absentis,
ratione abdicationis factæ per renunciantem, vt
per *Doctor. in l. qui Roma. §. duo fratres.* vbi
*Castr. n. 4. & Ripa num. 88. de verb. obligat.
Butr. in cap. si cautio. de fide instrument. Ro-
man. cons. 22. in 2. dubio. Grammat. decis. 57. n.
42.* Vnde cum prosit domino, non poterit am-
plius reuerti ad renunciantem.

Quia respondetur non sufficere, quod dicta
renunciatio sit realis, & non contemplatione
19 certæ † personæ; sed debet fieri in manibus
domini. Cum enim, vt diximus, renunciatio
emphyteosis non possit fieri domino inuito; si
fiat ipso absente, vel notario eius nomine non
stipulante; respectu illius erit inualida, nec po-
terit ab ipso ratificari, cum non sit facta eius
nomine. ad not. per *Dyn. in cap. ratum. de reg.
20 iur. in 6.* [Maxime quia actus nullus † non
potest conualidari consensu alterius partis tan-
tum. *l. contractus. C. de fid. instrument. Corn.
cons. 71. col. 1. num 9. lib. 2. Aym. cons. 39. nu-
21 mero 13.* Vnde cum sit inualida † renunciatio,
nullum effectum poterit producere. *l. 4. §. con-
demnatum. de re iudic.* Immo ius illud, quod
22 non acquiritur domino † per renunciationem,
remanet penes ipsum renunciantem; vt per do-
ctrinam *Bart. in d. §. duo fratres. quæst. 10. &
Aret. in l. cum quis. §. debitorem. ff. de solutio.*
concludit in specie de renunciante emphyteo-
sim *Corbulus in tit. de causa priuatio. ob renun
ciat. n. 3. vsque ad n. 7. in tract. de causis, ex quib.
emphyt. iure suo priuatur.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Donatarius non potest restituendo bona donata, quæ habuit cum onere aliquid præstandi, ab illa obligatione se eximere. Idem in legatario, & similibus, num. 2.*
3 *Dominus fundi quando possit cedere rei, si non vult soluere collectas.*
4 *Vsufructuarius an liberetur à sua obligatione renunciando rei.*

¶ N. 13. *post verb.* vsque ad n. 99.

Idem est in donatario, cui si fuit impositum
1 per donantem onus præstandi alimenta, † aut
quid simile, non poterit restituendo bona se ab
illa obligatione liberare. Cum simus in contra-
ctu perfecto, & nominato, in quo non admitti-
tur pœnitentia, Maxime quia donatarius re-
cipiendo donationem censetur agnouisse onus
illi iniunctum. *Surd.* qui multis comprobat, *de
alim. tit. 9. quæst. 23. num. 16. & est text. in
l. si donationis causa. 3. C. de contrah. emption.*
2 † Quod etiam erit in legatis, & contractibus
innominatis, videlicet si detur prædium, vt
aliquid fiat, cum etiam in illis non liceat pœni-
tere, quando res non est integra, & fuit res tra-
dita, & cœptum adimpleri. *l. si pecuniam. 5. §.
item si quis dederit. ff. de condit. caus. dat. Imol.
in l. in adibus. §. 1. de donation. Surd. d. quæst.
23. num. 26. & 27.*

Nec facit quod dominus fundi possit illi cede-
3 re, si non vult soluere collectas. † *Bart. in l. is
cum quo. ff. de aqu. pluu. arcend.* Quia proce-
dit quando tenetur ad onus tantummodo ra-
tione rei. *l. quicunque. C. de fund. patrim. lib.
11. Bald. in l. & si forte. §. ait labeo. ff. si ser-
uit. vendic.* Vbi quando onus venit ex disposi-
tione contrahentium, non liberatur possessor re-
linquendo rem, secus autem si ex dispositione
legali. *Rom. consil. 161. in fin. Osasc. decis. 86.
4 num. 5.* † Ideo dicimus vsufructuarium liberari
renunciando rei, quia onus est mere reale, & an-
nexum rei, cum aliud esset, quando extaret ali-
qua obligatio. *Surd. de alim. tit. 9. q. 23. nu. 22.
post Bald. in l. cum fructuarius. 70. ff. de vsufr.
& quemad. quis vtat.*

EPITOME.

Emphyteosis quando possit per matrem, seu fratrem stipulari filijs & fratribus. [Et an acquiratur eis, vel præiudicet non secuta ratificatione. Et quid in notario illam pro eis stipulante.

SVMMARIVM.

1 *Mater videtur stipulari filijs rem emphyteoticam, quæ futura est sua quo ad vtile dominium.*
2 *Speciale est in emphyteusi, vt quis possit alteri stipulari.*
3 *Mater, seu frater an possint emphyteusim, vel feudum acquirere pro filio, vel fratre.*
4 *Concessio emphyteusis non tenet si recipiatur per procuratorem absentis non secuta ratificatione.*
5 *Concessiones emphyteusis habent mutuam, & onerosam obligationem, & magis in eis requiritur ratificatio.*
6 *Notarius potest stipulari absenti, & ignoranti quantum ad hoc, vt secuta ratihabitione illius quæratur ei actio vtilis sine cessione.*
7 *Secus in alio quam notario.*
8 *Emphyteusis non potest relinqui inuito domino.*
9 *Intellige quando quis conuenitur ex suo contractu, tunc enim cedendo rei non liberatur.*
10 *Absenti non ratificanti sicut non acquiritur, ita nec præiudicatur.*
11 *Emphyteusis potest dimitti ex iusta causa.*

Decisio LXXXVIII.

IN alia causa Camerinen. Emphyteusis, per ea, de quibus in superiori decisione dicta sunt, videbatur dicendum, eosdem filios q. Hieronymi Credentis non potuisse relinquere emphyteusim, de qua agebamus inuito domino; Maxime cum eorum mater illam rece-
pe-

perit pro se & filijs; vnde eis acquiritur, quia
1 mater † videtur stipulari filijs rem emphyteoti-
cam, quæ futura esset sua, quo ad vtile dominium;
non obstante, quod non sit sua: nam recipiendo
pro se & filijs videtur recipere pro filijs post
mortem ipsius, & sic videtur fecisse stipulatio-
nem quo ad filios in tempus, quo res esset effecta
sua quo ad vtile dominium, & perinde est, ac si
stipulatio facta esset eo tempore in quod collata
est. Ita concordat opiniones. *Alex. in l. stipu-
latio ista. 38. §. si stipuler. ad fin. n. 20. vers.
item circa hoc adde. ff. de verb. oblig.* subdens
sic saluari posse decisionem *Specul. de locat. §.
nunc aliqua. vers. 169. num. 195. tit. de emphyt.*
2 † vbi dicit, quod quamuis non possit quis alteri
stipulari, tamen speciale est in conducente rem
in emphyteusim.

Contrarium tamen declaraui, quia dicta re-
ceptio facta per matrem non potuit præiudica-
re filijs, qui non dederunt mandatum, nec ra-
tificauerunt concessionem eorum nomine factã,
neque illa vsi sunt: vnde nec dicendum est con-
tra eos posse aliquod præiudicium oriri, ita vt
non possint si velint inuito domino dictam rem
emphyteoticam relinquere tanquam eis dam-
nosam, & quam non expedit acquirere. Et omis-
3 sa illa disputatione quando mater, seu † frater
possit pro filio, seu fratre absente feudum, vel
emphyteusim acquirere, prout non posse con-
cludit *Ias. in l. stipulatio ista. §. alteri. num. 3.
ff. de verbor. obligat. Curt. iun. de feud. p. 2.
dub. 2.* qui loquuntur in feudo, & de emphy-
teusi loquitur *Bart. in l. si mihi, & titio. n. 4.*
vbi *Alex. num. 14. Ias. num. 11. de verb. obligat.
Curt. iun. cons. 55. per totum.* cum alijs per *Ga-
briel. conclus. 1. num. 23. eodem tit. de verb. obli-
4 gat.* † Illud certum est, quod nisi nomine absen-
tis quis recipiat tanquam procurator, seu ne-
gotiorum gestor, & nisi secuta fuerit ratifica-
tio absentis, huiusmodi concessio non tenet, &
quemadmodum per eam nihil acquiritur absen
ti, si ratum non habeat, ita etiam nihil præiu-
dicari potest. *Castr. cons. 10. incip. quod istud feu
dum. num. 5. lib. 3. Alexand. cons. 24. num. 5.
lib. 5. & cons. 22. eod lib. & cons. 10. num. 5. li-
bro 3. Curt. iun. cons. 55. num. 8. Rum. cons.
5. num. 5. lib. 1. Ias. & Alex. in d. l. si mihi, &
titio. de verbor. obligat. Bart. in l. fundum.* vbi
*Bald. ff. de actio. empt. Ioan. Andr. ad Specul.
tit. de confess. §. nunc videndum. numero 15.*
5 † [Ratio est propter mutuam & onerosam obli
gationem, quam habent similes concessiones,
vnde tanto magis requiritur ratificatio. *Ad-
dit. ad cons. Alexand. 22. lib. 5.* alias actus est
in pendenti, etiam si secuta fuisset possessio ab-
sentis nomine, quia nec etiam prodest, nisi se-
cuta ratihabitione. *Alex. cons. 100. n. 3. lib. 1.*

Non obstat, quod etiam notarius pro eisdem
receperit, & tanquam puplica persona stipula-
tus fuerit. Quia respondetur illum posse stipu-
6 lari absenti, † & ignoranti, quantum ad hoc, vt
secuta ratihabitione illius quæratur ei actio v-
tilis sine cessione, quod non esset in alio quam
7 notario, † qui nomine absentis stipularetur, sed
per notarij stipulationem nihil acquiritur nisi
ratificanti. *Castr. cons. 195. visis his quæ nar-
rantur. in 2. dubio. lib. 2. Dec. in l. contractus.
num. 22. de regul. iur. & cons. 246. num. 5.* Et
in materia concessionis emphyteusis, *Ruin. con
sil. 5. num. 3. lib. 1. Curt. iun. cons. 55. n. 9.* cum
alijs supra allegatis.

8 Non obstat, quod non possit relinqui † em-
phyteusis inuito domino. *glos. in cap. 1. in
verb. refutare. de vassall. qui contra Constitut.
Lothar. benef. alien. Felin. in cap. quæ in eccle-
siarum. col. 28. n. 80. vers. ex his infertur. de con-
stitut. Tiraquell. de retract. lignag. glos. 1. num.
1. §. 34.* cum alijs, de quibus in superiori deci-
sione. Quia procedunt quando quis conueni-
9 tur ex suo contractu; † tunc enim cedendo rei
non liberatur. *l. quicumque. C. qui fund. pa-
trim. lib. 11. Bart. in l. si cum quo. num. 1. de
aqu. pluu. arcend. Abb. cons. 94. in quæstione
hæredum. num. 4. lib. 2.* quod non est in casu de
quo agimus, cum huiusmodi contractus fuerit
gestus nomine absentium, quibus non ratifican-
10 tibus quemadmodum non acquiritur, † ita nec
præiudicium affertur, & sic concessio quo ad
eos non valet. *Castr. cons. 10. num. 5. lib. 3.* cum
alijs supra allegatis. [Maxime quia non con-
stat, quod dicta emphyteusi vsi fuerint, aut eam
tacite approbauerint, immo de eorum dissensu
apparet, & sumus in emphyteusi damnosa, inu-
tili, & præiudiciali, & quando adsunt causæ iu-
11 stæ, etiam potest dimitti. † *Specul. in §. nunc
aliqua. vers. 128. de locat.* cum declarationibus,
de quibus per *Felin. in cap. quæ in ecclesiarum.
num. 80. de constitut.* de quibus tamen causis
non erit quærendum, cum ex supradictis satis
constet concessionem eis non præiudicare, pro-
pterea absoluendos esse à prætensa obligatio-
ne, prout rei conuenti absoluti fuerunt ab
omnibus contra eos intentatis occasione præ-
dicta.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio requiritur in contractu vltro, citro-
que obligatorio.*
2 *Absens potest nolle sibi acquiri.*
3 *Per notarium non acquiritur ius absenti sine
ratificatione.*
4 *Reuocatio donationis non datur quamuis do-
nans decederet antequam donatarius ratifica-
ret. num. 5. & 6.*

¶ N. 5. *post verb.* cons. 100. n. 3. lib. 1.

Prout regulare est, vt in contractu vltro citro-
que obligatorio opus sit ratificatione ad effe-
1 ctum sibi alterum obligandi. † *Bart. in l. nec ei.
§. eorum. de adopt. Rub. consil. 117. numer. 5.
Bertozz. claus. 18. gloss. 6. num. 2. in princip.*
Acquiritur enim absenti reuocabiliter, non ir-
reuo-

2 reuocabiliter, † quia poteſt nolle ſibi acquiri, & recuſare acquiſitionem, ſicut legatarius, cui acquiſitum eſt legatum. *Ruin. conſil.* 172. *n.* 16. *lib.* 1.

¶ N. 7. *poſt verb.* cum alijs ſupra allegatis.

Et quod per ſtipulationem notarij non acquiratur ius abſenti ſine eiuſdem ratificatione,
3 † eſt verior opinio, vt per *Cagn.* qui ita ſeruari teſtatur *in l. ſi librarius. num.* 64. *de reg. iur. Gozzad. conſ.* 14. *nu.* 38. late *Bertazzol. clauſ.* 18. *gloſ.* 7. *num.* 2. *verſ. contraria*. vbi de magis communi. Solum enim cenſetur acquiſitum ius abſenti ex notarij ſtipulatione, ad hoc vt contractus non poſſit reuocari per contrahentem, & ad effectum, vt abſens poſſit acceptare. *Bald. in l. cum à ſocero. ante fin. C. de iur.*
4 *dot. Pariſ. conſil.* 77. *num.* 31. *lib.* 1. † Itaut neque detur pœnitentia, aut reuocatio donationis, quamuis donans decederet antequam donatarius ratificaret, ob illam rationem, ne plus iuris tranſeat in hæredem, quam erat in defuncto, cum etiam ius in eo formatum tranſeat ad ſucceſſorem, prout in ſpecie concludit *Couarr. in rub. de teſtamen. p.* 3. *num.* 13. *verſ.*
5 *illud profectò*. † Quicquid contrarium dicant *Caſtr. conſil.* 195. *colum.* 2. *verſic. ſecundo videndum. lib.* 2. *& Bertazzol. clauſul.* 18. *gloſ.* 7. *num.* 3. cum alijs per *Rolan. conſil.* 19. *lib.* 1.
6 *num.* 12. † Quia contra eos eſt verior opinio, vt teſtatur late *Surd. deciſ.* 209. *num.* 4. *vſque ad num.* 11. *Ludou. Molin. de Hiſpan. primogenit. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 77.

EPITOME.

Quando quis debeat probare ſe agnatum, & legitimum, etiam parte non opponente, vt admittatur ad ſucceſſionem; Et quid in filio; Et quo modo quis dicatur eſſe in quaſi poſſeſſione legitimitatis.

SVMMARIVM.

1 *Non ſufficit probare ſe eſſe agnatum, ſed etiam legitimum. & num.* 5. *&* 6.
2 *Qualitas eſt probanda.*
3 *Ius agnationis reſidet ſolum in legitimis.*
4 *Filius agens ad hæreditatem patris tenetur probare ſe eſſe filium, & non tantum ſe filium, ſed etiam legitimum.*
7 *Probatio requiritur quo gradu agnationis ſit coniunctus.*
8 *Exiſtens in quaſi poſſeſſione legitimitatis transfert onus probandi in aduerſarium.*
9 *Legitimitas eſt cauſa, vt quid admittatur ad ſucceſſionem.*
10 *Poſsidens bona paterna, & probans ſe natum ex ea, quæ credebatur vxor, eſt in quaſi poſſeſſione legitimitatis.*
11 *Legitimitas eſt probanda verè vel præſumptiuè per probationem matrimonij & n.* 16.
12 *Oppoſitio etiam generalis operatur maximè parte non opponente.*
13 *Agnatio debet probari, et legitima agnatio, etiam parte non opponente.*
14 *Principium intrinſecum ex quo oritur actio, eſt probandum, etiamſi pars non opponat.*
15 *Pro matrimonij legitimate præſumitur in dubio.*
17 *Matrimonium ſi non probatur ſaltim per famam, oritur præſumptio, quod quis non ſit legitimus.*
18 *In factis de recenti lite conteſtata negatiuè debet conſtare de legitimitate per matrimonium verum, vel præſumptum: ſecus in factis antiquis. num.* 19.
20 *Fama legitimitatis præualet famæ illegitimitatis.*

Deciſio LXXXIX.

PEr Neapolitanum Scipionis de Aſculo concluſum fuit non eſſe probata requiſi-
1 ta ad effectum, de quo agimus; † Nam cum per eundem fuerint petita bona q. Vincentij Commiſſarij, tanquam eius agnatum, non ſolum debebat probare ſe eſſe agnatum, ſed etiã eſſe legitimum; de quo tamen non apparet; ita vt neque fuerit articulatum. Ratio eſt; quia quando qualitas eſt cauſa, quod quis au-
2 diatur, vel admittatur, † ea probari debet. *Bartol. in l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſſ. Rol. conſ.* 3. *n.* 42. *lib.* 1. Vnde Neapolitanus ad huiuſmodi probationem legitimitatis tenebatur, cum ius agnationis tantum reſideat in legiti-
3 mis, non autem competat illegitime natis † *Bal. in l. fin. col.* 3. *n.* 8. *verſ. ſequitur videre. C. vnde legitimi. Butr. conſ.* 54. *videtur primo. Martin. Laud. de legitimatio. n.* 77. *col.* 10. *Doctor. in l. tutelas. de capitis diminut.*

Idem videmus in filio, qui agens ad hæreditatem patris, vti filius, tenetur probare ſe fi-
4 lium. † *Angel. & Caſtr. in l. liberorum. de his qui not. infam. Dec. conſ.* 54. *in cauſa D. Antonij. col.* 1. *in princ. Socin. iun. conſ.* 86. *n.* 34. *colum.* 8. *verſ. verumtamen his non obſtantibus. lib.* 2. [Et non tantum ſe filium, ſed etiam legitimum. *Butr. in cap. per venit. colum.* 2. *verſic. aut filius agit; qui filij ſint legitimi.* & ibi *Card. in fin. verſ. niſi filius peteret. & Prapoſ. ibid. col.* 2. *n.* 3. *verſ. Butrius hic autem latius diſtinguit; & verſ. aut filius agit petens hæreditatem. Natt. conſ.* 421. *n.* 2. *colum.* 1. *verſ. & quod vbi agitur. Dec. conſ.* 471. *num.* 2. *verſ. & iſta concluſio. Ioan. Andr. in l. infamibus.* 87. *de regul. iur. in* 6. *Socin. conſil.* 39. *viſis, & inſpectis. colum.* 1. *verſic. & propius ad materiam. ſub numero* 2. *libro* 1.

Et ita in ſpecie de eo, qui dicit, ſe eſſe de aliquo genere, vel agnatione, vt admittatur ad
5 aliquam † hæreditatem ex diſpoſitione iuris, vel ſtatutorum, quod debeat probare agnationem, dicit *Dec. conſ.* 13. *pro tenui facultate mea. col.* 2. *Socin. iun. conſ.* 76. *cum diebus. num.* 65. *colum.* 14. *lib.* 1. *poſt gloſ. in l.* 1. *in verb. quoties. ff. de probation.* [Et non ſolum ſe eſſe agnatum,

6 tum † sed etiam legitimum. *Dec. in l. si eman-*
cipati. nu. 3. in fi. C. de collatio. & cons. 471. sub
n. 2. Socin. cons. 39. sub n. 1. lib. 1. vbi de commu-
ni. *Cephal. cons. 82. n. 10. lib. 1. Roland. consil. 32.*
num. 18. & 19. lib. 3. & latius *cons. 3. n. 40. vsque*
ad 48. lib. 1. & post *Ias. cons. 106. spectabilis. li-*
bro 1. & alios per eum allegatos, concludit, & de
communi testatur *Odd. cons. 83. supraseriptam*
conclusionem. nu. 9. col. 2. vers. nam expeditissi-
mum est. Bursatt. cons. 63. decessit num. 5. [Im-
7 mo † etiam requiritur, quod probetur quo gra-
du agnationis sit coniunctus. *Anchar. consil. 52.*
pro clariori conclusione. n. 7. Dec. cons. 320. in
causa qua Alexandria. Alba consil. 61. puto esse
habendum. sub n. 1. Alexand. cons. 82. in causa
vertente. col. 1. lib. 1. Tiraq. de retract. lignag. §.
1. glos. 16. n. 1. & n. 5. vers. alii autem. & n. 8. ver-
sic. sed hic non omittendum.

Maxime, quia per Neapolitanum non pro-
batur, quod sit in quasi possessione legitimita-
8 tis, † quo casu saltem transferretur onus proban
di in aduersarium; Tunc enim non probata d.
quasi possessione, clarum est, quod quandocun-
que quis dicit se talem, vt consequatur hære-
ditatem ab alio possessam, vel quid simile, sem-
per tenetur probare se legitimum; cum legiti-
9 mitas † sit causa, & fundamentum suæ inten-
tionis. *Abb. Cardin. & alij in d. cap. peruenit.*
qui fil. sint legit. quos refert, & sequitur *So-*
cin. d. cons. 39. num. 1. vers. & proprius ad ma-
teriam. lib. 1. Menoch. de adipisc. possess. remed.
3. n. 165. quæst. 29. Cephal. cons. 82. n. 53. Ruin.
consil. 63. quæritur vtrum legatum. num. 2. lib. 2
10 vbi exemplificant, si filius probaretur † natus
esse ex ea, quæ credebatur vxor, si possidebat
bona paterna, & alijs modis; ex quibus d. quasi
possessio probatur. *Dec. in l. si emancipati. nu.*
4. C. de collat. Menoch. de arbitr. iudic. casu 89.
num. 70. & 71. lib. 2. centur. 1. Mascard. de
probatio. conclus. 799. num. 8. & conclus. 800. per
tot. Oddo d. consil. 83. num. 10. cum seq. vbi
sequendo *Socinum*, & alios, concludit, quod
verè, vel saltem præsumptiuè per probatio-
11 nem matrimonij, ista legitimitas † sit pro-
banda.

Non obstat, quod non fuerit oppositum de
huiusmodi illegitimitate, quasi tunc per eum
debuisset probari agnatio legitima; vt videtur
præsupponere *Dec. d. consil. 471. in princip. &*
Ruin. cons. 63. num. 5. vers. sed his non obstanti-
bus. col. 1. lib. 2.] Quia satis in casu, de quo
agimus, apparet de huiusmodi oppositione,
cum per Zenophilum fuerit instatum, non au-
diri aduersarium, nisi per ipsum verificetur,
quod quidem debet verificare; quæ quidem
12 oppositio, etiam † quod sit generalis, tamen
debet operari, maxime parte non opponente;
vt per *Felin. in c. pastoralis. col. 4. n. 14. vers. se-*
cundo declara. de exceptio. [Vltra quod licet in
casu *Decij, & Ruini* præsupponatur in facto fuis-
se oppositum de illegitimitate; tamen non per
hoc dicendum est, quod huiusmodi agnatio le-
gitima, solum debeat probari parte opponente;

Cum immo talis probatio simpliciter pertineat
ad eum, qui vult admitti tanquam agnatus, vti
fundamentum suæ intentionis, cum, vt dictum
sit, ius agnationis tantum resideat in legitimis.
Roland. cons. 32. n. 19. libro 3. & ita simpliciter
loquuntur omnes *Doctores* supra allegati, dum
requirunt, quod probetur agnatio, & quod sit
legitima agnatio. *Cephal. d. cons. 82. n. 10. Oddo*
cons. 83. num. 9.

Et ita in specie, quod debeat probari, etiam
13 si non opponatur, † concludit *Dec. cons. 61. pro*
tenui facultate mea. colum. 1. in princip. versic.
et tenetur hoc probare, vbi etiam dicit ita tene-
re *Cardin. cons. 72. singulatim ad singula. vers.*
dubio. Bero. cons. 75. sub num. 6. vbi allegat
Bald. cons. 374. quæritur vtrum. num. 2. et 3.
lib. 4. Decian. cons. 24. nu. 53. lib. 1. quia inquit
14 hoc est principium † intrinsecum, ex quo oritur
actio sua. Et ita etiam concludit *Honded. cōsil.*
5. n. 103. Cagnol. in l. hæredem. 59. num. 6. de re-
gul. iur. Simon de Prat. cons. 106. n. 40.

15 Minus obstat, quod in dubio † pro legiti-
mitate matrimonij præsumatur, vt per *Butr. in*
cap. peruenit. n. 5. circa med. qui fil. sint legit.
nec de legitimitate potest reuocari in dubium
post quinquennium à morte coniugum, si in
vita non fuerit reuocatum. per *text. in l. si ma-*
ter. C. ne de statu defunctorum. Quia omissis
multis, quæ possent dici, satis erit prædicta
non facere ad casum, de quo agimus, cum non
16 fuerit verè, neque præsumptiuè † probatum
huiusmodi matrimonium, ita vt non posset di-
ci, quod sit in possessione legitimitatis, neque
adsit pro eo saltem aliqua præsumptio, cuius
vigore transferatur probatio in aduersarium;
quo casu nulli dubium est, quod qualitas legiti-
mitatis sit per eum probanda, qui se in illa
fundat. *Socin. cons. 39. num. 10.* vbi de commu-
ni. *lib. 1. Cephal. cons. 82. num. 53. Odd. consil.*
83. num. 11. et 12. vbi etiam subdit, maximum
17 signum, † & vehementem præsumptionem es-
se, quod quis non sit legitimus, si non probatur
per actores matrimonium, cum non sit diffici-
lis probationis, quando non excedit memoriam
hominum; & si excederet, saltem per famam
potuisset probari.

18 Adde, quia eramus in factis de recenti, † tunc
enim lite contestata negatiuè, prout in casu,
de quo agimus, debet constare de legitimitate
per matrimonium verum, aut præsumptum
ex cohabitatione parentum in schemate ma-
trimoniali, cum hoc sit facilis probationis,
prout hanc opinionem veriorem esse dicit *Per-*
egrin. de fideicomm. artic. 43. num. 71. in
fin. post Castren. in l. 1. C. de ordin. iudic. vbi
tamen secus sensit, quando filius esset in pos-
19 sessione bonorum, & filiationis. [Licet † quan-
do essemus in factis antiquis, verior opinio es-
set, quod non requiratur probatio dictæ legi-
timitatis, sicuti dicimus de fideicommissis an-
tiquis, in quibus præsumitur pro ea, docto per
instrumenta, & scripturas enunciatiuè de filia-
tione, & descendētia, & ita in practica dicit obti

nuisse *Alberic. in l. senatoris filium. n. 4. ff. de senator. Florian. in l. quidam. n. 4. de probat.* Maxime si concurreret fama legitimitatis, & ille-
2 gitimitatis, nam † præualeret illa pro legitimitate. *Put. decis. 2. lib. 3. Peregr. d. art. 43. n. 71.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Probatio proximitatis sufficit quamuis non probetur non adesse alios proximiores.*
2 *Exceptio est opponenda nominatim, & in specie.*
3 *Clausula generalis contra, quem effectum inducat, & an suffragetur post rem iudicatam, quamuis fuerit obtenta restitutio. n. 4. & 5.*

¶ N. 7. *post verb.* sed hic non omittendum.

Sufficeret tamen probatio proximitatis absque eo, quod probetur non adesse alios proximio-
1 res, † cum talis probatio non exigatur ab ipsis agentibus, sed excipientibus. *Ias. in l. is potest. de acquir. hæredit. Tiraq. de retract. lignag. §. 11. glos. 1. n. 6. Rot. per Card. Seraphin. Leodien. hæreditatis. 21. Ianuarij 1597. & in eadem causa 20. Febr. 1598.*

¶ N. 11. *post verb.* col. 1. lib. 2.

Itaut non sufficiat opponere in genere, cum
2 immo exceptio sit opponenda nominatim, † & in specie. *clem. constitutionem. 4. de elect. Vant. de nullit. c. nul. num. 29. Rot. decis. 70. de appellat. in antiq.*

¶ N. 12. *post verb.* secundo declara. de exception.

Præsertim cum addita fuerit clausula, generalia contra, quæ licet non habeat vim oppositionis
3 exceptionum, † Tamen operatur, vt semper remaneat reseruatum, & saluum ius ad opponendum, & excipiendum quocunque tempore, etiã post terminum citationis, quod non posset fieri non existente illa clausula. *Caputaq. decis. 323. num. 1. p. 1. Vestr. in praxi lib. 3. c. fin. nume.*
4 *10. Put. decis. 119. lib. 2.* † Quamuis post rem iudicatam huiusmodi clausula non suffragaretur, licet esset obtenta restitutio in integrum, prout ita seruari per Rotam testatur *Gonzal. ad regul. 8. cancell. glos. 64. n. 25. in fin.* † Et quod opponens generalia contra, dicatur oppugnare instrumenta tanquam non bona. *Granut. theorem. 28. num. 23.* Sicut etiam è contra non dicitur acceptari commissio per dictam clausulam *Put. decis. 72. lib. 3.*

¶ N. 14. *post verb.* cons. 106. n. 40.

Rimin. iun. cons. 494. nu. 20. lib. 5. Rot. Genuens. per Chartar. decis. 33. n. 8.

EPITOME.

Simulatio quomodo probetur contra instrumentum. [Iuramentum in litem quando detur contra administrantem. [Venditor an recipiat iustè fructus, quos posset lucrari secundum compensationem damni, quod habuit ob dilatam solutionem pretij.

SVMMARIVM.

1 *Simulatio qua resultat præsumptiuè, quando venditor remanet in possessione rei venditæ, nõ facit contractum simulatum, sed debet prius constare de causa simulationis.*
2 *Simulationis species est probanda, & talis qua de iure sit improbata. & n. 3.*
4 *Standum est contentis in instrumento.*
5 *Iuramentum in litem datur contra eum, qui non seruatis solemnitatibus administrauit.*
6 *Non iuratur in litem nisi adsit dolus.*
7 *Fallit in actione tutelæ, & cura, in qua etiam propter culpam latam, & leuem iuratur.*
8 *Iuramentum in litem non defertur ex officio, sed debet peti.*
9 *Fallit stantibus clausulis in libello appositis.*
10 *Laudum acceptatum transit in iudicatum, neque ab eo potest appellari.*
11 *Venditor iustè recipit fructus secundum compensationem damni, quod habuit ob dilatam pretij conuenti solutionem.*
12 *Etiam nulla præcedente mora regulari, & etiam si venditor ex pretio statim soluto nihil esset lucraturus.*
13 *Confessioni facta in iudicio standum, & tanquam sententiæ, & rei iudicatæ.*
14 *Etiam quod sit facta per verbum, credo.*
15 *Secus in teste.*
16 *Possessio alterius intelligitur iure familiaritatis, quando apparet de titulo.*
17 *Licet ille titulus esset inutilis.*
18 *Testes productentes probant contra eum.*
19 *Meliora menta sunt restituenda colono emphyteutæ, & alij qui meliorarunt.*
20 *Etiam quod non sit probata certa qualitas meliora mentorum.*
21 *Condemnatio in expensis fit pro rata victoriæ.*

Decisio XC.

IN causa inter Leombrunum, & Tiburtium Viuianum de Firmo. Primo dubitabatur, quo ad possessionem in contrada Sanctæ Luciæ olim venditam per Iacobum patrem Sertorij Troilo patri Leombruni, an probetur simulatio contractua, ita vt Leombrunus teneatur ad illam restituendam. Et conclusum fuit negatiuè: Testes enim non probant concludenter, & pa-
1 tiuntur multas exceptiones; & quatenus † probarent simulationem illam, quæ resultat præsumptiuè, quando venditor remansit in possessione rei venditæ, Tamen non per hoc solum dicitur contractus simulatus, cum prius debeat constare de causa simulationis, de qua hic non ap-

apparet. c. *fin. de renunciat. in 6. l. si maritus. §. fin. ff. qui, & à quib. l. mulier. in princ. ff. rer. amot. Capoll. de simul. contract. præsumptio. 25. num. 77. vers. & quod dixi. Aym. conf. 156. num. 10. Mascard. conclus. 469. num. 13. de*

2 *probat.* [Maxime quia non fuit probata † species simulationis, & talis simulatio, quæ de iure sit improbata, prout requiritur per eum, qui dicit actum simulatum. *Bart. conf. 65. factum tale est. colum. 2. Anchar. conf. 226. col. 1. nu. 2. Bald. in l. ab Anastasio. in fin. C. mand. Mannell. conf. 97. in casu proposito. num. 24. cum seq.*

3 Immo etiam multa alia requiruntur ad † hoc, vt contra instrumentum probetur simulatio per testes, de quibus in casu nostro non constat, vt per *Cyn. in l. 1. C. plus val. quod agitur. Anchar. conf. 226. ad corroborationem. num. 4. in 3. dub.* Præsertim cum Troilus emptor semper soluerit canonem possessionis emphyteoticæ, de qua agimus, & alia onera; quæ multum conferunt ad conualidandum contenta in instrumento, licet illud sit clarum ad fauorem emptoris,

4 & illi standum sit. *c. 1. de fid. instrum. Roland. conf. 46. num. 11. lib. 4.*

Secundo, quo ad iuramentum in litem, conclusum fuit, dandum esse contra Leombrunum, cum administrauerit bona Tiburtij minoris, vel tanquam tutor, vel quod pro tutore se gesserit, si infra tempus sibi præfixum non reddiderit rationem suæ administrationis. Regulariter enim

5 illud datur contra eum, qui non † seruatis solemnitatibus, & de iure seruandis administrauit. *l. tutor qui repertorium. in princ. de administr. tutor. Bart. in l. 1. §. officio. de tutelis, & ratio distrah. Dec. conf. 177. in causa. colum. 1. vers. & casu quo prædicta. num. 1. Socin. consil. 46. num. 4. lib. 1. Seraph. priuil. iuram. 33. num. 115. Plot. de in lit. iur. §. 5. n. 9.* vbi ampliat ad quemlibet administratorem, qui, vt supra administrauit. [Quod adeo verum est, vt licet

6 iurari † non possit in litem, nisi adsit dolus. *Bart. in l. in actionibus. col. pen. num. 22.* & ibi *Aret.* testatur de communi *ff. de in lit. iur. Alexand. conf. 214. in princ. vol. 7.* Tamen speciale est in actione tutelæ, & curæ, vt etiam propter

7 culpam latam, † & leuem iuretur. *l. also iure. de in lit. iuran. Bart. conf. 150. cum prædicta. Anchar. conf. 316. Plot. de in lit. iur. §. 4. in fin. et §. 49. n. 16. Socin. conf. 2. sequendo. colum. 2. in fin. lib. 2.*

Non obstat, quod huiusmodi iuramentum

8 non † fuerit petitum; quo casu iudex non potest ex officio deferre. *Bart. in l. admonendi. in fi. de iur. iur. Capic. decis. 35. in causa. Rum. conf. 35. n. 4. lib. 5. Plot. de in lit. iur. §. 51. num. 8.* vbi de communi. Quia propter clausulas,

9 de quibus in libello, absque alia petitione † poterit deferri. *Abb. in c. fin. in fi. de iur. iur. Alex. conf. 91. in causa, & lite. n. 2. lib. 5. Iasin §. omnium. col. 26. ad fi. inst. de act. Marsil sing. 620. causa possessorij. n. 4. Dec. conf. 251. agitur. nu. 3. Gabr. conclus. 4. de clausulis. n. 26.*

Tertio, quo ad petitionem, quam facit Leom-

brunus contra Tiburtium de vinea, & possessione in contrada S. Basij, & S. Catharinæ, & quo ad alias prætensiones, dictū fuit non esse aliud quærendum. Cum enim Tiburtius fuerit ab illis per

10 arbitros absolutus, & laudum † acceptatum per Leombrunum, per d. approbationem fecit transitum in iudicatum, à quibus post approbationē appellari non potuit; & si erat appellatum, non potuerunt prosequi appellantes causam appellationis. *l. fin. C. de temp. appell.* Nā esset contrarietas acquiescere sententijs, & ab eis appellare, aut appellationes antea interpositas prosequi, prout ita de eo, qui approbat sententiam, arguit *Soci. conf. 45. col. pen. post med. vers. secundo conclu dendū. lib. 1. Dec. conf. 22. col. 1.* quos refert, & sequitur *Aym. conf. 103. n. 12. et 13.* vbi subdit, qd qui post latam sententiā promisit illi stare, censetur appellationi renunciare, licet in specie non renunciet. *Doct. in c. ad hæc. il secondo. de appell.*

Quarto, quo ad scuta 120. pro residuo pretij vnius vineę emptæ per Iacobum patrē Tiburtij à Troilo patre Leombruni, dictum fuit probari satis concludenter per testes, & alia, de quibus in processu, quod Iacobus non soluit verè totum pretium vineæ, sed remansit debitor in summa prædicta, prout etiam pro rata d. pretij non soluti venditor iuste recepit fructus vineæ, qui

11 conceduntur iuxta eam quantitatem, † quam possit lucrari venditor ex ipso pretio statim pręstito, vel secundum cōpensationem damni, quod habuit ob dilatam pretij conuenti solutionem. *l. curabit. C. de act. empti. l. 3. §. vlt. de eo, quod certo loco. Fel. in c. cū venerabilis. de except. Dec. cōs. 116. Aym. conf. 189. col. vlt. Doctor. in l. iulianus. §. ex vendito. de actio. empti.* [Quod adeo verum est, vt habeat locum, etiam nulla præcedente

12 † mora regulari, & etiam si venditor ex pretio statim sibi soluto nihil lucraturus esset, vt per rationem *d. l. curabit.* per omnes ferè teneri docet *Couarr. variar. resolut. cap. 4. numer. 2. versic. primo deducitur:* vbi etiam sub *num 4. in fin. vers. vigesimo.* concludit hæc omnia habere locum iure Pontificio, in foro ecclesiastico, & iudicio interiori animæ, seclusa vsurarum prohibitarum fraude, prout etiam de communi testatur *Dec. consil. 119. num. 3. col. 2. vers. & hoc etiam.*

Quinto quo ad oleum, fuit condemnatus Tiburtius ad soluendum quantitatem, de qua in petitione facta per Leombrunum, prout etiam in alijs duobus instantijs fecerunt Iudices à quo; cum per confessionem Tiburtij, de qua in actis, constet de veritate d. quantitatis olei re-

13 cepti; cui standum est, cum sit facta † in iudicio; ita vt in ciuilibus habeat vim sententiæ, & rei iudicatæ; adeo quod non expectet aliud, nisi præceptum de soluendo. *l. vnica. C. de confessis. Corn. conf. 44. colum. 1. volum. 4. Mascar. de probatio. concl. 344.* etiam quod facta

14 † sit per verbum, credo, respondendo positionibus, prout est in casu nostro; Nam plene pro-

15 babat, ac si de veritate respondisset, licèt secus † esset in teste. *Bald. in l. fin. in princ. col. 1. vers.*

sed quid si tutor. C. de arbitr. tutela. Mascard. conclus. 348. num. 23. Bauer. sing. 41. in ver. positio, & articulus. n. 2. Vestr. in praxi lib. 5. c. 14. n. 7. vbi *Grauat. n. 28. in verb. secus in confessione. Seraph. priuil. iur. 11. n. 1.*

Sexto quo ad Cisternam, & Cortile dictum fuit spectare ad Tiburtium, prout etiam declarauit Capitaneus Firmi; non autem ad Leombrunum, vt dixerunt arbitri, cum constet ex instrumentis, & alijs, de quibus in actis, quod dicta bona fuerunt empta per Equitem Baptistam Smacchiam auum maternum Tiburtij, qui tanquam hæres d. Equitis successit in omnibus eius bonis.

Neque obstat depositio testium, quod Leombrunus possederit d. Cortile, & Cisternam spatio multorum annorum, ex quo prætendebatur inducta præscriptio; quia vltra quod testes id non plene probant, d. possessio fuit præcaria, vt concludunt testes inducti per Tiburtium, & iure familiaritatis; qui etiam, quod non probarent, tamen ita de iure præsumitur: Quando enim apparet de titulo in bonis alicuius, posses-
16 sio † alterius debet intelligi iure familiaritatis. *Alex. in l. qui iure. ff. de acquir. possess. Dec. cons. 400. sub num 4. Socin. cons. 131. nu. 1. lib. 1. Menoch. de arbitr. casu 160. num. 13. cum sequen.*
17 Quod procedit, † licet titulus ille esset inutilis. *Socin. cons. 13. col. 5. vers. ad illud autem vltimum. n. 16. lib. 4. Aym. cons. 61. nu. 2. Curtius. cons. 168. n. 35. lib. 2.* Cum enim isti essent fratres, & simul habitauerint, & possederint, ex qualitate personarum colligitur hoc ius familiaritatis, quo ad possessionem, & habitationem. *Rimminan. cons. 697.*

Et quoniam in processu probatur etiam per testes Tiburtij, quod multa melioramenta fuerunt facta in d. Cortile, & Cisterna communiter, tam per Iacobum patrem Tiburtij, quam per Troilum patrem Leombruni; Quibus testibus standum est ad fauorem Leombruni contra
18 ipsum † producentem. *l. si quis testibus. C. de testib. Bart. in l. Lucius in fi. de fideiussor. Paris. cons. 88. n. 12. lib. 3.* etiam si esset testis vnicus, & deponeret de credulitate. *Gabr. de testib. concl. 1. n. 13. & 14 vers. contrarium tenet.* Ideo fuit reseruatum ius Leombruno pro dictis melioramentis, cum sint præcipua eius, qui illa
19 fecit, † ita vt non teneatur relaxare rem, donec sibi soluantur; prout videmus in colono. *l. pen. ff. locati. Paris. cons. 79. num. 16. lib. 3.* In emphyteuta. *l. 2. C. de iur. emphyt.* vbi *Ias. n. 28. Gozad. cons. 86. n. 25. Paris. cons. 28. n. 1. lib. 3.* In fideicommissis. *l. domos;* vbi *Alexan. & alij. de leg. 1. Rol. cons. 28. in princ. lib. 1. Cephal. cons. 189. n. 37. lib. 2. & cons. 659. n. 34.* Idem in feudo, & in marito quo ad fundum dotalem. In fructuario, in socijs habentibus rem communem, & generaliter in quocumque habente dominium non perpetuum. *Decian. cons. 79. num. 5. cum seq. lib. 2.*

Et licet in casu, de quo agimus non fuerit probata certa quantitas melioramentorum;
20 Tamen † cum de illis constet; iudex debet æstimare, vel saltem concedere retentionem pro melioramentis liquidandis, postmodum in executione. *Comens. cons. 102. ad fin. Cagnol. in l. quatenus. in fin. de regul. iur.* ad exemplum interesse non probati; quia tunc etiam datur sententia super interesse in executione liquidandi. *Aret. in §. fin. de verbor. oblig. Bart. & alij in l. vnica. C. de sent. quæ pro eo, quod inter. Corn. consil. 318. col. fin. lib. 4.*

Vltimo quo ad scuta 100. dotis Angelellæ vxoris, quantitatem grani, & ordei, pecunias debitas Equiti Smacchiæ, Capras, Sues, animalia, & reliquas prætensiones hinc inde petitas, satis colligitur ex processu, vel nihil probatum, vel minus sufficienter; Vnde hinc inde fuerunt partes absolutæ. *l. qui accusare. C. de edendo. l. actor. C. de probatio. Abb. in c. ex litteris. n. 10.*
21 *eodem tit.* cum condemnatione † partium in expensis pro rata victoriæ. *l. eum. qui temere. de iudic. l. properandum. §. fin autem alterutra. C. eodem. Couarr. pract. quæst. cap. 27. num. 1. cum sequen.*

EPITOME.

Tituli probatio quando requiratur in reuocandis attentatis. Et an sufficiat probare detentionem, & quid si constet de non iure petentis reuocari attentata.

SVMMARIVM.

1 *In reuocandis attentatis non requiritur probatio tituli.*
2 *Neque possessionis, sed solum detentionis.*
3 *Et pro detentione competit officium iudicis. & num. 11.*
4 *Et fit restitutio non habito respectu, an status sit legitimus, vel illegitimus.*
5 *Etiam in beneficialibus, in quibus non attenditur coloratio tituli.*
6 *Fallit vbi constaret de non iure petentis reuocari attentata. Intellige vt num. 7.*
8 *Titulus infectus præiudicat magis, quam si nullus titulus ostendatur.*
9 *Exceptio de non iure debet esse notoria, nec intelligitur ex probationibus faciendis.*
10 *Attentata post inhibitionem magis reuocantur etiam officio iudicis.*
11 *Etiam quod constet de non iure petentis illa reuocare.*

Decisio XCI.

1 IN reuocandis attentatis † non requiritur probatio tituli. *Rot. decis. 2. alias 14. in nouis. de restit. spol. n. 1. vers. secus vero. Franc. in c. bonæ. col. 3. vers. sexto quia. n. 14. de appell.*
2 Neque requiritur probatio † possessionis, sed sufficit simpliciter probare detentionem, & statum, in quo quis erat tempore attentationis. *Rot. decis. 11. alias 56. de causa poss. & propriet. in antiq. Aegid. decis. 101. incip. si constat.*

Immo

3 Immo pro huiusmodi † detentione, pro qua fuit quis priuatus, competit officium iudicis. *Neuiz. conf. 80. benedictus. sub n. 3. Castr. in l. aquilius. in fin. de donatio. Luc. de Pen. in l. si coloni. quæst. 21. C. de agri. & cens. lib. 11. Lancell.* qui dicit singulare, & perpetuo notandum. *de prob. attent. c. 28. n. 3.*

Vnde debet fieri restitutio ad illum statum,
4 non habito respectu, an fuerit legitimus, † vel illegitimus. *Aegid. decis.* 101. *Lancell. q. 8. n. 9. c. 24. p. 3. de reo & exceptio. contra attent. cōpet.*

Amplia etiam in beneficialibus, in quibus
5 quoad reuocationem attentatorum, † non attenditur coloratio tituli. *Franc. in d. c. bonæ. n. 14. de appellat. Lancell. de priuil. attent. nu. 74. p. 3. priuil. 2.*

Fallit, quando in beneficialibus constaret de non iure petentis reuocationem attentatorum;
6 † tunc enim debet docere de suo interesse etiam colorate. *Lancell. d. priuil. 2. n. 76.* vbi dicit, neminem in hoc discrepare.

7 Intellige secus † esse, quando reuocantur attentata ex officio iudicis, quia tunc conceditur reuocatio, etiam quod notorie constet de non iure petentis, & de non iure actionis; & in beneficialibus Rota solet beneficium sequestrare, ne detur vitiosus ingressus. *Caputaq. decis. 57. par. 1.*

Licet autem quis non teneatur titulum colorare ad effectum reuocationis attentatorum; tamen si de facto producat titulum infectum, &
8 non bonum, † sibi præiudicat; quo casu non erit audiendus; cum peius sit ostendere titulum infectum, quam nullum. *Aegid. decis. 393. si petens. Lancell. d. priuil. 2. n. 76. & 77.*

Ex quibus conclusum fuit non esse admittenda capitula producta per D. Horatium Medagliam, contra D. Cornelium Guerrerium concernentia deteriorationem rei detentæ; quia licet ex illis velit pars probare deterioratione; & per consequens, quod poterat expelli propria auctoritate; & sic, quod constet de non iure petentis reuocari attentata; Tamen ista ex-
9 ceptio de non iure debet esse notoria, † vel ex cōfessione partis, vel ex probationib. factis per eum, qui est passus attentata. Et sic non intelligitur ex probationibus faciendis. *Lancell. p. 3. c. 24. de reo & exceptio. contra attentata sub nu. 62. & 64. vsque ad 73. & 83. q. 1.*

10 Maxime, quia eramus in attentatis † post inhibitionem, & appellationem, lite pendente; quo casu multo magis reuocantur, etiam officio iudicis, qui fuit offensus; vt in *Constitut. Marchiæ lib. 6. cap. 32.* & *Lancell. d. c. 24. de reo, &*
11 *exceptio. contra attent. n. 57.* Licet † constaret de non iure petentis reuocationem attentatorum, etiam notorie. *Caputaq. decis. 57. p. 1.* Et etiam, quod simus in detentatione, qua præ-
12 tendit pars fuisse priuatum, † quia tunc etiam competit officium iudicis. *Neuizan. consil. 80. num. 3.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitas extrinseca præsumitur in antiquis, dummodo non enuncietur minus legitima.*
2 *Titulus vitiosus toleratus per officiales Principis an præiudicet, remissiue.*
3 *Attentata quando sint reuocanda, tam in prophanis, quam in beneficialibus ex officio Iudicis, & ad partis instantiam, non obstante notorio defectu in proprietate. num. 4. 5. 6. & 7.*

¶ N. 8. *post verb.* priuil. 2. n. 76. & 77.

Prout diximus de solemnitate extrinseca, quæ in antiquis præsumitur ad validitatem ge-
1 storum, † sed si producatur instrumentum enūcians solemnitatem minus legitimam, etiam in antiquis nihil operabitur, Itaut nec præscriptio, nec vsus immemorabilis ex vi illius tituli inualidi sit considerandus. *Castren. consil. 423. ex puncto transmisso. colum. 2. in fin. & cons. 81. in causa. colum. 3. lib. 2. Bellam. cons. 10. in princ. Afflict. decis. 107. nu. 5. & in cap. 1. §. si quis per triginta. not. 1. si de feud. fuer. cont. int. dom. & agnat.* late *Peregrin. de iur fisc. lib. 6. tit. 8.*
2 *de præscript. fiscalib. n. 25.* † Vbi multa quando titulus esset nullus, & vitiosus, sed toleratus per Superiorem, vel eius officiales an præiudicet. *Aym. de antiq. temp. p. 4. §. absolutis. num. 60. & §. materia. num. 2. & p. 3. limit. 7. §. vidimus in genere. n. 28. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 22. num. 10.*

¶ N. 12. *post verb.* consi. 80. n. 3.

Et quando sumus in materia prophana indi-
2 stincte, non solum ex officio Iudicis, † sed etiam ad partis instantiam, reuocantur attentata, non obstante notorio defectu in proprietate. *Alex.*
4 *cons. 99. visis processibus. num. 9, lib. 5.* † Licet in beneficialibus ne detur vitiosus ingressus, & ne pars notorium defectum habeat in beneficio excludi deberet, & tunc fiet sequestratio. *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 31. num. 19.* vbi ita intelligit *decis. Rot. 11. de caus. possess. & propriet. in antiq. & decis. Aegid.* 101. Nam ibi non debet fieri reuocatio ad effectum, vt restituantur passo attentata, sed vt possessio seque-
5 stretur; † Cum enim ibi esset intrusus in beneficio reseruato, non habet aliquod ius. Vnde quamuis sit spoliatus à prouiso Apostolico, constito plenè, & concludenter de reseruatione, non datur reuocatio attentatorum, nisi ad ef-
6 fectum sequestrandi possessionem, † non vt spoliato restituatur possessio. *Simonet. de reseruat. quæst. 40. n. 12. Germon. de indult. Cardin. §. volumus. num. 27. Rot. coram R. P. D. Oradino,
7 Roman. Archipresbyter. 11. Maij* 1584. † Quamuis etiam in beneficialibus posset Iudex ex officio reuocare attentata, licet tutior sit dicta se-

questratio. *Mandos. form. 14. commis. in verb. causam, & causas attentatorum. in fin.*

EPITOME.

Sententia an admittat appellationem si declarat confines esse ponendos in locis in ea descriptis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio censetur permissa, nisi expresse sit prohibita.*

2 *Negans non posse appellari in aliquo casu, tenetur probare.*

3 *Sententia declarans fines esse ponendos in locis, quorum occasione aduersarius pratendat vsurpari de sua tenuta, continet causam proprietatis à qua datur appellatio.*

4 *Iudicium diuisorium est mixtum.*

5 *Iudicium finium regundorum non est diuisorium, sed declaratorium rei iam diuisa.*

6 *Vbi agitur iudicio vt restituantur agri, qui cum essent communes fuerunt occupati non datur appellatio, quo ad effectum suspensiuum.*

7 *Termini possunt poni, non obstante appellatione. Declara vt num. 8.*

9 *Differentia inter supplicationem, & appellationem.*

Decisio XCII.

Dictum fuit esse locum appellationi interpositæ ad instantiam hominum de Serrapetroni, à sententia lata per D. Gubernatorem Camerini, in qua declaratur terminos, & confines esse ponendos in locis in dicta sententia descriptis.

1 Primo, quia in omni causa censetur † appellatio permissa, nisi expresse reperiatur prohibita. *gloss. vlt. in fin. in l. qui restituere. de rei vendicat. Franc. in rubr. de appell. col. 4. vers. tertio præmitte. num.* 18 Immo qui dicit in

2 aliquo casu non posse appellari, tenetur id† probare, cum habeat regulam contra se. *Socin consil. 39. capto primum. num. 1. lib. 4. Lancell. de attent. appellatione pendente. ampliat. 5. num.* 8. & in dubio potius appellatio est admittenda, quam deneganda. *gloss. in cap. vt debitus. 59. in verb. ex rationabili causa. post med. de appell. Menoch. de recuperan. possess. remed. 9. n.* 318.

3 Secundo quia declaratur † fines esse ponendos in locis ibi descriptis, quorum occasione pars aduersa prætendit vsurpari de sua tenuta; vnde continetur causa proprietatis, à qua datur appellatio, vt in specie confinium dicit *Contard. in l. vnica. in verb. petitorium. num.*

4 110. *C. si de moment. possess.* † Iudicium enim diuisorium habet admixtam causam possessionis, & proprietatis, licet iudicium finium regundorum non sit proprie diuisorium, sed decla-

5 ratorium rei iam diuisæ, † cum interdum iudex non ponat nouos terminos, sed confirmet veteres, si bene se habent, & mandet eis stari perpetuo, & imponat silentium contrafacienti. *Bald. in l. 3. C. fin. regund. num. 9. vers. nota quod iudicium.* vnde erit locus appellationi ob dictam mixturam. *Contard. in d. l. vnica. in verb. ratione mixturæ.*

6 Verum esset, quod quando † agitur iudicio, vt restituantur agri, qui cum essent communes fuerunt occupati à priuatis à sententia lata in hoc iudicio admittitur appellatio, quo ad effectum deuolutiuum, licet sit tradenda executioni per Iudicem à quo, neque attentata reuocantur pendente appellatione, quamuis in hac specie appellatio reciperetur. *Couarr. practic. quæst. c. 23. num. 9.*

7 Non obstat, quod non dicitur plene † executum, nisi per terminorum oppositionem habeatur possessio territorij, de qua in sententia. Vnde non obstante appellatione, termini interim possunt poni. *Afflict. decis. 341. incip. lata est sententia*; Quia respondetur illum loqui, quando pendente causa reuisionis petitur, vt

8 termini ponantur: † secus autem in casu nostro propter appellationem interpositam, qua pendente nihil est innouandum. *cap. 1. vt lit. pend. l. 1. §. inter. ff. nil nouar.* [Ratio differentiæ est, quia supplicatio conceditur ex gratia, & benignitate Principis, qua pendente mandatur sententia executioni. *gloss. in cap. ex litteris. in verb. supplicauit.* & ibi *Abb. num. 11. de restitut. in integr.* & notatur *in l. 1. C. de sentent. præ-*

9 *fect. prætor.* sed appellatio † innititur iustitiæ, & iustitia vult, quod appellatione pendente nihil innouetur, prout ita in specie distinguit *Hieron. de Monte in tractatu finium regundorum. cap. vltimo. num.* 12. Et ita fuit conclusum. Maxime stante cõtumacia partis, quæ fuit prius citata ad allegandum causam quare dicta appellatio admitti non deberet, & per eam nihil fuit oppositum, aut contradictum.

EPITOME.

De Prioribus, seu Præpositis vniuersitatum, quando habeant administrationem cum libera, & possint facere conuentiones in damnum, & vtile Vniuersitatis. Et quid de Sindico Ciuitatum, Collegij, & Artium. Et de solutione facta aliquibus ex Prioribus, an valeat non vocatis alijs, & liberet soluentem, & sit sublata hypotheca.

SVMMARIVM.

1 *Præpositi Vniuersitatis dicuntur habere generalem administrationem, & possunt facere conuentiones in damnum, & vtile, si non continent donationem.*

2 *Amplia in Prioribus Ciuitatum.*

3 *Priores Ciuitatum dicuntur Magistri, & non differunt à Præpositis Collegij, vel corporis.*

4 *Potestates, & similes officiales non habent administrationem rerum Ciuitatis, nec illi possunt præiudicare.*

5 *Administratores Collegij non habent officium publicum, vt Administratores Ciuitatis.*

6 *Priores non possunt remittere debitum liquidum, neque confiteri solutum esse Communitati, nisi sint positi ad recipiendum solutionem. & num. 7. & 15.*

7 *Priores, & Antiani non habentur loco dominorum, nec legitimorum administratorum, nec possunt transigere super re dubia. & num. 15.*

8 *Priores, seu Decuriones non possunt ordinare Sindicum.*

9 *Sindicus potest confitendo praeiudicare Communitati.*

10 *Priores, & Antiani sunt tacite constituti procuratores ad agendum negotia Reipublicæ.*

11 *Sindici sunt administratores publici, & dicuntur habere mandatum cum libera, & possunt expedire ea, quæ requirunt speciale mandatum.*

12 *Intellige in Sindicis electis ab vniuersitate, vel Castro, & sic habente territorium.*

13 *Præpositi artium non possunt facere pactum, vel contractum in præiudicium Collegij.*

14 *Castr. in l. rescriptum. §. plerumque. in fi. ff. de pact. declaratur.*

15 *Priores, seu Magistratus de iure non habent liberam administrationem.*

16 *Solemnitas eadem requiritur in actus reuocatione, quæ in eius celebratione.*

17 *Modus obseruatus in concedendo, obseruatur in tollendo.*

18 *Plures habentes potestatem ab homine, omnes debent esse præsentes, si à lege sufficit maior pars.*

19 *Maior pars licet sufficiat, tamen omnes debent vocari.*

20 *Notario non creditur asserenti aliquid fecisse de mandato alterius, & potest puniri.*

21 *Confessio relatiua, si non constat de relato, nihil operatur.*

22 *Relatio facit actum limitatum, & restringitur ad id, ad quod fit relatio.*

23 *Hypotheca non tollitur per solutionem, cum apparet de liberatione inualida.*

Decisio XCIII.

DEputati per consilium Terræ Montis Fortini ad curam Annonæ, vulgo, Abundantieri, de anno 1581. die 9. Octobris habuerunt scuta mille à dicta Communitate, occasione emendi frumenta pro annona per manus duorum Sindicorum specialiter ad soluẽdum dictas pecunias deputatorum, cum interuentu quatuor Priorum eiusdem Terræ, & Sindici generalis, & cum decreto Prætoris, prout in instrumento, de quo in process su de partibus. fol. 81. Dictæ pecuniæ fuerunt restitutæ de anno 1585. die 29. Nouembris per eosdem abundantierios Prioribus tunc temporis, prout est consuetum fieri ferè in omnibus locis Prouinciæ Marchiæ, in quibus de bimestri in bimestre durat officium Prioratus. Qua restitutione stante fuit cassatum instrumentum, liberando eosdem obligatos, cum quietationibus in forma, vt in eodem processu fol. 99.

Reuisis postea computis per D. Commissarium, seu calculatorem ad id specialiter deputatum ab Illustrissimo D. Cardinali Aldobrandino, non obstante liberatione facta per Priores fuerunt condemnati Grasserij ad restituendum easdem pecunias, vt in sententia Commissarij, de qua in processu fol. 203. In executionem prædictæ sententiæ fuerunt solutæ iterum pecuniæ Communitati, per quam facta cessio Grasserijs, qui illius vigore egerunt contra dictos primos Priores, obtinendo sententiam fauorabilem: à qua cum per eos esset appellatum, & mihi causa commissa, Dubitabatur, an fuerit rectè solùtio facta Prioribus, ita vt essent liberati Grasserij ab eorum obligatione, & sic sententia D. Iudicis à quo esset confirmanda, vel infirmanda: & videbatur respondendum pro validitate dictæ solutionis.

1 Nam illi † præpositi vniuersitatis dicuntur
habere generalem administrationem cum libera, & possunt facere conuentiones in damnum, & vtile, si non continent donationem, & acquirunt vniuersitati, & faciunt eam repelli ab agendo. *Castren. in l. rescriptum. 1 c. §. plerumque.*
2 *in fin. ff. de pact.* vbi ampliat in specie † ad Priores Ciuitatum, quia inquit dicuntur magistri
3 † Vniuersitatum, & non est differentia inter istos, & Præpositos Collegiorum, vel corporum. Et idem voluit *Alex. in d. §. plerumque. in fin.* dicens, quod veritas est; administratores ciuitatis habere liberam administrationem, & ideo posse pacisci, & transigere, dummodo gratis non donent, aut debitum liquidum non re-
4 mittant; quod † secus est in alijs, qui non habent administrationem rerum ciuitatis, vt in Potestate, & similibus officialibus, qui non possunt per pactum Ciuitati præiudicare, nisi habeant speciale mandatum; Prout etiam idem est
5 in administratoribus † Collegij, qui non habent officium publicum, vt administratores ciuitatis. *Bald. in l. 1. n. 3. C. etiam per procura. causam restitut. in integ.*

Contrarium tamen declaraui, quia dicti Priores confessi sunt nomine Communitatis esse satisfactos, vt in instrumento; Vnde dicta confessio non præiudicat Reipublicæ, neque ei statur, cum Priores non possint remittere de-
6 bitum liquidum, † neque confiteri esse solutum communitati, nisi sint tales, qui positi sint ad recipiendum solutionem, de quo hic non apparet. *Castren. in l. Imperatores. 38. ad fin. ff. de pact. per l. 2. C. de quadrien. præscript. l. si procurator. de iure fisci. l. ne casu. C. de discus. lib. 10.* licet secus sit in confessione procuratoris priuati, vt *ibidem* per *Castr. in fi.*

7 Ratio est, quia isti Priores, † & Antiani non habentur loco dominorum, nec legitimorum administratorum; vnde nec super re dubia possunt transigere. *Castrens. in l. si præses. num. 3. C. de transactio.* vbi hoc intelligit de iure communi, salua ordinatione statutorum, si qua essent

sent

fent in contrarium ; & ibi etiam exemplificat in Consiliarijs Ducis Venetiatum ; [& quod isti Priores non possint remittere debitum Communitatis, nisi habeant speciale mandatum, dicit *Firman. de gabell. par. 1. in princip. num. 22. tom. 12. fol. 54. per tex. in l. item magistri. & l. imperatores. ff. de pact.* vbi tamen limitat, nisi intersit Reipublicæ. per *l. contra iuris. §. fin. ff. de pact.* Non enim isti Priores Ciuitatum sunt hodie, prout erant Decuriones olim. *Roman. cons. 501. ad fin.* Et magistratus municipales nostri temporis non habent aliam potestatem, quam datam per statuta locorum. *Dec. cons. 5. ante num. 1.* Multa enim requiruntur, ex quibus administratores prædicti possint transigere pacisci, & confiteri, & donare, de quibus per *Rom. cons. 50.*

8 Immo † isti Priores, seu Decuriones, qui præsunt toti ciuitati, nedum possunt pacisci, & confiteri, sed neque ordinare sindicum, quia debet hoc geri in consilio generali, non per eos solos, nisi super hoc aliter disponeretur per statutum. *Bald. in l. item magistri. in 1. lectura. ff. de pact.* vel nisi haberent mandatum, vt per *Bald. in l. item magistri. in 2. lectura. num. 1.* vbi post *Bart.* ibidem concludit, quod quando tales haberent liberam administrationem, seu speciale mandatum, tunc possent Reipublicæ nocere, semper tamen isti administratores videntur constituti cum libera. *Alex. ad Bart. in d. l. item magistri. Bald. in l. præses. num. 1. C. de transact. & ibi Ias. num. 7.* vbi ex hoc infert non requiri, quod mandatum sit cum libera.

9 Non obstat, quod † sindicus potest confitendo præiudicare communi. *Alex. cons. 68. vt viso. num. 9. col. 3. ad med. vers. tamen quia. lib. 2.* Vnde idem etiam debet esse in Antianis, & Prio
10 oribus, qui sunt tacite constituti † procuratores ad agenda negotia Reipublicæ. *l. procuratores. C. de decurion. lib. 10. Roman. cons. 65. in princip.* In his enim, quæ pertinent ad administrationem bonorum ciuitatis cura est Priorum, non Rectoris ciuitatis, vel vniuersitatis. *Bart. in l. nulli. num. 8. ff. quod cuiusque vniuersit. nom.* Vnde Priores possunt accipere pecunias mutuo, vel dare pro ciuitate. *Bart. in l. principalibus. ff. si cert. pet.*

Quia respondetur, quod administratores publici quales sunt sindici ciuitatum, dicuntur ha-
11 bere mandatum cum libera à lege, vnde † possunt expedire, etiam quæ requirunt speciale mandatum. *Ias. in l. præses. num. 7.* vbi *Alex. n. 1. C. de transact. Paris. in addit. ad Bart. in d. l. nulli. in verb. sindicus. ff. quod cuiusque*
12 *vniuersitat. nomi.* [Quæ tamen intellige † in sindicis electis ab vniuersitate, vel Castro, vel villa; & sic ab vniuersitate habente territorium secus à non habente, vt in scholarium vniuersitate, vel capitulo Ecclesiæ: tunc enim non habent mandatum cum libera à lege, prout alij, quia illi dicuntur habere publicum officium, & possunt cogi; isti autem habentur pro procuratoribus priuatis, & non habent liberam, neque dicuntur legitimi administratores. *Innoc. in cap. scisestare. de restitut. in integr. Ias. in l. præses. num. 9. C. de transact.* vbi inquit ita saluari *glos. in l. item magistri. ff. de pact.* quæ secundum eum loquitur in Prioribus artium, qui non habent liberam, nec erant administratores Reipublicæ. *Alexand. in d. l. præses. nu. 2.* Vn-
13 de isti Priores, † seu Præpositi artium non possent facere pactum, vel contractum in præiudicium sui Collegij, nisi super hoc habeant mandatum. *Bald. in l. item magistri. in 1. lectura. ff. de pact.* vbi exemplificat in Prioribus, qui Perusiæ vocantur Camerlenghi, & Bononiæ Ministrales.

Et ita intelliguntur prædicta, quia habent locum in administratoribus, seu sindicis ciuitatis, qui habent liberam administrationem, & sunt administratores publici, & electi à toto populo, seu consilio generali. *Ias. in d. l. præses. num. 8. C. de transact.* Quod non est in istis Prioribus, qui non sunt loco legitimorum administratorum, neque sunt deputati à consilio, & toto populo. *Castren. in d. l. præses. num. 3.* [Et aliud est, quod possint Priores confiteri de recepto; aliud quod sint constituti procuratores ad agenda negotia Reipublicæ, prout ad ea tacite isti Priores constituuntur. *Roman. cons. 65. in princip. per tex. in l. procuratores. C. de decurion. lib. 10.*

14 Neque obstat † *Castren. in l. rescriptum. §. plerumque. in fin. ff. de pact.* vbi dicit, quod etiam isti Priores dicuntur habere generalem administrationem cum libera; quia contrarium est verius, prout tenet *glos. in l. item magistri. 15. ff. de pactis*; vbi vult, quod in istis requiratur speciale mandatum, ad hoc vt præiudicent communitati. & istam glosam sequitur *Castr.* sibi contrarius *in l. præses. num. 3. vers. sed ipse populus. C. de transact.* licet ibi *Ias. num. 8.* saluet dictam glosam, quasi loquatur in Prioribus artium, qui non habent liberam administrationem, vt supra dictum est ex *Bald. Alex.* & alijs allegatis.

15 Et quod isti † Priores, seu Magistratus de iure non habeant liberam administrationem, quam si haberent, ipsi soli, & ex eorum officio possent constituere procuratores, seu sindicos ad iudicia pro rebus vniuersitatis; quod tamen illis denegatur, dicit *Bald. in l. 1. vbi Salic. & alij. C. etiam per procuratorem in integrum restit. poss.* Idem *Bald. in l. illud. §. 1. ff. de minorib. Glos. & Docto. in l. nec ciuitatis actor. de procurator. & in l. item eorum. §. decuriones. ff. quod cuiusque vniuers. nom.* [Et vltra supra allegata, quod hodie isti Priores, seu Magistratus soli non possint obligare bona communitatis, voluit *Alexand. cons. 135. viso processu. lib. 7. & cons. 17. in causa. in princ. lib. 6. post glos. in d. l. item magistri*; quam glosam esse communiter approbatam, nisi aliud ex iuris municipalis positione disponatur, dicit *Vant. de nullit. ex defectu mandati. num. 127.* [vltra quod sumus in communitate recognoscente superiorem,

rem, in qua de facto seruatur, quod in singulis deliberationibus, & consilijs semper adsint Rectores, vel Potestates repræsentantes dominationem, & præbentes auctoritatem his, quæ fiũt per communitates, vt dicit *Castr. in l. 3. sub n. 6. ff. quod cuiusque vniuers. nom. col. 1. vers. aut recognoscebat*.

Præterea, quia in solutione pecuniarum facta dictis Grasserijs per communitatem apparet in instrumento, quod fuerunt deputati specialiter, tam Priores, quam Sindicus, quam Prætor loci, quam alij, de quibus in eodem instrumento; Dicendum est, quod per dictos Grasserios non poterant restitui prædictæ pecuniæ solis Prioribus sine interuentu aliorum supra nominatorum;
16 cum regulariter eadem † solemnitas requiratur in ipsius actus reuocatione, quæ requiritur in eius celebratione *Roman. cons. 63. n. 2.* vbi loquitur in Ancianis, seu Prioribus, quod non possint remoueri ab officio, aliàs remotio sit inualida, si sit facta sine consilio generali, à quo dictum officium habuerunt; [& vbi in contractu requiritur decretum, ita etiam in distractu. *Bald. in l.*
17 *præses. n. 5. C. de transact.* & modus † obseruatus in concedendo, obseruari etiam debet in tollendo. *Ang. in l. omnium. C. de testam. Bart. in l. 2. §. 1. ff. de optio. legat. Alex. cons. 47. causa inter assertas. in princ. lib. 7.* cum alijs per *Vant. de nullit. ex defect. mandat. n. 160.*

Accedat, quod dicta restitutio pecuniarum fuit facta aliquibus ex Prioribus in absentia Collegarum; vt in eodem instrumento; vnde licet quando sunt plures habentes potestatem ab homine omnes debeant esse præsentes, sed quando
18 à lege † datur potestas, sufficiat maior pars. *l. rescriptum. in princ. ff. de pact. Bart. in l. 3. nu. 8. ff. de pact. Bart. in l. 3. n. 8. ff. quod cuiusque vniuers.*
19 *nom.* Tamen † omnes debent vocari, de quo hic non apparet. *Bart. in d. l. 3. in fi. per tex. in l. 2. C. de decurion. lib. 10. Mascar. de probat. concl. 1207 n. 26.* post *Bart. in l. rescriptum. ff. de pact.* qui omnes loquuntur in Prioribus, & Antianis Ciuitatum.

Vltimo in dicto instrumento, quietationis notarius attestatur se habuisse commissionem cassandi, & annullandi instrumentum de commissione Priorum præsentium in absentia Collegarũ; quod nihil faciebat, cum non sit standum assertioni notarij dicentis aliquid fecisse de mandato
20 † alterius; immo poterit puniri nisi aliter cõstet de commissione *Cephal. consil. 113. lib. 1.* vbi respondet omnibus, quæ in contrarium allegãtur. Et quatenus etiam constaret de mandato, de quo dicebatur apparere, cum in præsentia dictorum Priorum fuerit cessum instrumẽtum; ex quo videbatur data commissio; Tamen quietatio, & liberatio facta per Priores est relatiua, cum confiteantur se esse satisfactos, prout in computis libri sententiarum, & instrumentorum fol. 174. Vnde cum postea commissarium, seu calculatorem fuerint reuisa computa de ordine Sacræ Cõsultæ, & denuo condemnati Abundãzerij ad restituendum præfatas pecunias; & sic de computis factis nulla habita ratio; dicendum est, quod in-
21 strumentum non fuerit cassum, † neque per Priores facta aliqua quietatio ad fauorem obligatorum, cum non constet de relato, quod est in referente cum omnibus suis qualitatibus. *Bald. in l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrogat. actionib.* post *Bart. in l. 1. in princ. ff. de receptator. & in l. 1. §. cum plures. ff. si famil. furt. fecis. di-*
22 *cat. Dec. cons. 63. n. 6. post princip.* Et relatio † facit actum limitatum, & restringit, prout reperitur illud, ad quod habetur relatio. *l. in testamento. la 1. de condit. & demonstrat. Paris. consil. 86. nu. 36. lib. 2. Aym. cons. 30. in fi. Felin. in c. 2. n. 13. de rescript.*

Non obstat, quod hypotheca fuerit sublata per dictam solutionem, quia cum appareat de-
23 liberatione inualida hypotheca non † tollitur. *Negusan. de pignor. p. 6. membr. 3. n. 5.* & hypothecaria habet suas conditiones, vt duret donec debitum sit vere solutum, aut aliter satisfactum. *Negus. ibid. p. 5. memb. 1. n. 68.* vbi etiam *n. 78.* concludit, quod non dicitur solutum creditori per dationem eidem factam de re, & translationem dominij, nisi tale dominium sit ei acquisitum irreuocabiliter.

Ex prædictis apparebat de bono iure Francisci, & liberati Pauonij petentium confirmationem sententiæ D. Iudicis à quo. Placuit tamen dominis Collegis ommisso dicto negotio principali declarare desertam appellationem interpositam per Iulianum de Iulianis, & litis consortes à sententia lata per dictum Iudicem à quo ad fauorem dictorum de Pauonijs, & non competere restitutionem in integrum petitam per dictum Iulianum, prout sententiarum fuit die 28. Maij. 1599.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Decuriones possunt obligare bona vniuersitatis non singulorum in contractibus per eos gestis.*

¶ N. 5. *post verba.* restitut. in integr.

Cum etiam isti Decuriones possint obligare bona vniuersitatis in contractibus per eam gestis, licet non valeret obligatio bonorum parti-
1 cularium, & singulorum de vniuersitate, † sine eorum consensu *Bart. in l. 4. §. actor. n. 7. de re iudic. Parlador. lib. 2. rer. quotidian. c. fi. §. 3. p. 5. n. 33. Auendan. respons. 34.* Alia enim sunt bona vniuersitatis, alia singulorum de Vniuersitate *l. sicut. ff. quod quisq. vniuers. nomin. Menoch. de arbitr. cas. 593.*

EPITOME.

Apoca subscripta per tres testes, debitorem, & creditorem, & à duobus ex dictis testibus recognita, an & quando exigat recognitionem testis mortui, quoad effectum l. scripturas. C. qui potior in pignor. habean.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Scriptura à debitore,creditore,& tribus testibus subscripta,& à duobus ex illis recognita,non exigit recognitionem alterius testis mortui ad effectum l.scripturas.C. qui potiores in pignore.Contrarium num.7.Intellige vt num.8.19. 20. & 21.*

2 *Instrumento publico datur fides mortuo notario,& testibus, qui interuenerunt.*

3 *Testes duo sufficiunt etiam contra tertiũ, si probatur veritas contentorum in scriptura priuata,præsertim de iure canonico, vt n.4.*

5 *Obligatio prior per duos testes probata præualet instrumento quoad hypothecam. & n.6.*

9 *Mors notarij habet vim signi, & subscriptionis.*

10 *Liber alicuius priuati facit maiorem fidem post eius mortem.*

11 *Mors habet vim iuramenti.*

12 *Instrumentum notarij mortui carens aliquibus solemnitatibus probat semiplene,licet illo viuente nihil probaret.*

13 *Scriptura mortui magis probat, quã si viueret.*

14 *Recognitio est facienda,si possibile est, & n.15.*

16 *Testes duo subscripti in apocha possunt pro defuncto supplere quoad recognitionem.*

17 *Notarius vnius tribunalis potest conficere acta alterius impediti, & n.18.*

22 *Suspicio antidata tollitur, quando scriptura est adnotata in aliquo libro publico,quo casu habet vim instrumenti, & n.23.*

24 *Probatio bona fama testium subscriptorum in apocha multum operatur, quoad effectum prælationis.*

Decisio XCIV.

APocha producta per D.Federicum in causa Anconitana mihi commissa, quod debeat præualere publicis instrumentis,de quibus in actis,visum fuit verius. Nam scriptu-
1 ra à debitore,creditore,& à tribus † subscripta,
& à duobus ex illis recognita non exigit recognitionem alterius testis mortui ad effectum *l.scripturas.C.qui potior.in pignor.habean.* Ratio est,quia quemadmodum publico instrumento fides adhibetur etiam mortuo tabellione, qui il-
2 lud confecit,ac mortuis testibus,† qui illius confectioni præsentes fuerunt.*c.vlt. & penul.de fid. instrum.Dec.per tex.ibi in c.2.n.3.eo.tit.Couar. pract.quæst.c.22.in princ.* Ita etiam dicendum est in scriptura,de qua loquimur, cum ea habeat vim publici instrumenti.*Castr. consil. 134. col.1. vers.istud enim procederet vol.1.Gabr.de probat. concl.11. in princ.*

Eo magis,quia probabatur veritas contentorum in scriptura priuata,de qua agebamus,quo ad substantiam obligationis,& tenorem contra-
3 ctus,tunc enim duo testes sufficiunt † etiam contra tertium *Bart. in d.l. scripturas nu.4.versic. item debetis scire. Abb.in c.2.n.2.vers. & intellige, quod testes.vbi Felin.col.1.n.4.vers.tertia declaratio.post Cardin.de fid.instr.Socin. cons.274. n.2.vol.2. Ruin.cons.46.n.8.vol.4. Aym.de antiquis.temp. 1. par. §. quæritur etiam in hac materia. num. 58. ad med.vers. sed hoc intellige.Tiraquel.de retract.conuent. §.1. glos.7. num. 59. Lanfr.in c.quoniam contra.de probat.in tit. 9. de instr.prod.Io.Petr.Anchar. q.10. num.2. par.1.*
4 vbi de communi.Præsertim † de iure canonico, vt in terminis *d.l.scripturas,*dicit *Alex.cons.181 in causa,& lite vertente.vol.2.num.5. versic.nec prædictis obstat.post Specul.de instrum.edition.§. nunc dicendum restat.in princ. vers.quinto dicitur.& col.4. vers. regulariter ergo n. 5.*

Quinimo quando nulla scriptura interuenisset,& probari posset per duos testes, quod obligauerim me, & mea bona Titio, deinde elapso anno eadem bona Seio per scripturam publicã obligassem;adhuc dicendum esset priorem obli-
5 gationem † per duos testes probatam præualere instrumento.*Calcan.cons.29.n.15.Surd.decis. 71.n.5.* ergo multo magis in casu nostro,cum id appareat,etiam per scripturam tot testibus munitam,quę licet esset priuata,si probaretur,quod fuisset confecta ante instrumentum publicum;
6 tamen quo ad † hypothecam etiam præualeret d.instrumento.*Caputaq.decis.112.p.3.*

Non obstat,quod omnes tres testes subscripti
7 debeant recognoscere eorum † subscriptionem secundum *Couarr.pract.quæst.c.25.n.5.* Quia respondetur secus esse, si aliquis ex illis mortuus sit,prout est in casu de quo agimus. Tunc enim
8 eorum mors pro recognitione † habetur; Sicuti dicimus, quod instrumentum notarij viuentis carens subscriptione, & signo, licet fidem non faciat,tamẽ si notarius est mortuus,potest ex eius imbreuiatura, aut protocollo carente tali solẽnitate leuari instrumẽtum publicum, & sic mors
9 notarij habet vim † signi,& subscriptionis *Alex. cons.14.lib.6.Curt.Iun.cons.162.col.2.Ias.in l.s. colum.3.vers.ex his esset videndum.ff.si cert. pet.* dum se remittit ad *Cin.& Bald.in l.contractus. C.de fid.instrum.Doctor.in c.cum p.tabell.eo.tit.*
10 Idem in libro alicuius † priuati,qui maiorem fidem facit, quando scribens est mortuus.*Bal. in l.comparitiones.n.14.col.5.C.de fid.instr. & in l. inter cartulas.C.de conuen.fisci debit.lib.10.Afflict.decis.40.n.20.Castr.consil.301.nu.3. col.1.*
11 *in 3.dub.vol.1.*vbi quod mors habet † vim iuramenti,quod sequitur *Dec.in l.1.col.1.n.4.C.de edend.*[Item instrumentum alicuius notarij mortui carens aliquibus solemnitatibus probat se-
12 miplene, licet notario † viuente nihil omnino probaret *Bart.in l.admonendi.col.8.nu.33.vers. quæro quid si in instrumẽto reperitur defectus.ff. de iur.iur.*& ibi *Ias.in repet.col.63.n.232.versic. quarto quærit.Alex.cons.59.n.6.col.2.in fi. vers. nec prædictis obstat.lib.2.& consil.187.lib.7.n.1*
13 *in fi.Corn.cons.22.col.3.vol.3.* & quod † maior fides debeatur scripturę mortui,quam si viueret. post *Io.And.in reg.cum quid.de reg.iur.* concludit *Dec.cons.42.n.6.vers.sexto,& vltimo.*

Eo magis,quia recognitio debet fieri,si possi-
14 bile sit, & in eo casu quo possit † interuenire, aliàs secus.*arg.l.eum non facile.ff.si cui plus quã*

per

per l.falcid. Castren. in auth. ...ius relictum. col. fin. 15 n.5. ... de test. vid. toll. & † in quacumque alia dispositione, tradit late Aym. conf. 103. nu. 12. cum seq. Castren. conf. 301. ad bene examinandum, col. 1. n. 3. lib. 1.

Adde quia in casu de quo agebamus, recognitio ista fuit facta per alios duos testes, qui se subscripserunt in cedula, quos dicendum est potuisse pro illo defuncto supplere, ac mortui subscri-
16 ptionem † recognoscere, sicuti dicimus, quod licet notar-us vnius tribunalis non possit confice-
17 re acta alterius etiam † ex partium prorogatione, secundum Gul. & Bal. in l. repetita. C. de Epis. & Cleric. fallit tamen, quando alius notarius esset impeditus, quemadmodum etiam si duo notarij requirerentur, & vnus esset impeditus, al-
18 ter socio impedito † posset subrogari, prout in specie ad casum nostrum prædicta applicat Cephal. conf. 270. n. 11 lib. 2. [Vnde cum nõ stet per partem quin recognitio fiat, pro facta censeri debet, vt in proposito, quod non debeat testis
19 † mortui recognitio fieri, etiam contra tertiũ, sed sufficiat à duobus esse recognitam, consuluit Cephal. d. conf. 270. per tot. lib. 2. quem sequitur Bursat. in eisdem terminis conf. 103. nu. 4. vol. 1. Tob. conf. 79. nu. 8. post Bald. Salic. & Castr. in l. comparationes. C. de fid. instr. idem Castr. consil. 134. in causa ser Ludouici col. 1. vol. 1. quod etiã comprobat Menoch. de arb iud. lib. 2. centur. 2. casu 114. n. 3. vbi adducit Calcan. conf. 29. col. vlt. dicens non recte satisfieri rationibus pro hac parte per Aret. & Socin. contrarium tenentes, & ideo hanc opinionem esse amplectendam. [Et licet Aym. consil. 158. num. 7. ad fin. dicat con-
20 trarium † verius, & alios recenseat idem Aym. de antiq. temp. p. 1. §. quaritur etiam in hac materia n. 52. Surd. decis. 71. n. 1. post Roland. consil. 84. n. 11. lib. 3. [Tamen verior est prima opinio,
21 quando præsertim mortuo teste iuuaretur † seripura comparatione litterarum, prout in casu nostro Riminal. Iun. qui de communi conf. 213. n. 30. lib. 2. præsertim de iure canonico, secundũ quod sufficit recognitionem solum fieri per duos testes, etiam quod tres essent subscripti. Specul. de instr. editio. §. nunc dicendum restat. in princ. vers. quinto dicitur. & col. 4. vers. regulariter ergo. n. 5. Alex. conf. 181. in causa, & lite vertente. n. 5. vers. nec prædictis obstat. lib. 2.

Vltimo, etiam quod prædicta omnia cessarent, adde in casu, de quo agebamus, d. scripturam prævalere ex adnotatione illius in libro, qui penes depositarium Montis conseruari consueuit, quæ adnotatio ita est subordinata ad alias, & aliæ ad ipsam, vt excludatur omnis suspicio an-
22 tidatæ, & tollatur † omnis fraudis præsumptio, quo casu habet vim instrumenti, & probat id, quod in ea continetur etiam in præiudiciũ aliorum. Bald. conf. 198. col. 2. vers. & ex hoc pono talem conclusionem lib. 1. [Ratio enim l. scripturas. C. qui potior. in pignor. fundatur in suspitione fraudis, quæ per antidatam committi posset, cum in apodissa priuata licet hodie scribatur, tamen posset opponi dies temporis preteriti, quod non poterit fieri quando esset descripta, & adnotata in dictis libris, quasi tunc fit difficile muta-
23 re veritatem temporis, † & dierum, & sic per talem descriptionem magis veritas apparet, & excluditur fraus. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glo. 7. n. 48. & n. 55. Præsertim cum fuerit probatũ, quod dicti testes subscripti, sunt probatæ, atque integræ opinionis, quod multum operatur ad ef-
24 fectum † huiusmodi prælationis. Socin. conf. 74. col. antepenul. vers. postremo dico. lib. 2. Neguf. de pignor. par. 5. memb. 2. ad fin. nu. 74. vers. sic tertio requiritur.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 Testes dicuntur deponere de veritate rei, vel facti quando deponunt de confessione. Intellige vt num. 2.

3 Testes examinati inter alios faciunt semiplenam probationem quando sunt mortui, & n. 5.

4 Præsumitur defunctum non fuisse immemorem salutis æternæ.

¶ N. 4. post verba. regulariter ergo. n. 3.

Itaut dicantur testes deponere de veritate rei, & facti, non solum quando deponunt de ipso
1 contractu, † videlicet mutuo deposito, & similibus, sed etiam de confessione, si apoca est confecta super confessione, quia sufficit quod attestentur de contentis in scriptura, cum etiam confessio noceat non solum cõfitenti, sed creditoribus, qui contraxerunt post confessionẽ. Bar. & Ang. in l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab. quorũ opinionem testatur esse magis veram Surd. decis. 71
2 n. 8. † Intelligendo tamen, vt testis deponens de tenore instrumenti, seu apocæ non probet, nisi sit peritus. Idem Surd. decis. 137. nu. 7. & consil. 144. n. 2. lib. 1.

¶ N. 13. post verba. sexto, & vltimo.

Ideo etiam dicimus quod testes examinati inter alios faciunt semiplenam probationem
3 quando sunt mortui. † Non enim parti est imputandum, quæ non curauit illos denuo examinari. & licet dicantur recepti parte non citata, ideo non deberent probare, Tamen sufficit fuisse citatum illum, cuius principaliter intererat, & si fuisset citatus facerent plenam probationem, nam hoc casu loquimur de semiplena, cum sem-
4 per pro defuncto præsumatur, † vt non fuerit immemor salutis æternæ, ita in specie concludit Bart. in l. admonendi. num. 45. de iure iuran. cuius opinio est verior, quidquid alij contrarium sequantur, vt ibi dicit Ias. in 1 lectur. num. 98.
5 † Subdens esse nouam, & mirabilem doctrinam, Natta consil. 394. num. 21. & consil. 160. nu. 44. Ossasc. decis. 38. num. 6. & late comprobat Surd. decis. 103. per tot.

EPI-

EPITOME.

Statutum generale requirens certas solemnitates in contractibus an habeat locum in causa dotis,& vbi quis cōtrahit cum patre.[Pecunia destinata ad honestum lucrum quando consideretur vt res immobilis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Anconitanum,& Constitutio Marchiæ c. 25. lib. 6. non habet locum quando mulier contrahit cum patre. Fallit vt n. 2.*

3 *Dos non comprehenditur à statuto etiam generali requirente certas solemnitates. Intellige vt num. 4. & 5.*

5 *Solemnitates de iure requiruntur in dote constituta per minorem.*

6 *In pecunia quæ seruando seruari non potest, non requiruntur solemnitates.*

7 *Mulier non potest dare immobilia in dotem sine decreto, & curatore; sed respectu rerum quæ non sunt prohibita alienari, poterit se moderate absque curatore dotare.*

8 *Pecunia non consideratur vt res mobilis, quæ est destinata vt ponatur ad honestum lucrum ad exemplum pecuniæ destinatæ in emptionem prædiorum, nec potest alienari sine solemnitatibus. Declara vt n. 9.*

10 *Pecunia quæ potest alienari sine solemnitatibus, intelligitur dummodo vtiliter alienetur.*

11 *Pater tenetur dotare filiā toties quoties opus est.*

12 *Obligatio patris dotandi filiam eius bonis inhæret; vt cum illis transeant ad quemcumque vadant.*

Decisio XCV.

PRo confirmatione sententiarum ad fauorem Alexandræ vxoris Ioannis Baptistæ Seueri de Ancona contra Franciscum Mariam Seriatum conclusum fuit. Nam apparet solutionem pecuniarum, de quibus agimus, fuisse factam per Alexandram, non seruatis solemnitatibus, de quibus in *Statuto Anconitano, & constitutione Marchiæ c. 25. lib. 6.*

Non obstat, quod constitutio non habet locū,
1 quando mulier contrahit † cum patre; prout in
casu, de quo agimus, cum propter naturalem affectum, plurimum patri concessum videatur. *Bald. in l. pactum, quod dotali. col. fi. n. 16. versic. vigesimoprimo quæritur. C. de collat. Alex. consil. 29. præclare subtiliter. col. 4. num. 12. vers. & pro hoc etiam facit. lib. 3. Castr. cons. 421. quod renunciatio. n. 2. ad fi. vers. secundo principaliter. lib. 2. Granut. Theor. 45. n. 38.*

Quia omisso, quod multi etiam contrariam opinionem sequuntur; de quibus per *Tiraquel. in l. si vnquam. C. de reuocand. donation. in præf. num. 26. & de legibus connub. gloss. 5. in verb. contractus. nu. 33. l. 16.* Respondetur, quod quando statutum vniuersaliter loquitur, prout est cōstitutio nostra; Tunc eadem solemnitas requi-
2 ritur † etiam, quando mulier contrahit cum
patre. *Dec. in d. l. pactum quod dotali. in fin. C. de collatio. Barbat. consil. 41. col. 2. lib. 4. Gabriel de statut. conclus. 2. num. 8. vers. tertio limit. Boccac.* in specie statuti de quo agimus, *ad constitut. vt minorum glos. 3. n. 137.*

Non obstat, quod sumus in casu dotis, qui nō videtur comprehensus in statuto etiam generali requirente certam solemnitatem. *Negusant.* qui
3 de † communi. *de pignor. par. 8. membr. 1. nu. 31.*
& in specie de statuto requirente solemnitates, & consensum propinquorum, concludit *Put. decis. 161. lib. 3. Granut. Theor. 25. num. 31. Rimin. consil. 63. num. 9. lib. 1. Rum. consil. 61. num. 3. colum. 2. versic. dico igitur. lib. 3. Bald. nouell. de dote. par. 6. priuil. 48. num. 1. Eugen. consil. 9. num. 27. Honded. consil. 18. num. 57. lib. 1. Rimi. Iun. cons. 31. nu. 43. & consil. 3. num. 11. lib. 1. Bursat. cons. 32. nu. 10. lib. 1.*

Quia respondetur cōstitutionem loqui in om-
4 nibus & quibuscumque causis, † quomodocum-
que per mulieres faciendis: vnde quicumque actus, etiam dotis, debet comprehendi, prout etiam videmus de iure requiri solemnitates,
5 quando per † minorem dos constituitur. *glos. in*
l. 1. in verb. non reuocabuntur. C. si aduers. vend. Bald. in l. prædia. C. de præd. minor. Doctor. in l. lex quæ tutores. C. de administrat. tutor. Paris. consil. 62. num. 35. lib. 4. Menoch. de arbitr. casu 172. num. 46. Maxime quia sumus in constitutione dotis voluntaria, non necessaria, quo casu magis requiruntur solemnitates. *Rolan. de lucr. dotis. q. 45. n. 2. vers. item, & quia. Gabr. cons. 20. n. 18. in fin. lib. 2.* qui loquitur in specie constitutionis Marchiæ.

Et quod huiusmodi constitutio habeat locū, etiam quando mulier contrahit ob causam dotis, propter sui generalitatem, concludit *Anch. consil. 44. ista domina Ioanna. Tiraquel. de retr. lignag. glos. 14. §. 1. num. 99. in fin. Boccac. ad d. constitutionem, vt minorum. n. 56. glos. 8. Viuius decis. Barensi 22. n. 3. Dec. cons. 301. n. 3. Bertazz. claus. 7. glos. 19. n. 19. & 20.*

Præterea, quidquid sit de prædictis, in casu de quo agimus ex infradicendis apparebit huiusmodi pecunias nō fuisse datas in dotem à muliere, sed solum consignatas patri, qui postea illas dedit in dotem pro sua filia.

Neque obstat, quod sumus in pecunia, quæ ser-
6 uando seruari † non potest. *Bart. in l. si ex legati*
causa. 23. n. 5. de verb. oblig. Alexan. cons. 92. perspectis diligenter. col. 1. ad med. num. 3. lib. 6. Dec. cons. 409. ad finem. nu. 15. Quo casu poterit fieri alienatio sine solemnitatibus. *Bart. post glos. in l. 1. §. fuit quæsitum. n. 3. ff. ad trebell. Bald. in l. si curatorem. nu. 5. vers. hic adde vnum. C. de restit. in integr. Paris. cons. 25. n. 77. lib. 2. Natta consil. 496. n. 14.* Vnde etiam poterit dos constitui. *Rolan. de lucro dotis. q. 45. in fine*; vbi ita concordat opinionem contrariam, quod habeat locum in rebus, quæ seruando seruari nō possunt: Et quod pecunia possit alienari sine solemnitatibus, est communis opinio, vt testatur *Pinell. in l. 1. C. de bon. matern. nu. 43. par. 2.*

7 Ex quo videmus, quod licet mulier non † possit

dare

dare bona immobilia in dotem, sine decreto, & curatore. *l. lex quæ tutores. C. de administr. tutorum.* quorum respectu, neque valebit obligatio *Bal. nouel. de dote priuil. 58. nu. 2. p. 6.* Tamen respectu aliarum rerum, quæ alienari nō sunt prohibita, poterit puella minor se dotare moderatè absque curatore, & decreto, & se obligare pro dote constituenda, & in tali obligatione, & dotatione orietur tacita hypotheca, iuxta *l. primam. §. vt plenius. C. de rei vxor. actio.* prout distinguit *Negusant. de pignor. p. 2. memb. 4. nu. 80. vers. sed. aduerte, quod respectu bonorum*, quem sequitur *Rolan. de lucro dotis. q. 45. in fine.*

Quia respondetur huiusmodi pecuniam fuisse collocatam per mulierem ad honestum lucrum, & ad hunc effectum datā Seriato: vnde tunc non consideratur vt res mobilis & quæ seruando seruari non possit, sed tanquam res immobilis, ad exemplum illius, quæ est destinata in emptio-
8 nem prædiorum, † quæ non potest alienari sine solemnitatibus. *Rom. sing. 104. tu habes.* vbi dicit, esse casum singularem, & à nemine, nisi ab eo notatum *in l. 3 §. quid ergo de contra. iud. tutela.* Idem *Rom. cons. 188. in vlt. dub. vers. contrariū;* vbi etiam loquitur de pecunia data ad honestum lucrum, illam æquiparādo annuis redditibus immobilibus. *Cremens. sing. 60. pecunia. Lup. in rub. de donatio. int. vir. & vxor. §. 38. incip. immo fortius. n. 7. col. 2. vers. & pecunia deposita.* [Et licet *Socin. iun. cons. 120. n. 21. col. 5. vers. tertio non obstat. lib. 1.* dicat communem opinionē esse in contrarium, quod neque in huiusmodi pecunia destinata ad emptionem prædiorum requirantur dictæ solemnitates. *Alex. in l. a D. uo Pio. §. fi. n. 8. de re iud.* Maxime in materia statuti loquētis de re immobili, cuius appellatione non venit d. pecunia. *Bolog. cons. 39. domina Dorothea. col. fi.* [Tamen quicquid sit de ista quæstione, de qua per *Felin. in c. cum adeo. col. 3. vers. vnde dicunt. de rescript. Simoncel. de decret. minorum. lib. 3. tit. 8. n. 122.* satis est, quod quando sumus in pecunia pupilli, & minoris, prout in casu de quo agimus si sit destinata ad d. vsum, venit appellatione im-
9 mobilium; † licet secus sit in pecunia aliorum. *Tiraq. de retr. lignag. §. 1. gloss. 7. n. 109. Rolan. de lucro dotis. q. 91. n. 16. vers. secunda datur responsio.* Præsertim quia hic apparet, non simpliciter fuisse destinatam, sed cum effectu datam ad honestum lucrum; vnde multo magis dicendū est habendam esse pro re immobili. *Rom. cons. 188. in fi. vers. contrarium. Socin. Iun. d. cons. 120. col. 5. vers. secundo etiam respondere potest. lib. 1. Tiraq. de retr. lignag. gloss. 7. n. 114. §. 1.* vbi loquitur de pecunia posita in banchis, allegando *Bal. in c. cū causa. ad fi. de re iud. Simoncel. de decretis minor. lib. 3. tit. 8. n. n. 118. vers. secundus casus est.* post *Afflict. in commentar. de religios. & sumptib. funerum. ad l. si quis sepulchrum. & s. prætor vel magistratus. circa principium.*

Maxime quia etiā, quod verum sit, pecuniam
10 posse alienari sine solemnitatibus; † tamen intelligitur, dummodo vtiliter alienetur. *Pinel. in l. 1 C. de bon. mater. p. 2. n. 43.* quod non est in casu, de Decis. Marchiæ.

quo agimus, cum non modo non adsit vtilitas ipsius mulieris, sed potius damnum; Vnde tanquā actus ipsi præiudicialis non debet ei nocere; prout si constat de præiudicio, etiam quòd diceremus non requiri solemnitatem, quando filia contrahit cum patre, tamen illa est præsumptio, quæ admittit contrariam probationem. *Barba. cons. 41. vol. 4. Ias. cons. 133. col. antepenul. vol. 4. Dec. in l. pactum, quod dotali. C. de collat. in fi. Gabriel de statut. concl. 2. n. 7. vers. secundo limit.*

Adde in casu de quo agimus, non posse dici pecuniam fuisse datam ob causam dotis; Nam fuit solum data patri, qui postea illam concessit genero pro dote suæ filiæ; & sic pater constituit dotem, non mulier, quæ non tenebatur dotare, neque apparet, quod voluerit dotem constituere;
11 cum pater teneatur dotare filiam toties, † quoties opus est. *Bart. in l. si socius pro filia. & ibi Bal. vers. secundo nota. ff. pro socio. Socin. cons. 23. in proposita. col. 2. n. 4. in fi. vers. quoniam ad hoc lib. 3. Castr. cons. 80. quia per suprascriptum. n. 2. col. 1. vers. licet enim lib. 1.* quæ quidem obligatio eius bonis inhæret, vt cum illis transeat ad quē-
12 cumque vadant, † ac si ab eo fuissent dicta bona obligata pro dote congrua. *Dec. consil. 376. nu. 2. Curt. Iun. cons. 59. col. 2. ad fi. n. c. Roland consil. 85. n. 36. lib. 1.* vnde attendendo obligationem patris, non est quærendum, an valuerit constitutio dotis sine solemnitatibus, cum verè mulier illam non constituerit, neque constituendi animum habuerit; Et sic debebat Seriatus condemnari ad restituendum dictas pecunias Alexandræ, prout condemnatus fuit, vna cum expensis. *l. eum, qui temere. de iudicijs. Bal. in l. non ignorat. in princ. C. de fructib. & lit. expens. Alc. regula 3. præsum. 44. n. 10. Couarr. c. 27. pract. quæst. n. 1.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia destinata ad emptionem prædiorum dicitur res immobilis, & illam possidens non tenetur satisdare. n. 1.*

3 *Dos consumpta quando iterum fit per patrem constituenda.*

¶ N. 8. *ad med. post verb.* versic. & pecunia deposita.

Et quod pecunia destinata ad emptionem
1 prædiorum dicatur res immobilis, † dicit communem *Ias. in l. cætera. §. sed si parauerit. n. 22. de leg. 1. Rebuff. in auth. habita. priuil. 56. n. 5. C. ne fil. pro patr.* Et ita fuisse iudicatū testatur *Graff.*
2 *in §. legatum. n. 7. q. 19.* † Vnde quemadmodum possessores rerum immobilium non tenentur satisdare. *l. sciendum ff. qui satisd. cogant.* Ita neque tenebitur possidens pecuniam destinatā ad prædia emenda. *Ceuall. q. 312. num. 2. post Marsil. in rubr. de fideiussor. num. 245. Soarez. in l. 2. for. tit. de los emplazamentos.* vbi multa de intellectu *d. l. sciendum.*

R ¶ N. 11.

¶ N. 11. *post verba.* licet enim lib. 1.

Et iterum dotare si dos fuerit consumpta cum
3 declarationibus,† quas adduxi disceptat. *c.65.*

EPITOME.

Legatum de maritandis ciuibus an comprehendat comitatiuos, & quando isti veniant appellatione ciuium.

SVMMARIVM.

1 *Concessum ciuibus censetur etiam concedi comitatensibus in casu fauorabili. Fallit in materia odiosa, vt n. 4. & 5.*

2 *Villa & Castrum dicitur membrum, & pars ciuitatis. Maxime quando essent propinqua. n. 3.*

6 *Represalia concessa contra florentinos non comprehendunt comitatiuos.*

7 *Patria secundum communem vsum loquendi comprehendit ciuitatem, & suburbia.*

8 *Legatum de bonis possessis in patria comprehendit ea, quæ sunt in suburbio.*

9 *Patria & ciuitas idem sunt, & habet largam significationem, prout Prouincia, & n. 10.*

11 *Appellatione patria, & terra, quid veniat.*

12 *Comitatenses non veniunt appellatione ciuium propter qualitatem adaptabilem solum ciuitatibus.*

13 *Nobilitati morum non obest, quod quis nascatur in ciuitate, seu comitatu.*

14 *Ciuis ciuitatis suprema præfertur primario ciuitatis mediocris.*

15 *Natus in comitatu ex ciuibus dicitur ciuis.*

16 *Ciues, & comitatiui dicuntur de illa ciuitate, in cuius territorio nascuntur, secundum communem vsum loquendi & n. 18.*

17 *Vsus communis loquendi præfertur propriæ significationi vocabuli.*

Decisio XCVI.

Legatum factum per Simonem de maritandis puellis Fanensibus declaratum fuit cōprehendere puellas non solum natas in ciuitate Fani, sed etiam in illius territorio. Nam in materia fauorabili, quicquid conceditur ciui-
1 bus, censetur † etiam concessum comitatēsibus. *l. 2. C. de nund. l. qui ex vico. ff. ad municip. iuncta l. ciuibus. C. de municip. & orig. lib. 10. Bart. in l. 2. col. 2. ff. de verb. signif. Aret. conf. 77. n. 2. ad fi. Franc. Marc. decis. 365. p. 1. Afflict. super constit. regni. tit. de homic. clandest. rub. 27. lib. 1. col. 3. n. 7*
2 *vers. si autem fumus*; [Quia † villa, & castrum dicitur membrum, & pars ciuitatis. *Bal.* post *Gul. de Cun. in l. fi. col. 2. C. de Sacrosanct. Eccles. per d. l. qui ex vico. ff. ad municip. & l. si hæres. §. 1. ff.*
3 *de legat. 1.* [Maxime quando villæ † essent propinquę, puta in suburbijs. *arg. l. qui in continentes. ff. de verbor. signific. Afflict. ibidem col. 3. nu. 6. in fin.*
4 Non obstat, quod immo comitatenses † non veniant appellatione ciuium. *Angel. in §. si quis igitur. per illum text. auth. quib. mod. natur. effic.* *sui. post glos. in proem. Gregor. circa fin. Archid. Ioan. Andr. & Domin. in c. felicis. de pœnis. in 6. Bald. in c. 1. de capit. qui cur. vendit.* Quia prædi-
5 cta procedunt in materia odiosa,† & restringibi li, secus in larga, & indifferenti; & ita concordat opiniones, docens de magis communi, *Soci. conf. 86. viso capitulo. num. 2. lib. 4. post Abb. & Imol. in c. Rodulphus. de rescript. Bald. in l. fi. de constitut. princ. & in l. 1. §. 1. ff. de offic. præf. vrb. Socin. in rubric. ff. solut. matrim.* [Ex quo dicunt
6 *Doctor.* quod represaliæ concessæ † contra Florentinos non comprehendunt comitatiuos. *Bal. in l. si aliqua. de offic. procons. & in auth. omnino. C. ne vxor. pro mar. & in c. 1. de offic. ord. Felin. in c. Rodulphus. col. 7. in fi. num. 11. vers. faciunt etiam. de rescript. Soc. d. conf. 86. n. 3.*

Maxime quia ex coniecturata mente testatoris apparet quod voluit legatum de quo agimus præstari ob caritatem, & amorem, quo patriam prosequebatur; & secundum communem vsum
7 loquendi patria non solum dicitur † ciuitas, quæ murorum ambitu continetur, sed etiam eius appellatio suburbia comprehendit. Vnde si quis legauerit bona, quæ in patria possidet, intelligetur
8 etiam legasse ea, quæ sunt in † suburbio ciuitatis. *l. vxorem. 39. §. legauerat. ff. de legat. 3.* & ibi *glos. in verb. extendi.* [Et licet patria, & ciuitas
9 idem † sint. *Bart. in l. 2. col. 2. ff. de verbor. signific. per l. vnicam. C. si curial. relic. ciuit. ius hab. it. ma. lu.* Tamen patria habet tam largam significatio-
10 nem, quàm prouincia, & tantum † continet. *l. vnica. C. de metrop. berito. lib. 11.* cum alijs per *Cassa. super consuetud. Burgund. rubr. 3. tit. des fied. §. 1. in tex. ibi s'il est au pays. fol. 399. Alciat. in l. 2. n. 8 ff. de verbor. signif.* [Et quid veniat appellatione
11 patriæ, vel terræ † *Bald. in l. si non speciali. nu. 8. C. de testa. Alex. in l. 1. §. si autem. in fi. ff. de nou. oper. nunciat. Doctor. in l. 3. C. de natur. lib. Bart. in l. 3. §. hac verba. ff. de negot. gest. Butr. in c. ex parte. in princ. de sponsal.*

Præterea in huiusmodi legato præstando non fuit per testatorem considerata aliqua conditio, seu qualitas potius conueniens puellis natis in ciuitate Fani, quam in eius comitatu; quo casu
12 † non venirent comitatenses, propter illam qualitatem adaptabilem solum ciuitatibus; alias secus. *Felin. in c. rodulphus. col. 8. vers. in contrariū inducit. n. 11. post med. de rescript.* vbi exemplificat in salutatione, de qua in *proem. Decret.* dum dicitur ibi scolaribus, ex quo intellexit de stantibus in ciuitate, cum studium non teneatur ruri, neque in comitatu, secus autem si etiam ruri studium teneretur. *Abb. in dicta salutatione. in fin. post Butr. & alios allegatos per Felin. d. num. 11.* Vnde cum concurrant in istis puellis aliæ qualitates, tam circa mores, quam circa ætatem, & cætera requisita, de quibus in testamento, non est admittenda ista differentia natiuitatis in comitatu, vel in ciuitate,
13 cum hoc nihil obsit nobilitati † morum. *Tiraquel. de nobilit. cap. 12. n. 9.* licet quoad alia præferantur. Immo ciuis ciuitatis supremæ præfera-
14 tur primario † ciuitatis mediocris. *Cassa. in catalog.*

log. glor. mund. c. 14. p. 11. fol. 258. post Bar. in l. 1. C. de Alex. primat. lib. 10. vbi *Alex. in addit.* infert ad ciues ciuitatis, seu oppidi, in quo natus est Christus, de quo per *glos. in l. 1. in verb. suff. agetur. C. de colon. palæstin. lib. 11.*

Vltimo quia probatum fuit in specie de puella nominata ad acquisitionẽ legati, de quo agebamus quod maiores ipsius olim erãt ciues; quo casu concludunt Doctores, quod natus in comi-
15 tatu ex ciuibus, dicitur † ciuis, cum aliquando non inspiciatur locus, sed persona, ex quibus nascitur. *Bart. in l. 1. n. 4. ff. ad municip.* cum distinctionibus, de quibus ibi per eum. *Felin. in c. Rodulphus. col. 8. in fi. verf. hanc conclusionem. n. 13. de rescript. Bald. in l. huiusmodi. §. legatum de legat. 1.* [Præsertim quia secundum communem
16 vsum loquendi, tam ciues, † quam comitatiui dicuntur de illa ciuitate, in cuius territorio nascuntur: qui vsus loquendi multum operatur, immo aliquando præfertur propriæ significationi vo-
17 cabuli † *l. pupillus. §. territorium. de verb. signif. Bart. in proœm. digestorum; & in l. instrumentorum. ff. de fid. instrum.* Etiam in materia stricta *Abb. in proœm. decret. in princ. n. 8.* Et in specie
18 de ciuibus, & comitatensibus † concludit. *Alex. in rubr. ff. solut. matrim. nu. 13. col. 4. verf. si vero loquimur.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Concessio pro bonis existentibus in territorio comprehendit illa quæ sunt in ciuitate.*
2 *Molendina quando dicantur prædia urbana, seu rustica.*
3 *Molendina sunt de pertinentijs ciuitatis, et quid veniat nomine pertinentiarum.*

¶ d. N. 3. *p. si verba.* col. 3. n. 6. in fin.

Et multa quod in materia fauorabili concessio pro bonis existentibus in territorio compre-
1 hendat etiam illa † quæ sunt in ciuitate, & è contra, *Menoch. conf. 140. n. 12. lib. 2.* vbi ex hoc concludit, quod legatum de bonis existentibus in oppido comprehendat etiam molendina, quæ sunt sita extra oppidum quando præsertim esset
2 dictum de prædijs, † cum molendina dicantur prædia vrbana, si in solo ædificata sunt; & si tabulis compactis in flumine sunt confecta, dicuntur esse rustica. *Tiraquel. de retr. consang. §. 1. glos. 7.*
3 *nu. 92.* † Cum etiam molendina sint de pertinentijs ciuitatis, & oppidi. *Bald. in c. 1. n. 4. de capitan. qui cur. vendid. Natt. conf. 505. n. 26. Menoc.*
4 *conf. 140. in fi. n. 24.* † vbi etiam quid veniat nomine pertinentiarum, *Soein. conf. 47. n. 4. lib. 1.*

EPITOME.

Preceptum de exhibendo an sit interlocutorium, & ab eo detur appellatio. Et quid in decreto concessionis litterarum monitorialium, & relationis examinis factæ in concursu beneficiorum.

Decis. Marchiæ.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non admittitur nisi à diffinitiua, vel habente vim diffinitiuæ, vel interlocutoria continente grauamen irreparabile.*
2 *Preceptum de exhibendo est interlocutorium. et n. 4. Contrarium n. 6. Intellige vt n. 8.*
3 *Præceptum de exhibendo, nõ requirit scripturã.*
5 *Obligatio, & actio nascitur ex praecepto de exhibendo. Intellige vt n. 7.*
9 *Appellatio non admittitur à præcepto de exhibẽdo. & num. 13. Intellige vt num. 10. 11. & 12.*
14 *Concessio litterarum monitorialium est decretum interlocutorium.*
15 *Littera monitoriales possunt concedi etiam à Vicario.*
16 *Vicarius includitur in nominatione Episcopi facta per Conc. Tri. nisi ponatur dictio taxatiua.*
17 *Appellatio non admittitur à relatione examinatoris facta in concursu beneficiorum. Intellige vt n. 22. 23 & 24.*
18 *Examen potest etiam fieri coram Vicarijs.*
19 *Magis idonei doctrina non semper præfertur.*
20 *Gratificatio ad quem spectet pluribus approbatis ad beneficium iurispatronatus.*
21 *Episcopus quando peccet conferendo beneficium digno, omisso digniori, & teneatur ad restitutionem.*

Decisio XCVII.

NOn fuit admissa appellatio à decreto Reuerendissimi D. Episcopi in causa inter Paulum, & Franciscum de Comitatu Esij, quia per *Concil. Trid. sess. 24. c. 20. de refor. & c. 1. in fi. sess. 13. eod. tit.* non potest appellari, ni
1 si † à diffinitiua, vel ab habente vim diffinitiuæ, aut ab interlocutoria continente grauamen irreparabile. Nos autem eramus in præcepto de
2 exhibendo, quod † est interlocutorium, prout sunt similia præcepta, quæ fiunt per iudices. *glos. in §. nos autem dabimus. verf. illud quoque prospeximus. in verb. decreto. authen. de hared. & fal cid. Gemin. in c. si. col. vlt. verf. sed quid de præcepto. n. 13. de re iudic. in 6.* vbi per hoc subdit non
3 requirere † scripturam, quod dicit singulare
4 *Iaf. in §. curare in fi. instit. de action.* & in specie de præcepto de exhibendo † ita concludit *Aret. in l. fi. §. iussus. col. 1. ad fi. verf. sed pro concordia ff. de appellat.*

Neque obstat, quod ex huiusmodi præcepto
5 nascatur obligatio, & actio. *l. fi. in prin. verf. necessitate.* vbi *glo. in verb. imponenda. ad med. C. de*
6 *bon. quæ lib.* vnde habet per omnia † vim diffinitiuæ, vt cõcludit *Bal. in l. error. col. pen. n. 10. verf. quarto quaritur. C. de iur. & facti ignor.* vbi ita distinguit inter præceptũ habens naturã iurisdictionis contentiosæ, & præceptum quod fit à tabellione in contractu; In isto enim non au-
7 getur, neque inducitur † obligatio, & datur quidam modus exequendi; & obligatio est inefficax, & cessat executio, & est accessorium contractus, & non stat de per se; quod secus est in

eo, quod iudicialiter præcipitur. *l. ait prætor. §. permittitur. de minor.* & Baldum sequitur *Aret. in §. curare. in fi. vers. & tamen tale præceptum. inst. de actio.*

Quia respondetur, quod in aliquo participat de diffinitiua, differt tamen in multis ab ea, &
8 propriè † non est diffinitiua, & illius appellatione non venit, & sic potius debet iudicari eius naturæ, cui magis incalescit. *argum. cap. item hermafroditus. 2. quæst. 4.* & ita communiter teneri dicit *Geminian. in cap. fin. column. vltim. ad fin. versic. sed posset responderi. de sentent. & re iudic. in 6.*

Præterea etiam de iure communi à præcepto
9 de exhibendo non admittitur † appellatio. *Bart. in l. fin. §. iussus. in fin. ff. de appellat. Nicell. de concord. glosarum nu. 206. vers. sexagesimosexto fallit. gloss. 6. tom. 18. fol. 195. post Specul. de appellat. §. in quibus. num. 12. col. 3. versic. sed numquid in actione.*

Non obstat *text. in d. §. iussus.* vbi conceditur appellatio, etiam quod simus in præcepto ad exhibendum; Quia verius est ideo permitti ibi
10 appellationem, nam vltra præceptum de † exhibendo fuerat etiam lata sententia super interesse propter iuramentum in litem, prout dicitur in *d. §. iussus. vers. an post iusiurandum*; quasi appelletur, non propter præceptum de exhibendo, sed propter iusiurandum spreto mandato, & facta condemnatione ad interesse: & ita declarat *Aretin. in d. §. iussus in princip.* dicens esse notandum in practica, quod etiam voluit *Spec. in d. §. in quibus num. 12. versic. si vero condemnatus est*; vbi inquit, quod quando quis desijt
11 dolo possidere † rem, quæ petitur exhiberi, poterit appellare, quia subiacet periculo iuramenti in litem, vel interesse, quod est graue, prout est periculum petitorij. Sicuti etiam permitti-
12 tur appellatio vbicumque exhibitio trahit † secum rem ipsam actioni restitui, & causas eidem cohæredes, vt per *Speculat. in d. §. in quibus. num. 12. versic. item appellari.* Quod non est in casu, de quo agebamus, cum solum condemnatio fit de exhibendo rem, cuius facultas est exhibendi; tunc enim non licet appellare, cum tale
13 iudicium † non debeat differri more dilationum *l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibend.*

Per prædictam dispositionem *Concilij sess. 13. c. 1.* etiam alias fuit reiecta appellatio à sententia, seu decreto concessionis litterarum moni-
14 torialium, cum illud sit † interlocutorium, vt in specie concludit *Aym. consil. 181. per tot.* Vnde ab eo non licet appellare, vt in *d. cap. 20. sess. 24. de reformat.* Maxime quia nullum grauamen, seu causa allegabatur; [Neque enim obstabat illud non fuisse concessum ab Episcopo, vt in *cap. 3. de reformatio. sess. 25.* vbi conceditur facultas dandi ista monitoria Episcopis. Nam
15 non per hoc excluditur † Vicarius generalis, qui semper includitur in nominatione Episcopi facta per Concilium Tridentinum, nisi ponatur
16 dictio taxatiua † tantum, vt in *cap. 6. sess. 24. de reformat.* prout sacra Congregatio declarauit, & concludit *Prob. in cap. 2. de constitut. in 6. Neuiz. in Silua nuptial. in verb. monitoria. Iacobus Sbroz. de offic. Vicar. lib. 2. q. 171.*

Item neque alias fuit admissa appellatio à relatione examinatoris facta in concursu benefi-
17 ciorum, cum † prohibeatur per *Concil. Trid. sess. 24. cap. 18. ad fin. de reformat.* [licet non fuisset factum examen coram Episcopo, cum etiam co-
18 ram Vicarijs † possit fieri, licet absque eorum voto decisiuo, qui tamen poterunt accedere, vbi vota essent paria, aut singularia, vt declaratum fuit per *sacram Congregationem Concil. Tridentini.*

Minus obstabat, quod ex concurrentibus fuerit exclusus magis doctus, quia non semper præ-
19 feruntur magis idonei † doctrina, cum possint esse alij plus idonei, vel propter mores, vel sufficientiam, vel similia, de quibus in *d. cap. 18. de reform. sess. 24.*

Pluribus tamen approbatis ad beneficium iurispatronatus ecclesiastici, si spectet collatio ad
20 Episcopum, nõ ad inferiorem, † gratificatio spectabit ad patronum. Quando vero debet fieri institutio ab alio, quam ab Episcopo, tunc Episcopus solus ex dignis eligit digniorem, quem patronus præsentat ei ad quem pertinet institutio, vt fuit resolutum per sacram Congregationem Concilij.

Episcopus tamen peccat mortaliter conferen-
21 do beneficium † digno, omisso digniori, non tamen tenetur ad restitutionem. Fallit quando beneficium debetur digniori ex aliquo statuto, vel lege reperto in concursu: tunc enim si minus digno conferat, peccat, & tenetur ad restitutionem. *Nauar. in Manuali. c. 17. n. 74.* quia inquit, iam ille acquisierat ius quoddam perfectum ad petendum, vt sibi illud daretur, quasi impediatur ab eo, quod sibi iure conuenit.

Si autem Episcopus elegerit minus habilem, posthabitis magis idoneis, poterunt sic reiecti
22 appellare † ab huiusmodi mala electione ad Metropolitanum, vel si ipse eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit, ad viciniorem ordinarium vti delegatum Sedis Apostolicæ, aut ad ipsam Sedem Apostolicam, & coram Iudice appellationis, & eius examinatoribus prouocare præelectum ad nouum examen, & si constiterit de irrationabili iudicio prioris eligentis, reuocabitur, & conferetur parochialis Ecclesia magis idoneo per dictum Iudicem appellationis; si collatio spectabat ad Episcopum, à quo fuit appellatum: alias remittetur ad eum, ad quem collatio spectabit conferenda magis idoneo approbato per eundem Iudicem appellationis; Dummo-
23 do tamen d. appellatio † interim non impediat, aut suspendat, quo minus electio per Episcopum prius facta demandetur executioni; itaut prouisus ab ecclesia non amoueatur pendente dicta causa appellationis, vt in *Constitutione Pij V. 32. incip. conferendis. in fi. fol. 973. p. 2.* vbi etiam
24 quod poterit appellari à sententia lata † super prædictis per Iudicem appellationis, dummodo tunc ad sedem Apostolicam appelletur.

AD-

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Dignior iudicatur, qui est magis vtilis, & aptus ad beneficium, & in quibus ista dignitas consistat. num. 2. & 3.*
4 *Episcopus quem debeat eligere ex duobus æquè idoneis. num. 5.*
6 *Arbitrio superioris remittitur ad iudicandum quis sit idoneus.*
7 *Examen nouum conceditur ad docendum de iniqua electione.*
8 *Appellatio datur à Iudice male arbitrante.*
9 *Dignitas præsentati est attendenda, & talis prouisio non impeditur per appellationem. num. 10.*
11 *Per electionem indigni quando quis teneatur ad restitutionem remissiuè.*

¶ N. 19. *post verb.* de reformat. sess. 24.

Etenim debet iudicari dignior, qui est magis
1 vtilis, & aptus ad beneficium, † cui præficitur
Couar. in reg. peccatum. p. 2. §. 7. num. 4. ad med. vers. dignior vero. Lup. in cap. per vestras. not. 3. §. 26. num. 12. de donat. int. vir. & vxor. fol. 367. Hoed. de incompatib. benefic. p. 1. cap. 23.
2 *n. 130.* † Et ista dignitas consistit in ætate legitima, litterarum scientia, morum honestate, & ordine necessario. *c. cum in cunctis. §. inferior. de elect. Silu. de benefic. p. 3. q. 5. num. 1. Concil. Trid. c. 1. cum seq. sess. 7. & cap. 2. & 4. sess. 22.*
3 Prout † è contra indignus dicitur, qui non habet qualitates requisitas ad ministerium, cui præficitur. *Rebuff. de pacif. possess. num. 73. D. Thom. 2. 2. artic. 2. quæst. 63.* Et facit decisio *Rot. per Reu. P. D. Oran. Beneuentan. parochialis. 13.*
4 *iunij. 1590.* † Vbi ex duobus approbatis per examinatores pro æquè idoneis in scientia, electio vnius facta per Episcopum fuit iudicata legitima, quamuis non esset Doctor, nec Sacerdos, nec pauper, sicut alter; Nam istæ qualitates quamuis sint considerabiles, tamen non faciunt digniorem pro gubernanda parochia, cum vltra doctrinam sint maioris considerationis mores, & aptitudo ad munus iniunctum.
5 *Concil. Trid. sess. 24. cap. 18. de reformat.* † Et ita etiam fuit declaratum per *Sacram Congregationem eiusdem Concilij*, per quod multum defertur iudicio Episcopi, prout regulariter ad iudicandum quis sit idoneus plurimum valet
6 arbitrium Superioris. † *Bald. in c. si pro debilitate. in fin. de offic. deleg. Doctor. in cap. sedes. de rescript. Menoch. de arbitrar. cent. 1. casu 67. num. 13.* Intelligendo quatenus superior rectè iudicauerit. *Alex. consil. 33. viso themate. num. 2 lib. 1. Tiraq. de nobilit. c. 10. num. 12. Rot. per R. P. D. Sacrat. Tuden. parochialis. 28. Apri-*
7 *lis 1603.* † Cum secus esset si constaret de iniqua electione, ad quam ostendendam conceditur nouum examen in causa appellationis, vt resoluit *Sacra Congregatio Concilij*, etiam

Decis. Marchiæ.

quod prius non doceatur de fumo læsionis, & grauaminis, ne per hoc ligentur manus appel-
8 lantis: † Prout regulariter datur appellatio, quando Iudex perperam, & non rectè arbitratur, ob illam rationem, quia in huiusmodi arbitrarijs, potest idem Iudex dolum committere. *Bald. in l. si fugitiui. col. vlt. ad fin. vers. & sic patet. C. de seru. fugit. Alex. ad Bart. in l. si qua pœna. 244. in fin. ff. de verb. signific.* post *glos. ibi in verb. pœna. in fin. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. omnia vel partem. num. 32. C. de reuoc. donation.*

¶ N. 20. *post verb.* congregationem concilij.

Si autem fuerint plures patroni, quorum vna
9 pars aliquem præsentauit, altera alium, † tunc debet attendi dignitas præsentati, & est eligendus magis idoneus. *c. cum autem. de iure patron.* de quo plura *Couarr. in cap. peccatum. p. 2. §. 3. num. 4. de reg. iur. in 6. Concil. Trident. sess. 24.*
10 *c. 18.* † Ita vt talis prouisio non impediatur per appellationem; In his enim, quæ sunt necessaria ad causas Cappellaniæ, prouisio est facienda appellatione remota. *Guter. lib. 2. canonic. quæst. c. 11. n. 25.*

¶ N. 21. *post verba* ad restitutionem.

Couarr. in cap. peccatum. p. 2. n. 1. §. 7. de regul. iur. in 6. Vbi quod hæc est benignior opinio. *Nauar. de restit. lib. 2. c. 2. nu. 140. Guter. par. 2. canonic. quæstion. cap. 11. n. 38.*

¶ d. N. 21. *post verb.* iure conuenit.

Et alios casus, in quibus tenetur ad restitutio-
11 nem, † ponit *Guter. d. cap. 11. Ludouic. Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 5. num. 57. Sot. de iustit. & iur. lib. 3. q. 6. artic. 1. conclus. 9. & lib. 4. q. 6. artic. 3.*

EPITOME.

Episcopus, & eius Vicarius, an possit concedere litteras dimissoriales extra diœcesim.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio voluntaria potest expediri absque causæ cognitione sine strepitu iudiciali, & parte non opponente.*
2 *Concessio litterarum dimissorialium est voluntariæ iurisdictionis.*
3 *Iurisdictio voluntaria potest exerceri in alieno territorio, secus in contentiosa. n. 4. & in ea, quæ competit iure speciali. n. 22. Contrarium num. 23. & 24.*
5 *Vicarius potest facere ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis extra territorium, & ideo litteras dimissorias concedere. n. 14. & 15. Intellige vt num. 16.*
6 *Collatio beneficiorum potest fieri extra diœcesim. Intellige vt n. 7.*

8 Delegatia causarum potest fieri in alieno territorio.

9 Concessio litterarum dimissorialium est quasi delegatio propria iurisdictionis. & num. 10.

11 Delegatio causa, & ordinationis à pari procedunt.

12 Episcopus egrediens prouinciam suam habetur pro priuato, & non exercet iurisdictionem contentiosam. & num. 13. & an conferat ordines subditis in aliena diœcesi. n. 26. & 27.

17 Vicarius concedit litteras dimissorias de speciali mandato Episcopi, & illo agente in remotis. Amplia vt n. 19.

18 Vicarius præstat consensum quem debebat præstare Rex, vel Archiepiscopus absens.

20 Litteræ dimissoria non expirant per mortem, aut finitam potestatem concedentis.

21 Litteræ dimissoria valent, etiam quod in illis non exprimatur impedimentum.

Decisio XCVIII.

COncessio litterarum dimissorialium est
voluntariæ iurisdictionis, cum possit
expediri per Episcopum non sedentem
pro tribunali absque strepitu iudiciali, & causæ
1 cognitione, & parte † non opponente, quæ omnia denotant voluntariam iurisdictionem, & faciunt differre à contentiosa, vt per Siluestr. & alios in summa. in verb. iurisdictio. l. emancipati. vbi Doctor. de adoptio. & quod dare licen-
2 tiam pro ordinibus † sit voluntariæ iurisdictionis in specie, dicit Felin. in cap. ex parte. col. 3. in fin. vers. non obstat quod ea, de constit. post Domin. in cap. fin. de off. Vicar. in 6. [Vnde Episcopus poterit concedere litteras dimissorias subditis suis, etiam extra suam diœcesim, cum ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis pos-
3 sint per Episcopum exerceri in alieno territorio, & in quolibet loco præsertim in actu, qui est singularis aliquibus. cap. nouit. & ibi Abb. nu. 3. de offic. legat. l. 2. ff. de offic. procons. Vital. in clem. vnica. in princip. num. 24. & ibi Card. de for. compet. Gemin. in cap. si Abbatem. num. 3. in fin. de elect. in 6. [Secus vero si contentio-
4 sè † vellet procedere, quia tunc non posset. Bald. in l. si ex consensu. num. 10. C. de Episcop. Aud. Abb. in d. c. nouit. num. 3. in fin. [Immo non solum Episcopus, sed etiam eius Vicarius poterit facere ea, quæ sunt voluntariæ iu-
5 risdictionis extra territorium. Gemin. in cap. vlt. in fin. de off. Vicar. in 6. vbi exemplificat de Vicario habente speciale mandatum ad con-
6 ferenda beneficia, qui poterit † illa conferre extra diœcesim, sicut posset Episcopus, tum quia est ordinarius. cap. penult. de off. Vicar. in 6. Tum quia conferre est voluntariæ iurisdictio-
7 nis; ergo extra territorium poterit † fieri l. 2. ff. de off. proconsf. quam legem ita esse intelligendam, dicit Gemin. in d. cap. vlt. in fin. [Quæ autem dicta sunt de collatione beneficiorum extra diœcesim, intellige procedere, præterquam in curia præsente Papa, & hoc de stylo, licet secus sit de iure. Gomes. de non iudic. iuxta for. suppliеat. quæst. 3. Aen. de Falcon. de reseruat. q. 4. princip. q. 10. Paul. in pract. Cancellariæ. quæst. 82. Pauin. de potest. capit. sed. vac. q. 1. p. 2. col. 3.

Eo magis, quia Episcopus in alieno territo-
8 rio potest causas delegare. † Vital. in clement. vnica, in princip. num. 24. versic. idem in delegatione. & ibi Card. num. 1. Archid. in d. cap. si Abbatem. de election. in 6. gloss. in fin. in d. cap. nouit. vbi Abb. num. 3. & Innoc. num. 2. de off. legat. Bart. & Bald. in l. fin. ff. de off. præf. vrb. Vnde & dictas litteras dimissorias concedere poterit, cum huiusmodi concessio sit qua-
9 si delegatio propriæ † iurisdictionis. Videntur enim per has litteras officium suum alijs Episcopis concedere. cap. primatus. dist. 71. gloss. in cap. fraternitati. de cleric. non resid. Rebuff. in praxi. in tit. de litter. dimissor. in princip. Et
10 in specie, quod sit † delegatio, dicit Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 5. num. 1. Et quod Episco-
11 pus quemadmodum potest delegare † causam, ita & ordinationem, tanquam à pari procedant, dicit Card. in clem. vnica, num. 16. col. 4. vers. sexto quaro. de foro compet.

Non obstat, quod Episcopus egrediens pro-
12 uinciam suam habeatur † pro priuato. l. 3. de off. præsid. Gemin. in cap. si Abbatem. nume. 4. de elect. in 6. Et ideo prohibetur iurisdictionem
13 exercere extra suam diœcesim. † cap. Episcopi. 9. q. 2. c. 2. de constit. in 6. l. fin. de iurisdict. omn. iudic. Quia prædicta sunt vera in iurisdictione contentiosa, secus in voluntaria. Abb. in cap. nouit. num. 3. in fin. de off. legat. Bald. in l. si ex consensu. n. 10. C. de Episc. aud.

Ex prædictis conclusum fuit, etiam Vicarium
14 posse concedere litteras dimissorias extra † suam diœcesim, cum enim sint voluntariæ iurisdictionis, quemadmodum Episcopus posset illam exercere extra territorium, ita etiam illius Vicarius. Gemin. in cap. vlt. in fin. de off. Vicar. in 6. Rebuff. de nominat. quæst. 14. num. 65. Silu. de benef. 2. p. q. 14. volum. 3. Boer. decis. 30. Couarr. lib. 3. variar. resolut. cap. 20. n. 8. ad med. vbi dicit ita esse tenendum, † quam-
15 uis contrarium voluerit Bald. in l. 2. de offic. proconsf. Barbat. in d. cap. nouit. n. 19. & Franc. d. cap. vlt. [Quæ tamen intellige in casibus, in
16 quibus conceditur facultas † Vicario dictas litteras concedendi, videlicet vel de speciali mandato Episcopi. Rebuff. de Vicar. Episc. nu. 87.
17 Vel Episcopo † agente in remotis. c. cum nullus. de tempor. ordin. in 7. Enriquez in summa, lib. 10. de ordin. sacram. cap. 22. in fin. vers. litteras reuerendas; [Prout dicimus de Vicario Regis, Comitis, vel Archiepiscopi absentis,
18 pro quibus † poterit ille consensum præstare. Archid. in cap. reatina. dist. 63. quem communiter approbari, dicit Gomes. in regula. de impetr. benef. vacan. per obit. familiar. quæst. 22. reprobato Romano contrarium sentiente. singul. 693. incip. ex longaua. [Quæ quidem habent locum, vt valeant dimissoriæ concessæ à

Vi-

19 Vicario, etiam mortuo Episcopo agente † in remotis, si non constabat de eius obitu, cum Vicarij potestas sit ordinaria, & fauorabilis. *Enriquez d. cap. 22. in littera p,* vbi etiam subdit illas non expirare per mortem, aut finitam
20 potestatem † concedentis, etiam re integra. *Card. in cle. fin. de elect. q. 1. Rebuff. de form. dimiss. num. 39. Nauarr. cons. 1. de tempor. ordin. & in apologia de redditibus. quaest. 3. monit. 8. num. 2.* [Ita vt dicta concessio dimissorialium possit fieri, tam ex causa aegritudinis. *Concil. Trident. cap. 3. sess. 23. de reformat.* quam
21 ex alio impedimento, etiam quod causa non exprimatur, cum de consuetudine illius expressio non sit necessaria. *Rebuff. in praxi. de litter. dimissor. num. 28.*

22 Non obstat, quod voluntaria † iurisdictio competens iure speciali, vel priuilegio, non possit exerceri extra territorium. *Roman. singul. 49. per text. in cap. statutum. de praebend. in 6. Curt. iun. in l. vlt. colum. 1. de iurisdict.*
23 *omn. iudic.* Quia contrarium est verius, † vt per multa concludit *Couarr. lib. 3. variar. resolut. cap. 20. num 9. vers. caeterum vt quaestionem propositam.* Neque obstat *d. cap. statutum.*
24 Quia ibi est speciale † in beneficijs vacantibus in Curia. *Bisig. decis. 5. in fin. de off. Vic. Boer. decis. 30. n. 6.* Vnde in alijs casibus ius cōmune permittet Episcopis collationem beneficiorum intra alienam dioecesim. *Couarr. d. c. 20. num. 9. in fi. vers. quarto idem.*

Minus obstat Episcopum non posse conferre
25 ordines etiam proprijs subditis † in aliena dioecesi. *Alber. in l. vltima de iurisd. omn. iud.* quia illud procedit ex quo in ministerio sacrorum ordinum fit collatio ab Episcopis celebranti-
26 bus diuina officia indutis vestibus † Pontificalibus; Vnde requiritur consensus dioecesani. *glos. in clem. vlt. de priuil. Abb. in cap. ex tuarum. num. 11. de auctor. & vsu pall. Couarru.*
27 *d. cap. 20. num. 9.* vbi etiam subdit † secus esse in prima tonsura. *Rebuff. de nomin. quaest. 14. num. 29.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius potest conferre beneficia in curia Romana, etiam praesente Papa.*
2 *Vicarius Cardinalis absentis, qui habet indultum praesentialitatis, potest pro eo consensum praestare.*
3 *Vicarius quando possit concedere litteras dimissorias sine mandato.*

¶ N. 6. *post verba.* extra dioecesim.

Bisig. decis. 5. de offic. Vicar. post glos. in cap. statutum. 3. in verb. in remotis. de praeb. in 6. Boer. decis. 30. Ibid. *post verb.* Episcopus. *Silu. de benef. q. 40. & q. 63. p. 3.*

¶ N. 7. in fin. *post verba.* p. 2. col. 3.

Quamuis *Mandos. reg. 27. quaest. 2. in fin.* dicat
1 esse veriorem opinionem, † quod ordinarius possit conferre beneficia in Curia Romana, siue praesente, siue absente Papa, prout testatur se vidisse plures collationes fieri in Vrbe, & illas pro validis reputari, & ita fuisse per Rotam iudicatum.

¶ N. 18. *post verb.* ex longaeua.

Contra quem etiam esse veriorem opinionem
2 testatur *Mandos. reg. 24. num. 12.* † Vbi ex hoc infert, quod Vicarius Cardinalis absentis, qui habet indultum praesentialitatis, praestabit consensum pro eo, & ita dicit per Rotam decisum post *Gomes. d. q. 22.*

¶ N. 27. *post verb.* q. 14. n. 29.

Adde tamen, quod licet requiratur mandatum speciale, vt Vicarius possit concedere lit-
3 teras dimissorias, † vt supra dictum est; Tamen intelligitur dummodo aliud non seruetur de consuetudine, vel non simus in Vicario Apostolico, vel in Vicario generali habente specificata aliqua maiora, quam sit huiusmodi licentia dandi dimissorias, vel quando idem Vicarius non habens specialem facultatem dictas litteras concedendi successisset aliquibus prioribus vicarijs solitis illam habere, & concedere. *Mandos.* qui late praedictos casus comprobat, *reg. 24. q. 6. num. 9. vsque ad 16.*

EPITOME.

Colonus habens locatam rem ipsam, & omnia locantis bona pro obseruatione contractus quando possit expelli à singulari successore. [Locatione Rectoris Ecclesiae, seu Praelati, an successor teneatur stare.

SVMMARIVM.

1 *Conductor habet ius in re per obligationem bonorum locantis.*
2 *Successor singularis non potest expellere colonum, quando locatio est ad longum tempus, seu ad vitam.*
3 *Successor singularis cogitur stare colono stante hypotheca speciali. Intellige vt num. 4. 5. & 6.*
7 *Iurans non expellere colonum, tenetur praecisè ad factum, nec sufficit soluere interesse. Contrarium num. 8.*
9 *Pactum de non alienando cum iuramento impedit translationem dominij, nec obligat praecisè promittentem.*
10 *Locationi Rectoris Ecclesiae successor non tenetur stare. Amplia vt num. 11. & 12.*

In-

Intellige vt num. 13. 14. & 16.
15 *Rector est legitimus administrator rerum Ecclesiæ, quæ non moritur.*
17 *Conductor rerum Ecclesiæ non potest expelli, stante vtilitate locantis, & num.18.*

Decisio XCIX.

PRopter hypothecam rei, & omnium bo-
norum locantis, quam babet Marius co-
lonus, pro obseruatione contractus con-
clusum fuit, quod non possit expelli à singulari
successore, quia per dictam obligationem con-
1 ductor † habet ius in re, quam poterit retine-
re loco pignoris, & hypothecæ, neque expelle-
tur, donec sibi satis fiat de dotali interesse. *Bart.*
in l. emptorem. C. *locat. Abb. in c. fin. ne prælat.*
vices suas. Fabian. de empt. & vend. q. 4. num.
36. Grat. cons. 95. num. 10. lib. 1. Io. de Amic.
2 *cons.113.* [Prout etiam neque poterit † expelli
quando locatio esset facta ad longum tempus,
seu ad vitam. *Doctor. in l. 1. §. quod autem. de*
superficieb. Surd decis. 264.
Immo dicta specialis hypotheca tantum ope-
3 ratur, vt successor singularis sit cogendus †
præcisè stare colono, nec satis sit, quod is velit
soluere interesse. *Cuman. in l. si filio familias.*
§. si vir in quinquennium. ff. solut. matrimon.
Socin. consil. 90. lib. 4. col. 1. vbi de communi
Gozzad. cons. 24. col. 2. & cons. 100. col. fin.
Adde tamen magis communem opinionem
esse in contrarium, quod videlicet hypotheca
specialis rei locatæ absque pacto de non alienan
do ipsa re, non habeat hanc vim, vt præcisè alie-
4 natio non teneat, † & cogatur emptor stare lo-
cationi; sed satis est solui interesse, secus au-
tem stante pacto de non alienando re locata; &
ita intelligitur *Bart. in d. l. emptorem, & in l.*
qui fundum. ff. locati. Alexand. in d. §. si vir
in quinquennium. num. 4. Ias. in l. fil. familias.
§. diui. in 1. lect. num. 92. vbi *Ferdin. Loaz.*
de communi. *num. 441. ff. de legat. 1. Neguſ.*
de pign. 1. memb. 2. par. num. 7. Ruin. consil.
180. volum. 1. Couarr. var. resolut. cap. 15. lib.
2. num. 3. vers. secundum hinc deducitur. vbi
testatur de communi opinione.
Neque obstant contraria, quia intelliguntur
5 quando emptor, seu singularis † successor non
offert conductori interesse, tunc enim non po-
terit expelli, sed retinebit rem loco pignoris.
Anan. in cap. fin. ne prælat. vic. suas. Ruin.
cons. 180. colum. penult. volum. 1. Rol. consil.
6. n. 13. lib. 1.
Secundo procedunt quando adesset pactum
de non alienando rem locatam simul cum hypo-
6 theca, tunc enim impediretur alienatio, † vn-
de datur cautela pro colono, vt faciat apponi
pactum, quod res conducta non debeat in alium
alienari, & si contra fiat alienatio sit nulla, &
pro obseruatione contractus res sit ei speciali-
ter hypothecata, nam tunc dominus non pote-
rit transferre dominium in emptorem in præ-
iudicium coloni non consentientis. *Gozzad. cõ-*
sil. 78. col. 2. Ias. in l. quoties. vers. vndecimo.
C. de rei vend. Tiraq. de retract. conuent. §. 1.
glos. vnica. num. 6.
Tertio habent locum quando dominus iura-
uit non expellere colonum, tunc enim ratione
7 iuramenti tenebitur præcisè ad factum, † neque
soluendo interesse poterit expellere à cõductio-
ne, quasi per dictum iuramentum impediatur
trãslatio dominij, vt in specie concludit *Butr. in*
d. c. fin. ne prælat. vic. suas. Socin. cons. 90. col.
2. lib. 4. Gozzad. cons. 24. col. 2. & cons. 100. co-
lum. fin. [Licet secundum alios iuramentum
reguletur iuxta naturam actus, cui interponi-
8 tur, † & de natura obligationis facti est, vt suc-
cedat obligatio ac interesse. *l. si quis ab alio. §.*
fin. de re iudic. l. celsus. de verb. oblig. Neque pa-
9 ctum de non alienando † cum iuramento impe-
dit dominij translationẽ, & sic non obligat præ-
cise promittentem. *Roland. cons. 6. n. 26. lib. 1.*
Doct. in l. si pecuniam. de condit. caus. dat. &
in l. iusiurandum. de iur. iur. Cuman. cons. 182.
colum. fin. Alexand. cons. 37. col. 3. lib. 2. & cons.
91. col. 2. eod. lib. Gozzad. cons. 27. col. 2. & cons.
32. col. 2. Doct. in l. stipulationes non diuidun-
tur. de verb. oblig.
Non obstat, quod simus in Rectore Ecclesiæ,
seu Prælato, cuius locationi ad tempus, etiam
iure permissum de rebus Ecclesiæ successor non
10 † tenetur stare; cum immo locatio finiatur mor-
te locantis. *glos. communis, in c. vlt. ne prælati*
vic. suas. Anchar. cons. 116. Quod etiam am-
pliant *Doct.* si Rector Ecclesiæ, qui locauit an-
11 te finitam locationem, † renunciauerit benefi-
cio; nam nec eius successor tenebitur stare lo-
cationi. *Castren. cons. 4. lib. 1.* Prout etiam è
conuerso, si successor vellet stare locationi;
12 nam is † consensus parum proderit, inuito con-
ductore, qui neque tenebitur stare conductioni.
Abb. in d. c. vlt. q. 3. dub. 5.
13 Nam respondetur, prædicta habere locum
cessante hypotheca, & obligatione omnium
bonorum locantis pro obseruatione contractus.
Guid. pap. quæst. 480. cum alijs supra alle-
gatis.
Præterea supradicta procedunt in Rectore,
vel Prælato, qui locat res Ecclesiæ nomine pro-
prio, & ad propriam vtilitatem; secus in loca-
14 tione facta † nomine Ecclesiæ, & ad ipsius Ec-
clesiæ commodum, prout est in casu, de quo agi-
mus, cum redditus rei locatę ad ipsam Eccle-
siam pertineat, non ad Rectorem: tunc enim
successor tenetur stare huiusmodi locationi. *Co-*
uarr. variar. resol. cap. 15. n. 6. vers. tertium.
15 *lib. 2.* Ratio est, quia locator, & Rector † est le-
gitimus administrator rerum, & Ecclesiæ, quæ
non moritur, 12. *q. 2. cap. liberti. Afflict. decis.*
101. num. 3. Socin. cons. 32. colum. 3. numer. 7.
Doctor. in c. cum nobis. de elect. Angel. cons. 275.
num. 6.
Quæ omnia magis militant in casu de quo
16 agimus, quia dicta locatio potuit † fieri abs-
que alterius auctoritate, cum ad dictum Recto-
rem hoc solum spectet, alias nulla, & irrita
esset,

esset, neque controuersia existeret, an successor illi teneretur stare, si ea fieri non potuisset. *Couarr. d. c. 15. nu. 6. vers. ego vero.*

Accedat probari in processu locationem prædictam vtilem esse Ecclesiæ propter pensionem auctam, vltra conditiones, & pacta, ad quæ tenetur conductor ad fauorem Ecclesiæ;
17 qua vtilitate stante † verius est conductorem non posse expelli; vt per *glos.* communiter receptam *in cap. vltim. & ibi Abb. Anan. & alij. de locat.* vbi concludunt, successorem non cogi stare locationi, etiam quod sit facta nomine ipsius Ecclesiæ, & ad eius commodum, sit illi
18 † vtilis non esset; licet contrarium voluerit *Couarr. d. cap. 15. num. 6. vers. ego vero*, cum, inquit, non referat locationem esse vtilem, vel inutilem, ex quo illi competit restitutio in integrum ad huiusmodi damnum effugiendum, quamuis ibidem *vers. tertium.* dicat sententiam glosæ esse communem.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Per augmentum canonis dicitur constare de euidenti vtilitate Ecclesia, & quando possit probari contrarium. n. 2.*
3 *Sententia commissarij vigore rescripti si in euidentem, facit præsumere locationem vtilem, donec aliud non constet.*
4 *Locatio rerum ecclesiæ non rescinditur ex sola suspitione, quod fiat consanguineo.*

¶ N. 18. *post verb.* esse communem.

Idem in locatione perpetua, in qua si fuerit auctus canon, dicitur constare de euidenti vti-
1 litate ecclesiæ, † itaut regulariter in huiusmodi locationibus soleat fieri diminutio sextæ partis respectu temporalis locationis. *iuxta authent. præterea. C. de sacrosanct. eccles.* & fuit decisum per *Rot. coram Card. Mantic. Romana domus. 30. Martij 1590. & per Card. Seraph. Papien. bonorum. 28. Aprilis 1595.*

Quamuis contra prædicta admitteretur pro-
2 batio in contrarium per eum, † qui vellet docere de non vtilitate locationis. *Bald. in capit. sicut. in fin. de re iudic.* Prout dicimus de sententia Commissarij vigore rescripti si in euidentem, quæ facit præsumere locationem vtilem ecclesiæ, dummodo contrarium non probe-
3 tur. † *Bald. in cap. 1. de his qui feud. dar. poss. Dec. consil. 142.* Nam interim præsumetur pro executoribus. *Abb. consil. 41. num. 2. lib. 1. Rota coram Card. Seraph. Papien. bonorum. 28. Aprilis 1595.* Vbi etiam, quod ex sola suspitio-
4 ne, † quod locatio fiat consanguineo non rescinditur alienatio, cum in istis locationibus Papa solum se restringat ad vtilitatem Ecclesiæ. *Socin. consil. 15. libro 1.*

EPITOME.

Appellatio quando detur in causa decimarum, tam quo ad effectum suspensiuum, quam deuolutiuum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non admittitur in causa decimarum. Intellige vt n. 4. 5. 6. & 7.*
2 *Decimæ sunt tributa egentium animarum.*
3 *Appellatio non datur in causa tributorum.*
4 *Appellatio admittitur, quando prætenditur exemptio, vel pactum non soluendi decimas.*
7 *Appellatio vbi non admittitur, sententia per modum prouisionis executioni demandatur.*

Decisio C.

IN causa decimarum non datur appellatio.
1 † *cap. tua nobis. in fin. de decim. glos. in c. fin. §. quoties. 2. quæst. 6.* Ratio est,
2 quia decimæ sunt tributa egentium † animarum. *cap. decimæ. 16. quæst. 1.* Vnde quemadmodum in tributis non appellatur per eum, qui illud
3 soluere † tenetur. *d. §. quoties.* ita nec in decimis. *glos. in d. cap. fin. in verb. quoties. Feder. cons. 81. Laicus. in fin. n. 5.*

Prædicta tamen procedunt, quando esset lis, & controuersia inter Ecclesiam, & laicum, tunc
4 enim † non datur appellatio. Quod intelligendum est, quando scilicet laicus prætenderet solam præscriptionem, vel consuetudinem; secus vero, quando prætendit sufficientem exemptionem, puta priuilegium, aut compositionem, vel pactum, iuxta *c. a nobis. & c. ex multiplici. de decim.* Tunc enim admittitur appellatio, ita distinguit *Hostien. in d. c. tua. il secondo. eod. tit. col. vlt. in fin. in verb. appellatione remota.* quē sequitur *ibi Anan. nu. 6. in vlt. notab. Anchar. num. 7. notab. 11. Henric. Boic. num. 9. vers. tu vero dic. & Card. col. 2. vers. quinto oppono.*

Secundo etiam admittetur appellatio, quan-
5 do duæ † Ecclesiæ litigant inter se, & vtraque asserit se potiorem, vt tenent *Hostien. Henric.* & alij supra allegati *in d. c. tua nobis.*

Tertio, intellige in casibus, in quibus dictum est non posse appellari tunc prohibitam appel-
6 lationem, donec debitor decimarum † soluerit; remouetur enim appellatio ante executionem, postea autem admittetur. *Rebuff. de decim. q. vlt. num. 21.* Nam à sententia lata ad pias causas non licet appellare, videlicet, vt impediatur executio, secus quo ad effectum prosequendi deuolutiuum, prout ita conciliat opiniones. *Rebuff. de sent. prouision. in præfat. num. 38. & ibidem num. 30.* loquitur in decimis; Curato enim petenti decimas interim per modum
7 prouisionis, † vt possit viuere, datur quarta pars decimarum. Quia in casibus, in quibus de iure ciuili appellatio non admittitur, sententia per modum prouisionis executioni demandatur. *Rebuff. ibi. n. 137. & 142.*

Ex quibus fuit concessa appellatio hominibus

bus Castri Portus status Firmi, contra RR. Canonicos, & Capitulum Firmanum à sententia D. Iudicis à quo, sine præiudicio legitimæ executionis, cum per partem prætendatur præscriptio, & consuetudo non soluendi decimas, quo casu per prædicta non datur appellatio ad effectum retardandi executionem.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Decimas negantes, aut impedientes solui, dicuntur inuasores rerum alienarum.*

2 *Decima an sint debita de iure diuino, seu humano. num. 3.*

4 *Pro petitione decimarum quæ actio competat. num. 5.*

6 *Decimæ an possint tolli consuetudine.*

7 *Præscribens decimas, an teneatur probare famam, quod illas haberet ante Concilium Lateranense.*

8 *Exemptio decimarum intelligitur de decimis, quæ debentur de iure communi, secus iure speciali ex aliquo priuilegio. num. 9.*

10 *Derogatio regulæ de non tollendo ius quæsitum non ampliat dispositionem.*

11 *Clausula generales habentes vim specialis derogationis non debent extendi ad ea, quæ præsumuntur ignorata.*

¶ N. 3. *post verb.* laicus. in fin. n. 5.

Nam solutio decimarum est priuilegiata, tanquam debita Deo, † itaut negantes illas dare, aut impedientes eos, qui dant, dicantur res alienas inuadere. *Concil. Trid. cap. 12. sess. 25. de reformat.* Sunt enim debitæ Deo de iure diuino, & naturali. *c. cum sit. de decim. Franc.* qui de communi. *in cap. 1. eodem tit. in 6. Vasq. controuers. illustr. lib. 2. cap. 89. in princip. Nauarr. in manual. cap. 21. num. 28. Gig. consil. 119. num. 2.* † Quamuis *Couarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 17. num. 1. in fin.* concludat illas deberi iure humano, & pontificio, non diuino post *D. Thom. 2. 2. quæst. 87. artic. 1. Turrecrem. in cap. reuertimini. 16. quæst. 1. Rebuff. de decim. quæst. 1.* latè *Guter. lib. 2. canon. quæst. cap. 21. Alph. de Castr.* qui de communi. *lib. 5. aduers. hæres. in verb. decima.* cum alijs, † *per Germon. de sacr. temp. immun. lib. 3. cap. 19. num. 15.* vbi tenet primam opinionem tanquam veriorem, per multas auctoritates Conciliorum, & præsertim *Trident. cap. 12. session. 25. de reformat.*

¶ N. 7. *post verb.* & n. 142.

Itaut hodie pro executione prædictorum procedatur per censuram ecclesiasticam, † *Concil. Trid. cap. 1. sess. 25. de reformat. Nauarr. in manual. cap. 21. num. 32.* Tam contra clericum, quam aduersus laicum, cum alias pro petitione decimarum competeret actio confessoria. † *Fab. in §. æquè si agat. inst. de action.* & ibi *Gomes. n. 10. Ias. in l. si prius. num. 5. de nou. operib. nunciat.* Vel conditio ex canone, siue rei vendicatio. *Rebuf. de decim. q. 9. post Alber. in l. si quis ita. ff. de vsufr.*

d. num. 7. *post verb.* retardandi executionem.

Cum etiam decimæ possint tolli consuetudine, si sunt personales. † *Hostien. in cap. de aliquibus. de decim. Nauarr. in manual. cap. 21. num. 31. Vasq. lib. 2. controu. illustr. cap. 89. num. 8.* Quia istæ non sunt de iure diuino. *Couarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 17. num. 8. Balb. de præscri ption. p. 1. part. 1. quæst. 7.* Itaut qui præscripsit decimas, non teneatur probare famam, quod illas haberet ante Concilium † Lateranense. *Rip. in cap. decernimus. colum. fin. nume. 75. de iudic.* cum declarationibus, de quibus per *Vasq. d. cap. 89. num. 6. & per Guter. lib. 2. canon. quæst. cap. 14. num. 4.* latè *Peregr. de iure fisc. lib. 6. tit. 8. num. 18. vsque ad nu. 24.* Cum vlterius prætenderetur exemptio, vigore priuilegij alias per Summum Pontificem concessi. Quam tamen exemptionem cum iterum de illa quæreretur, † dixi esse intelligendam de exemptione solutionis earum decimarum, quæ debentur parochijs, vel alijs personis, aut Collegijs ex dispositione iuris communis, non autem in his, quæ sunt debitæ iure speciali ex aliqua particulari concessione, & priuilegio, maxime si fit ex causa onerosa, & ex quasi contractu Principis, quibus non solet Papa facile derogare, & quia derogationes generales non trahuntur ad ignorata, cum etiam præsumendum sit Papam ignorasse ius specialiter alicui competens, quicquid aliud sit in iure competente de iure communi, cuius præsumitur scientia, prout ita seruat *Rot. coram Cardin. Seraphin. Valentina decimarum. 1. Iulij 1598. & coram Card. Pamphil. 9. Iunij 1597.* & late declarat *Menoch. cons. 36. num. 59. vsque ad 64.* vbi etiam quod non obstabunt clausulæ, ex certa scientia, motu proprio, non obstantibus, cum similibus; de quibus etiam late *Aym. consil. 242. col. 8. & 9.*

Amplius neque obstabit, quod fuerit derogatum regulæ *de non tollen. iur. quæsit.* Quia dicta derogatio non ampliat principalem dispositionem, sed solum operatur respectu eorum, † qui sunt comprehensi in priuilegio. *Felin. in cap. licet. num. 7. de offic. ordin. Sarn. de infir. resign. quæst. 34. num. 3. Castr.* in specie *consil. 187. num. 5. ad med. lib. 2.* Prout neque minus obstabunt clausulæ generales, quæ licet habeant vim specialis derogationis. *Alexand. consil. 187. lib. 5.* † Tamen non porriguntur ad ea, quæ præsumuntur ignorata, sed ad illa, quorum Princeps verisimiliter posset habere notitiam, & in quibus non requiritur specialis derogatio. *Natt. consil. 209. num. 6.*

Rot.

Rot. per Card. Millin. Taruisana plebis. 28. iunij 1593. & per Card. Seraph. Valentin. decimarum. 1. iulij 1598. Socin. Iun. consf. 77. n. 106. & 126. lib. 1. cum alijs per *Menoch. consf. 36. n. 63. & per tot. lib. 1.*

EPITOME.

Salarium decedentium, & non adimplentium, an accrescat alijs, [& quid in deputatis ad vnum officium, vel diuersum, & quando censeatur dari ob laborem.

SVMMARIVM.

1 *Salarium diminuitur labore diminuto, prout illo aucto augetur. & n. 15.*

2 *Doctor legens ordinarium, & extraordinarium habet salarium vtriusque sedis.*

3 *Collateralis exercens officia Collateralium potest petere maius salarium.*

4 *Canonicus gerens duo officia habet duplices quotidianas distributiones. Intellige vt num. 5. 6. & 7.*

8 *Doctor vtriusque iuris dans vocem in vtroque habet duo salaria.*

9 *Famulus habet duplex salarium, si crescit vnus vltra eos, cum quibus conuenit stare. & num. 10.*

11 *Famulus postea creatus notarius, & faciens instrumenta pro apotheca, habet duplex salarium.*

12 *Rectori debetur duplex salarium, si alter remoueatur. Intellige vt n. 13. & 14.*

16 *Salarium vnius officialis, seu Ambasciatoris decedentis, non accrescit alteri.*

17 *Intellige in deputatis ad vnum officium, secus ad diuersum. & n. 18. & 19.*

20 *Salarium non datur Iudici propter laborem, sed ob probitatem, & scientiam, quam respicit Doctoratus.*

21 *Doctores habent multa priuilegia, & prarogatiuas.*

22 *Salarium est soluendum Doctori in principio, vt studia possint fieri.*

23 *Salarium quod datur pro labore, soluitur in fine.*

24 *Sportulæ accrescunt Auditoribus, si Rota remanet in paucioribus.*

25 *Causæ duæ lucratiuæ non debent simul concurrere. & n. 26. & 27.*

Decisio C I.

PEr obitum duorum ex dominis Collegis pluribus mensibus remansit Rota solum in tribus Auditoribus; Vnde dubitabatur, an salarium decedentium, vel non adimplentium accresceret alijs. Et videbatur respondendum affirmatiue, cum salarium diminuatur

1 † labore diminuto, prout è contra illo aucto debet augeri; vnde si duo officia vniuntur, debentur duo salaria habenti vtrunque, etiam tanquam vnum. *Felin. in c. cum olim. in princ. de re iud.* post *Bart. in l. fsio. de ann. legat.*

Idem videmus in Doctore electo ad legendũ

2 ordinarium, & extraordinarium, † qui debet habere salarium vtriusque sedis. *Bald. in l. qui duobus. 23. de condit. & demonstrat.* vbi ampliat ad eum, qui gerit plura officia. Si enim

3 (inquit) Collateralis exercet officia Collateralium, & cuiusdam alterius Iudicis, potest petere à Potestate maius salarium, quia magis laborat. *per text. in d. l. fsio. in princip. ff. de ann. legat.*

Idem in Canonico duo officia gerente, qui

4 potest habere duplices quotidianas † distributiones. *Angel. Io. Andr. Abb. & Felin. in cap. cum olim. de re iud.* & ibi *Cardin. num. 4.* Et

5 hanc veriorem opinionem, saltem † si consuetudine fuerit recepta, dicit *Couarr. variar. resolut. cap. 13. lib. 3. nu. 6. in fin. Corse. de verb. geminat. in fin. num. 27. vers. 68. tom. 18. fol. 268.* [Licet secundum *Ant. in d. cap. cum olim.*

6 simplices, † non duplices debeantur, cum non magis sit præsens, qui simul Archidiaconus, & Canonicus est, quam qui solus Canonicus: & quatenus habeat duplices distributiones, & du-

7 plicem vocem, † intelligit *Anchar. in d. c. cum olim. in fin.* quando dignitas de per se, etiam sine canonia habet ius portionis, & vocis, secus si non haberet, quia tunc habens dignitatem, & canoniam, habet vnicam vocem tantum, prout dicit esse in Ecclesia Bononiensi de Archidiacono.

Idem de Doctore vtriusque iuris, qui dat vo-

8 cem in vtroque, & habet duo † salaria. *Bald. in l. ad scribatum. num. 1. C. de appellat.* vbi ampliat ad eum, qui duplicem curam habet, cui debetur salarium duplicatum.

Idem in famulo, qui conuenit stare cum tribus, & vnus moritur, vel alius crescit; quia de-

9 bet etiam salarium addi, si crescit † labor. *Capoll. de seruit. præd. vrban. §. 14 c. 1. tom. 6. p. 2. fol. 199. per text. in l. medico. in princ. de ann. legat. Becci. consf. 27. nu. 2.* post *Roman.*

10 *consf. 25.* vbi de Præposito ad vnum † officium si aliud faciat, duplex salarium petit. *Pontan. de aliment. c. 16. num. 7. tom. 8. p. 1. fol. 452.* vbi quod duplicatur famulo habenti certum

11 salarium, qui postea notarius † creatus fecit multa instrumenta pro apotheca.

Et ad prædicta facit, quod voluit *Castren. in l. si eadem. de offic. assess.* vbi si remanet vnus

12 Rector, & alter remoueatur, debetur † illi duplex salarium, quia duplicatur labor, vt per *glos. in auth. vt iudices sine quoque suffragio.*

13 Idem, inquit, † è conuerso si fit diuisio, quia diminuitur labor. *l. fsio. de ann. legat.* Quæ omnia intelligit idem *Castren. ibid. num. 4.* in officiali, qui postea ponetur, non in illo, qui erat

14 † positus ante diuisionem, in cuius tamen præiudicium non debet fieri diuisio.

Et regulariter crescente labore, debet etiam

15 duplicari salarium, † vt in multis casibus, de quibus per *Bald. in l. Consul. de adoption. & in prima constitut. Codicis. & in cap. 1. col. vltim. de feudo guardia. Barbat. ad Bald. in l. 3. C. comm.*

comm. de legat. Doctor. in l. plurium. de acquir. hared. Azo. & Angel. in auth. vt iudices sine quoque suffragio. §. illud. colum. 2. Menoch. de arbitr. casu 233. Afflict. ad constitut. Regni. 55. ne filius pro patre. in fin. Brun. de augmento. concl. 13. & 14.

Contrarium tamen seruatum fuit, quod videlicet, si vnus ex officialibus decedat, vel officium non impleat, salarium decedentis, vel
16alias † non implentis non accrescat ei, qui solus impleuit. *Bart. in l. 1. in fin. C. de legat. libro* 10. vbi loquitur in specie de officialibus, vel Ambasciatoribus, quod dicit esse perpetuo notandum, *Corsett. singul. 312. in verb. salarium. Martin. Laudensis, de officialib. dominorum. quæst. 112. tom. 16. fol. 280. & de legationibus. quæst. 11. tom. eodem. fol. 213. Gundisal. Villadiego. de legat. quæst. 4. num. 4. p. 2. tom. 13. p. 2. fol. 275.*

17 Quæ sunt intelligenda, † si duo essent deputati ad vnum officium, prout est casus, de quo agimus; secus si ad diuersa officia, ita vt vno decedente alter gereret vtrumque officium, & de mandato superioris; quia tunc, cum officia sint distincta, & distincta habeant salaria, iste dicitur sufferre vicem duorum; & ideo duplex salarium habere poterit. *arg. l. binos. C. de ad-*
18*uoc. diuers. iudic.* Et ita † in specie dicit *Ang. in addit. ad Bart. in l. 1. ad fin. C. de legation. lib. 10. Gundisaluus, de legat. d. q. 4. p. 2. num.* 4. post *Bald. in d. l. binos. in fin.* vbi dicit, quod si loco duorum officialium sit positus vnus officialis per hæc verba, cum salario consueto, vel
19simpliciter †, habebit vtrumque salarium, quia gerit vtrumque officium, cui salarium est annexum. *per text. in §. illud. authen. vt iudic. sin. quoq. suffr.*

Ex quibus non obstant contraria, quæ procedunt, quando essemus in officialibus deputatis ad diuersa officia; quia tunc dicuntur vicem duorum sustinere, cum officia sint distincta, vt dictum est: secus in casu de quo agimus, in quo Auditores sunt tantum deputati ad vnum, & idem officium, & sic non dicuntur sustinere vicem duorum, ex *Bald. Angel.* & alijs supra allegatis.

Non obstant, quæ dicebantur de labore, quo aucto, debet etiam augeri salarium: quia respondetur non dari illud Auditoribus propter laborem, sed propter probitatem, & scientiam,
20quam † principaliter respicit officium Doctoratus, & munus iudicandi. *Bart. in l. 1. §. diuus. de var. & extraord. cognit. Caphal. consl. 70. nu. 7. Cagnol. in l. diem functo. de offic. assess.* Ob quam scientiam, & probitatem debetur illis
21prærogatiua dignitatis † cum alijs priuilegijs, de quibus per *Doctor. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. Bald. in l. 1. in princip. colum. fin. de iustit. & iur. Natt. cons. 537. Cassan. in cathal. glor. mund. consid. 12. p. 8. & consid. 24. & 41. p. 10.*

Et vltra prædicta, quæ sunt de iure communi, etiam hoc disponitur in *constitutionibus rotalibus. §. 70.* vbi mandatur solui salarium Auditoribus, vt sustentari possint, & sic vt sumptus, & studia fieri valeant; prout est pecunia,
22quæ datur professoribus, † & legatis, ex quo dicunt Doctores soluendam esse in principio, vt dicti sumptus, & studia possint fieri. *l. legatus. §. 1. de legat. l. fin. C. eod. lib.* 10. quia salarium succedit loco victus. *l. 2. C. locat. Ang. in l. si non sortem. §. libertus. de condi. indeb.* cum secus sit quando promittitur pro labore,
23quia in fine solutio fiet, † cum ante operas finitas non compleuerit ex parte sua. *Rebuff. de senten. prouisionalib. art. 3. glos. 7. n. 3.*

Accedat, quod per obitum Auditorum, pro tempore, quo remanet Rota in paucioribus Iudicibus, accrescunt eis sportulæ distribuendæ,
24† iuxta modum, de quo in *constitutione Rotali §. 73. & §. 86.* vnde satis est, quod vna causa lucratiua concurrat pro labore, qui aliqualiter illis crescit occasione prædicta, absque eo quod aliud debeatur, cum duæ causæ lucratiuæ,
25seu duo specialia † non debeant simul concurrere. *glos. in l. 1. in verb. dotem. ad fin. C. de dotis promiss. Socin. in l. 1. ff. solut. matrim. num. 52. Ias. in l. singularia. num. 6. ff. si cert. pet. Bartol. in l. si quis pro emptore. de vsucapion.*
26† licet secundum alios duo specialia, non solum in dote, sed etiam in omnibus alijs ex eodem fonte, & ad eundem effectum possint concurrere, vt per *Socin. iun. in l. si ita stipulatus. n. 94. de verb. obligat. Connan. in comm. iur. ciuil. lib. 8. cap. 8. num. 5. Ioseph. Gonzalez cap. 8. var. quæstionum.* vbi multa adducit, & tenet
27contra prædictam communem sententiam, † à qua tamen non esset recedendum, cum per totum mundum allegetur. *d. l. 1. C. de dot. promiss.* vt dicit ibi *Salicet.*

EPITOME.

De statuto inhabilitante aliquem ad cōtrahendum sine certis solemnitatibus, an extendatur extra territorium. [Minor factus maior quando contractum alias nullum dicatur confirmasse, & quid de iure canonico.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitates statuti sua ciuitatis sunt seruandæ per donantem, etiam quod donet in alio loco, in quo illæ non requiruntur.*

2 *Potestas statuendi inter subditos non arctatur territorio.*

3 *Mulier non potest contrahere extra territorium sine consensu viri, prout quando contrahit in sua ciuitate.*

4 *Fœmina de Viturebiano non potest ire ad ciuitatem Viterbij pro conficiendo testamento, sine consensu propinquorum requisito per statutum Viturebiani.*

5 *Statutum inhabilitans personam habilem ad disponendum, an operetur, quando illa persona contrahit extra territorium disponentium.*

6 *Donans extra territorium comprehenditur in statuto sui territorij requirentis solemnitates, quando in fraudem statuti celebrat donationem*

nem fine illis, nulla habita distinctione habilitatis personæ, & nu. 7. Amplia vt nu. 11.

8 *Fraus colligitur ex breuitate temporis.*

9 *Fraus probatur per coniecturas, & inditia.*

10 *Iudicis subtilitati committitur, an adsit fraus nec ne.*

12 *Minor factus maior tacens per quinquennium, confirmat cõtractum onerosum, alias nullum, & per decem annos, si fimus in donatione. Intellige vt n. 14. & 16.*

13 *Limita de iure canonico.*

15 *Ignorantia defectus contractus non inducit ratihabitionem.*

Decisio CII.

IN donationibus faciendis tenetur quis seruare solemnitates statuti suæ ciuitatis,
1 † adhibendo consensum proximiorum, decretum Iudicis, & alia quæ in eo requiruntur. Vnde non poterit huiusmodi donationes facere in alia ciuitate, seu prouincia, in qua non requiruntur tot solemnitates. Nam huiusmodi
2 statutum † trahitur ad subditum vbique donantem, cum potestas statuendi inter subditos non arctetur territorio, neque ex differentia locorum debeant variari iura statutorum; Alias facile redderetur dicta constitutio elusoria, & esset inutilis, quia semper, qui vellet donare sine dictis solemnitatibus, alibi donaret, quod esset
3 absurdum; prout dicimus † de muliere volente contrahere extra territorium sine consensu viri, cuius consensus requiritur, quando contrahit in sua ciuitate. *Tiraq. de legib. connubial. l. 15. glos. 8. num. 219. cum sequen. vsque ad num. 225. Alexand. consil. 41. visis quæ subtiliter. lib. 5. colum. 1. in fin. num. 4. vers. quippe si prædicta considerentur.* post *Bart. in l. cunctos populos. C. de Summa Trinitate. num. 32. in 6. quæst. princip. Roman. cons. 39. in proposita quæstione. Firman. de gabel. p. 6. quæst. 5.* vbi dicit se ita
4 iudicasse in Vrbe, quod † fœmina de Vitrachiano non possit ire ad Ciuitatem Viterbij pro conficiendo testamento sine consensu proximiorum requisito per statutum Viturchiani. *Rol. cons. 91. n. 20. lib. 3.*

Et licet in similibus quæstionibus multi casus
5 distinguantur per Doctores, quando † statutum inhabilitat personam habilem ad disponendum an operetur, quando illa persona contrahit extra territorium disponentium, de quibus per *Gabr. conclus. 8. de statut. & conclus. 2. de consuetud. Bald. in l. 1. C. de Summa Trinitat. Anchar. in cap. canonum statuta, de constitut. Durand. de art. testand. tit. 1. caut. 2.* late *Bertazz. claus. 7. glos. 19. n. 17.*

Tamen quia in casu nostro probatur in processu donationem huiusmodi fuisse factam ex-
6 tra † territorium, vt posset celebrari sine tot solemnitatibus, & sic in fraudem statuti: Ideo dictum fuit non esse aliter distinguendum, cum ex hoc solum possit dici comprehendi donantem extra territorium. *Aretin. consil. 54. in causa* Decis. Marchiæ.

magistri Blasij. col. 2. in fin. vers. ex quo concludendum. Tiraq. de legib. connubial. l. 15. glos. 8. num. 219. in fin. Salic. in d. l. cunctos populos. vbi dicit se ita respondisse in Ciuitate Anconæ, & ibi *Caccialup. colum. 51. vers. quandoque vero ille, qui contrahit. Rimin. iun. cons. 436. num. 9. & 31. & consil. 437. num. 11. & 25. lib. 4.* vbi loquitur in specie de donatione, post
7 † *Ruin. cons. 160. n. 4. Gabr. cons. 1. n. 2. lib. 1.*

De fraude autem constabat, tum ex breuitate temporis, per quod habitauit donans in loco, in quo fuit facta donatio; ex qua breuitate
8 colligitur fraus, † & simulatio adnotata in *l. post contractum. ff. de donat. Riminald. iun. consil. 379. num. 33. lib. 4.* vltra alias coniecturas,
9 & indicia, de quibus in actis, per quæ † etiam fraus arguitur, cum aliter probatio fieri non possit. *Oldrad. cons. 324. col. 3. Menoch. præsump. 2. lib. 5. num. 43. Riminal. iun. cons. 355. n. 103. lib. 4.* vbi etiam, quod hoc committitur
10 subtilitati Iudicis, cum † fraudis probatio sit difficilis. *Aym. cons. 143. num. 12.* post *Bald. cons. 149. proponitur, quod ex causa. colum. 2. ad med. lib. 1.*

Neque vis vlla est facienda in iuramento, de quo in dicta donatione, ex quo statutum annullat contractum non seruatis solemnitatibus,
11 de quibus in † eo, tanquam dolosè, & simulatè factum. *Bart. in l. omnes populi. q. 2. 3. q. principalis. de iustit. & iur. Castren. cons. 61. notandum est. lib. 2. Thob.* qui de communi *consil. 88. num. 15.*

Per prædicta etiam fuit alias declaratus nullus contractus gestus per minorem extra territorium, & ciuitatem suam, non seruatis solemnitatibus, de quibus in statuto loci. Et licet pro illius validitate allegaretur ratificatio per eum facta secundum dispositionem *l. fin. C. si maior fact. alienation. fact. sin. decr. rat. habeat.* vbi si minor factus maior per quinquennium si con-
12 tractus † sit onerosus, vel per decem annos, si simus in donatione, tacuerit, vel aliter expressè, vel tacitè contractum istum confirmauerit; redditur ex hac confirmatione, vel tacita, vel expressa contractus ille validus, adeo vt non possit amplius factus maior illum dicere nullum, vel rescindere. *Dec. in l. quod ab initio. col. fin. ff. de reg. iur. Paris. cons. 49. contractus. col. 2. lib. 1.* [Tamen prædicta non obstabant, quia
13 *d. l. fin.* non procedit de iure † canonico, cui in hoc standum esset propter malam fidem contrahentis cum minore. *Butr. cons. 45. col. 3. vers. non obstat. Ruin. cons. 41. num. 31. lib. 1. Natta cons. 295. col. fin. Riminal. iun. cons. 436. num. 14. & num. 49. lib. 4.* licet *Menoch. cons. 29. nu. 48. lib. 1.* contrarium senserit. [Vltra quod debe-
14 bat probari minorem † habuisse notitiam defectus contractus, de qua cum non appareat
15 præsumitur ignorantia, quæ non inducit † ratihabitionem. *Bald. in l. mater. in 4. opposit. C. de rei vendic. Natta consil. 62. num. 32. & cons. 456. num. 18. lib. 2. & cons. 635. num. 11. lib. 3. Corn. cons. 207. nu. 8. in fin. lib. 3. Osasc.*

decis. 179.*num.*13. [Præsertim, quia non verificantur requisita, quæ debent adesse, vt dispositio *d.l. vltima* habeat locum, scilicet, quod contra-
16 ctus sit gestus † ab ipso minore, cum consensu curatoris, vel è contra à curatore, cum præsentia minoris, cum alijs, de quibus per *Doctor. in d.l. fin. & per Menoch. remed.* 15. *num.*149. *de recuperanda possess.*

EPITOME.

Ex confessione dotis receptæ factæ per maritum, quando probetur vera numeratio, tam in præiudicium ipsius, quam creditorum.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum interdictum vt habeat locum, requiritur probatio possessionis tempore obligationis contractæ. Amplia vt num.*2.

3 *Confessio dotis per maritum constante matrimonio præsumitur gratia donationis, vel in fraudem creditorum. Amplia vt numer.* 4. 5. *&* 6.

7 *Promissio dotis præcedens confessionem de dote recepta præiudicat, tam confitenti, quam creditoribus. & num.* 8.

9 *Relatio non probat nisi constet de relato. Amplia vt num.* 10. *&* 11. *Intellige vt num.*12. *&* 13.

14 *Dictio, prout, stat limitatiue.*

15 *Dictio, prout, exponitur pro quia, quando præcessit certa dispositio. Intellige vt n.* 16.

16 *Narrata in instrumento probant inter contrahentes, secus in præiudicium aliorum. & num.* 17.

18 *Confessio mariti præiudicat creditoribus post elapsa tempora ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, etiam quod illius promissio non præcesserit. Intellige vt n.* 19.

20 *Confessio mariti constante matrimonio valet, quando habet adminicula veritatis. & n.* 21.

22 *Alimenta vxori præstita censentur potius amore coniugali, quam ratione receptæ dotis.*

23 *Indicium de parte dotis numerata probat confessionem mariti quo ad dotem receptam.*

24 *Dotis vera receptio arguitur, si in confessione adsint qualitates temporis, loci, & in quot vicibus fuit dos soluta.*

25 *Depositio testis debet suppleri quantum fieri potest.*

Decisio CIII.

PRobatum fuit concludenter per D. Philomenam ad præsens vxorem Petri Cappanaroli de Fabriano, quod Petrus Vincentius Carlutius de terra sancti Quirici, olim eius secundus vir possidebat bona, de quibus agimus tempore obligationis contractæ pro restitutione dotis ipsius, prout etiam probatum extitit d. bona possideri ad præsens per Petrum Bartholomæi, & litis consortes de Castro Genghæ. Quare fuit concessum mandatum de immittendo in possessionem dictorum bonorum, donec, & quousque fuerit satisfacta de flor. mille suæ dotis, amotis dictis possessoribus; cum ad hoc, vt quis obtineat in saluiano interdicto, sufficiat prædi-
1 cta † probare. *Bart. in l.* 1.*num.*3. *ff. de saluiano interdict. Aret. in §. item Seruiana. num.* 9. & ibi *Ias. num.*98. *instit. de actio. Socin. consilio* 112.*n.*6. *lib.*4. *Roland. cons.*14. *n.* 6. *lib.*1. *Menoch. de adipisc. possess. rem.* 3. *num.*161. *versic. quaero vigesimonono. Neguf. de pignor. p.*8. *memb.* 3. *num.*102. *vers. septima conclusio.* Immo quando sunt obligata bona futura, prout in casu no-
2 stro, vt † Saluianum interdictum habeat locum, sufficeret quod possessio superueniat post obligationem. & hypothecam. *Rot. coram R.P.D. Robuster. in vna Rom. domus* 3. *Martij* 1580.

Non obstat fuisse actum pro dote confessa, quo casu confessio dotis facta à marito constante matrimonio de dote recepta præsumitur gratia donationis, vel si erat grauatus ære alieno,
3 † in fraudem creditorum. *Bart. in l. si voluntate. C. de dotis promis. & in l. quod de suo. C. de dot. caut. non nume. Bald. in l.* 1. *C. de donatio. ant. nupt. Alexand.* qui de magis communi. *consil.*45. *habita super his. num.*6. *col.*2. *vers. sed ita est quod confessio. lib.*1. *Ruin. cons.*183. *nu.*1. *lib.*1. vbi etiam testatur de magis communi; subdens, quod si non præiudicat marito, multo
4 minus † præiudicabit creditoribus. *Alex. consil.*
5 142.*n.*1. *lib.*5. Immo non caret † suspitione falsitatis. *Decian. cons.* 94. *num.*7. *lib.* 3. *Paris. cōsil.*86. *num.*32. *lib.*3. vbi ampliat, etiam quod sit
6 † iuramento confirmata. *Grauett. cons.*81. *in princ. Rom. cons.*44. *n.*4. vbi dicit non esse ab hac opinione recedendum.

Quia respondetur, in casu, de quo agimus, præcessisse promissionem dotis factam à marito, & postea secutam esse confessionem eiusdem de dote recepta, vnde tunc probatur vera nu-
7 meratio dotis, non solum † in præiudicium confitentis. *l. in contractibus. §. sed quoniam securitatibus. C. de non numer. pecun. Socin. & alij in l.* 1. *colum.*14. *limit.* 3. *ff. solut. matrim. Aym. cons.*40. *in princip. Ruin. cons.*183. *colum. fin. vers. quinimmo verius. lib.*1. *Gabr.* qui de magis communi testatur. *conclus.*4. *n.*1. *&* 2. *de*
8 *iur. dot.* [Sed etiam † in præiudicium creditorum. *Castr. in d.l.* 1. *in fin. solut. matrim. Bauer. sing.* 50. *in verb. confessio. n.*1. *Afflic. decis.* 402. *col.*2. *Gabr. d. concl.*4. *n.* 2. vbi de communi *Menoch. præsumpt.*13. *n.*21. *lib.*3. vbi distinguendo, & concordando opiniones sub *nu.*24. docet hanc esse veram sententiam, quando tempore confessionis non apparebat æs alienum, prout est in casu nostro.

Neque obstat, quod non sit probata in casu, de quo agimus præcedens promissio dotis; quia in confessione facta per Petrum Vincentium dicitur, quod de promissione dotis apparet quædam schedula manu Hieronymi Cinelli: vnde cum habeatur relatio ad aliam scripturam, non
9 dicitur probari, nisi constet de scriptura † relata.

Auth.

Auth. si quis in aliquo. C. de eden. vbi omnes dicunt esse communem opinionem, etiam quod
10 notarius diceret, per me † visa, & lecta. *Curt. Iun. ibi. col. 6. n. 43.* & etiam quod testaretur, se
11 rogatum de illa scriptura, ad quam sit † relatio, *Clau. Seißell.* ibi. *n. 33. & Cagnol. n. 82. & n. 86. vers. ampliatur si notarius. Socin. cons. 266. col. 1. vers. nec obstat. lib. 2.*

Quia respondetur, ex quo in hoc secundo instrumento narratur tenor alterins, etiam quod
12 † aliunde nasеatur, & fundamentum habeat obligatio, & actio originalis, sufficere illius narratiuam, qnando est clara, prout est hic, sine exhibitione principalis. *Alex. in l. sciendum. 30. de verbor. obligat. col. 2. num. 9.* post *glos. Bald. & Angel.* per eum relatos. Et communem omnium sententiam dicit *Galles. ad for. camer. oblig. p. 3. tit. de praambulis ipsius processus. versic. amplius nota.* Etiam quod esset facta relatio
13 per † illa verba, prout in instrumento continetur. Quia licet dictio, prout, stet limitatiue, & conditionaliter. *Bart. in extrauagan. ad re-*
14 *primendum † in verb. prout. Dec. cons. 362. nu. 1. Felin. in cap. 2. num. 10. col. 5. de rescript.* Tamen quando praeessit certa dispositio, dictio, prout, stat causatiuè, non conditionaliter;
15 & exponitur, pront idest, quia † apparet. *Natta cons. 40. in fin.* post *Bartol. in l. eum qui. §. iulianus. de constitut. pecun. Aret. cons. 70. Dec. cons. 58. n. 61. lib. 2. Menoch. consil. 391. num. 32 lib. 4.* Cum igitur pet istam narratinam appareat de certa dotis promissione, apparet etiam, qnod maritus fassus fuit, dotem recepisse non spe futuræ nnmerationis, sed quia vere fuit sibi soluta, præsupposita illa promissione dotis narrata, & quam ipse fatetur præcessisse. Vnde cum ex illa promissione maritus habeat obligatam vxorem, necesse non habet confiteri, se recepisse spe futuræ numerationis, sed dicendum est, quod vere sibi solutum fuerit, vt declarat *Menoch. d. præsumpt. 13. nu. 22. lib. 5. vers. secunda ratio.*

Prædicta tamen non videbantur tuta, cum procedant, quo ad ipsum maritum; secus quo ad creditores, vt dicit *Menoch. d. num. 22.* Maxime quia licet communis sententia sit, quod quando ex narratiua clare habetur sensus alterius instrumenti narrati, satis sit, etiam quod de relato non constet; tamen hoc habet locum circa easdem personas contrahentes, inter quas
16 narrata † in instrumento probant. *l. optimam. C. de contrah. stipul. Alex. in d. l. sciendum. nu. 9.*
17 *de verbor. obligat.* Secus quo ad † præiudicium aliorum; hoc enim casu militabit dispositio. *authen. si quis in aliquo. C. de edend.* Et ita declarat *Socin. cons. 266. in princ. lib. 2.* post *Innoc. & Cardin. in cap. fin. de fid. instrument. Anton. in c. vlt. de successio. ab intest. Galles. ad form. obligat. Camer. p. 3. tit. de praamb. ipsius processus. vers. amplius nota. n. 2.*

Tutius igitur poterat dici, quod huiusmodi confessio fuit facta de anno 1575. quasi viginti annis elapsis; Vnde succedit communis conclusio Doctorum, quod post elapsa tempora
18 † ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, confessio mariti præiudicat etiam creditoribus, & tertio possessori, & etiam quod non præcesserit dotis promissio. *glos. in l. 1. in verb. facti. C. de dot. caut. non numer. Bart. in l. assiduis. n. 11. C. qui potio. in pignor. Aretin. cons. 86. diligenter consideratis. n. 3. col. 2. vers. & quod confessio.* vbi de communi. *Alexand. cons. 90. viso instrumento. col. 2. vers. pro hoc etiam. num. 5. lib. 3.* & ibi *Addit. in verb. dotis,* vbi dicitur hanc opinionem esse veriorem. *Gozzad. cons. 42 in casu proposito. nu. 13. col. 3. vers. quinto licet instrumentum. Aym. cons. 40. n. 6. vers. sed opinio.* vbi dicit ita esse omnino, & necessario tenendum, subdens hoc intelligi, quando creditores habuissent causam à marito post lapsum tempus opponendi; Si enim intra tempus, &
19 ignorabant talem confessionem †, videtur concedenda restitutio ad opponendum ex capite ignorantiæ; quæ restitutio cessat, quando habuerunt causam lapso tempore, quia tunc nunquam eis competijt talis exceptio. *Roland.* qui de communi, *cons. 85. num. 10. lib. 1. Socin. cons. 82. col. 1. lib. 3. Bald. Nouell. de dote. p. 10. num. 12. Gabr. de iur. dot. conclus. 4. num. 8.* Et veriorem hanc opinionem dicit *Menoch. præsumpt. 13. lib. 3. sub n. 15. vers. verius esse existimo. Caputaq. decis. 196. lib. 1.*

Præterea per testes examinatos ad instātiam Philomenæ colliguntur adminicula, ex quibus potest iustè præsumi, dotem verè numeratam fuisse, præsertim ex dicto Sebastiani secundi testis deponentis, se fuisse præsentem quando habuit maritus dotem; & ex depositione Cecchini primi testis, dum deponit vidisse solutionem pecuniarum, & audiuisse fieri occasione dotis Philomenæ; Quo casu etiam sola confessio fa-
20 cta à marito constante † matrimonio valet, quādo habet adminicula veritatis. *Bald. in rub. C. de priuil. dot. num. 4. vers. unde quaritur. col. 3. Socin. cons. 122. circa primum consultationis. nu. 7. col. 5. vers. tertio etiam concludo. lib. 3. Dec. cons. 536. in causa qua agitur. num. 10. colum. 3. vers. & quia confessio. Gozzad. consil. 42. in casu proposito. num. 13. vers. quarto instrumentum. col. 3.* vbi de communi, *Socin. cons. 82. super quæstionibus. col. 1. n. 3. vers. pro quibus facit. lib. 3.* vbi dicit, se ita vidisse consultum per viros doctissimos; & licet alias in disputando tenuerit contrarium, tamen ab hac opinione non esse in iudicando recedendum. *Gabr. d. conclus. 4. num. 4. de iur. dot.* vbi de communi. Et in specie quando vltra mariti confessionem accesserit testimonium vnius testis, quo asseue-
21 retur dotis numeratio, quod competant † huic doti priuilegia à iure veris dotibus concessa, magis communiter receptum esse testatur *Couarr. var. resolut. lib. 1. cap. 7. num. 6. vers. sic ex confessione. in fin.* vbi licet improbet inditiū illud, quod resultat, quando maritus post dotis receptæ confessionem exhibuit diu vxori alimē-
22 ta; cum † illa debeantur potius amore coniu-

gali, quam ratione receptæ dotis. ex *Gozzad. conſ. 28. nume. 23. & 32. Felin. Crot.* & alijs per eum allegatis. Tamen approbat inditium
13 illud, quod probatur † de parte dotis numerata; & iſtud, quod colligitur ex depoſitione vnius teſtis probantis veram numerationem; quod etiam ſequitur *Menoch. præſump. 12. num. 26. verſ. quarta eſt coniectura, & præſumpt. 13. num. 20. verſ. alias coniecturas. lib. 3.*

Maxime, quia in caſu, de quo agimus, non eſt ſimplex confeſſio dotis receptæ, ſed etiam exprimitur in quot vicibus, in qua moneta, & quo tempore; quæ omnia magis arguunt
24 veram dotis receptionem, cum † non ſit veriſimile, quod in omnibus inſtrumentum fuerit ſimulatum, vel ſuſpectum, cum tantis expreſſionibus. *Bartol. in authen. & ſi contractus. C. de fide inſtrument. Socin. conſ. 122. numer. 7. colum. 5. verſ. vna coniectura eſt. lib. 3.* Præſertim, cum concurrant aliæ coniecturæ à communiter accidentibus, cum non ſoleant viri indotatas mulieres accipere; & illa dotis conſtitutio veriſimilis eſt, inſpecta qualitate coniugum, & facultatibus dotantis, & mariti; vnde potius hoc attendendum eſt, quam aliqua fraudis ſuſpitio; prout hæc omnia ad caſum noſtrum conſiderat *Aym. conſ. 40. n. 2. verſ. & ſi dicas iſtud procedere. col. 1. & n. 4. col. 2. verſ. ſed in caſu noſtro.*

Neque obſtat depoſitionem Sebaſtiani ſecundi teſtis inualidam eſſe, cum videatur deponere, quod maritus in ſui præſentia habuit dotem, ſub rogitu Ser Giliotti notarij; & tamen in inſtrumento apparet ſolum de confeſſione dotis, non de vera receptione; Vnde videtur plenè credendum huic teſti contra inducentem, ſcilicet ad probandum, inſtrumentum dotis receptæ eſſe ſimulatum, non verum. *Socin. iun. conſ. 69. num. 11. volum. 1. Gabr. de teſtibus concl. 1. n. 13.*

Quia reſpondetur, in nullo contrariari inſtrumento, cum teſtis deponat ſe fuiſſe præſentem ſolutioni dotis, exprimendo locum, & alias cauſas ſcientiæ; & licet nominet notarium rogatum de inſtrumento, tamen ponit ſub dubio per verbum, ſi rectè recolo, quod Giliottus fuit notarius: Immo eum faciat teſtis mentionem, tam de ſolutione dotis, quam de inſtrumento hypothecæ, dicendo, quod de inſtrumento Giliottus fuit rogatus, prout verè conſtat illum fuiſſe rogatum; dicendum eſt, teſtem voluiſſe intelligere de hoc inſtrumento hypothecæ, non de illo ſolutionis dotis; cum ſemper curandum ſit, vt depoſitio teſtis, quan-
25 tum fieri † poſſit, ſuppleatur. *Alexand. conſ. 43. viſis, & ponderatis. colum. 7. num. 35. verſ. nam debet præſumere. lib. 4. Dec. conſ. 495. pro reſolutione. colum. 2. num. 5. & conſ. 342. in cauſa partus. num. 5. col. 3. verſ. ſed adhoc. Curt. de teſtib. concl. 60. n. 113.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum interdictum competit pro tacita hypotheca.*
2 *Tenor ſcripturæ, ad quam fit relatio, quando debeat totus referri.*
3 *Verba, prout, & ſimilia, quando ſient limitatiuè, conditionaliter, & cauſatiuè. n. 4. & 5.*
6 *Alimentorum diuturna præſtatio comprobat confeſſionem dotis factam per maritum.*
7 *Dotis conſtitutio probatur per coniecturas.*

¶ N. 2. *poſt verb.* Martij 1580.

Et coram Cardin. Seraph. Romana vineæ. 26. Iunij 1598. Vbi ampliat quamuis eſſemus in tacita hypotheca generali. *per tex. in l. fin. C. qua*
1 *res pign. oblig. poſſ.* † Cum etiam Saluianum competat pro tacita hypotheca. *Gabr. conſ. 44. num. 1. lib. 2. Menoch. de adipiſcen. rem. 3. num. 55. Rot. per eundem Card. Seraph. Romana de Comitibus. 27. Maij 1581.*

¶ N. 15. *poſt verb.* ſecunda ratio.

Non obſtat, quod debeat referri totus tenor
2 ſcripturæ, ad quam fit relatio, † vt probet. *Bal. in l. 2. num. 4. C. de error. aduocat. Maſcard. concluſ. 1319. num. 21.* Sicut dicimus de venditione facta per procuratorem referentem ſe ad mandatum, de quo non conſtat. *Afflict. deciſ. 273. Socin. conſ. 266. lib. 2. Gerard. ſingul.*
3 *39. in fin.* † Quia procedunt, quando verba, prout, & ſimilia ponerentur per modum diſpoſitionis, ſecus relationis: ſi enim præceſſit diſpoſitio certa, & perfecta, verba, quæ ſequuntur perfectionem actus, non mutant ſubſtantiam, cum ponantur per modum relatiuum. *l. demon-*
4 *ſtratio falſa. §. de condit. & demonſtr.* † Sicuti quando adijcitur tempus poſt diſpoſitionem puram, non fit legatum conditionale. *l. ex his verbis. C. quand. dies leg. ced. Dec. conſ. 322. nu. 4.* Et ita intelliguntur tradita per *Iaſ. in l. admonendi. in 1. lectur. nu. 29. & in 2. lect. nu. 40. de iurtur.* Vbi quod iſta verba, prout, ſecundū,
5 ſicut, & ſimilia, ponuntur pro quia, † non conditionaliter, ampliando ad contractus, vltimas voluntates, & diſpoſitiones legales, & ita etiam diſtinguit *Caual. q. 44.*

¶ N. 23. *poſt verb.* alias coniecturas. lib. 3.

Licet etiam operaretur inditium illud non admiſſum per *Couarr.* quod ſit comprobata confeſſio dotis facta per maritum ex diuturna
6 præſtatione alimentorum † ſecundum *Soc.* qui de communi *conſ. 82. colum. 2. lib. 3. Aym. conſil. 40. num. 2. Natt. conſil. 547. num. 25. Cephal. conſ. 448. num. 23. Surd. de alimen. tit. 8. priuil. 22. num. 17.*

¶ N. 24.

¶ N. 24. ad med. *vers.* sed in casu nostro.

Cum etiam constitutio dotis probetur per
9 coniecturas. † *Bald. in l. cum citra.* C. *de iur. dot. Ias. in §. fuerat. num. 29. instit. de action. Rot. per Card. Lancellot.* Romana, *seu Sabinen. dotis. 13. Ianuarij* 1576.

E P I T O M E.

Notarius conficiens scripturam inter partes, in qua testes se subscripserunt, an dicatur illam scripsisse, vt tabellio, vel vt amicus.

S V M M A R I V M.

1 *Scriptura facta à notario, vt amico, non dicitur publica, neque probat.*
2 *In apochis priuatis requiritur signum Archiuij secundum constitutionem.*
3 *Notarius præsumitur in dubio scribere vt tabellio.*
4 *Maxime quando fit mentio de notariatu, & appositione signi.*
5 *Officialis faciens mentionem de officio videtur facere actum tanquam officialis.*
6 *Notarius adhibens solemnia requisita ad publicum instrumentum censetur se subscribere tanquam notarius, etiam quod non exprimat nomen, & officium notariatus.*
7 *Subscriptiones testium non fiunt in scripturis publicis. Contrarium nu. 9.*
9 *Quæ ex abundanti ponuntur, non vitiant.*

Decisio CIV.

IN productione scripturæ ad instantiam Bartholomęi Marseni de Macerata contra Nicolaum Bonium dubitabatur, an notarius illam scripserit vt tabellio, an vero vt
1 amicus: si enim scripsit vt amicus,† non est publica, neque probat. *l. scripturas.* C. *qui potior. in pignor. hab.* nec meretur executionem petitam iuxta formam statuti, maxime cum non
2 fuerit † archiuiata, prout requiritur in apochis priuatis iuxta constitutionem Archiuij, de qua in processu fol. 58. Et conclusum fuit, quod
3 scripserit vt tabellio, prout † præsumendum est in dubio ad hoc, vt actus valeat, & quia ita consuetum est fieri. *Natta cons. 146. n. 8.* post *Felin. in. c. ex literis. col. pen. de fid. instrum. Bal. in rub.* C. *eod. tit. nu. 8. vers. sed hic dubitatur. col. 3. Rom. cons. 315.* qui loquitur de scriptura facta à notario tanquam priuato homine.
4 Eo magis, quia in subscriptione, de qua agitur, apparet, quod notarius scripsit huiusmodi scripturam tanquam notarius, quia facit mentionem de notariatu, & appositione signi. Vnde
5 ex quo fit mentio † de officio, videtur facere actum tanquam officialis. *Alex. cons. 48. in causa & lite. lib. 5.* Immo † etiam notarius sub-
6 scribens instrumentum simpliciter non exprimendo officiū, aut nomen notariatus, satis censetur se subscribere tanquam notarius, quando adhibuit solemnia requisita ad publicum instrumentum, *Aym. cons. 150. nu. 3. & cons. 72.*
7 Non obstat † in dicta scriptura esse subscriptos testes, quæ subscriptiones non fiunt regulariter in scripturis publicis, sed potius in priuatis. *Bald. in l. in donationibus. 31. ad med. vers. istam subscriptionem.* C. *de donation.* Quia
8 non vitiant, † quæ ex abundanti ponuntur, cum
9 etiam † subscriptiones testium conueniant publicis scripturis, & instrumentis. *l. antiqua. in princ.* C. *ad Velleian. Alex.* in specie *cons. 48. in causa, & lite. n. 6. lib. 5.*

Decis. Marchiæ.

E P I T O M E.

Mandatum productum post sententiam, an illam conualidet, ita vt non possit dici de eius nullitate, & quid stante protestatione partis petentis illud exhiberi.

S V M M A R I V M.

1 *Iudicium redditur nullum si non apparet de mandato.*
2 *Exceptio nullitatis mandati potest quandocunque opponi.*
3 *Iudex ex officio potest aduertere ad nullitatem mandati.*
4 *Mandatum potest probari per testes ad sustinendum processum.*
5 *Mandatum sigillo Iudicis munitum probat sine notario, & testibus.*
6 *Enunciatio mandati in scriptura authentica conualidat processum.*
7 *Mandatum debet produci ante conclusionem in causa, vel ante sententiam. Contrarium num. 9.*
8 *In causa appellationis possunt produci non producta.*
10 *Gesta falsi procuratoris non possunt ratificari in præiudicium partis post sententiam. Contrarium num. 11. & 12.*
13 *Dominus vtendo processu falsi procuratoris videtur ipsum ratificare.*
14 *Actus inualidus confirmatur per vsum illius.*
15 *Approbatio, tam de dicto testium, quam de illorum persona, fit illis vtendo.*
16 *Iudicium non validatur, si est oppositum de mandato, & fuit neglectum produci. Amplia vt num. 17.*
18 *Sententia lata contra protestationem partis petentis exhiberi mandatum, est nulla. Intellige vt n. 19. 20. & 21.*

Decisio CV.

QVando non apparet de legitima potestate comparentis, iudicium redditur nullum tanquam agitatum à persona
1 non † habente auctoritatem, & mandatum. Ita vt quandocunque ista exceptio possit opponi. *c. in nostra. in fin. de procur. Alexand. cons. 191. perspecto instrumento. colu. 2. n. 6. vol. 6. Vant. de nullit. ex defectu mand. n. 59.* vbi subdit id fa-

S 3 tis

tis probari, cum ex processu non constat ipsum
2 comparentem † esse talem ; quamuis enim de
facto admissus fuerit tanquam procurator, &
pars non opposuerit ; tamen ad detegendum
nullitatem gestorum, sufficit quandocunque
excipere, & istam negatiuam ita dicit ex actis
probari, *Bald. in l. licet. prope fin. num.* 10. *C.*
de procur. Alex. cons. 147. *visis dubitationibus.*
in princ. num 4. *lib.*6. Quinimmo Iudex etiam
ex officio suo in causa appellationis, quo ad hu-
3 iusmodi nullitatem poterit † aduertere. *Capic.*
*decis.*1.*n.*12. *vers. an autem.* post *Castr. in l. ita*
demum. C. de procur.

In causa tamen Iacobi Francisci cum Ioanne
Paulo de Æsio, quia pars obtulit probare man-
datum præcessisse, dictum fuit esse concedēdum,
neque debere declarari processum nullum : ex
quo enim agimus de actu præterito, videlicet
nunquid talis fuerit procurator, ad sustinendū
4 processum poterit idem † comparens manda-
tum suum probare per testes. *Bald. in l. gesta.*
*col.*2.*n.*11.*vers. quaro nunquid acta. C. de re iud.*
*Ang. cons.*292.*visis omnibus. col.*1.*n.*3.

Immo etiam sufficeret producere procurato-
rium sine subscriptione notarij, & absque testi-
5 bus, dummodo esset signatum sigillo † alicuius
Iudicis ordinarij. *Felin. in cap. post cessionem.*
*col.*4. *vers. fallit sexto. de probat.* Et ita seruari
per *Rotam* dicit *Vant. de nullit. ex defec. mand.*
*n.*70. vbi *in fin.* subdit satis esse, si enunciaretur
6 procurator in alia scriptura authentica : † talis
enim enūciatio, etiam inter alios emanata pro-
cessum conualidaret, quando scilicet tenor to-
tius instrumenti de verbo ad verbum insereretur.
*Boer. decis.*281.*Roman. cons.*63. *Bal. in l. si*
donatio. C. de donatio.

Non obstat, quod amplius mandatum non
7 possit produci, cum hoc debeat fieri † ante con-
clusionem in causa. *Alex. cons.* 101. *Visis omni-*
*bus. col. fin. n.*8. *lib.*5. *Doct. in c. is qui. de procur.*
in 6. vel ante sententiam. *Socin. in l. multum in-*
terest. col. pen. de cond. & demonstr.

Quia respondetur, quod immo sufficit huius-
8 modi productionem fieri in causa † appellatio-
nis interpositæ à definitiua, cum in ea possint
produci non producta. *l. per hanc. C. de temp. ap-*
9 *pell.* prout in specie dicit *Ang. cons.* † 292. *visis*
*omnibus actis. col.*2. *nu.*4. & *col. vlt. n.*6. *Crescēt.*
decis. 2. *alias* 40. *in fin. de re iudic. Bald. cons.*
122. *vtrum d. processus. col.* 1. *lib.* 3. vbi inquit
valere processum, non facta fide de mandato, si
non fuit oppositum, & sufficit docere de eo,
quando opponitur ; & secundum hanc opinio-
nem *Rotam* iudicasse testatur *Aym. consil.*108.
in 1. *dub.* vbi dicit non esse de hoc dubitandum,
respondendo ad auctoritates Socini, & aliorum
supra allegatas, qui licet loquantur, quod man-
datum debeat produci ante sententiam ; tamen
non per hoc negant conualidari acta, si postea
fiat productio.

Non obstat prædicta esse intelligenda, quan-
do mandatum erat factum ante sententiam in
prima instantia; secus post illam, quia tunc rati-
10 ficari † non possunt gesta falsi procuratoris in
præiudicium partis, vt per *Rot. decis.*12. *nota*
quid gesta. in antiq. refert, & sequitur *Aym. d. cō-*
*sil.*108.*n.*1. Quia contrarium est verius, quod
etiam post sententiam, & quandocunque domi-
11 nus, eam possit ratificare, † licet fuerit per par-
tem impugnata ex defectu mandati, & consen-
sus sui; cum generaliter ratihabitio de sui natu-
ra retrotrahatur, & mandato comparetur, con-
firmando ea, quæ ab initio inualida fuerunt. *l. li-*
*cet. de iudic. l. fin. C. ad Macedon. glos. in cap.*4.
qui matrim. accus. poss. Felin. in c. sicut tuis. de si-
12 *mon.* & ita † in specie concludit *glos. in l. si ma-*
ter. §. hoc iure. in verb. deducit. & ibi Bartol. de
*exceptio. rei iudic. Imol. in l. sæpè. col.*25. *de re*
*iudic. Angel. in §. præterea. il secondo. col.*3. *in-*
stit. de except. vbi dicit ita esse tenendum, & vi-
disse practicari. *Ias. in l. licet. col.* 3. *C. de pro-*
cur. Vant. qui magis de communi, *in tit. quali-*
*ter sentent. nulla defend. poss. num.*102. *& num.*
105. *Felin. in c. causam. col. penult. vers. sed deue-*
*niendo. num.*9. *de iudicijs.* vbi quod ab ista opi-
nione tanquam magis communi non est recedē-
dum in iudicando, & consulendo, quicquid Ro-
ta contrarium dixerit ; subdens, quod pars sibi
debet imputare, cum non opposuerit in toto
iudicio talem oppositionem ; quam quidem po-
terat deducere, & opponere. *Aegid. decis.* 29. *de*
re iudic vbi dicit ita seruari.

Præterea ex quo dominus principalis in casu
nostro simpliciter vsus fuit processu per dictum
13 falsum procuratorem eius nomine † facto ; di-
cendum est, quod per talem vsum videtur ip-
sum ratificare. *Vant. in tit. qualit. sent. null.*
defend. poss. num. 103. cum magis sit facto fa-
cere, quam ore pronunciare. *l. si tamen. §. et*
qui. de adil. edicto. c. delecti filij ; & ibi glos. in
verb. facto. de appellat. Vnde videmus, quod
vtendo quis instrumento alienationis, vel ali-
14 quid ex eo percipiendo, confirmat † illud, si ex
defectu consensus erat inualidum. *Dec. cons.*58.
col. 1. *num.* 2. Prout etiam dicitur facta ap-
probatio, tam quo ad dicta testium, quam quo
15 ad illorum † personam, illis simpliciter vtendo.
*Aym. cons.*73. *Anchar. cons.*10. *Aret. cons.*125. *col.*
1. *Roman. cons.* 54. *visis.*

Bene verum est, quod quando à principio est
16 appositum de mandato, & fuit † neglectum
produci, tunc non validatur iudicium antea fa-
ctum. *Bart. in l. si popul. §. item si procurator.*
*ff. de neg. gest. & cons.*73. *quaritur vtrum pro-*
*curator. Vant. de nullit. ex defec. mand. nu.*114.
*vers. tertio principaliter. Rota Genuen. decis.*54
*num.*5. *in fin.* Immo licet is, qui obtinuit, vere
17 esset procurator; tamen † cum de illius manda-
to non constat ex actis, & per partem fuit op-
positum, non audiri, nisi docto de legitimo
18 mandato, sententia † est ipso iure nulla tan-
quam lata contra protestationem partis, quam-
uis vere esset procurator: quod procedit etiam
in procuratore minoris, stante huiusmodi pro-
testatione. *Rot. diuers. decis.* 105. *p.* 1. Si ta-
19 men Iudex † reiecisset istam exceptionem oppo-

posi-

positionis mandati, pars non appellando videtur tacite acquiescere reiectioni; dummodo
30 pars semper ferè non repetiisset† dictam protestationem, ex qua apparet de eius voluntate, quod non acquieuit reiectioni iudicis. *Rota ibidem num.5.* Et licet posset appellari si pars opponat de mandato, & iudex negligat oppositionem; Tamen etiam si non appelletur, processus
31 est † nullus post oppositionem, etiam si ostendatur postea mandatum legitimum; Nam quamuis si non opponatur de mandato, possit de eo quandocunque doceri, etiam post sententiam; Tamen si opponatur, debet tunc exhiberi, alias processus est nullus. *Gabr. consf.25. ad fin. lib.2. post Franc. in cap. ex parte. colum. 3. in fin. de appellat.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum procuratoris potest probari per testes. Fallit in mandato ad exigendum, & recipiendum solutionem. num. 2.*
3 *Reuocatio procuratoris potest fieri per testes*
4 *Procurator constituitur per nuncium, & per litteras missiuas, & an eodem modo reuocetur. num. 5.*
6 *Sententia super notorio valet, quamuis de illo non constet, si postea probetur.*
7 *Processus in contumaciam est validus, si post sententiam de ea appareat.*
8 *Sententia super re iudicata non debet exequi, si superuenit causa ob quam constet de iniquitate, ita è contra est exequenda, si postea iustificetur.*
9 *Mandatum quando possit produci post sententiam, & conclusionem in causa. num. 10. & 12.*
11 *Conclusio in causa est terminus exclusiuus omnium probationum.*
13 *Oppositio, & protestatio in iudicialibus debet repeti in vnoquoque actu.*

¶ Nu. 4. *post verb.* omnibus. colum. 1. num. 3.

Et quamuis videatur ista opinio habere difficultatem, cum multi teneant contrarium, de quibus per *Doctor. in l. 1. & l. maritus. C. de*
1 *procurat.* † Tamen ab ea non est recedendum tanquam magis communi, veriori, & in iudicijs approbata. *Azo. in summ. C. de mandat. princip. Bart. & Angel. in l. non solum. §. qui alieno. de procurat. Mascard. conclus.* 1010. *num.* 1. Quicquid aliud sit in mandato ad exi-
2 gendum, & recipiendum solutionem, † quod non poterit probari per testes. *Bald. in l. falsius. 19. colum. penult. vers. vtrum autem mandati. C. de furt. Boer. decis.* 281. *præsuppono. num. 2.* Sicut enim reuocatio procuratoris potest fieri
3 per testes. † *cap. ex insinuatione. de procur.* Ita quoque constitutio, & probatio constitutionis.
Maxime, quia etiam per nuncium potest consti-
4 stitui procurator. *l. 1. de procurat.* † Et per litteras missiuas, seu epistolas. *clem. 1. de procurat. Caputaq. decis.* 183. & 185. *p. 2.* Vbi etiam *num. 6.* quod satis est habere iura facientia ad causam, vt quis admittator in procuratorem. Dummodo non sit domesticus, sufficit enim qualitercunque constare de voluntate eius, pro quo ad causam venit. *Vital. in clem. 1. num. 16. col. 2. in fin. vers. venio ad partem primam. de*
5 *procurat.* † Prout etiam per litteras missiuas mandatum reuocatur. *Paris. de resignatione. quæst. 28. lib. 9.* vbi testatur de magis vera opinione, quod procurator habens mandatum ad renunciandum, recipiens litteras à constituente, in quibus dicat, quod de negotio resignationis nihil faciat, nisi denuo certior fiat, satis erit, vt vlterius non procedat, cum illa verba, sint loco intimationis reuocationis mandati; licet enim non sit reuocata voluntas, cessat tamen vsque ad nouas litteras.

¶ N. 9. *post verb.* fiat productio.

Put. decis. 383. *num.* 11. *lib.* 2. *Crescent. decis.* 4. *de procurat. Achill. decis.* 6. *num.* 2. *eod. tit.* Et sæpius ita decisum testatur *Rot. coram Cardin. Seraphin. Burgen. de cardenna.* 23. *Ianuarij* 1598. *& per Cardin. Pamphil. Anconitan.* 25. *Maij* 1587.
Prout dicimus de sententia lata super decla-
6 ratione notorij, quæ sustinetur, † quamuis tunc de illo non constet, si postea probetur. *Innocen. in cap. 2. num. 9. de cohab. cleric. Afflict. decis.* 178. *num.* 7. Idem de processu facto in contumaciam, & audientiam contradictarum, qui valet, quamuis non constaret de contumacia, quæ
7 vere aderat, si post† sententiam probetur. *Vestr. in prax. lib. 4. cap. 4. nu. 5.* Itaut prędicta procedant, quamuis sententia transisset in iudicatum, quæ potest iustificari ex nouiter deductis.
8 *Caputaq. decis.* 115. & 154 *p. 3.* † Vbi quod sicut sententia in iudicatum transacta, non debet executioni demandari, si superuenit causa, per quam constet de illius iniquitate. *Felin. in cap. inter cæteras. 9. colum. penult. vers. amplia etiam si ista notorietas. nume. 11. de re iudic. Afflict. decis. 28. num. 6.* Ita è contra res iudicata quantumcunque iniqua, si postea iustificetur est exequenda, vt contrariorum eadem sit disciplina. *l. 1. de his qui sunt sui, vel alien. iur.*

¶ N. 10. *post verba.* consil. 108. num. 1.

Et hanc esse magis æquam sententiam, quamuis contraria sit receptior, dicit *Mandos. reg. 29. quæst. 10. num. 4. & reg. 34. quæst. 39. numer. 6.* vbi testatur ita seruari in Rota, in qua aliquando approbatur opinio contra communem, si esset æquior, prout dicit esse in hoc casu per *d. decis. 12. nota quod gesta, in antiq.* quæ alias est
9 *decis. 1. de procur. etiam in antiq.* † Immo non

so-

solum gesta per non procuratorem non poterunt ratificari post sententiam secundum prædictam opinionem, sed neque post conclusum in causa. *Cassador. decis.* 40. *super regul. Mandos. regul.* 29. *quæst.* 10. *num.* 5. post *Rot. decis.* 148. *nota quod vbi est conclusum. in antiq. Menoch. Vant.* & alij per *Monter. decis.*40.*nu-*
10 *mero* 64. & 65. † Hæc enim à pari procedunt, sententiam esse latam, & conclusum in causa. Itaut post conclusionem non dicatur amplius iudicium. *Mandos. form.* 7. *commiss. in verb.*
11 *pendeant indecisa. vers. contra vero.* † quasi conclusio sit terminus exclusiuus omnium probationum. *Ioan. de Amic. consil.* 6. *num.* 25. & *cons.* 108. *num.* 6. Et hanc Rotæ opinionem sequitur *Monter. decis.*40. *num.*69. vbi quicquid de iure communi alij controuertant, ita Ara-
12 goniæ practicatur, † quòd in gestis per falsum procuratorem nullum habentem mandatum non est locus post sententiam ratihabitioni: licet si illud adesset, quamuis de eodem non constaret tempore latæ sententiæ, Tamen verius est, quod sententia subsisteret, cum possit illud quandocunque produci, si non fuerit oppositum à Iudice, vel à parte, iuxta *d. cons. Aym.* 108. *nu.* 1. quem sequitur *Rot. diuers. decis.* 688. *num.* 2. *p.* 1.

¶ N. 21. in fin. *post verba.* de appellat.

Et quod in iudicialibus ista oppositio, & pro-
13 testatio, vt operetur, † debeat repeti in vnoquoque actu, est *decis. Mohed.*44. quem sequendam dicit *Rot. per Card. Seraphi. Parmen. statut.* 12. *Februarij* 1596. & voluit *Ias. in l. non solum. §. morte. num.* 13. *de nou. oper. nunciat. Felin. in cap. cum m. Ferrariensis. num.*68. & *ibi Rip. n.* 101. *de constit.*

EPITOME.

Iudex an possit compellere procuratorem ad exhibendum mandatum, si non opponatur. [Substituendi facultas an censeatur data si promittatur releuari indemnis, tam procurator, quam substituendus ab eo.

SVMMARIVM.

1 *Iudex potest compellere procuratorem ad exhibendum mandatum, etiam si non opponatur.*
2 *Litium finis concernit vtilitatem publicam.*
3 *Iudex potest impartiri officium suum non requisitus intendentibus ad bonum publicum.*
4 *Iudex supplet ex officio, vbi iudicium esset elusorium.*
5 *Executio potest fieri, etiam contra falsum procuratorem. Intellige vt n.*6. & 7.
8 *Obuiandum est casui, qui posset euenire.*
9 *Litium occasio non est præstanda.*
10 *Procurator constitutus simpliciter absque facultate substituendi non potest substituere antequam efficiatur dominus. Amplia vt num.* 11.
12 *Actus secundus videtur præsupponere primũ.*
13 *Verba aliud supponentia nihil disponunt super præsupposito.*
14 *Substituendi facultas non censetur data, etiam quod promittatur releuari indemnis, tam procurator, quam substituendus ab eo. Et quid operentur dicta verba. n.*20.
15 *Adiectio posita in executione nihil auget, si in dispositione nihil de ea dicatur.*
16 *Gratia non redditur valida si non exprimatur cura animarum, etiam quod adsit clausula, quod animarum cura non negligatur.*
17 *Gratia non faciens mentionem de beneficio electiuo non validatur per clausulam, quod quis per electionem assumi consueuerit.*
18 *Clausula executiua non exprimunt.*
19 *Verba debent aliquid operari.*

Decisio CVI.

IVdex ex officio suo potest compellere procuratorem ad exhibēdum mandatum, vel ad cauendum de rato, si de illo dubi-
1 tatur, alias poterit eum † repellere à limine iudicij, etiam si non opponatur; neque enim debet in vanum laborare, aut facere iudicium frustratorium. *glos. in c.* 1. *in verb. absentia. in fin. de elect. in* 6. quam sequitur *Dec. in c. causam quæ. num.*2. *col.*1. *vers. secundo nota. de iud.* vbi testatur esse magis communiter approbatã. *Bald. in l. licet. n.*9. *col. fin. vers. sed hic quæritur. C. de procurat. Roman. consil.* 67. *n.* 5. *Ripa in l.* 1. *§. hoc autem iudicium. num.* 49. *ff. de damn. infect. Vant. in tit. quis possit. dicer. de nullit. n.*45. & ab ea non esse recedendum tanquam magis recepta opinione, dicit *Iacob. de S. Georgio in d. l. licet. num.*9. *Duen. reg.*264. *in fin.* vbi etiam in iudicando ita seruari testatur.
2 [Ratio est, quia hoc respicit † vtilitatem publicam, vt sit litium finis. *c. finem litibus. de dol. & contum.* & quoties officium Iudicis tendit
3 ad bonum publicum, † Iudex potest illud impartiri, etiam non requisitus. *Bartol. in l.* 4. *§. hoc autem. de damn. infect. Abb. in c. bona memoria, il primo, de postulat. prælat. Gul. Benedic. in cap. Raynutius. de elec. n.*60. *par.* 1.

Præterea adest ratio, quia iudicium posset
4 esse elusorium, quo casu Iudex potest † supplere ex officio. *Dec. in d. c. causam quæ. num.* 2. *de iudic.*

Non obstat, quod iudicium non reddatur il-
5 lusorium, cum executio possit fieri † contra falsum procuratorem. *l. plautius. de procurat. l. si se non obtulit. de re iudic.* & propter dictam rationem ita tenet *Bartol. & Imol. in l. inter quos. §. alieno. de damn. infect. Felin. in d. c. causam quæ. de iudic. num.*1. vbi dicit hanc opinionem esse communem, quod Iudex non possit ex officio opponere contra inhabilitatem personæ.

Quia respondetur magis æquã, & communem esse contrariam opinionem, ex supra allegatis;
6 cum præsertim non sit omnino certum † executionem habere effectum contra procuratorem.

rem. Nam multi sunt casus, in quibus iudi-
cium potest esse frustratorium, cum possit ha-
bere iustam causam litigandi, itaut non tenea-
tur. d. l. plautius; & quia forte non condemnabi-
7 tur † procurator, sed dominus, secundum nota-
ta in l. 1. C. de sentent. & in l. licet. C. de procu-
rat. Oec. in d. cap. causam quæ. n. 2. de iudic. &
ibi Felin. n. 1. in fin. vnde prouidendum est, &
8 obuiandum † casui, qui posset euenire. Cardin.
in cap. innotuit. quæst. 5. vers. item circa præ-
dicta. de arbitr. [Vltra quod militat alia ratio,
ne lis sopita valeat suscitari, cum hoc modo
non imponatur finis litibus, sed potius occasio
9 illarum † præstetur, contra l. litibus. C. de agric.
& censit. lib. 11. l. quidam. ff. si cert. petat. l. pro-
perandum. C. de iudic. & ita sernatum fuit in
multis causis.

Item, quia in causa Iacobi Calisti de Firmo
10 procurator erat constitutus † simpliciter, & da-
tus absque facultate substituendi; dictum fuit
nihil agere, si alterum substituat antequam
dominus efficiatur per litis contestationem. l.
quod quis. C. de procurat. l. si procuratorem. §.
1. ff. mand. c. 1. de procur. in 6. V ant. de nullit.
ex defect. mand. n. 131. vbi ampliat ad omnes
11 † alios non habentes potestatem talia faciendi
à iure, vel ab homine.

Neque obstat, quod in mandato, licet non
fuerit data facultas substituendi expressè, ta-
men videtur posse colligi, ex quo dominus re-
leuat ipsum procuratorem indemnem, vel ab eo
substituendum. Vnde faciendo secundum actũ,
12 videtur fecisse † primum. l. ad rem mobilem. &
l. ad legatum. de procurat. l. illud. C. de acqui-
ren. hæred.

Quia respondetur, quod dicta verba non
13 sunt dispositiua, ideo tanquam † aliud suppo-
nentia nihil possunt disponere super eo quod
præsupponunt. l. ex facto, la prima, ff. de hæred.
instit. clem. 1. de præb. in fin. [Et ita in specie
procuratoris, quod non censeatur data facultas
14 substituendi, etiam quod promittatur † releuari
indemnis, tam ipse, quam substituendus ab eo,
est decis. Rota 23. de procurat. in antiq. & de-
cis. 1. in antiquior. per Bisign. quod dicit esse
menti tenendum, & non esse alibi. Roman. sin-
gul. 214. incip. vltimo tu scis. Gemin. in cap. 1.
§. licet. col. 2. n. 5. de procur. in 6. Alex. cons. 17.
num. 6. & 7. lib. 2. & cons. 126. nu. 5. vol. 5. V ant.
de nullit. ex defect. mand. n. 111. Bellam. decis.
8. incip. verba. in princip. Felin. in cap. licet in
corrigendis. col. 4. ad med. vers. contrarium
decidit. n. 7. de offic. ordin. & in c. sedes. col. 8. in
sexta declaratione. vers. intellige tripliciter. de
rescript. vbi firmat conclusionem, quod adie-
15 ctio posita in executione nihil auget, etiã quod
vis verborum videatur aliud sonare, si in di-
spositione nihil de illo dicatur. [Nam dicta
plenitudo verborum videtur præsupponere,
quod actus principalis fuerit ample dispositus;
quo præsupposito non extante, nihil disponent.
clem. 1. de præb. vbi si Papa in collatione appo-
suerit clausulam, prouiso, quod animarum cura
16 imminens † non negligatur, non per hoc gra-
tia redditur valida, si dicta cura animarum
non fuerit narrata. [Idem si in gratia non fue-
rit facta mentio de beneficio electiuè, quia non
17 † validatur ex eo, quod in clausula, inhibentes,
facta sit mentio, quod quis per electionem assu-
18 mi consueuerit; clausulæ enim † executiuæ non
exprimunt, Vnde debent esse verba dispositiua
fundantia gratiam. Felin. in c. in corrigendis. col.
4. num. 7. de offic. ordin. post Imol. in clem. 1. de
præbend.
19 Non obstat, quod dicta verba † non debent
esse superflua, & sine virtute aliquid operandi.
cap. si Papa. de priuil. in 6. Quia operabun-
tur releuationem substituti, casu quo procura-
20 tor iure suo poterit substituere, puta † post li-
tem contestatam. d. clement. 1. Aegid. decis. 8.
Felin. in d. cap. licet in corrigendis. num. 7. col.
4. ad med. versic. contrarium decidit. de offic.
ordinar.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 Clausulæ apposita in parte executiua, non augent, neque tollunt actum. Declara vt num. 4.

2 Clausula, appellatione remota, in parte executiua non comprehendit contradictores de iure, sed solum de facto, neque excusat ab attentatis. num. 3.

¶ N. 1. post verba. cons. 67. n. 5.

Marsil. in l. si quis nec quæstio. numer. 11. de quæstion. Vasq. de success. progr. lib. 2. cap. 16. num. 2.

¶ N. 14. post verb. cons. 126. n. 5. vol. 5.

Aym. cons. 186. n. 3. ad fin. vers. non obstant. & cons. 920. n. 2. Surd. cons. 195.

¶ Num. 18. post verba. in clem. 1. de præbend.

Et regulariter clausulæ appositæ in parte
executiua gratiæ, vel cuiuslibet actus, non
1 augent gratiam, † neque actum, neque tollunt
subreptionem. Felin. in cap. nonnullis. nume.
27. conclus. 15. de rescript. Caputaq. decis. 83.
num. 3. p. 1. Rot. diuers. decis. 532. num. 7.
p. 1. Ludouic. Molin. de Hispan. primogen. lib.
4. cap. 2. num. 24. Put. decis. 177. lib. 1. Ideo
2 † etiam clausula, appellatione remota, posita
in parte executiua litterarum non comprehen-
dit contradicentes de iure, sed solum de facto.
Abb. in cap. pro illorum. num. 9. de præben. Fe-
lin. in cap. super eo. numer. 8. de offic. delegat.
Achill. de Graß. decis. 4. num. 11. de sent. excom-
3 munic. Put. decis. 271. num. 6. lib. 3. † Neque ex-
cusat ab attentatis, vt est decisio Rot. coram
R.P.D.

R. P. D. *Lancellot. Calaguritana beneficij.* 18. *Aprilis* 1603. recedendo à decisione contraria facta *coram R. P. D. Corduba. Calaguritan.*
4 *beneficij.* 30. *Octobris* 1593.† Intelligendo quando in istis clausulis executiuis non disponitur principaliter illud, quod ex eis comprehendi prætenditur, sed solum obiter, incidenter, & ad alium finem fit mentio de aliquo, quod non erat comprehensum sub principali dispositione, cum secus sit quando ex proposito post gratiæ concessionem illud dictum fuerit; tunc enim illa clausula sufficeret in quacunque parte adijciatur, vt illud dispositum censendum sit; & operaretur eosdem effectus, quos principalis dispositio operatur, vt post *Felin. Ancharan. Imol.* & alios per eum allegatos, declarat *Molin. de Hispan. primogenit. lib. 4. cap. 2. num.* 50.

¶ N. 20. *post verba*. de offic. ordin.

Et quatenus etiam dicta verba essent superflua, potius dicendum est illa esse toleranda, quam quod habeant facultatem disponendi. *Surd.* in specie *decis.* 195. *num.* 9. *versic. & non obstat.* post *Marsil. sing.* 60.

EPITOME.

Quando, & in quibus causis possit aliquis cogi ad constituendum procuratorem, & quid in pluribus hæredibus, tam actoribus, quam reis.

SVMMARIVM.

1 *Procuratorem constituere in causis arduis nemo cogi potest.*
2 *Etiam si causa sit super interesse.*
3 *Quando sunt plures hæredes, tenentur constituere vnum procuratorem. Declara vt n.* 5.
4 *Vniuersitas cogi potest ad creandum sindicum.*
6 *Iudicium potest diuidi.*
7 *Origo debiti si sumpsit originem in persona vnius, plures succedentes, in locum vnius debent constituere procuratorem, secus si à principio sint plures debitores.*
8 *Actor tenetur constituere procuratorem, quando natura rei, aut negotij hoc patitur.*
9 *Idem quando sunt plures actores simul, & rei in duplicibus Iudicijs.*
10 *Mercatores qui conueniuntur redhibitoria ex dispositione legis, vel quanti minoris, tenentur constituere procuratorem.*
11 *Plures tutores an teneantur constituere vnum procuratorem.*

Decisio CVII.

Petebatur in aliquibus causis, in quibus aderant plures principales, deueniri ad constitutionem vnius procuratoris. Et cū dubitaretur, an huiusmodi petitio esset admit-
1 tenda, dictum fuit, regulariter† non posse aliquē cogi ad constituendum procuratorem in causis arduis, nisi velit. *cap. 2. de procur. Innoc. in c. exposuit. in verb. teneri. n. 2. de dilation.*
2 Ampliа †etiam, quod causa sit super interesse, quod quando est magnum, & adest graue præiudicium, facit vt dicatur causa grauis, ita vt non teneatur quis constituere procuratorem. *Afflict. decis.* 50. *num.* 5. Et quæ dicantur causæ graues, *Hostien. in cap. 2. col. 2. in verb. cogi de procurat.*
3 Adde tamen, quod in pluribus † hæredibus non habet locum præfata regula; sed necesse erit dare vnum procuratorem, ne defensio per plures personas scissa, afficiat aliquo incommodo actorem. Aliud est in hæredibus actoris, quibus non imponitur necessitas; vt litigent per vnum. *l. iam tamen. §. si tamen. ff. iudic. solu. Franc. decis.* 309. *p.* 2.
4 Idem est in † vniuersitate, quæ cogitur facere Sindicum. *l.* 4. *ff. de fideicommiss. libert.* & ibi *Add. ad Bart.* & declarant *Doctor. in l. non potest. la prima, de reg. iur. Bald. in l. si familiæ. ff. famil. ercisc.*
5 Quod autem dictum est de † hæredibus, intelligendum est tunc cogendos esse dare vnum defensorem, quando iudicium esset cœptum cum defuncto; secus autem est quando non esset cœ-
6 ptum cum eo. Ratio est, quia iudicium potest diuidi; cum per legem duodecim tabularum diuidatur actio inter hæredes. *Bart. in l. iam tamen. §. si tamen.* post *glos. ibi in verb. per plures. ff. iudicat. solu. n. 3. in secunda oppositione,* & ibi *Castren. n. 2. in fi. & Ang. sub num. 1. vers. ibi nam & plures*; subdens, quod de facto contrarium fuit iudicatum per imperitiam iudicis, secundum *Rainer. & Bartolum* sequitur *Iaf. in l. 4. §. cato. q. 4. in fin. num.* 50. *de verbor. obligat.* Et ita intelligitur *text. in d. l. iam tamen.* secundum *Angel. in l. si quis procuratoris. §. vnius in princ. de procurat. post glosam ibi in verb. prohibitum,* vbi etiam *Bart. in 2. no-*
7 *tab.* dicit, quod aut origo † debiti sumpsit originem in personam vnius; & tunc plures succedentes in locum vnius, debent constituere vnum procuratorem, vt plures hæredes vnius debitoris; sed si à principio sunt plures debitores, tunc quilibet potest constituere suum procuratorem, quia numerus eorum, qui in vnius locum succedunt, pro vna persona reputantur. Et hoc fuit prius de mente *Bartoli in d. §. vnius,* vbi dicit aduertendum, vtrum causa, de qua agitur habuerit initium in vna persona, an in pluribus; vt in primo requiratur vnus procurator, in secundo plures. Et hoc etiam sequitur *Socin. Iun. in l. 4. §. cato. n.* 142. *vers. sicut enim ex parte. de verbor. obligat.* prout idem dicit *Florian. in l. si familiæ. ff. famil. ercisc.* vbi præsupponit mortuum litigatorem pluribus relictis hæredibus; quia tunc non scinditur iudicium, sed vnius loco habentur. *Castrens. in d. §. vnius. in fi.* Idem voluit *Bald. in l. 4. n.* 13. *in fi. col. 3. vers. sed pone è contra. C. de aedilit. action.* vbi si in vna persona originali in plures distribuitur obligatio, vnus procurator dandus

dus est. *l. quod si nolit. §. si plures. ff. de adil. act.*

8 Intelligendum † tamen est, quod etiam actores tenentur constituere vnum procuratorem, quando natura rei, aut negotij hoc patitur, vt per *Bartol. & alios in d. l. si quis procurat. §. vnius. de procurat.* Idem *Bart. in l. 4. §. cato. de verbor. obligat. q. 4. Florian. in l. si familia. ff. famil. ercisc.* Vnde idem videretur dicendum in pluribus reis, non habita ratione illius distinctionis iudicij cœpti, vel non cœpti cum defuncto.

9 Idem est † quando sunt simul actores, & rei in duplicibus iudicijs; tunc enim etiam compellentur ad vnum procuratorem. *Bald.* dicens esse notabile, & habere locum in causis singulorum in *d. l. si familia.* vbi etiam *Florian. ff. famil. ercisc.*

10 Prout idem est in mercatoribus † olei, vel aliarum rerum, qui conueniuntur redhibitoria ex dispositione legis, vel quanto minoris, qui tenentur facere vnum procuratorem. Et hoc est speciale in istis ædilitijs actionibus. *Bald. in l. 4. num. 13. col. 3. vers. & nota. C. de adil. actio.*

11 Quid autem † in pluribus tutoribus, an teneantur ad vnum procuratorem, docet *Bart. in l. decreto. §. fin. de administr. tutor.*

Ex istis apparet, quod in causa hæredum Pompeij Berardi, & Dominici de Rubeis quia lis iam erat cœpta cum defuncto, & origo debiti sumpserat originem in personam vnius, & dictæ causæ habuerunt initium in vna persona; hæredes ipsius tenentur ad constituendum procuratorem, prout petebatur. Et ita declaratum fuit ex supra allegatis.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus non cogitur iurare fidelitatem singulis haredibus, sed vnum eligit.*

2 *Inuestitura potest fieri per vnum ex Condominis pro alio.*

3 *Sigillum vnum sufficit adhiberi quando sunt plures Comites.*

4 *Exactor vnus est constituendus per plures dominos, qui à subditis censum recipiat.*

5 *Alimenta si sunt præstanda à pluribus, iudex vnum eligit.*

6 *Iudex prouidet, vt præstentur alimenta per tempora modo ab vno, modo ab alio.*

7 *Alimenta præstanda in domo hæredum, si contingat illos diuidi, poterunt dari in domo vnius.*

8 *Iudex componit, si plures qui debent ali discordant in percipiendis alimentis.*

9 *Alimenta per iudicem debent diuidi, prout testator diuisisset.*

10 *Actiones ciuiles, & criminales debent vniri per actorem.*

11 *Æstimatio iniuriarum potest fieri per iniuriatum coniunctim, vel diuisim.*

12 *Cumulationi actionum quando sit locus remissiue.*

¶ N. 11. in fin. *post verba.* ex supra allegatis.

Quibus adde idem esse in similibus casibus,
1 prout quando sunt plures hæredes: † Nam omnibus non cogitur vassallus iurare fidelitatem, si feudum est indiuiduum, cum sufficiat vnum eligere, cui iuret. *glos. in cap 1. §. omnes filij. si de feud. defunct. fuer. cont. int. dom. & agnat.* Requisitis tamen prius dominis, vt in vnum conueniant, quibus non conuenientibus licitum erit vassallo vnum eligere. *Amod. de laudem. quæst. 23. num. 5. & 6.* Vbi etiam
2 *num. 10.* quod in pluribus locis seruatur, † vt vnus pro alio possit inuestituras facere, præsertim senior, & qui est magis dignus, cum hoc sit laudabile, & subditis conducibile, ne maiori incommodo afficiantur in requirendo tot dominos; Vnde etiam si sunt plures Comites, suf-
3 ficiet adhibere sigillum vnius, † qui illud tenet. *Bald. in cap. 1. colum. 2. num. 4. de controu. inuest.* Ideo etiam quando sunt plures Domini, quibus soluendus est census, ne grauentur vassalli soluere portiunculam cuilibet ipsorum, so-
4 litum est mandare eiusdem dominis, vt † conueniant de exactore, qui postea vnicuique partem suam distribuat. *arg. l. ergo. §. creditorib. de fideicom. libertat.* & ita seruari dicit *Amod. de laudem. q. 23. num. 11.*

Simile est in alimentis à pluribus vni debitis:
5 si enim præstatio est difficilis, † Iudex vnum eligit, à quo solo præstentur, cui cæteri contribuant pro sua portione, quasi euitanda sit particularis solutio, & quæ minutatim fit tanquam damnosa, prout in specie alimentorum, *est tex. in l. cum hi. 8. §. vult igitur. vers. aut si à pluribus. de transact.* Vbi *glos. in verb. minutatim.* adducit etiam *text. in l. solent. 3. in princip. ff. de alim. & cibar. legat. & ibi glos. in verb. coniunguntur. Ruin. consil. 81. in quæstione. num. 4. lib. 2.* argumento *l. plane. in princip. ff. famil. ercisc.* vbi *glos. in verb. non minima. l. potest. de legat. 1. l. communi diuidundo. in princip. ff. com. diuid. l. tutor. §. lutius. de vsur. l. in commodato. §. duobus. ff. commod.*

Amplius non solum Iudex hoc faciet circa personas, sed etiam poterit prouidere per tem-
6 pora, † quod vnus præstet alimenta per tot menses, alter per alios. *Bart. in l. solent. in 2. responso. ff. de alim. & cibar. legat. per tex. in l. cum constet. de aq. quot. æstiu. Surd. de aliment. tit. 3. q. 9. n. 23.* Vbi etiam, quod poterit implorari officium iudicis, non solum per legatarium creditorem alimentorum, sed etiam per hæredes grauatos. *Ruin. cons. 81. n 4. lib. 2.*

Quæ etiam procedunt, non solum circa per-
7 sonas, & tempora, sed etiam circa locum: † vnde si alimenta relinquantur in domo hæredum, si con-

si contingat illos diuidi, & seorsum habitare, erunt præstanda in domo vnius ex hæredibus, prout iudex arbitrabitur. Idem *Ruin.conf.*81. *num.* 4. *lib.* 2. Et facit simile dominorum, qui non concordant in vsu iurisdictionis eiusdem castri, tunc enim in eis habet locum iudicium diuisorium, vt alternis vtantur temporibus. *l. latio. cum l. seq. de aq. quot. æstiu. Angel. in l.* 2. *§. ex his, de verbor. obligat. Abb. in cap. fin. col.* 1. *de re iudic.* Et est *tex. in l. arbor. §. fin. ff. de comm. diuid. l.* 4. *§. vlt. cum l. seq. & ibi glos. in verb. causam. ff. de seruit.*

Quemadmodum è conuerso quando alimen-
8 ta deberentur pluribus, † nam si discordarent circa modum illa percipiendi, iudex ex officio suo componit. *Felin. in rubr. de treug. & pac. num.* 8. *in fin. vers. & si illi quibus. post Specul. qui fil. sint legit. in fin. vers. qui discordant. Afin. de execution. §.* 3. *cap.* 141. *num.* 14. *fol.* 63. vbi multis similibus comprobat quando spectet ad iudicem dissensum, & discrepantiam partium ad concordiam reducere, post *Doct. in l.* 2. *§. ex his. de verb. obligat. Bart. in l. in venditione. §. si vnus. de bon. auctor. iudic. possi-*
9 *den. & in l. duo iudices. in fin. de re iudic.* † In qua tamen diuisione Iudex eo modo se geret, prout paterfamilias diuisisset, cum in hoc æquiparetur iudex & testator. *l. solent.* 3. *in princip. de alim. & cibar. legat.* & ibi *glos. in verb. diuisisset. l.* 2. *C. de diuid. tutel.*

Idem est in actionibus tam ciuilibus, quam criminalibus, quas licet diuersas cogitur actor
10 vnire, † vt vno iudicio procedatur, vt citius dirimantur lites, & ob alias causas, de quibus *in l.* 1. *&* 2. *ff. de quib. reb. ad eund. iudic. eat. & ibi glos. in verb. eundem. l. haredes.* 26. *§. de pluribus. ff. famil. ercisc.* & ibi *glos. in verb. iudicium.* cum alijs per *Doct. in l. edita. ff. de edend.*

Et est text. in l. prator edixit. 7. *§. si mibi plures. ff. de iniur.* vbi quod non permittitur experiri separatim de singulis iniurijs, sed cogendus est passus contumelias simul omnes con-
11 iungere, † quamuis quo ad illarum æstimationem possit actor, vel singulas singulariter æstimare, vel omnes vnica æstimatione comprehendere. *Cyn. in l. si non conuicij. quæst.* 15. *num.* 15. *C. de iniur. Salic. in l.* 4. *num.* 4. *in fin. versic. quaro quidam. C. eod.* Et multa de cumula-
12 tione, seu † electione actionum post vnam electam, quod idem est, quando illi sit locus. *Doct. in l. edita. C. de edend.* late *Farinac. quæst.* 100. *num.* 123. *cum seq. & quæst.* 105. *nu.* 28. *Facchineius controuers. lib.* 9. *cap.* 2.

EPITOME.

Iudex successor, vel delegatus quando debeat de nouo citare, stante citatione facta per delegantem, seu prædecessorem.

SVMMARIVM.

1 *Citatio non requiritur per delegatum, stante citatione facta per delegantem. Contrarium num.* 2. *Limita vt num.* 3. *&* 4.
5 *Iudex successor debet citare, etiam quod causa sit summaria, & intelligitur tam in citatione actiua, quam passiua. & num.* 6.
7 *Subrogatus succedit in causa, non tamen in edicto.*
8 *Successores non tenentur comparere sine noua citatione, & prima citatio prædecessoris eos non ligat.*
9 *Citationum numerus etiam quod sit completus per prædecessorem, requiritur tamen vna citatio. & num.* 10.
11 *Delegatus non dicitur adeptus iurisdictionem, nisi per citationem. Intellige vt n.* 12.
13 *Citatio requiritur ad petendum copiam rescripti.*
14 *Citatus ad totam causam, & singulos actus intelligitur citatus ad subdelegationem, & n.* 15. *Intellige vt n.* 16.

Decisio CVIII.

Citatio primi Iudicis transfert secum suum effectum, ita vt coniungatur factum prædecessoris cum facto successoris. *Bald. in l. edictum. in* 1. *&* 2. *lectura. ff. de iudic.* Ex quo dicebatur, quod stante citatione facta per delegantem, non debeat requiri am-
1 plius noua † citatio per delegatum. *Specul. de citatione. §. fin. vers. item quæritur. numer.* 8. quod dicit singulare *Roman. sing.* 208. *incip. ordinarius. Angel. in d. l. edictum. de iudic. Nicell. in concord. glosarum. limit.* 114. *n.* 369. *glos.* 52. *Cardin. in clem.* 1. *in fin. princip. de for. competen.*

Contrarium tamen fuit visum verius in causa Corneliæ Vagnarellæ, & Sebastiani Petrelli de Firmo, quod immo requiratur noua citatio,
2 saltem vnica † per delegatum, etiam quod ordinarius citasset partem peremptoriè ad sententiam, & postea illam delegauerit terminandam per alium. *Bald. in l. consentaneum. in* 7. *not. vers. modo quæritur. n.* 7. *C. quomod. & quand. Iudex.* vbi dicit ita intelligi *Innoc. in c. dudum, il primo. de electio. in glos. penult. & Archid. in c. si ægrotus.* 5. *q.* 3. *& c. de illicita.* 24. *q.* 3. Idem voluit *Ioan. Andr. ad Specul. d. § fin. de citatio.*
3 *in verb. mortuo;* vbi limitat † nisi Iudex citasset ad sententiam ferendam per se, vel cum, cui committeret. *Io. de Anan. in c. licet.* 14. *de accus. col.* 3. *n.* 7. vbi in alijs iudicibus dicit, quod si nō est completus numerus citationum debet com-
4 pleri per successorem, † si est completus debet citationem nouam facere. per *d. l. edictum. Felin. in d. c. dudum. nu.* 3. *col.* 2. *vers. in glos. nota singulariter. de accusat.* vbi quod citatus etiā peremptoriè per prædecessorem debet iterum citari à successore, post *Innoc. Butrium.* & alios, quos allegat in *d. cap. dudum. de electio.* Et subdit
5 hoc, tam de citatione † actiua, quam passiua; quia data contumacia defuncti post omne peremptorium, adhuc citabitur successor, post *Rotam*

tam

tam. Archidiac. & Ang. ibi per eum allegatos.
Idem *Felin. in c. quia. de iudic. col. vlt. ad fin. n. 4. verſ. quid autem ſi moritur Iudex.* vbi dicit, quod quando mutatur Iudex, ſubrogatus ei iterum citabit partes; & in inferiore regulariter requiritur noua citatio; [Immo etiam ampliat
6 quod in cauſa ſummaria † debebit Iudex ſucceſſor citare, per doctrinam *Antonij in d. c. dudum. il 1. in fi. de electio.* vbi dicit ſe irritaſſe ſententiã, quia non fuerat citata à delegato ſubrogato loco primi. *Anchar. in c. licet. col. 3. n. 10. verſ. oppono. de accuſat.* vbi quod licet ſubrogatus ſuccedat † in cauſa, non tamen in edicto.
7 [Immo requiritur, quod de nouo citetur. *Iacobat. de conſ. lib. 2. art. 4. nu. 51.* vbi ſucceſſor de nouo debet citari, ſaltim vnica citatione, quia eſt mutata perſona: quod etiam dicit à pari procedere in perſona citanda, quia ſi aliquæ ex per-
8 ſonis, quæ debent intereſſe † in concilio, ſint mortuæ, ſucceſſores non tenentur comparere ſine noua citatione, eũ prima citatio prædeceſſoris non liget ſucceſſorem. *Bart. in d. l. conſentaneum. nu. 11. col. 3. verſic. oppono ad ſecundam partem,* vbi quod ſucceſſor debet nouum edictum proponere, & etiam nouam citationem facere, etiam quòd primus perfecerit omnia.
Idem voluit *Imol. in clem. ne Romani. in fi. de electio.* vbi quod ſi compleuiſſet prædeceſſor om-
9 nem numerum citationũ, vel † monuerit peremptorie, oportet quod ſucceſſor faciat vnam nouã citationem, licet non exigatur quod ſit peremptoria. Ex quibus poſt *Archid. in d. c. ſi ægrotans* concludit, quod ſi delegatus, qui cognouit de cauſa, citauerit peremptorie ad ſententiam audiendam, & poſtea alteri committat ſententiæ prolationem, is cui committitur, iterato citare
10 debet. † Idem ſequitur *Gabr. de citatio. concluſ. 1. ampliat. 24. nu. 120.* poſt *Marianum in tractatu citatio. col. 38. & ſeq. Salicet. in d. l. conſentaneum col. 2. verſ. quæro quinto. C. quomod. & quand. Iudex.* Et hanc opinionem veriorẽ eſſe dicit *Add. ad Roman. ſing. 208. incip. ordinarius. Bero. in c. quoniam contra. n. 94. de probatio. Aſin. in prax. §. 7. c. quinto. limit. 102.* [Ratio eſt quia delegatus non dicitur adeptus iuriſdictionem, niſi per
11 citationem, † per quam perpetuatur, & acquiritur iuriſdictio actualis. *c. licet; & c. gratum. de off. delegat. Gabr. de citatio. concl. 2.* vbi *in fin.* concordat opiniones; quod per ſolam commiſſionẽ citationis ſit perpetuata iuriſdictio, quoad iudicem, vt morte delegantis non expiret; Secus,
12 quoad alios effectus maxime concernẽtes † partem non citatam. Vnde abſque noua citatione ad definitiuam deueniri non poterit. Immo ſecundum aliquos, requiritur etiam citatio ad ac-
13 cipiendum copiam † reſcripti, vt poſt *Abb. in d. c. relatum, & c. gratum. de offic. deleg.* refert & ſequitur *Addit. ad Rom. d. ſing. 208. in fin. & Aſin. d. §. 7. n. 2. c. quinto. limit. 102.*
Non obſtat, quod cum iſte fuerit citatus gene
14 raliter ad totã cauſam, & ad ſingulos actus † cenſeatur etiam citatus ad iſtam ſubdelegationem; itaue non requiratur noua citatio, cum ſit contu

max. *Innoc. in c. conſuluit. de off. deleg.* Et reliquæ
15 citationes, quæ ex ſtilo fiunt, † potius ſunt ex vrbanitate, quam ex neceſsitate; vt per *Vant. de nullit. c. fin. num. 111.* ſequitur *Aſin. d. §. 7. cap. 5. limit. 71.*
Quia reſpondetur, habere locum in eadem perſona, & eodem Iudice, reſpectu cuius dici-
16 tur † facta citatio; ſecus ſi mutetur Iudex, & alius ſubrogetur, cuius reſpectu requiritur noua citatio per ſupradicta. Maxime quia in caſu, de quo agimus, delegans non pronunciauit contumacẽ, prout diſtinguit *Caſtrenſ. in l. edictum. ff. de iud. Add. ad Rom. ſing. 208.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Præuentio an dicatur facta per ſolam præſentationem reſcripti. & n. 2.*
3 *Contumax non eſt amplius citandus.*
4 *Iudex non debet citare male appellantem, aut à iudicio recedentem.*
5 *Declinans iuriſdictionem iudicis quando reputetur pro contumace.*
6 *Contumax quando poſſit mulctari.*
7 *Citatio non requiritur ſi Epiſcopus poſtquam citauit ad ſententiam, remiſit cauſam pronunciandam Vicario.*
9 *Sententia vnius Iudicis quando poſſit ab alio ſubſcribi.*
10 *Vnus Iudex non poteſt ferre ſententiam ſine collega, nec valet ſubſequens ratificatio. n. 11. Declara. vt n. 12.*

¶ N. 13. *poſt verba.* quinto. limit. 102.

Ideo dicimus, quod per ſolam præſentationẽ
1 commiſsionis, ſeu reſcripti † non dicitur Iudex delegatus præueniſſe. *Doct. in cap. vt debitus. 59. poſt gloſ. ibi in verb. aſſignata. de appel. Maſc. con*
2 *cluſ. 1232. in verb. præuentio.* † Quamuis contrarium ſeruetur in Rota Romana, vbi per ſolam commiſsionis præſentationem intelligitur facta præuentio. *Caſſad. deciſ. 5. de reſcript. poſt Rot. deciſ. 6. eod. tit. in antiq. Put. deciſ. 47. lib. 2.*

¶ N. 16. in fin. *poſt verba.* ſing. 208.

Quando enim pars, quæ debet citari eſſet cõtumax in non comparendo, poſtquam à principio fuit citata ad totam cauſam, & ad ſingulos
3 actus in eadem citatione, † nulla alia citatio erit facienda, & ſi fiat eſt ex abundanti. *Rot. deciſ. 8. in fi. de teſtib. in nou.* Iudex enim non debet citare male appellantem, aut à iudicio recedentẽ
4 † *c. 2. de dol. & contum. in 6.* Quaſi non comparendo, aut recedendo à præſentia iudicis, videatur nolle coram eo litigare. *clem. 1. & ibi gloſ. in verb. non citato. de dol. & contum. Vant. de nulli. c. fin. num. 112.*
Quare videmus, quod declinans iuriſdictionẽ
5 Iudicis non debet amplius citari, † ſed proce-

ditur contra eum tanquam aduersus contumacem, quando scilicet opposuit declinatoriam simpliciter, secus cum clausula, si & quatenus, prout ita faciendum esse docet *Ang. in l. cum videtur. de iudic.* Vbi etiam testatur de communi consuetudine mundi, & quod stultum esset simpliciter sine dicta clausula forū declinare, †Itaut
6 etiam iudex possit contra talem contumacem mulctam indicere, quasi ob eam fuerit elusus, quidquid alias contumax, non mulctetur, quando ius aduersarij non est factum deterius. *Gemi. in cap. 1. §. vlt. col. 2. in fi. de elect. in 6. Alex. in l. is videtur in fin. si quis ius dicent. non obtemp. Surd. de alim. tit. 9. q. 26. n. 95.*

Quibus adde, quod quando essemus in iudicibus constituentibus idem tribunal per hebdo-
7 madas, † qui alternatim certa negotia expediūt, & vnus, ac alius pronunciat, tunc non erit noua citatio necessaria, prout etiam in Episcopo qui postquam citauit ad sententiam remisit causam pronunciandam suo Vicario generali, quasi tunc factum vnius dicatur factum alterius, cū sit idem auditorium. *cap. Romana. in 1. resp. de appellat. glos. in cap. non putamus. de consuetud.*
8 † & concludit in specie *Gonzal. ad reg. 8. cancel. post glos. 9. §. 1. in annotat. contra attent. in caus. beneficial. nu. 134.* Vbi etiam quod in huiusmodi iudicibus sententia ab vno prolata poterit ab alio subscribi etiam sine citatione, vt in Audi-
9 toribus Sacræ Rotæ Romanæ † dicit *Mandos. in reg. de annal. q. 75. n. 3. & 4.* Dummodo tamen videat omnia acta integra, quando causa in qua prædecessor pronunciauit, non fuit de recenti discussa, cum aliàs non requireretur tanta diligentia nouæ visionis processus, maximè quando omnium vota fuerunt annotata. *Idem Mand. form. 13. commiss. ferijs non obstantibus. in princip.* per doctrinam *Vital. in clem. 1. num. 73. de probat.*
10 Quamuis vnus sine alio† non posset ferre sententiam. *cap. causam matrimonij. 16. de offic. deleg.* Itaut non valeat pronunciatio Collegæ nomine alterius, licet postea per Collegam ratificetur, ob illam rationem, quia in sententijs, & in his quæ sunt publici iuris, ratihabitio non procedit.
11 † *Bart. in l. obseruare. §. fin. de offic. procons. Felin. in cap. prudentia. versic. nunquid vnus. de offic. delegat.* & ita in specie concludit *Vant. de nullit. defect. iurisdict. ordin. nu. 181.* late *Rot. Genuens. per Charthar. decis. 60. per tot.* intelligendo in sententia definitiua, secus in interlocutoria, per quam non finitur iudicis officium; quia potest fieri per vnum ex Coniudicibus. *glo. in l. pomponius. 36. in verb. proferre. in fi. ff. de re iudic.* argumento *l. vltim.* & ibi *Bald. num. 2. C. de auctor. præstand.*

EPITOME.

Sindicus quando teneatur denunciare maleficium commissum, & excusetur a pœna. [Statuto loquente copulatiuè, si non habet locum vna pœna, an habeat locum altera.

SVMMARIVM.

1 *Sindicus tenetur denunciare maleficium per verba specialia, cum descriptione qualitatum in scriptis.*
2 *Intellige de eo quod spectat ad iurisdictionem Iudicis.*
3 *Denunciatio non requiritur, vbi alius denunciauit.*
4 *Sindicus præuentus ab offenso, vel Iudice, excusatur à denunciatione, & n. 5.*
6 *Denunciatio est facienda à die scientiæ.*
7 *Denunciatio spectat ad successorem, si delictum fiat in vltimo die officij. Contrarium n. 8.*
9 *Qui tenetur denunciare an possit moram purgare.*
10 *Minor non potest constitui sindicus, & si cessauerit in denunciando, non punitur.*
11 *Statutum quod turbans, & expellens aliquem de possessione soluat centum, & restituat possessionem, non habet locum in turbante, & non expellente.*
12 *Statutum loquens copulatiuè si non habet locum vna pœna, neque habebit locum altera.*

Decisio CIX.

Pro sindico conclusum fuit, vt non incide-rit in pœnam constitutionis Marchiæ *c. 5. lib. 4.* cuius vigore, licet teneatur denun-
1 ciare † maleficium specificando locum, & tempus, & alia, de quibus ibi, prout etiam de iure communi debet fieri ista denunciatio per verba specialia, cum descriptione qualitatum, & in scriptis, cum sit loco libelli. *Bald. in l. fin. C. de neg. gest.* & ad materiam *Bart. in l. diuus. de custodia*
2 *reorum.* [Tamen intelligitur † de eo, quod spectat ad iurisdictionem Iudicis. *Bald. in l. 2. in 5. notab. C. vt nem. priuat. titul. præd.* & cum in casu, de quo agebamus esset dubium, an delictum fuisset commissum in loco iurisdictionis, satis videtur excusandus, si non denunciauit; Præsertim etiam quod concederetur maleficium fuisse factum in confinio duarum terrarum, itaut quilibet teneatur denunciare, tamen sufficit ad istū
3 excusandum, ex quo † alius denunciauit. *Bald. in l. 2. in fi. C. vbi de crimin. agi opor.* [Vltra quod cum sindicus à principali offenso fuerit præuentus, videbatur satis excusari posse à prætensa
4 omissa denunciatione † *Bart. in l. sororem. ff. de his quib. vt indign. Peregr. de priuil. fisc. lib. 2. tit. 5. n. 18. Roland. de lucr. dot. q. 67. n. 2.* vbi am-
5 pliat idem si iudex † inquirendo præuenerit. per *tex. in l. edicto. §. 2. ff. de iur. fisci.*

Præterea, secundum dictam constitutionem arctatur ad denunciandum infra octo dies, quod
6 intelligitur à die scientiæ. † *Bart. per illum text. in l. annus. in princ. de neg. gest.*

Accedat quod eramus in vltimo die officij Sindici; quo casu poterat dici denunciationem potius spectare ad Sindicum successorem, quam ad
7 priorem, † quia cum pro delicto denunciando adsit

adsit terminus octo dierum, & dilatio statuti incidat in tempus successoris, potius illũ astringere debet, quam alium. [Et licet *Bal. in l. vlt. ad fi. de iurisdict. omn. iud.* teneat pertinere ad prio
8 rem, de quo † *Cotta in memorialib. in verb. Sindicus*. tamen ex prædictis satis poterat colligi aliqua causa excusationis, & purgationis moræ, vt per *Bal. in l. acceptam. q. 21. C. de vsur. & in l. si eum dies. §. fi. de arbit. Alex. consi. 24. nu. 7. lib. 4.* vbi disputant de eo, qui tenetur denunciare, vel
9 aliquid facere intra terminum, † an post illum, si prius non fecerit, possit moram purgare.

Vltimo, quia in casu de quo agebamus, Sindicus erat minor vigintiquinque annis, qui si cessauerit in denunciando, non punitur ista pęna; sed excusatur, licet secundum Dinum minor non
10 possit constitui Sindicus, de quo tamen † modo non est quæstio, satis tamen est, quod non possit dicta pęna puniri, ex quo constat de minoritate. *Bald. in l. 1. in princip. C. in quib. caus. restit. in integr. non est necess.*

Ex quibus absolui Sindicum, mandando in prædictis non molestari, prout etiam dixi esse absoluendum, quoad aliud contra eum intentatum de pœna, in quam dicebatur incurrisse ob molestias datas, & turbationem factam in possessione contra eius vicinum, vt videtur disponere statutum. Quia ommisso quod dictæ molestiæ non plene probantur, & sumus in minore, vt supra dictum est; statutum loquitur copulatiue, videlicet, quod turbans, & expellens aliquem de possessione soluat centum, & restituat
11 † possessionem, vnde turbans, & non expellens turbatum, non debet soluere centum; quia statutum loquitur, etiam in casu expulsionis, & alias possessio restitui non potest. Quare cum loqua-
12 tur copulatiuè, si non habet locum † vna pœna, neque habebit locum altera. Ita in specie concludit *Iacob. Butrig.* licet contra eum teneat *Bald. in l. mancipia. 5. C. de seruis fugit. in fin.* sed contra *Bald.* est verior opinio, vt per *Felin. in cap. nonnulli. col. penult. num. 34. de rescript.* vbi dicit esse tritam ad hoc *glos. in d. l. mancipia. in verb. auocandum. Roman. singul. 475. in verb. statutum seu lex.* & ibi *Add. Marsil. singul. 339. cui non consentiunt. Alex. in rubric. solut. matrim. num. 22. versic. confirmo per ea. Socin. consi. 72. in quæstione. nu. 5. lib. 1. Surd. decis. 65. num. 16.*

EPITOME.

Lite pendente quando executio fieri possit, & dicatur attentata, itaut debeat reuocari.

SVMMARIVM.

1 *Actus facti lite pendente sunt attentati, & debent in primis reuocari.*
2 *Lite pendente altera partium non debet ingredi possessionem.*
3 *Terminus si sit seruatus ad sententiã, & sententia sub dicto termino nõ sit lata, nihil operatur.*
4 *Iudex declarando nullum ius competere alicui super re, dicitur pronunciasse in petitorio.*
5 *Appellatione pendente executio fieri non potest.*
6 *Per non prosecutionem appellationis videtur renunciatum attentatis.*
7 *Attentata ex officio possunt per Iudicem reuocari, etiam quod non constet de interesse, vel de iure partis petentis illorum reuocationem.*
8 *Spoliatus a Iudice non est in integrum restituendus.*
9 *Spoliatus a Iudice nulliter, & de facto est restituendus.*
10 *Factum Iudicis dicitur factum partis.*
11 *Iudici asserenti periculum scandali adfuisse, non creditur.*
12 *Iudex quando adest periculum scandali, non debet possessionem rei alteri parti concedere, sed ad se auocare.*
13 *Nullitas si deducitur per viam appellationis, impedit executionem.*
14 *Secus si deducatur nullitas principaliter sine appellatione.*

Decisio CX.

IN causa inter Ioannem Staffulanũ ex vna, & Ioannem Blancum ex altera, conclusum fuit constare de attentatis, & ideo procedendum esse ad illorum reuocationem. Quia ex actis apparet Blancum fuisse carceratum, & eius familiam expulsam, & bona eiecta de domo, de qua agimus, die 24. Martij 1593. quo tempore
1 pendebat lis inter eos. Vnde actus † facti lite pendente sunt attentati, & ante omnia debent reuocari. *clem. 2. vt lit. pend. Rota decis. 4. alias*
2 *77. eod. tit. in nou.* Et ita † in specie, quod lite pendente non debeat altera partium ingredi, & acquirere possessionem rei de qua agitur; alias talis adeptio reuocetur via attentatorum, dicit *Natta consi. 168. num. 4. lib. 3. Rot. in nouis. decis. 10. alias 411. vt lit. pend. Lancel. de attent. lit. penden. in præfatio. n. 296.*

Non obstat, quod sententia fuit lata die 17. Decembris 1593. & sic non poterat dici litis pendentia, cum iam esset finita quando fuit eiecta familia de domo, de qua agimus; Nam expulsio præsupponitur facta die 24. Martij 1594. & sic post tres menses, & eo amplius. Quia contrariũ ex facto constat, cũ immo fuerit lata die 2. Aprilis 1594. licet sine vlla citatione, & ex abrupto; &
3 quamuis in actis appareat, † esse seruatum terminum ad sententiã dicta die 17. Decembris 1593. nihilominus nunquã fuit apertus terminus, neque sententia sub eo lata; Immo postea fuerunt multa acticata in causa. Et Iudex ad instantiam Blanci statuit terminum ad eligendũ peritos pro æstimatione melioramentorum, prout fuerunt electi, & per eos facta relatio vt in processu fol. 90. non obstante conclusione in causa, quæ tacite videtur reuocata, prout Iudex potest facere tacite, vel expresse. *Abb. in c. eum dilectus. de fid. instrum. Afflic. decis. 115. n. 1. Aym. consi. 144. n. 20. Auffr. ad decis. Tholos. 14.*

Præterea, etiam quòd non penderet lis; tamen

sumus in casu reuocationis attentatorum: Cum
4 enim † in sententia Iudex declaret nullum ius
competere Alanco in d.domo, dicitur actum, &
pronunciatum in petitorio. *Fulgos. cons. 162. ad*
fi. vers. super eo. Cassan. consil. 45. nu. 12. Contard.
in l. vni. C. si de moment. possess. q. 13. n. 73. et 75.
5 Vnde ab ea dabatur appellatio; qua † pendente
executio fieri non potuit. *l. 1. ff. nil. nou. app. pend.*
Dec. cons. 97. in casu proposito n. 1. Alex. cons. 99.
visis processibus. nu. 3. lib. 5. Lancell. de attent. ap-
pell. pend. in præfatio. num. 78.

Minus obstat, quod Blancus appellationem
6 non † fuerit prosecutus; vnde videtur renuncia-
tum attentatis stante desertione. *Rot. in antiq.*
decis. 76. alias 464. de appellat. Quia omisso quan-
do, & in quibus casibus appellatione deserta im-
pediatur reuocatio attentatorum, de quo per
Lancell. de attent. appell. pend. ampl. 1. Gomes. de
trienn. q. 54. fol. 435. Benint. decis. 40. ad fin. Re-
spondetur non constare de huiusmodi desertio-
ne; quia vt dictum est, sententia fuit lata die 2.
Aprilis 1594. & die 3. eiusdem appellatio inter-
posita, & admissa, prout etiam ante fuit appella-
tũ ab expulsione; & vtraque appellatio fuit pro-
ducta in Rota; & super vtraque fuerunt conces-
sæ litteræ inhibitoriales, & semper super omni-
bus causa prosecuta; vnde non potest desertio
prætendi.

Non obstat, quod constet de notorio non iure
petentis reuocationem attentatorum, cum præ-
supponatur ex processu apparere domum, de
qua agimus ædificatam ex pecunijs vxoris Staf-
7 fulani; Quia † attentata ex officio Iudicis possunt
reuocari etiam quod nõ constet de interesse par-
tis petentis reuocationem, & quamuis appareat
notorie de non iure. *Caputaq. decis. 57. par. 1.* &
istud notorium non ius debet esse tale, vt non re-
cipiat aliquam discussionem, & quod resultet ex
confessione. *Lancellot. de attent. q. 24. n. 62. q. 1.* &
per Blancum prætenditur domum ædificatam
communibus expensis. Immo etiam ex ipsamet
sententia ad fauorem Staffulani apparet, quod
Iudex mandat dari Blanco pecunias, occasione
mercedis præstitæ in d. domo. vnde non potest di-
ci, quod constet de notorio non iure ipsius, cum
etiã per eum multa possint produci in causa ap-
pellationis, ex quibus eius prætensiones possunt
verificari. *l. per hanc. C. de temp. appel. Afflict. decis.*
16. num. 5.

8 Non obstat, quod † non sit restituendus, cum
spoliatio processerit à Iudice. *glo. in c. præsentiũ*
7. q. 1. Doctor. in l. iuste possidet. de acquir. possess.
9 *Aym. cons. 5. nu. 8.* Quia cum simus in † decreto
nullo, & de facto, etiam spoliatus per tale Iudicis
decretum restituitur; nam huiusmodi spoliatio
æquiparatur spoliationi priuati. *glos. in c. in sum-*
ma. 3. q. 1. Aym. cons. 18. n. 8. Gabr. de rest. spoliat.
n. 124. concl. 1. Dec. cons. 199. in prin. & cons. 449.
n. 16. Menoch. de recup. poss. reme. 18. n. 19. Maxi-
me quia ista spoliatio dicitur facta ad instãtiam
partis; cum Iudices non soleant aliquid facere
10 nisi requisiti; Vnde † factum Iudicis dicitur fa-
ctum partis; vt in specie attentatorum dicit *De-*
cius consil. 125. in princip. versic. & cum dicta.

Non obstat, quod spoliatio fuit facta ad euitã-
dum scandala: Quia respõdetur de illis non con
11 stare, neque Iudex à quo hoc asserit, † cui neque
etiam credendum esset, si assereret timorẽ scan-
dali adfuisse. *Menoc. de adipisc. poss. remed. 6. n. 15*
vbi testatur de communi. Neque scandalũ pote-
rat esse propter pacem, per quam satis erat illis
obuiatum. Immo maius scãdalum per spoliatio-
nem ortum est; propter datam possessionem po-
tius vni, quam alteri; cum immo deberet auoca-
12 ri, † illam sequestrando, & neutri partium conce
dendo, prout quando subest timor, & suspicio
scandali solet fieri. *Bald. in l. fi. nu. 3. C. de edicto.*
diu. Adr. toll. Gozad. cons. 10. n. 9.

Neque obstat, quod huiusmodi attentata non
veniant ante omnia reuocãda, sed expectari de-
beat finis negotij, & victoria super nullitate sen
13 tentiæ: Nam † quando nullitas deducitur per viã,
& modũ appellationis, prout est in casu, de quo
agimus, semper habet impedire executionem,
ne aliquid interim innouetur parti; & attentata
sunt nulla, & veniunt reuocãda via, & priuilegio
14 attentatorum; secus si deducatur nullitas princi
paliter sine appellatione; tunc enim non habet
locum reuocatio attentatorum, sed expectatur
victoria. & hæc est vna de differentijs, & vtilita-
tibus, quæ insurgit, quãdo deducitur nullitas per
viam appellationis, cuius naturam assumit obti-
nendo multa alia priuilegia. *Franc. in c. dilecto*
63. n. 22. q. 9. col. 7. vers. quarto operatur. & col. 10
n. 32. vers. ex quibus omnibus tene menti. de appel
latio. Rebuff. de sent. execut. glos. 10. n. 8. art. 7.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus ratione spolij nõ auditur in nego-*
tio principali, nisi illo purgato, & refectis expẽ-
sis; & quid in fructibus nõ liquidis. n. 2. et 3. Et
idem in attentatis. n. 4. Fallit in paupere. n. 5.
6 *Iudex prouidet ne ad arma deueniatur.*
7 *Iudex debet cogere partes, ad præstandum cau-*
tionem de non offendendo.

¶ N. 10. *post verba.* & cum dicta.

Et talis condemnatus ratione spolij non au-
1 ditur in negotio principali, † nisi prius illud pur-
gauerit, & omnes expensas refecerit. *Abb. in c.*
accedens. il 2. nu. 5. vt lit. non contest. Caputaq.
decis. 270. nu. 5. p. 2. Put. decis. 298. lib. 2. Itaut hu-
iusmodi restitutio debeat fieri etiam respectu
2 fructuum non liquidorum; † non enim sufficit
oblatio cum depositione vnius iulij pro non li-
quidis, sed debet fieri realis, & actualis. *Bald. in*
c. conquerente. de restit. spoliat. Caputaq. *decis.*
3 *150. n. 7. p. 1.* † Quidquid dixerit *Mohed. deci. 3 1 1*
quia contra eum est verior opinio, vt per *Rot.*
coram Card. Seraphin. Alerien. beneficij. 15. Mar
tij. 1596. Vbi quod non solum procedit in spo-
4 lio, † sed etiam in attentatis, quæ suspendunt

omnia

omnia iudicia quantumuis priuilegiata etiam spolij. *c. non solum. in fi. de appellat. in 6. Rot. deci.*
5 *1. de ordin. cognit. in antiq.* Quamuis secus esset in paupere, qui auditur non refectis expensis, & fructibus non restitutis, cum reseruentur in fine litis, & ita pro eo scribitur in cōmissione. *Vestr. in prax. c. 1. nu. 8. lib. 7. Lancellot. de attentat. p. 3. cap. fi. n. 93.* Vbi etiam docet quomodo hoc casu paupertas probetur.

d. n. 10. *post verb.* euitandum scandala.

Quo casu est in arbitrio iudicis prouidere, ne
6 ad arma & rixas deueniatur † ob controuersiam partium. *l. aquissimum. 16. in princip. ff. de vsufr. Curt. Sen. cons. 60. super eo. n. 1. Dec. in rubr. C. de edict. diu. Adr. toll. n. 6.*

¶ N. 12. *post verb.* cons. 10. n. 9.

Vel cogere partes ad præstandam cautionem de inuicem non offendendo etiam pro amicis,
7 familiaribus, † & complicibus. *Pelin. de treug. & pac. n. 11. declar. 5. post Bart. in l. illicitas. §. potentiores. de off. præsid. Paris. cons. 168. num. 5. lib. 4.* cum alijs per *Mandos. reg. 34. q. 43. n. 4.*

EPITOME.

Notitia sufficiens quando inducatur ex sententia intimata domi, itaut ab ea currat tempus ad appellandum.

SVMMARIVM.

1 *Intimatio facta domi non afficit, si non est intimatus tenor sententiæ. & n. 4.*
2 *Citatus simpliciter intelligitur domi, nec est verus contumax, & potest appellare.*
3 *Rusticus excusatur si non appellauit.*
5 *Tempus appellandi non currit ab intimatione domi facta. Intellige vt n. 7.*
6 *Notitia sufficiens inducitur ex citatione domi facta, tam ante sententiam quam postea.*
8 *Sententia quæ fundatur super instrumento non producto, est nulla, & n. 10.*
9 *Instrumentum facit notorium, quando est exhibitum, & data copia parti.*
11 *Scriptura priuata non inducit probationem, si non est recognita.*
12 *Apoca scripta de mandato alterius non probat, si de eo non constat.*
13 *Appellationi est locus in dubio.*
14 *Tempus ad appellandum non currit, si quis non habeat copiam sententiæ.*
15 *Laici possunt prorogare iurisdictionem Episcopi, etiam sine licentia sui Superioris, & nu. 16. Amplia vt n. 17.*

Decisio CXI.

Conclusum fuit non constare de re iudicata, quam D. Iudex à quo mandauit exequi ad instantiam hæredem Marci Antonij Gualteroni contra Perottium Sinibaldi de Decis. Marchiæ. Firmo; quia sequestrum, quod mandatur consignari contra Cæsarem, & Perottium, est eum in-
1 timatione, quæ non fuit facta nisi domi, † vnde non afficit, ex quo non est intimatus tenor sententiæ. *glos. in cap. concertationi. in verb. sciuerit. de appellat. in 6. Felin. in cap. quoad consultationem. col. 12. num. 22. vers. postremo. de re iudic. Dec. cons. 34. num. 4.* vbi plus voluit, quod
2 etiam si quis citetur simpliciter, poterit † intelligi de citatione facta domi, cum non dicatur personaliter executa. Vnde non dicetur verus contumax, sed fictus, & sic non prohibetur appellare. *Rota decis. 10. alias 364. ad fi. de dol. & contum. in nou.* [Maximè quia sumus in causa, quæ agitatur contra rusticum, qui dicitur contumax, in quo non habent locum iura, quæ interdicunt appellationem illis, qui sunt veri contu-
3 maces, cum † à tali pœna excusentur propter rusticitatem. *Franc.* qui dicit esse singulare *in c. Nicolao. ad fi. n. 20. de appellat.* Et quatenus etiam
4 intimatio esset facta legitime, videlicet in † scriptis, & per litteras ad domum affixas, cum alijs requisitis, de quibus per *Bal. in l. consentaneum. col. 1. n. 2. C. quom. & quand. iudex.* Tamen tem-
5 pus appellandi † non currit ab intimatione domi facta, quia illa notitia, quæ insurgit ex dicta citatione, est præsumpta, & in appellatione requiritur vera. *Franc. in c. bonæ. 51. num. 21. col. 5. vers. octauo debet. de appellat. Tiraquel. de retrac. lignag. n. 42. glos. 2. §. 9.* Eo magis quia non constat, quod Perottius fuerit citatus ad sententiā relaxationis sequestri. Immo ex actis apparet de eius absentia, sed solum sententia fuit intimata domi. Vnde non inducitur sufficiens notitia
6 prout induceretur ex duplicata † præsumptione, si esset facta, tam ante latam sententiam, quàm postea. *Franc. in d. c. bonæ. n. 22. col. 5.* vbi ita intelligit procedere *Bal. in l. scire. §. oportet. de excus. tut. & Ange. in auth. hodie. C. de appellat.* dum
7 volunt, quod quando † sententia est intimata ad domum, præsumitur transire in notitiam, itaut post decem dies vlterius non audiatur appellās.

Præsertim ob nullitates allegatas antequam relaxaretur sequestrum, quod videlicet non fuerit liquidata quantitas pecuniæ, & grani, quæ reperiebatur pænes Perottium Colonum Cæsaris Asclepij. Cum enim illi fuerit factum sequestrum de portione frumenti, & aliarum rerum in genere, non poterat cogi particulariter pro summa specificata, prout factum fuit. Immo fuit mandatum consignari sequestrum non verificato credito Gualteroni, nec constito de cessione illi facta per Coneeptum Cicchi creditorem Cæsaris Asclepij, cuius vigore fuit actum.

Neqne obstat, quod fuerit facta productio prædictorum postquam Iudex sententiauit; Quia
8 antea erant producenda, cum sententia, † quæ fundatur super instrumento non producto, sit nulla; & tunc instrumentum facit notorium, quan-
9 do est exhibitum, & data † copia parti. *Neuiz. consil. 37. num. 27. & 29. Socin. consil. 266. nu. 3. lib. 2.* [Præterea, etiam quod dicta productio
10 † sufficeret ex his, quæ dicuntur per *Fels. in c. cū*

venerabilis.col.13.n.42.de exception. Tamen esset sio, de qua agimus est de chirographo scripto manu alterius, quam debitoris: Vnde erat opus
31 recognitione, quæ requiritur in scriptura † priuata, vt inducatur plena probatio. *Aym.cons.73. n.13.in fin.* & debebat probari, quod fuerit scripta de commissione, & mandato illius, de qui-
32 bus nihil constat, Vnde dicta † apoca nullā probationem facit. *Imol.cons.91.nu.1.versic. & sic respectu institutionis.*

Non obstat, quod procurator Perottij petierit copiam sententiæ, & iurium productorum, & illa decreta fuerit per Iudicē: quia non per hoc constat illi fuisse datam, vnde non potest colligi ista notitia, quæ prætenditur contentorum in sententia; cum de ea deberet clare constare, vt probatio sit certa, & non dubia, quo casu inter-
33 pretatio facienda est, † vt sit locus appellationi. *Cardin.in clemen.1.q.2.de dol.& contum. Dec. cons.34.n.3.Franc.in c.vt debitus.59.colum.15. nn.42. versic. in eadem.de appellatio.* Vnde antequam quis habeat copiam sententiæ, non currūt
34 decem dies † ad appellandum. *Franc.in c.ex rations.8.in princ.n.2.de appellatio.*

Addebatur nullitas iurisdictionis, ex quo causa erat inter laicos, non cognoscenda in curia Ecclesiastica. Quod tamen non est tutum, cum laici possint prorogare iurisdictionem Episcopi, & se eius foro submittere, etiam sine licentia sui
35 † Superioris, cum speciale sit in clericis. *c.1.de for.compet.* Maxime quando sumus in iudicibus, qui dantur ad tempus, quorum consensus non requiritur, cum sint quodammodo simplices administratores, secus in perpetuis, qui habent iu-
36 risdictionem magis appropriatam † vt Episcopi. *Bart.in l.1.§.& post operis.ad fi.n.8.vers.item quæris ff.de nou.oper. nunciat.* Ita vt etiam laici in casibus, in quibus possunt conueniri coram
37 Episcopis, possint † carcerari, antequam excommunicentur. *c.attendendum.17.q.4.cap.contra idolorum.26.quæst.5. Felin.in c.significasti col. vltim.de offic.deleg.Couar.pract.quæst.c.10.n.2. vers.quod iudex.in fi.Conc. Trid.c.3.sess.25.de reformat.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Rustico sagaci non est subueniendum.*
2 *Citatus personaliter non excusatur à desertione, si non appellauit à die citationis, quamuis non fuerit ei intimata sententia.*
3 *Scriptura priuata requirit recognitionem, itaut defectus illius possit opponi in curia, quamuis in partibus non sit oppositus. n.4.*
5 *Mandatum non meretur executionem, si non iustificetur ex actis prioris instantiæ, & nu.6. Amplia, vt num.8.*
7 *Mandatum procuratoris est producendum quando opponitur.*
9 *Citatio requiritur ad hoc, vt aliquid dicatur de actis.*
10 *Cessio & creditum cedentis est iustificandum in actis eiusdem notarij, vt executio rite committatur. & n. 11.*
12 *Clausula si quid exequendū, intelligitur de iure.*

¶ N. 3. *post verb.* de appell.

Intelligendo de rustico opere, & conuersatio-
1 ne. *Cevall.q.58.n.5.* † Cum aliàs rustico versuto, & sagaci non sit subueniendum. *glos.in l.athleta. 8.§.de rusticis. in verb. interdum. de excusat.tutor.Tiraq.de pæn.temper.caus.11.n.27.vers. intellige septimo.* cum declarationibus de quibus per *Iaf.in l.si quis id quod.num.32.de iurisdict.omn. iud.Menoch.de arb.cas.194.n.3.cum seq.*

¶ N. 7. *post verb.* audiatur appellans.

Aliud esset in citatione personaliter facta ad
2 sententiam; † tunc enim non requireretur alia intimatio eiusdem sententiæ, itant citatus non excusetur à desertione si non appellauit à die citationis, prout tenebatur, non autem à die notitiæ sententiæ; si enim timebat sibi per eam præiudicari, debuit comparere: quod cum non fecerit, non debet prętendere ignorantiam eius rei, ad quam fuit personaliter citatus; cum ex hoc habuerit notitiam sufficientem sententiæ ferendæ. *Caputaq.decis.130.p.3.post Capic. decis.139.*

¶ N. 12. *post verb.* institutionis.

Dec.cons.510.n.2. Marsil.in prax.§.diligenter.num.39.Menoch. cons.98. nn.17. lib.1. Ann. sing.41. Et adeo † in scriptura priuata requiri-
3 tur recognitio eorum requisitis, de quibus late *Coler.de process.execut.p.3.c.1.n.98.& 104.cum seq.* vt defectus recognitionis iurium possit oppo-
4 ni in Curia, † quamuis in partibus non fuerit oppositus. *Rot.coram Card.Paleot. Cremon.prioratus.30.Octob.1560.& coram R.P.D.Manzaned.Cartagin.translat.pensionis.19.Iunij.1606.*

¶ N. 17. *post verb.* de reformat.

Vltimo præter ea quæ dicta sunt de inualiditate executionis ob instrumenta non producta,
5 † facit etiā, quod regulariter necesse est vt Mandatum iustificetur ex actis prioris instantiæ: si enim ex illis non potest iustificari, non est exequendum, cum solum præfata acta attendantur ad effectum, vt sit locus clausulæ si quid exequendum. *Rot.per Card.Pamphil.Romana Census. 4.Decembris. 1595.* Vbi fuit declaratum nullum mandatum ob non productionem instrumenti
6 census illius notarij, † eum nō constaret de obligatione, ex qua potuisset fieri condemnatio. *Gal les.ad form.oblig.camer. tit. de processib.in princ.*
7 Stante præsertim oppositione partis, † exemplo mandati, quod non sufficit adesse, nisi producatur in actis, quando fuit oppositum. *Aym. cons. 108. num. 1.*

Amplius neque sufficeret instrumētum fuisse roga-

rogatum ab alio notario eiusdem tribunalis Au-
8 ditoris Cameræ, † cum habeant isti tabelliones
rogitus separatos, vnde deberet produci in offi-
cio eius, vbi fuit petita executio, & præuia cita-
9 tione ad dicendum contra, † vt dicatur de actis.
Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verb. de plano. Rom. cons. 119. n. 3. Couar. lib. 1. var. resol. c. 1. n. 5. Cassad. decis. 7. in fi. de appell.

Immo etiam neque sufficeret cessio census, seu
10 alterius crediti rogata in actis, † vbi petitur exe
cutio, cum sit iustificandum nō solum, quod quis
sit cessionarius, vt agat vigore obligationis ca-
meralis. *Bald. in l. per diuersas. 22. q. 10. vers. aduerte tamen. n. 14. C. mand. Alex. cons. 115. ad fi. lib. 3.* Sed etiam debet probari existentia crediti
11 eo modo, quo teneretur ipsemet cedens, † cum
in eius locum cessionarius succedat. *Doctor. in l. si nomen. C. de haredit. vel actio. vendit.* Itaut ne-
que suffragetur quod postea dictum creditum
producatur, quia hoc nō sufficit ad effectum exe-
cutionis mandati relaxati ante illius productio-
nem, quasi illud non debeat exequi, nisi ex eisdē
12 actis iustificetur, † cum istæ clausulæ rescripti si
quid exequendum, intelligantur, prout de iure.
Ias. in l. causas. n. 7. C. de transact. Rot. corā Car. Pamphil. Romana census. 4. Decembris. 1595.

EPITOME.

Inter filios in legitima institutos, si fiat reciproca substitutio, an possint dici grauati ratione dubij euentus, cum ita valeant acquirere, sicut erogare.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum inter liberos imperfectum ratione solemnitatis valet etiam non publicatum, et n. 2.*
3 *Legitima, & trebellianica in fideicommisso sub conditione absorbent dimidiam totius hareditatis. Intellige vt n. 4.*
5 *Duæ quartæ simul non possunt deduci. Contrarium est verius. n. 6.*
7 *Filius non potest capere legitimam stante substitutione, & onere restituendi hareditatem in fideicommisso reciproco, & nu. 8. Contrarium est verius vt n. 9.*
10 *Onus vicissitudinarium reijcitur de legitima, & num. 11.*
12 *Casus in quibus filius non grauatur in legitima, & per eum in ea sibi praiudicatur.*

Decisio CXII.

QVoad validitatem testamenti, de quo
agebatur in causa filiorum, & hæredum
q Federici de Asculo, non fuit dubitatū;
cum enim simus inter liberos valet testamentū
1 † imperfectum ratione solemnitatis *l. hac consultissima. §. ex imperfecto. de testam. Ruin. cons. 7. n. 8. lib. 3.* Maxime cum appareat publicatum, li-
2 cet etiam † sine publicatione valeret, secundum
opinionem *Bart. in l. fideicommissa. §. quoties. ff. de legat. 3.* de cuius tamen veritate multa *Castr. in l. is qui. de testam. Bald. in auth. quod sine. C. eodem Socin. cons. 154. nu. 59. Dec. cons. 488. col. pen. Gram. decis. 62.* late *Peregr. cons. 64. n. 10.*

Quibus stantibus fuit declaratum bene fuisse
deductas per D. Iudicem à quo duas quartas, le-
gitimam scilicet, & trebellianicam, quia eramus
in fideicommisso sub conditione facto, quæ absor
3 bent † dimidiam totius hæreditatis. Nam legiti-
ma ascendit ad quatuor vncias de duodecim,
quia ad minus est triens, secundum iura nouissi-
ma, iuxta dispositionem *auth. nouissima. C. de inoff. testam.* & sic supersunt octo vnciæ, ex qui-
bus detrahitur quarta trebellianica, quæ est dua-
rum vnciarum, quæ in totum ascendunt ad di-
ctam dimidiam hæreditatis. *Dec. cons. 298. in causa mihi commissa. n. 3. col. 2. & in l. cum proponas. 1. col. 2. in 2. not. C. de pact. Aym. consil. 50. in princ.* vbi dicit neminem discrepantem legisse,
4 [licet subdat, quod quando legitima † est semis
pro numero liberorum vltra quatuor, esse du-
bium, an tunc trebellianica, & legitima quas de-
trahit filius grauatus sub conditione, possint ex-
cedere dimidiam totius hæreditatis, ne plus ha-
beat rogatus, quam honoratus, de quo per *Bald. cons. 94. punctus quæstionis. lib. 2.*

Neque obstat, quod non videatur esse locus
5 deductioni duarum quartarum † simul. *Bal. in l. papinianus. §. si conditione. de inoff. testam. Doctor. in l. quamquam. ff. ad l. falcid.* Quia secundū
communem opinionem consuetudine approba-
tam, & per totum mundum seruatam, ex fideicō-
misso in diem incertum, & sub conditione facto
6 erit locus † simul detractioni legitimæ, & trebel
lianicæ. *Guid. Pap. decis. 52. n. 1. Roman. cons. 185. n. 4. Paris. cons. 51. col. 3. lib. 2. Curt. Sen. cons. 51. n. 25. Dec. cons. 298. nu. 3. Doctor. in c. Rainutius, & in c. Rainaldus. de testam.*

Non obstat, quod in casu, de quo agimus, fue-
rint instituti hæredes vniuersales filij testatoris,
& casu quo aliqui decesserint sine filijs, vel cum
filijs decedentibus in pupillari ætate, tunc est fa
cta substitutio de superuiuenti in stirpes, non in
capita, vnde est factus locus substitutioni; quia
decessit alter cohæres cum filijs, qui postea in
pupillari ætate obierunt; quibus stantibus non
videtur, quod filius possit capere huiusmodi le-
7 gitimam obstante dicta † substitutione, & onere
restituendi totam hæreditatem, prout est *text. in l. si pater puella. C. de inoff. testam.* vbi si inter fi-
lios in legitima institutos fiat reciproca substitu
tio, neuter dicitur grauatus, & ideo neuter habet
qoerelam, ratione dubij euentus, quia ita potest
8 acquirere, sicut erogare, non enim † reputatur
onus in fideicommisso reciproco *l. de fideicomm. C. de transact.* & ita etiam concludit *Dec. consil. 456. consului alias. nu. 7. col. 3. in princ. versic. his ad declarationem. Cin. in d. l. pater puella.* vbi al-
legat *Iacob. de Rauen. in l. cum ex filio. de vulg. & pupil. & Petr. de Bell. pert. in d. l. pater*; quia
inquit non est onus propter dubium, & lucrum,
quod poterit occurrere. late *Menoch. cons. 196. n. 16. vsque ad n. 20. lib. 2.*

Quia respondetur contrarium esse verius: nā
9 in legitima nullum potest † imponi grauamen, &
appo-

appositum reijcitur. *l. quoniam in prioribus*. *C. inoffic. testam.* per cuius legis dispositionem est correcta *d.l. si pater puellæ. C. eo.* exaduerso allegata, prout ibi concludunt *gloss. Bart. Salic. & Castr. glos. in l. cum ex filio. de vulga. & pupil. Bart. in l. filius matrem. C. de inoffic. testament. Alex. consil. 43. attenta & considerata. col. fi. vers. tertio non obstat. lib. 2. n. 6. in fi.* vbi dicit ita de consuetudine seruari. *Gabr.* qui de communi *conclus. 1. n. 6. de legitima.* Nam etiam quod alter al-

10 teri sit substitutus, & adsit onus † vicissitudinarium, tamen est reijciendum de legitima, quia verè est onus, cum neuter possit disponere de huiusmodi bonis, etiam ad quantitatem legitimæ *l. fi. §. penult. C. commu. de legat. Ias. in d. l. si pater puellæ. n. 1. C. de inoff. testam.* post *glos. in l. licet inter priuatos. in verb. mortis. in fi. C. de pactis.* & ita in facto seruari, & esse communem opinionem dicit *Salicet. in d. l. si pater puellæ. in fi.* quia inquit, in veritate dicitur grauamen, licet non sit quo ad inductionem querelæ, per quã testamentum rumperetur, & sic filij grauarẽtur in legitima, quod esse non debet, cum lex ab ea reijciat omnes dilationes, conditiones, & onera. *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam.* non

11 † obstante fideicommisso vniuersali, neque inter filios reciproco. *Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 10.* vbi *Ripa n. 38.* late *Peregr. de fideicom. art. 36. tit. de legitim. n. 61. & n. 82.* vbi om-

12 nes casus prosequitur, in quibus † non potest filius grauari in legitima, prout è conuerso, quando filius in ea sibi præiudicet.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica detractio permittitur etiam quando legitima esset semis. & n. 2.*

3 *Trebellianica potest detrahi, etiam si ex statuto legitima augeatur.*

¶ N. 4. *post verba.* quæstionis. lib. 2.

Couar. in cap. rainutius. §. 11. num. 9. in fin. de testamen.

Quamuis simpliciter sit magis vera, & com-

1 munis opinio contraria, † quod videlicet sit locus detractioni vtriusque quartæ, etiam vbi legitima esset semis ob illam rationem, quia iura canonica indistinctè loquũtur, & legitimæ augmentum habet suam propriam causam, ideo non debet impedire trebellianicam. *Cephal. cons. 106.*

2 *in fi. Mannel. Albens. consil. 41. n. 2.* † & ita iudicatum dicit *Thesaur. decis. 252. Eugen. consil. 11. n. 9 & post Alex. Rimin. Iun. Pet. Becc. Marzar. Grass. & alios, quos allegat,* dicit ita practicari *Peregrin. de fideicomm. art. 3. n. 56. versic. horum*

3 *opinionem. in fin.* vbi etiam ampliat † idem si ex statuto esset aucta legitima, quia vltra eam deduceretur quoque trebellianica. *Socin. consil. 93. num. 8. lib. 1.*

¶ N. 8. *post verba.* poterit occurrere.

Late *Menoch. consil. 196. num. 16. vsque ad num. 20. lib. 2.*

EPITOME.

Vicarius Episcopi an debeat morari in Episcopatu, seu Palatio Episcopi, & quid in hoc operetur consuetudo.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Episcopi debet morari in Episcopatu, vel alio loco facili ad inueniendum.*

2 *Episcopus in tota diœcesi habet ordinariam potestatem, & potest sedere pro tribunali in quolibet loco non exempto per se, vel per alium.*

3 *Rector prouinciæ quemlibet locum potest deputare ad ius reddendum.*

4 *Legatus de latere plures prouincias habens, an possit exercere iurisdictionem contentiosam etiam in alia prouincia.*

5 *Consuetudo operatur, vt Vicarius debeat residere in loco, vbi Episcopus alias ipsum retinuit. Contrarium n. 6. & 10.*

7 *Subditus contra dominum non habet remedium vti possidetis, quo ad iurisdictionalia.*

8 *Non præscribitur contra Episcopum, quoad iura episcopalia.*

9 *In actu negatiuo in his præsertim, quæ sunt meræ facultatis, nõ datur status quasi possessionis.*

12 *Iudex punitur habitans in domo priuata, cum extat prætorium publicum, & vbi debeat habitare num. 13.*

Decisio CXIII.

1 Quo ad Vicarium Episcopi, an debeat morari in Episcopatu, seu palatio Episcopi, conclusum fuit affirmatiuè, † vt ibi facilius inueniatur. *l. nulli. C. de offic. rect. prouinc.*

Si tamen alibi intra ciuitatem degeret, non esset reprehendendus, quia modicum super hoc esset præiudicium. *arg. l. si debitori. de iud. Rebuff. de Vicar. Episc. n. 23.* [Ratio est, quia cum

2 † Episcopus in sua tota diœcesi ordinariam potestatem habeat, potest sedere pro tribunali in quolibet loco non exempto per se, vel per alium, & libere exequi, quæ spectant ad eius officium. *c. cum Episcopus. de offic. ordin. in 6. Franc. in c. qua fronte. n. 2. de appell. Pauin. de potest. cap. sed. vac. 2. p. q. 10. n. 25.*

3 Hinc † Rector, seu Præses alicuius prouinciæ habet totam prouinciam pro tribunali. *Anchar. & Gemin. in c. si Episcopus de offic. deleg. in 6.* & poterit quemlibet locum, etiam in camera deputare ad ius dicendum. *Bal. in l. si vt proponis. in princip. C. quemod. & quand. Iudex.*

4 Magis tamen esset in † legato de latere, qui plures prouincias habens potest exercere iurisdictionem contentiosam etiam in alia prouincia, & in qualibet parte suæ legationis, vel prouinciæ residere. *Butr. & Imol. in c. nouit. de offic. legat.*

legat. Bart. & Io. de Plat. in l. 1. C. de metropol. Berito lib. 11. [licet contrarium, quod non possit subditos vnius prouinciæ trahere ad aliã, quoad iurisdictionem contentiosam, sequantur *Panor. & Barbat. in d. c. nouit. per c. neminem. 3. q. 6.* de quo plura *Franc. Marc. decis. 341. lib. 1.* vbi late disputat, & dicit quæstionem dubiam, & quo ad se reseruare determinationi Sanctæ Matris Ecclesiæ.

Prædicta intellige dummodo non obstaret cõ
5 suetudo, per quam † Vicarius debet residere in
loco, vbi Episcopus alias ipsum retinuit. ad not. *per glos. in authen. de testib. in verb. ille apud eundem. V ant. de nullit. defect. iurisdict. ordin. num. 111. in fin.*

Contrarium tamen est verius. Nam etiam
6 quod Episcopus † retinuerit Vicarium in aliquo
loco suæ diœcesis, non potest contra eum prætẽ
7 di manutentio possessionis, † cum subditus con-
tra dominum non habeat remedium vti posside-
8 tis, quoad iurisdictionalia, † neque præscribitur
9 cõtra Episcopum, quoad iura Episcopalia; † nec
in actu negatiuo, in his præsertim quæ sunt meræ facultatis, datur status quasi possessionis. *Ca-*
10 *putaq. decis. 306. p. 1.* † vbi quod immo Episcopus
potius manutenendus est in quasi possessione
exercendi suam iurisdictionem vbique in omnes
11 subditos suæ iurisdictionis, seu diœcesis, † cum
habeat assistentiam iuris communis. *Bart. in l. 1. §. huius interdicti. ff. vti possid.*

12 Adde quod punitur Iudex † habitans in domo
priuata, cum extat prætorium publicum in quo possit habitare. *l. nulli. C. de offi. Rector. prouinc. Decian. in praxi. de var. etraord. crimin. magistr.*
13 *c. 41. n. 7. p. 2.* & de habitationibus Iudicum † ha-
betur in *l. ciuitas. C. de offic. rector. prouinc. l. clarissimis. 15. C. de dignit. lib. 12. & l. 3. C. de metal. eod. lib.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest erigere tribunal in qualibet parte suæ diœcesis. Intellige ad modicum tempus. n. 2. Et in locis non exemptis. n. 4. & 6.*
3 *Locus exemptus dicitur esse de diœcesi.*
5 *Statutum Episcopi non ligat delinquentes in locis exemptis existentibus in diœcesi.*
7 *Cathedra non iudicialis potest poni per Episcopos in locis exemptis.*
8 *Accessoria censentur concessa, si concedatur principale.*
9 *Episcopus potest celebrare cum pontificalibus in locis exemptis per seipsum, non per alium. n. 10. & 11.*

¶ N. 23. *post verb.* de metall. eod. lib.

Quæ autem dicta sunt de Episcopo, vt possit
erigere tribunal in qualibet parte suæ diœcesis,
1 concurrendo cumulatiue † cum alijs inferiori-
bus habentibus iurisdictionem, *Franc. in cap. cum Episcopus. num. 3. de offic. ordin. in 6. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 4. limitat. 1. num. 69.*
2 Sunt intelligenda † Primo dummodo Episcopus
hoc faciat ad modicum tempus, nam ad longum non posset sine iusta causa remouere cathedrã, & tribunal à Ciuitate. *Geminian. in cap. placuit vt nemini. 7. q. 1.* cum alijs de quibus *per Gonzal. ad reg. 8. cancell. de alternat. gloss. 43. num. 192.* vbi ita declarat *consil. Nauarr. de offic. ord.*

Secundo dummodo Episcopus non erigat tri-
3 bunal in loco exempto †; quod quamuis sit de
diœcesi, si in ea consistat. *Cardinal. Vital. & alij in clem. 1. de for. competen. Abb. in cap. apostolica. num. 3. de donation. Rot. diuers. decis. 207. nu. 2. par. 2. Felin. in cap. graue. num. 2. de offic. ordin.*
4 † Tamen quo ad erectionem tribunalis non di-
citur esse de diœcesi. *clem. 2. de priuileg. Rot. diuers. decis. 145 par. 2. Nauarr. consil. 2. de offic. ordin.* Itaut statutum Episcopi quemadmodum
non ligat delinquentes extra suam diœcesim,
5 † sic etiam non comprehendat eos, qui delin-
quunt in locis exemptis existentibus in diœcesi. *Franc. & Gemin. in cap. 2. §. statuto. de constitut. in 6. Castr. & Ias. in l. fin. de iurisdict. omn. iudic.*

Istud tamen cum de hoc aliàs dubitaretur, Di
xi esse declarandum quo ad cathedram iudicia-
6 lem, quam prohibentur Episcopi, † & Archiepi-
scopi collocare in loco exempto *c. luminoso. 18. q. 2. c. si papa. circa med. de priuil. Vital. in clem. archiepiscopo. n. 3. eod. tit.* Cum aliud sit in cathedra non iudiciali; Nam Archiepiscopi, & Episcopi pro actibus exercendis, quæ illis de iure
permittuntur in locis exemptis, de quibus per
7 *Doct. in clemen. Archiepiscopo. de priuileg.* † pos-
sunt ibidem cathedram in solio collocare ad effectum celebrandi, & prædicandi. Ratio; est quia hoc spectat ad honorem Episcopalem, & est de
accessorijs ad celebrationem, & prædicatio-
nem, quæ censentur concessa, † quando conce-
ditur principale. *cap. quanto. 3.* vbi *Dec. in 2. notab. de iudic. Aym. consil. 149. num. 6.* Et ita allegando iura loquentia de cathedra iudiciali concludit *gloss. in cap. luminoso. in verb. collocare. 18. q. 2. & in cap. si papa. in verb. collocare. de priuileg. in 6.* Prout etiam dicimus, quod Episcopi, & Archiepiscopi possunt in locis exem-
9 ptis suæ diœcesis, † & prouinciæ celebrare mis-
sas, & diuina officia etiam cum pontificalibus. *clem. Archiepiscopo. de priuileg.* Quamuis enim pontificalia sint de lege iurisdictionis; Tamen
sunt etiam insignia dignitatis Episcopalis, &
10 eorum vsus est sine præiudicio † exemptionis.
Ancharan. in d. clemen. Archiepiscopo. num. 2. & ibi *Vitalian. nu. 24. & 30. de priuileg.* Licet non possent facere ab alijs celebrari in eorum præsentia cum pontificalibus, sed solum sine illis:
Quia hoc esset exercere iurisdictionem auctori-
11 tatiuè, † quod Episcopis, & Archiepiscopis in
dictis locis exemptis prohibetur. *Cardin. in d. clemen. Archiepiscopo. num. 11. & ibi Imol. n. 9. de priuileg.*

EPI-

EPITOME.

Appellatio quando fit nulla, si non petantur apostoli, & an possit geminari. Testis vnicus quam probationem faciat, si partes in eo consenserunt.

SVMMARIVM.

1. *Appellatio est inualida, si in ea non petantur apostoli. Intellige vt num. 2.*
3. *Appellatio secunda plenior prima, attenditur non obstante secunda.*
4. *Appellationis geminatio non est improbata.*
5. *Appellatio valida est attendenda.*
6. *Appellatio prima, an secunda attendatur.*
7. *Post rem iudicatam si sint facta probationes censetur illi renunciatum, & Iudex cognoscit de iustitia sententia.*
8. *Apoca scripta de mandato alterius non probat, si de illius commissione non constat.*
9. *Testis vnicus non probat.*
10. *Mandatum non probatur per vnum testem.*
11. *Exceptioni mandati censetur quis renunciare non opponendo. & n. 17.*
12. *Scriptura priuata non probat sine recognitione.*
13. *Archiuium non requiritur, vbi non adest obligatio realis. Fallit vt num. 14.*
15. *Reseruatio ius competens conseruat.*
16. *Promittens soluere intelligitur quatenus de iure.*
18. *Appellatione probationis venit plena probatio.*
19. *Testis vnicus sufficit, si partes consenserint in persona, & in dicto, secus si in persona tantum.*

Decisio CXIV.

Res iudicata dicebatur adesse ad fauorem Rentij Aloysij de Asculo, contra Franciscum Hieronymi de M. Florum, cum enim in appellatione per procuratorem Francisci interposita, non fuerint petiti apostoli, qui sunt pars appellationis, appellans reputatur
1 pro non appellante, & appellatio† habetur pro nulla, & inualida. *c.* 1. *& c. ab eo. de appellat. in 6. Rota decis. 50. alias 369. nu. 3. in nou. Pedem. decis. 7. num. 4.*

Contrarium fuit declaratum, quia prædicta procedunt, quando Iudex non detulit appellationi, alioquin si deferat, vt est in casu nostro, etiam si apostoli non sint petiti, tamen appel-
2 latio est valida propter vim † ipsius delationis, nec tunc potest dici nulla. *Paris. cons.* 100. *in fin. lib.* 4. post *Rotam decis.* 46. *alias* 351. *in nou.* Roland. *cons.* 77. *num.* 2. *ad fin. lib.* 2. *Lancellott. de attentat. appellat. penden. limit.* 50. *n.* 203. *& limit.* 1. *n.* 71.

Non obstat, quod Iudex à quo non detulerit. Quia cum adsit secunda appellatio interposita infra decem dies, cui per Iudicem ad quem fuit delatum, debemus illam attendere. Quando enim secunda appellatio est plenior quam sit prima, & secundo appellatur, mutãdo, vel emẽdando, prout est in casu, de quo agimus; tunc
3 † valida est secunda. *Franc. in c. sua nobis. col.* 5. *ad med. num.* 22. *vers. sed extra hos casus de appellat.* Nam geminatio appellationis à iure
4 † non est improbata. *Paris. cons.* 28. *num.* 13. *lib.* 4. post *Lap. alleg.* 8. *num.* 1. *Mand. ad commis.* 17. *in verb. & appellationum. Iaffr. decis.* 456. *qui statim.*

Maxime, quia prima appellatio dicitur non esse interposita ob non petitos apostolos, vnde poterat postea valide interponi, & ista valida
5 † erit attendenda. *Bald. in l.* 3. *num.* 6. *colum.* 2. *ad med. versic. circa quem articulum. C. de appellat. Roman. cons.* 41. *in præsenti. n.* 4. *colum.* 2. *in princ. vers. & primo non obstat.* vnde non
6 erit quærendum an prima appellatio, † vel secunda attendatur, de quo *Bartol. in l. cum procurator. §. si dominus. num.* 3. *de oper. nou. nunciat. Bald. in l. sancimus. col.* 1. *num.* 4. *vers. sed quæro hic, quo tempore miles. Franc. in cap. sua nobis. num.* 16. *colum.* 3. *de appell. Roman. d. cons.* 41. *in præsenti.* cum alijs ibi per *Mandos. Bisig. de appellat. decis.* 23.

7 Præterea, quamuis adesset res iudicata, † tamen postea sunt productæ, & factæ probationes de iustitia istius sententiæ, parte aduersa non opponente huiusmodi rei iudicatæ exceptionem; Vnde potest, & debet Iudex cognoscere de iustitia, vel iniustitia sententiæ. *Alex. cons.* 63. *stantibus his. num.* 21. *lib.* 4. *& cons.* 77. *col. fin. lib.* 2. *nu.* 13. *Ruin. cons.* 3. *num.* 10. *lib.* 3. *Afflin. in prax. §.* 12. *c.* 2. *n.* 6. *fol.* 203. vbi dicit omnes ita tenere. *Ioan. de Amic. cons.* 63. *n.* 35. *Roman. consil.* 174. *in fin. de communi. Lancellot. de attent. cap.* 24. *quæst.* 31. *num.* 4. *tom.* 5. *fol.* 437. *Felin. in c. qualiter, & quando, il primo, n.* 33. *col.* 18. *vers. quarto fallit. de accusat.*

In casu autem, de quo agimus, quis debeat obtinere, an Rentius, an vero Franciscus, & quis habeat potiora iura, quo ad confirmationem sententiæ Iudicis à quo, vel illius reuocationem, conclusum fuit ad fauorem Francisci, & sic pro reuocatione. Nam apoca, & quietatio, quam præsupponit Rentius factam fuisse à Francisco, mediãte Camillo, non apparet quod
8 sit de commissione Francisci, vt † requiritur. *Imol. cons.* 91. *num.* 1. *vers. & sic respectu in institutionis. Dec. cons.* 510. *in casu, num.* 2. *Marsil. singul.* 471. *sapè.* quod bene notandum dicit *Rebuff. de chirogra. & schedul recognitio in præfat. n.* 36. *&* 37. *in fin.*

Non obstat depositio Salladini secundi testis, qui videtur probare de commissione, quia cum
9 sit † vnicus, & singularis nullam fidem facit. *c. in nomine domini. de testibus. Gabriel. conclus.* 1. *in princ. eod. tit.* quod procedit etiam in
10 mandato, quod non potest†probari per vnum testem. *Benint. decis.* 70. *num.* 5. *Mascard. de probatio. conclus.* 1011. *n.* 11. *lib.* 2.

Neque obstant depositiones Papirij, & Apolli aliorum testium; quia solum probant apocam esse scriptam à Camillo, cuius manum recognoscunt, tanquam illis notam; non autem dicunt confectam fuisse de mandato Francisci, prout

ista

ista qualitas debebat per eos probari, maxime
cum fuerit expresſè oppoſitum non conſtare de
huiuſmodi mandato, vt in proceſſu fol. 14. quo
11 caſu oppoſitio operari debet, cum alias † non
opponendo cenſeretur huiuſmodi exceptioni re-
nunciare. *Aym. conſ. 121. n. 4.*

Non obſtat fides Flaminij alterius teſtis ſub-
ſcripti in apoca, quia non deponit de mandato,
neque eſt recognita, immo cum Iudex manda-
uerit illam recognoſci, idem Rentius, qui illam
produxit, renunciauit recognitioni faciendæ, &
ſic noluit amplius vti. Vnde ſuper ea nullum
potuit fieri fundamentum, recognitio enim in
12 ſcriptura priuata requiritur, † vt inducatur ple
na probatio. *Caſtren. conſil. 312. ad primum re-
ſpondetur. in 2. dub. lib. 2. Aym. conſ. 73. num.
15. in fin.*

Præterea aderat præſumptio nullitatis dictæ
apocæ, quia cum præſupponatur eſſe vnica, &
facta eadem die coram teſtibus ibidem deſcri-
ptis, licet cōtineat duo capita confeſſionis dua-
rum ſummarum receptarum per Franciſcum à
Rentio, debebat per Archiuiſtam à quo fuit ar-
chiuiata ad inſtantiam Rentij, ſpecificari ſub-
ſtantia illius, & quid in ea contineretur, etiam
quo ad duas ſummas, non quo ad vnam tan-
tum, prout factum fuit.

Non obſtat, quod non videbatur requiri ar-
chiuium, cum illud non habeat locum in quie-
13 tationibus, ſeu atteſtationibus ſine † aliqua
obligatione reali, prout eſt caſus noſter, vt in
conſtitutione Archiuij ſub *num. 2. ad fin.* Quia
hoc non deducitur ad inualidandam apocam,
ratione omiſſi Archiuij, ſed ad eliciendam præ-
ſumptionem nullitatis, cum videlicet ſit ſolum
archiuiata in vna parte. Maxime quia in ea tan-
quam maiore debebat archiuium poni.

Immo cum appareat, quod pars voluit adhi-
bere archiuium, non poteſt dici quod voluerit
vti pro vna parte tantum, & non pro alia, & ſic
etiam quod ſimus in caſu, in quo illud non re-
quireretur, tamen quando conſtat partes vo-
luiſſe illius ſolemnitate vti, ad illam debent
aſtringi, prout ita etiam diſponitur in dicta
14 conſtitutione † ſuper archiuijs, in fin. ibi, niſi
creditori, aut debitori illas placuiſſet in archi-
uio exhibere.

Non obſtat, quod videbatur conſtare de va-
liditate apocæ ex confeſſione Franciſci, qui ar-
ticulauit, & probauit factam fuiſſe inter eum,
& Rentium concordiam, quod ſi per totum
menſem Septembris Flaminius deſcriptus tan-
quam teſtis in apoca, non probauerit in ea eſſe
ſolum comprehenſam vnam ſummam, nō aliam,
de qua eſt quæſtio, tunc Rentius teneretur ad
illius ſolutionem & tamen Franciſcus non exhi-
buit huiuſmodi depoſitionem Flaminij, & ſi ex-
hibuit non eſt in forma probanti, cum ſit fides
ſimplex ſine iuramento, & recognitione.

Quia reſpondetur, quod deficiente depoſi-
tione Flaminij partes conuenerunt ius, & iuſti-
tiam eſſe faciendam, prout deponit Ioannes
primus teſtis ad quartum interrogatorium fol.
7. & Simon tertius teſtis ſuper 1. c. fol. 9. Vnde
cum non fuerit probata commiſſio, ius dicit
apocam non præiudicare. *Imol. conſ. 91. num.
1. verſ. & ſic reſpectu inſtitutionis*. Quare li-
cet non ſit verificata qualitas concordiæ, non
tamen per hoc Franciſcus debet cogi approba-
re illam apocam, quæ de iure non eſt approban-
da, prout partes expreſsè reſeruarunt, quæ re-
15 ſeruatio † ius competens conſeruat. *Aym. conſ.
29. num. 8. & conſ. 127. num. 7.* & ſic cum appa-
reat de iure reſeruato, debet operari effectum
ſuum. idem *Aym. conſ. 33. num. 20.* & regulari-
16 ter debitor promittens aliquid † ſoluere, intel-
ligitur quatenus de iure ſoluere tenetur. *Affl.
deciſ. 399. num. 13. Seraph. de priuileg. iuram.
13. num. 26.*

Immo poteſt dici eſſe probatam intentionem
Franciſci, prout obtulit id facturum per Flami-
nium, cuius fidem produxit, quæ licet non fue-
rit recognita, tamen quia fuit producta præſen-
te Priſciano procuratore Rentij, qui nihil op-
poſuit, nec quo ad recognitionem, nec quo ad
alia, quæ illi potuiſſent competere, non oppo-
17 nendo illi renunciaſſe videtur. † *Aym. conſ. 87.
Sempronius. num. 4. & conſil. 121. ſcripſi. col. 1.
verſ. quarto reſpondeo.*

Neque obſtat, quod appellatione probationis
18 † veniat plena probatio. *l. Lutius. de condit. &
demonſtrat. Bald. in cap. 1. in princ. ſi de inue-
ſtit. inter domin. & vaſſall. Afflict. deciſ. 272.
num. 3.* quæ non adeſt in caſu noſtro, cum ſit
ſolum facta per vnum teſtem, videlicet Flami-
nium, vnde cum Franciſcus aſſumpſerit in ſe
onus probandi, prout etiam per Rentium fuit
ita concorditer acceptatum, erat plene proban
da ſua intentio. Quia reſpondetur teſtes pro-
bare concordiam fuiſſe factam inter dictas par-
tes de probatione facienda ſolum per Flaminiū,
vnde illius depoſitio ſufficiet tanquam partes
conſenſerint in perſona, & in dicto, quod poſ-
19 ſunt facere, vt vni † credatur, cum ſecus eſſet,
quando ſolum in perſona conſenſiſſent, quia tūc
ſemiplene probaret. *Felin. in cap. veniens, col.
fin. num. 19. verſ. tertio in quantum. de teſtibus.*
vbi dicit ita voluiſſe mirabiliter *Bald. in l. 3. co-
lum. 2. num. 8. verſ. ſed dubitabatur de vno. C.
de reb. credit.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio quando valeat ſi non redeatur pro apoſtolis.*

2 *Committens cauſam poſt rem iudicatam cenſetur ei renunciare.*

¶ N. 2. *poſt verb.* limit. 1. n. 71.

Immo cum fuerit commiſſa cauſa infra termi-
1 num, valet appellatio, † quamuis appellans non
redierit pro apoſtolis. *Caputaq. deciſ. 38. part. 1.*

¶ N. 7.

¶ N. 7. *post verb.* fallit. de accusat.

Idem in committente causam post rem indica-
tam, qui censetur eidem rei iudicatæ renuncia-
2 re. † *Rot. diuers. decis. 55. p. 3. lib. 2. Caputaq. decis. 278. p. 2. Achill. de Crass. decis. 12. num. 6. de re iudic.*

¶ N. 16. *post verba.* iuram. 13. n. 26.

Et priuileg. 77. num. 8. Grammat. decis. 103. num. 168.

E P I T O M E.

Stante constitutione Rotali, de qua in §. 28. & §. 30. quod in causis excedentibus valorem scutorum centum sorte Iudex extrahatur; à summa vero infra centum quilibet Auditor cognoscat; ad quem pertineat cognitio causæ, cuius quantitas ignoratur, vel potest dubitari, vt tutelæ, curæ, & similium.

S V M M A R I V M.

1 *Prator Rota Marchia tenetur extrahere singulos Auditores ad singulas causas sorte educendas, etiam parte non citata. Intellige vt numero 2.*

3 *Iudex minoris summa potest cognoscere causas, in quibus dubitatur de æstimatione litis.*

4 *Actio vna communis pluribus apud quem Iudicem agatur.*

5 *Stante statuto, quod Potestas sit Iudex à centum scutis infra, & Capitaneus à centum supra, si est lis super quantitate, qua ignoratur, poterit esse Iudex Potestas. & n. 9.*

6 *Qui vult priuare Iudicem iurisdictione, debet probare summam, qua tendit ad abdicandum iurisdictionem Iudicis inferioris.*

7 *Elidere iurisdictionem est quedam exceptio declinatoria.*

8 *Iurisdictio in dubio videtur pertinere ad Iudicem, qui non habet fundare iurisdictionem in probatione.*

10 *Iurisdictio quando est fundata ratione dubij, nõ refert, si postea appareat aliquid, quod à principio esset obstaculum iurisdictioni.*

11 *Inspiciendum est, quod potest euenire quo ad iurisdictionem cognoscendam. Intellige vt numero 12.*

Decisio CXV.

SEcundum dispositionem Bullæ Rotalis §.
1 13. tenetur † Prætor Rotæ quandocunque
coram notario, & duobus testibus ad in-
stantiam petentis, etiam parte non citata sorte
extrahere singulos Auditores ad singulas cau-
sas sorte educendas, itaut causæ prius extra-
hantur, deinde Auditores: Quod intelligitur
2 de causis excedentibus summam scutorum cen-
tum, cum à summa, & valore centum infra qui-
libet Auditor, etiam sine extractione, solus, &
sine aliorum interuentu possit dictas causas au-
dire, cognoscere, & terminare, vt in eadem
constitutione §. 28. & §. 30. Et quoniam in
multis causis, & appellationibus, quæ ad Rotam
deuoluebantur, non aderat expressa certa quan-
titas, vel dubitabatur, an esset infra valorem
scutorum centum, nec ne. Ne occurreret po-
stea dubitari de iurisdictione Iudicis, & ad eui-
tandas expensas, quæ per partes fiebant dupli-
catæ quando requirebatur extractio Iudicis, &
per eum vti extractum concedebatur inhibitio,
& admittebatur appellatio. Quæsitum fuit plu-
ries quomodo esset procedendum; & licet nun-
quam super hoc fuerit aliquid conclusum, tamen
seruabatur aliquando extractio, modo absque
3 ea quilibet Auditor aditus procedebat; & † qui-
dem hoc vltimum videtur concludi per *glos. in
l. in offerendis. in verb. decernendam. C. de ap-
pellat.* vbi exemplificat in causa eius speciei, de
qua potest dubitari, videlicet tutelæ, & curæ,
dicens quod ambo in dubio cognoscent. *argum.
l. si idem. §. 1. & §. fin. ff. de iurisdict. omn. iud.
& l. 3. §. quia plautianum. ff. de liber. agnosc.*
4 † vbi disponitur, quod quando vna actio est cõ-
munis pluribus veluti familiæ erciscundæ, com-
muni diuidundo, finium regundorum, non agi-
tur apud illum Iudicem, qui inspectis singulo-
rum partibus habet iurisdictionem, sed apud
eum, qui tota re inspecta iudicare potest, quia
tota res in iudicium venit, & vni potest adiu-
dicari. Vide tamen, quia iste tex. habet diuer-
sas lecturas, & possunt verba referri, etiam
ad primum intellectum, quod inspiciantur par-
tes cuiusque.

Idem voluit *Bald. in l. fin. §. vlt. C. de ap-
5 pellat.* † vbi quod stante statuto, vt Potestas sit
Iudex à centum scutis infra, & Capitaneus à
centum supra, si mouetur petitio hæreditatis,
cuius quantitas ignoratur, vel agitur ad fa-
ctum, & de interesse nescitur; erit Iudex Pote-
stas. Ratio est, quia cum maior summa tendat
ad abdicandum iurisdictionem Iudicis inferio-
6 ris, ille † qui vult priuare Iudicem iurisdictio-
ne, debet hoc probare. Secunda est ratio, quia
cum iste superior Iudex velit elidere iuridictio-
7 nem alterius, † quia elidere est quædam excep-
8 tio declinatoria, in dubio † iurisdictio pertine-
re videtur ad Iudicem, qui non habet fundare
iurisdictionem in probatione, vt per *Bald. in
dicta l. fin.*

Idem etiam voluit *Alex. cons. 57. nu. 5. vers.
9 etsi contingat moueri. lib. 2.* vbi † refert, & se-
quitur dictum *Baldi*, prout etiam *Bertacchin.*
dicens esse notandum *in tractatu de gabellis.
memb. 4. p. 8. num. 5. vers. & adde hic. & And.
Barbat. in addit. ad Bald. in d. l. vlt. §. fin. C.
de appellat.* vbi dicit dictam decisionem notan-
dam tanquam singularem, quod Iudex minoris
summæ cognoscit, licet in impressione erratum
sit, cum pro verbo minoris sit positum verbum
maioris.

Et facit ad prædicta ratio *tex. in d. l. fin. in
fi. C. de appellat.* vbi quando prima facie sum-
ma non apparet excedere iurisdictionem Iudi-
cis, potest Iudex in maiori summa pronuncia-
re,

10 re, & cognoscere causam, quia † cum fundata fit iurisdictio ratione dubij, non refert, quod postea appareat aliquid, quod à principio esset obstaculum iurisdictioni. *Bart. in l. si idem cum eodem. in princ. num. 2. vbi Bald. in §. si vna. num. 2. Angel. in fi. Ias. in princip. n. 6. Purpur. n. 3. ff. de iurisdict. om. iud.*

11 Non obstat, † quod debeat inspici, & considerari quod potest euenire. *Castren. in d. l. si idem.* & ibi *Socin. in fin.* vbi quod si coram Iudice, qui potest cognoscere tantum vsque ad certam summam, agatur actione arbitraria, poterit sibi opponi de incompetentia, attento quod causa potest excedere summam ex natura actionis. Vnde non erit Iudex in arbitrarijs, secundum *Cyn. & Ang. ibidem.*

12 Quia respondetur id debere intelligi, † quando excessus esset verisimilis, alias secus, vt dicunt *Angel. & Socin. in d. l. si idem*, quod colligitur ex *tex. in d. l. fin. §. fin. C. de appellat.* in illis verbis, *prima facie*; subdens ibi *Castren.* quando status de præsenti ad illum tendit, alias non debet inspici quod potest euenire; & ibi additur per *Dec.* verisimiliter, prout idem de verisimilitudine concludit *Salicet. in l. in offerendis. n. 1. verf. glossa secunda quærit. C. de appellat.* vbi declarat, quod quando dubitatur de æstimatione litis, si verisimiliter creditur quod excedat, tunc non cognoscet Iudex minoris summæ; sed si verisimiliter credi non potest, tunc ad eum dicta cognitio spectabit, quia attenditur, quod verisimiliter est venturum; & de hoc dicit videri esse casum in *l. ampliorem. in fin. C. de appellat.*

Ex quibus constat Iudicem minoris summæ posse cognoscere de huiusmodi causis, dummodo verisimiliter non colligatur, quod possit excedere summa, seu æstimatio litis, quæ controuertitur: & ita fuit seruatum.

EPITOME.

Notarius an possit puniri de falso, & teneatur cognoscere personas principales, & testes, de quibus in instrumento. [& quid in socio, qui duxit ad notarium alium socium, cum quo composuit, vt se faceret Titium nominare, cum vere non esset Titius. [& quid si aliquis dedit Tabellioni cedulam falsam, vt in actis illam insereret, ex qua sententiam obtinuit.

SVMMARIVM.

1 *Notarius non punitur conficiens instrumentum nomine Titij, licet alius comparuerit illius nomine.*
2 *Falsum non committur sine dolo.*
3 *Notarius non tenetur cognoscere personas principales contrahentes, sed satis est, quod notitiam acquirat, tunc, & eo modo, quo potest, & n. 4. Amplia vt n. 9.*
5 *Probatio non est restringenda.*
6 *Notarius non debet præsumere, quod contrahentes fingant aliud nomen.*
7 *Mentientes in nomine puniuntur.*
8 *Iura adaptãtur ad ea quæ frequẽtius accidunt.*
10 *Testis tenetur cognoscere personas, de quibus testificatur.*
11 *Notarius non debet cognoscere testes descriptos in instrumento, nisi quando deberet scribere certam qualitatem eorum.*
12 *Socius qui duxit ad notarium alium socium, cū quo composuit, vt se faceret Titium nominare, licet vere non esset talis, non punitur pœna statuti mandantis fieri falsum instrumentum, & qua pœna puniatur num. 17.*
13 *In notario fundatur tota substantia instrumenti.*
14 *Dans notario cedulam falsam, vt redigeretur in publicis actis, ex qua sententiam obtinuit, non punitur de falso, tanquam mandans confici falsum instrumentum, poterit tamen accusari de obreptione falsi.*
15 *Dictans falsum poterit puniri de eo, etiam quod notarius bona fide scribat.*
16 *Substantia instrumenti non ita fundatur in dictante, sicut in notario.*

Decisio CXVI.

Qvo ad pœnam intentatam vigore statuti, de quo in actis contra notarium, & mandantem, dictum fuit ambos esse absoluendos. Nam quo ad tabellionem clarum est illum non comprehendi in statuto, neque aliqua
1 pœna puniri posse. Notarius † enim conficiens instrumentum nomine Titij, licet alius eiusdem nomine comparuerit, non potest puniri de fal-
2 so, cum in ipso non adsit dolus, sine quo † non committitur falsum. *l. nec exemplum. & l. nequis decurio. ff. de fals. Doctor. in c. cum Ioannes. de fide instrum. Socin. iun. consf. 37. n. 28. li. 2.*
3 Neque enim est de necessitate, quod † tabellio cognoscere debeat personas principales, de quibus facit mentionem in instrumento, & habeat notos contrahentes, & eorum nomina per præcedentem conuersationem, vel notitiam, sed satis est, quod acquirat illam, tunc, & eo modo, quo potest, scilicet videndo personas paciscentes, & audiendo verba eorum, nomina, & pronomina, quibus asserunt se vocari. *Bal. in rubr. de fid. instrum.* post *Nicolaum de Martarellis* per eum allegatum. *num. 11. colum. 4. verf. venio ad secundum.*

Ratio est, quia alias res procedere non posset, neque frequentaretur scriptura; & sic ad
4 nihilum deducerentur instrumenta, † cum sic ea non possent fieri, nisi de personis, quæ alias essent notæ. Vnde non de mulieribus, non de rusticis, non de extraneis, quod erit contra
5 legem, quæ voluit probationem † non restringi, sed ampliari. *§. si quis igitur in fin. auth. de fide instrum.*
6 Secunda est ratio, quia non debet † præsumere tabellio, quod illi fingant nomen, & falsum committant, cum certum sit, quod si men-
7 tiuntur † pœnam non euitabunt. *l. 1. in princip. & l. qui falsam. & l. Paulus. §. 1. ff de fals.* Vnde in his præsumitur, quod tabellio scribat, & in-

ſtrumentum conficiat bona fide, cui qnantum
eſt in ſe non potuit aliud innoteſcere; & licet
quandoque quis iſto nomine mentiatur, hoc eſt
de raro contingentibus, † & iura adaptantur ad
alia, quæ frequentius accidunt. *l. nam ad ea. ff. de legib.*

Quæ quidem ampliantur, non ſolum circa
nomen deſignatiuum ſubſtantiæ, vel corporis;
9 ſed etiam circa nomen deſignatiuum offitij.
Tunc enim notarius non deliquit, tale nomen
ſcribendo de conſenſu partium. *l. optimam. de contrahen. ſtipul. Bald. in d. rubr. de fid. inſtr. n. 12. verſ. non debet.* ad quem ſe remittit *Iaſ. in l. fin. in princ. n. 10. & Alex. n. 4. C. de iur. delib. Franc. deciſ. 262. n. 1.*

10 Contrarium tamen eſt in † teſte, qui debet
perſonas cognoſcere, de quibus teſtificatur,
quia non poſſet ſcire qualitates perſonarum,
de quorum facto facit mentionem, niſi eos notos habeat. *l. 3. §. cum alijs. ff. de teſtib. l. fin. autem dubius. C. de iur. delib. §. oportet. authen. de fid. inſtrum.*

Idem etiam dicendum eſt, non eſſe neceſſe,
11 quod † notarius cognoſcat teſtes deſcriptos in
inſtrumento, niſi quando debet ſcribere in eo
certam qualitatem eorum, puta quod ſint idonei, poſſidentes ſubſtantiam, & ſimilia. *§. fin. authen. de barid. & falcid. Bal. in rubr. de fid. inſtrum. n. 13.*

Quo ad ſecundum idem dictum fuit, quod ne-
12 que † ſocius, qui duxit ad notarium alium ſo-
cium, cum quo compoſuit, vt ſe faceret Titium
nominare, cum vere non eſſet Titius, non poſſit
puniri dicta pœna ſtatuti. Ratio eſt, quia quem-
admodum tabellio non poteſt puniri de falſo, vt
13 ſupra dictum eſt † cum in eo fundetur tota ſub-
ſtantia inſtrumenti, tanquam non conſcius ta-
lis malignitatis, & ſine aliquo dolo, ita etiam
neque dicta pœna punietur, qui illud fieri fecerit; ita in ſpecie concludit *Anchar. in c. quanto. in fin. verſ. vltimo induco iſtum. de his quæ fiunt à Pral. ſine conſ. capit.* & ibi *Abb. n. 4.*

Propterea dicunt Doctores, quod ſi aliquis
14 † dedit notario cedulam falſam, vt in actis illam
insereret, quæ ab eo bona fide in publicis actis
ſcripta, & redacta fuit, ex qua pars ſententiam
obtinuit, non tamen per hoc poterit puniri de falſo, tanquam mandans falſa acta, vel falſum inſtrumentum confici, licet ſecus eſſet, ſi accuſaretur de obreptione falſi. Vnde non comprehenditur in ſtatuto imponente pœnam contra facientem fieri falſum inſtrumentum. *Bart. in l. ſi quis obrepſerit. n. 2. ff. ad leg. Cornel. de falſ. & conſ. 199. tudertin. lib. 1. Alex. conſ. 77. in cauſa accuſationis. in princ. & conſ. 74. num. 12. lib. 1. Imol. conſil. 104. in princip. Ruin. conſil. 83. n. 5. lib. 4. Boſſi. de delict. n. 36. & in tit. de falſis. nu 100.* & multum eſſe commendandum, dicit *Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 4. caſu 309. num. 2.*

15 Non obſtat, quod dicitur de dictante † falſum,
qui poterit puniri de falſo, etiam quod notarius
bona fide ſcribat. *Bald. in rubric. C. res inter alios acta. ad fin.* vbi loquitur de Aduocato di-
ctante inſtrumentum vſurarium. Quia reſpon-
detur adeſſe diuerſam rationem, cum non ita
16 † fundetur ſubſtantia inſtrumenti in dictante,
ſicut in notario, prout concludit, & diſtinguit
Anchar. in cap. quanto. in fin. de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſu Capitul.

Qua autem pœna d. ſocius veniat plectendus particulariter eſt videndum, cum ſatis ſit in caſu ſtatuti, de quo agebamus non comprehendi; & quod alia pęna arbitraria ſit puniendus, videtur colligi ex *Menoch. d. caſu 309. n. 2.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *In probatione, quæ fit per teſtes, & inſtrumenta, an requiratur cognitio contrahentium. & num. 2.*

3 *Cognitio contrahentium quando requiratur remiſſiuè.*

¶ N. 3. *poſt verba.* ad ſecundum.

Anan. in c. licet. col. penul. de crimi. falſ. Dec. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 39. in fin. C. de edend. Ruin conſ. 189. n. 17. lib. 1. Bertazol. clauſ. 2. gloſ. 2. nu. 9. vbi dicit multum notandum, & de veriori opinione teſtatur, quidquid aliud concludat *Bald. in l. fi. in princ. num. 16. C. de iur. deliber.*

¶ N. 10. *poſt verb.* auth. de fid. inſtrum.

Diſtinguendo inter probationem, quæ fit per
teſtes, tunc enim debent cognoſcere cõtrahen-
1 tes, † ſi ſuper eorum actibus teſtificantur; ſe-
cus ſi probatio fit per inſtrumentum, quia tunc
non eſt neceſſarium, quod teſtes cognoſcant
contrahentes, vel illos cognouerint, quia ſta-
tur inſtrumento, dummodo non ſimus in in-
2 uentario, † vel in inſtrumento in ſcriptis confe-
cto ab imperito litterarũ, quia requiritur cogni
3 tio in iſtis caſibus, † & in alijs, de quibus per *Fel.*
in c. cum cauſam. n. 11. de teſtib. & ibi Abb. n. 16. Bal. in l. 1. ff. ſi ex noxal. cauſ. agat. Bertaz. clauſ. 2. gloſ. 2. n. 7. verſ. quo ad ſecundum.

¶ N. 11. *poſt verb.* de fid. inſtrum.

Prout neq; reſpectu partis requiritur iſta cognitio teſtium. *§. & licet. auth. de fid. inſtrum. Io. Andr. ad Specul. de teſtib. §. 1. verſ. de teſtimonio. Bertaz. clauſ. 2. gloſ. 2. n. 7.*

EPITOME.

Quando quis ſit liberatus per dationẽ in ſolutum nominis ſui debitoris. [Et quid ſi non eſt facta præciſe de conſenſu partium, ſed in ſubſidium, & loco pœnæ. [Nouatio an fiat ſi promittatur quod aliquis debet. [Et quãdo facta nouatione, & liberato principali, ſecunda obligatio fideiuſſoris non ſuſtineatur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Debitor tradens in solutum nomen sui debitoris creditori volenti, liberatur, etiam si non sit expressum.*
2 *Datio in solutum, si est præcise facta de consensu partium, liberat dantem. Secus si esset in subsidium, & loco pœnæ.*
3 *Promittens soluere dotem infra annum, si dederit quædam bona in solutum, elapso anno mulier poterit nihilominus agere ad dotem.*
4 *Etiamsi in datione in solutum dictorum bonorum adsit pactum, quod in euentum euictionis dictorum bonorum mulier habeat regressum ad dotem.*
5 *Electio debet esse debitoris.*
6 *Si quis simpliciter promittat quod alius debet, non fit nouatio.*
7 *Fideiussor propriè dicitur qui alienæ obligationi accedit.*
8 *Fideiussor largo modo dicitur, qui est obligatus pro negotio, quod ad alium spectat.*
9 *Nouatio fit, quando præcedit mandatum promittendi vel soluendi, & promissio est acceptata.*
10 *Promissio præcedente iussu soluendi habetur pro solutione.*
11 *Nouatio non præsumitur.*
12 *Nouatio ex coniecturis probatur.*
13 *Nouatio probatur ex coniecturis manifestis, quæ colliguntur ex verbis contrahentium.*
14 *Nouatio habet vim solutionis.*
15 *Nouatione facta censetur liberatus principalis debitor.*
16 *Principali liberato, liberatur & fideiussor.*
17 *Nouatione voluntaria facta liberantur primi fideiussores. Amplia vt num. 18.*
19 *Per nouationem voluntariam liberantur pignora, nisi repetantur de consensu partium.*
20 *Nouatione legitime facta vsuræ non currunt.*
21 *Priuilegia prima actionis, quando censeantur repetita in stipulatione nouante.*

Decisio CXVII.

APparet ex processu Magistrum regium de Camerino debitorem tradidisse in solutum nomen sui debitoris creditori
1 suo volenti. Vnde declaratum fuit illum † esse liberatum, licet non fuerit expressum. *Bal. in l. mæuia. de solut. Doctor. in l. singularia, si cert. petat. Guter. de contract. iurat. cap. 63. n. 9. tom. 6. p. 2. fol. 113.*

Eo maximè, quia datio in solutum est præci-
2 sè facta de consensu partium, licet † secus esset, si in subsidium, & loco pœnæ, iuxta *consi. Dec. 12. per totum*, puta quando quis promisit soluere talem dotem infra annum, quam si non solueret dat in solutum quædam bona, eum pacto & con ditione, quod si euincerentur dicta bona, mulier habeat regressum ad dotem; Nam elapso anno
3 mulier † poterit agere ad dotem, & non tenetur nisi velit accipere dicta bona in solutum, quia Decis. Marchiæ. hoc fuit ad fauorem mulieris; Vnde non inducitur nouatio, & mulier poterit eligere quod-
4 cunque eorum voluerit, non obstantibus † illis verbis, eum pacto quod si dicta bona euincerentur, &c. quia intelligitur, si datio in solutum habuerit effectum, idest si mulier illa bona potius elegerit, quam dotem petere, cum dicta verba non debeant corrigere electionem mulieri com petentem, prout vltra *Dec. supra allegatum*, late concludit *Guter. de contract. iur. d. c. 63. n. 9. in fi.*
5 [licet contrarium, quod electio † debeat esse debitoris, contra *Dec.* post *Castren.* consuluerit *Alciat. cons. 11. tom. 3. lib. 8. Natta cons. 496. nu. 16. in fin. lib. 3. Socin. iun. cons. 41. lib. 3.* & de dicta *quæst.* est *decis. Afflict. 397.*
6 Non obstat, quod non † fiat nouatio, si alter promittat simpliciter quod aliquis debet; cum is fit potius adpromissor, vel fideiussor, & sponsor. *l. item illa. §. fin. de constit. pecun. glos. fin. in §. 1. in verb. fideiussorem. & §. fin. in verb. argentarium. authen. de fideiussor. Imol. in l. delegare. de nouat. Alexand. in l. qui vsumfructum. de verb. obligat. Ias. in l. singularia. nu. 38. si cert. pet.* & ibi *Socin. colum. penult. Barbat. cons. 37. col. 2. lib. 2.* Ratio est, quia fideius-
7 sor † propriè strictè dicitur, qui alienæ obliga-
8 tioni accedit; large autē,† qui est obligatus pro negotio, quod ad alium spectat, non ad se. *Bart. in auth. hoc ita. n. 68. C. de duob. reis. & in l. reos, eodem tit. Dec. cons. 267. in princ. vers. sed prima consideratione. Castren. cons. 81. in causa Siluestri. alias 331. lib. 1.*

Quia respondetur prædicta non procedere,
9 quando præcessit † mandatum promittendi, vel soluendi, & promissio est acceptata, prout hic, tunc enim fit nouatio, & habetur pro solutione; Vnde dicunt *Doct.* quod quando præcedente iussu soluendi mercator scribit alium creditorem, & ille acceptat; tunc fiet nouatio, non quia hæc sit delegatio, vel quod ex verbis appareat de
10 animo nouandi, sed quia promissio † præcedente iussu soluendi habetur pro solutione. *l. si patronus. de donat. l. cum tutor. §. cum haberet. ad Velleianum. Dec. consil. 107. n. 1.* late *Gabr. cons. 155. n. 25. cum sequentibus, lib. 1.*
11 Non obstat non præsumi † nouationem. *l. fin. C. de nouation. Alex. cons. 13. in princ. vol. 2.* quia respondetur esse factam nouationem per ea quæ dicta sunt, stante mandato soluendi, & promissione acceptata, quæ habetur loco solu-
12 tionis. Immo etiam coniecturis † probatur nouatio. *Aym. consil. 167. n. 11.* post *Bart. l. pacta nouissima. de pact. Afflict. decis. 44. n. 15.* Nam satis expressa dicitur, quando de ea constat per coniecturas. *Guter. de contract. iurat. c. 63. num. 9.* Quod intelligitur de coniecturis
13 † manifestis, quæ colliguntur ex verbis contrahentium, secus de coniecturis legis, quæ tolluntur per *d. l. fi. C. de nouation.* & ita *Mascard. de probat. conclus. 1107. n. 20.* Et multæ coniecturæ colliguntur ex processu in casu, de quo agimus, ex quibus apparet esse recessum à prima obligatione.

14 Vnde cum sit facta † nouatio, erit liberatus debitor principalis, cum illa habeat vim solutionis. *l. si rem. §. fin. de nouat. Alex. in l. si diuortio. 21. n. 3. in fin. de verb. oblig.* sicut & acceptilatio. *l. si ex pluribus. de acceptilatio.*

Quibus stantibus, secundo etiam declaratum fuit liberatos esse fideiussores: quando enim secunda obligatio nouat primam, cum nouatio ha
15 beat vim solutionis, tunc † censetur solutione liberatus principalis. *l. & per iusiurandum. §. si fideiussori. de acceptil.* & liberato principali,
16 per consequens non potest † sustineri secunda obligatio fideiussoris. *l. fideiussor obligari. in princ. de fideiuss.* quia est contra mentem contrahentium. *Alex. in l. si diuortio. n. 3. de verb.*
17 *oblig.* Et regulare est, quod rennuata † principali obligatione sunt liberati fideiussores primi. *glos. in l. si se non obtulit. §. si ex conuentione. in verb. pignora.* & ibi *Alex. nu. 8. de re iudic.* & facit *l. nouatione. C. de fideiussor.* vbi per nouationem voluntariam liberantur fideiussores.
18 Quod ampliant *Doctor.* habere locum, † etiam quod creditor protestatus fuerit, dicendo citra innouationem, & praeiudicium priorum fideiussorum; Cum enim in secunda obligatione nouante primam, isti fideiussores sint absentes, non se obligauerunt in secunda obligatione, nec consenserunt, vnde reseruatio nihil operatur, & sic non obstat. *l. 1. C. etiam ob chirographariam pecuniam pign. ten. poss.* vbi per nouationem
19 voluntariam † liberantur pignora, nisi repetantur de consensu partium, prout concludit *Fräc. Marc. decis. 538. per tot. p. 1.* Sicuti etiam noua-
20 tione legitime facta † hypothecae liberantur, & pignus, & vsurae non currunt. *l. nouatione. de nouat. l. solutum. in princ. de pignoratit. actione: Negusan. de pignor. 3. memb. sextae partis principalis. num. 1. cum sequentib. tom. 6. p. 1. fol. 246. Ias. in l. 1. num. 11. C. de iudic.* Et quando priuilegia primae actionis censeantur repetita in stipulatione nouante, distingue, vt per *Bar. in l. alia. in fi. de solut. Doct. in §. fuerat. Inst. de act.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Mulier an possit agere ad dotem, si infra annũ ei non fuit soluta, vel teneatur accipere bona ei assignata in casu solutionis non factae infra dictum tempus. & n. 3. 4. & 5.*

2 *Clausula, ex nunc prout ex tunc, operatur, vt vnum tempus insit alteri.*

¶ N. 4. *post verb.* c. 63. n. 9. in fin.

Cephal. conf. 43. num. 5. Cagnol. in l. 1. nu. 77. ff. si quis ius dicent. non obtemperau. Curt. iun. cons. 132. num. 3.

¶ N. 5. *post verb.* Afflict. decis. 397.

Et quidem haec opinio est verior, quidquid di-
eat *Decius*; praeualet enim auctoribus, & ra-
1 tionibus, † prout late concludit *Purpur. consil. 557. Siluan. consil. 102. Aym. cons. 477. num. 6. & cons. 691. num. 5. Thesaur. decis. 147. Surd. decis. 113. num. 8.* Vbi *n. 10.* ampliat magis procedere, si in datione in solutum adesset illa clau-
2 sula, ex nunc, prout ex tunc, † per quam vnum tempus inest alteri. *Alex. in l. titius. la seconda. in 2. notab. de verb. oblig.* Cum enim debitum fuerit extinctum per dationem in solutum, non datur amplius recursus ad illa bona, etiam si
3 euincerentur, non habita consideratione, † quod datio fuerit pura, vel conditionalis; quia cum conditio extiterit, puri, & purificati idem est
4 iudicium; † nec adest ratio, quare potius pactum debeat esse ad fauorem creditoris, quam debitoris, postquam datio in solutum est irreuocabilis, & non debet esse locus poenitentiae. *Surd. decis. 113.* & saepius fuisse ita iudicatum,
5 dicit *Addit. ad Thesaur. decis. 147.* † Dummodo tamen solutio sit facta libere, cum secus sit quando non esset talis, sed ad vtendum, & fruendum, donec fuerit solutum, re nondum effectualiter tradita, vt in d. *Addit. ad Thesaur. ibid. post Gozzad. conf. 42. num. 15.*

EPITOME.

Executio facta super iocalibus mulieris, an possit per eam retractari, licet consenserit illa dari pro debitis viri.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres dando iocalia, & vestes executoribus pro debitis filij, vel mariti, possunt agere ad restitutionem.*

2 *Mulier non minus iuuatur Velleiano pro aliena obligatione dando pignus, quam fideiubendo.*

3 *Deceptio in executore non consideratur.*

4 *Iocalia remanent in domo mariti, nec censentur vxori donata, nisi ad vtendum pro honore illius. & num. 5.*

6 *Iocalia non possunt vendi per maritum.*

7 *Iocalia sunt de appenditijs dotis, & iudicari debent prout de dote.*

8 *Donatio facta à patre sicut valet pro dote, ita pro iocalibus.*

9 *Vxor consequitur omnia iocalia, quae à suo sponso fuerunt donata.*

Decisio CXVIII.

FVit facta executio super iocalibus, & vestibus mulieris, quae consensit illa dari.
1 Vnde cum dubitaretur † an posset dici per eam de inualiditate huiusmodi executionis, conclusum fuit affirmatiue. Quia mulieres dando eorum iocalia, & vestes executoribus pro debitis filii, seu mariti, possunt agere ad restitu-
2 tionẽ illorum, † cũ non minus iuuentur Velleiano pro aliena obligatione dãdo pignus, quã fideiubendo. *l. senat. consult. & l. si qua mulier. C. ad*

Vel-

C. *ad Velleian.* dùmodo tamen non decipiant. *l.*
3 *si fine. C. eod.* † Quæ deceptio in executore non
consideratur, cum sit curialis, cui non permittitur ignorantia iuris; Vnde executio erit irrita. Ita in specie de muliere, quæ auteum torquem dederat executori, concludit *Lucas Petus in sua praxi. lib. 8. c. 2. num. 24.*

4 Neque obstat quod ista † iocalia remaneant
in dominio mariti, nec censeantur in dubio esse vxori donata. *l. mortis suæ causa. §. fin. de donat. int. vir. & vxor.* sed potius data ad vtendum tantum. *l. si vt certo. §. interdum. ff. com-*
5 *mod.* † pro maiore honore mariti. *l. id vesti-*
mentum. de peculio; Quia respondetur non per hoc teneri vxorem illa dare, neque ipsi marito repetenti, sed poterit illa retinere pro ornatu
6 suo, † itaut neque per virum possint vendi, pro-
ut consuluit *Alciat. cons. 34. lib. 5. tom. 2.*

Et regulariter iocalia, & bona parafrenalia, quæ dantur per patrem filiæ tempore nuptiarũ, & causa matrimonij secundum consuetudinem
7 † sunt de appenditijs dotis, & accessorijs, ac
vti de dote iudicari debent. *Alex. cons. 27. col.*
8 *penult. in fin.* † & sicut valet donatio facta à
patre pro dote, sic valet si donat scrinia cum iocalibus. *Castren. in l. cum pater. §. pater filia. de leg. 2. Rolan. de dote. q. 50. n. 5. & 6.* & vxor
9 † consequitur omnia iocalia, & ornamenta, quæ
à suo sponso fuerunt donata. *l. penult. §. seruis. solut. matrim. l. cum te. & l. cum vetere. C. de donat. ante nupt. 10. Rojas in epit. success. c. 33. nu. 41. tom. 8. p. 1. fol. 427.* cum declarationibus, de quibus per *Surd. decis. 166.* vbi multa quo ad vestes quotidianas, pretiosas, festiuas, nouas, & attritas, ac alia ornamenta, & iocalia data mulieribus, tam nobilibus, quam alijs, per maritum, socerum, patrem, & similes ad quem pertineant, & quando præsumatur commodatum, seu donatio, quæ cõfirmetur morte mariti, soceri, & aliorum, & quando donatio iocalium per maritum censeatur reuocata per pignorationem, & obligationem ab eo factam, tam generalem, quam specialem. *Bald. & Ang. in l. si maritus. la 2. C. de donat. int. vir. & vx.*

Adde quod isti annuli, seu iocalia, quibus desponsatur vxor, siue in domo sponsæ, siue in facie Ecclesiæ, quamuis sint pretiosa, & magni valoris, sunt vxoris, neque spectant ad maritũ, aut eius hæredes; videntur enim data pro impensa debita, & quasi necessaria ad contrahendum matrimonium potius, quam ex liberalitate; Vnde non potest dici, quod contineantur nomine donationis, quæ est prohibita inter virũ, & vxorem, stante præsertim consuetudine. *Natt. cons. 417. n. 3. Crauet. cons 443. n. 15. Roman. cons. 146. n. 2.* reprobato *Baldo in l. cum te. n. 1. C. de donat. ante nupt. Surd. decis. 166. nu. 1.* vbi etiam ampliat ad annulos alienos, cum quibus fuit vxor desponsata, si enim illorum loco dentur alij per maritum, censentur subrogati, itaut non sit donatio, sed prioris actus confirmatio. *Lup. in rubr. de donat. int. vir. & vxor. §. 4. n. 2. per tex. in l. si donata res. §. 1. ff. eod. tit.*

Decis. Marchiæ.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia data vidua intra annum luctus pro vestibus emendis, an possint condici, si non emantur.*
2 *Iocalia an pertineant ad vxorem mortuo viro.* 1
3 *Statutum loquens de augmento dotis an habeat locum in iocalibus.*

¶ N. 9. *post verba.* C. de donat. int. vir. & vx.

Et plura quo ad vestes, quæ dantur viduis intra annum luctus quando censeantur donatæ, & per transitum ad secunda vota competat repe-
1 titio; † Et quid si fuerint datæ pecuniæ pro illis
emendis, & non emantur, quod non possint condici. latè *Surd. de alim. tit. 4. q. 2. n. 20. cum seq. post Bald. cons. 478. num. 3. lib. 5. Campeg. de dot. p. 2. q. 56. Cordub. in l. si quis à liberis,*
2 *§. non tantum. num. 23. de liber. agnos.* † Et ad
quem pertineant iocalia. *Bertazz. consil. ciuil. 57.* cum alijs per *Addit. ad Thesaur. decis. 195.*
3 Vbi etiam quod statutum, † loquens de aug-
mento dotis non habet locum in iocalibus, & quod solum annulus sponsalitius cedit lucro vxoris, non admissa distinctione *Mascar. concl. 563. num. 6. cum seq.* Quæ quando procedunt dixi late *disceptat. cap. 189.*

EPITOME.

Renouatio locationis quando videatur facta. [Et quid si contractus est, non per modum locationis, sed emptionis fructuum, an censeatur renouatus si emptor remanet in possessione prædij. Et quid si fuit promissum in fine temporis rem liberam relaxare.

SVMMARIVM.

1 *Locationis renouatio censetur facta ad annum in prædio rustico, & in urbano quatenus habitauerit. & num. 2.*
3 *Relocatio operarum medici, & aduocati dicitur repetita cum eisdem qualitatibus, de quibus in prima conductione. & num. 4.*
5 *Medico magis indigemus æstiuo tempore, quam hyemali.*
6 *Medici reconductio censetur renouata iuxta tempus prædij rustici.*
7 *Emptor fructuum remanens in possessione vinea non censetur renouare contractum emptionis illorum.*
8 *Locatio, & emptio æquiparantur. Intellige vt num. 10.*
9 *Precarij contractus habet similitudinem cum locatione.*
11 *Renouatio contractus non censetur facta, vbi est promissum rem libere vacuam relaxare.*
12 *Renunciatio cuiuscunque priuilegij intelligitur si promittatur res restitui libera, & expedita.*
13 *Locator promittens non expellere durante loca-*

tione conductorem, intelligitur renunciasse, ut nec pro usu suo possit eijcere. & n.14.

Decisio CXIX.

RENouatio locationis videtur facta in annum, si conductor post tempus rema-
1 net in prædio † rustico, licet in vrbano
dicatur renouata, quatenus habitauerit, nisi
in scriptis prima conductio celebrata fuerit,
vel nisi dominus posse consentire desierit. *l. itē quærītur. §. qui impleto. ff. locati. Anchar. q.42 p.1. Alciat. reg. 2. præsumpt. 17. Afflict. decis. 365. nu.10.* qui declarant quando, & pro quan-
2 to tempore † censeatur facta reconductio, cum
alijs per *Menoch. præsump.85.lib.3.*
3 Idem dicitur in relocatione operarum, † in
quibus locatio, & conductio, tam medici, quam
aduocati, & aliorum, tacendo vltra tempus censetur repetita, & cum eisdem qualitatibus, &
cōditionibus, quibus iam prima vice conductus
fuit. *Corn.cons.347.lib.1.Aym.cōs.237.n.2.vers. alibi scribit;* vbi subdit, quod si finita cōductione
communitas mandet solui salarium medico pro
4 alio tempore, ex hoc † censetur expressè conduxisse operas medici, & cum ob pluralitatem
5 morborum magis medico indigeamus † tempore æstiuo, quam hyemali, illius opera comparabitur prædio rustico; & sic in reconductione tacita illius censebitur renouatio facta iuxta tem-
6 pus prædij † rustici. *Menoch. de præsumpt.lib. 3. num. 13. q.84.*

Ex istis videbatur concludendum fuisse factam tacitam relocationem prædij, de quo agebatur in causa Iulij de Marcellis, cum appareat conductorem remansisse in possessione fundi, ex quo debet censeri renouatus primus contractus.

Contrarium tamen fuit declaratum; quia cōtractus non fuit factus per modum locationis, sed potius emptionis, cum à principio fuerint
empti fructus vineæ; Vnde etiam quod elapso
7 tempore emptor † remaneat in possessione vineæ, non censetur renouatus contractus emptionis fructuum. *Alex.cons.76.visis dubitationibus. colum.1.vers.sed præmissis.num.4.lib.5.* vbi allegat *Bald. in d. l. item quæritur. §.qui impleto.ff. locati. in suis reportatis antiquis. Bero.cons.153. n.23. lib.1. Aym.cons.87.n.3.*

Non obstat quod eadem sit ratio, siue simus
in locatione, siue in emptione fructuum, cum di-
8 cti † contractus æquiparentur. *l. in venditione. §.1.ff.de bon.auctor.iud.possid.* Vnde ex permissione patientiæ debet iudicari de isto cōtractu, prout de locatione, cui assimilatur. *l.1.§.si quis seruum. ff.deposit.l.eum qui.§.1.ff.commodati.*
[Ex quo dicitur quod dispositio *d.§. qui imple-*
9 *to.* extenditur ad contractum † precarij facti ad
certum tempus, qui habet similitudinem cum locatione. *l.in rebus.§.fin.de precario.Doctor.in c.1.eod.tit.Aym.cons.87.n.3.*

Quia respondetur *d.§.qui impleto.* solum loqui in mera locatione; Vnde non debet extendi ad alios contractus, licet enim adsit aliqua si-
militudo, tamen in locatione tractatur de mo-
10 dico præiudicio, quod non est in emptione; ex
quo dicimus, quod ratione huiusmodi præiudicij, neque habet locum dispositio *d. §.impleto.* vbi agitur de dominio transferendo. *Alex.consil.17.viso instrumento.n.12.col.3.lib.4.& cons. 76.col.1.n.5.lib.5.*

Præterea in casu de quo agimus, fuit promis-
11 sum in fine temporis rem libere † vacuam, & ex-
peditam relaxare, renunciando omni legum auxilio; vnde non potest dici censeri factam renouationem contractus. *Gozzad.in repet.l.2.n.169 C.de pact.int.empt.& vend.Brognin.decis.42.n. 89. Mascard.de probat. conclus. 990. in fin.* [Ex quo enim promittitur finito contractu rem restitui liberam, & expeditam, videtur renunciari
12 † cuicunque priuilegio, etiam retinendi rem
locatam pro alio tempore; cum enim habeat priuilegium, & nihilominus voluerit teneri ad restitutionem, censetur se obligasse, etiam illo non obstante. *Bal.in l.fi.C.ad leg.falcid.* [Prout è cōtra, si dominus promisisset locatori durante lo-
13 catione non expellere † intelligitur renunciasse,
priuilegio, vt nec etiā pro vsu suo eijcere possit. *Angel. in l. adem. C. locat. Corn. cons. 103. n. 17. vol. 2. Dec. cons. 473. quæritur in effectu. n. 4. & cons. 291. n. 3.* cum alijs per *Portium reg. 33. lib. 1.* siue per *Gabriel. de locat. concl.3.*
14 *n. 2.* licet contra † *Ang.* teneat *additio ad Dec. d.cons.291.in verb.proprio.& Couarr.lib.2.var. resolut.c.15.num.4.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Promittens non expellere conductorem, an censeatur renunciasse, vt neque pro vsu suo possit illum eijcere. n.3. Intellige vt n. 4.*
2 *Pactum debet aliquid addere iuri communi.*
5 *Iuramentum habet vim specialis expressionis.*
6 *Renunciatio quando extendatur ad ius de futuro.*

¶ N.14. *post verb.* cap.15.n. 4.

Natt.cons.416. Nam esset tamen discendendum
1 ab opinione *Ang.* † quam sequitur *Idem Natt. cons.384.num.11.Corn.Felin.* & alij, de quibus
per *Surd.cons.34.num.28.& de alim.tit.9.q.26.*
2 *n.22.* Quia alias pactum nihil operaretur, † Vnde debet aliquid addere iuri communi. *Dec. in c.quæ in Ecclesiarum.col.penult.nu.31. de const. Bece. cons.94. num.28.* Vnde neque pro vsu suo erit licita expulsio conductoris, ne verba contrahentium inania iudicentur. *Bald.in rubr. C. de contrahen. empt.*

Nec aduersatur *text.in l. quæro. §.inter locatorem. ff. locat.* Quia ibi pactum de non expellendo includit solum casus, in quibus conductor contractum violat, & est in culpa, videlicet quando non soluit pensionem, aut rem de-
3 molitur, † tunc enim non mirum si licita est ex-
pul-

pulſio,non obſtante pacto, vt declarat *Caſtren.*
in d. §. inter locatorem. Abb. in cap. propter. §.
verum. locat. Vnde in caſu in quo conductor
non peccat aduerſus contractum, prout eſt quan
do neceſſitas ſuperuenit domino, iniquum vi-
detur, vt quis expellatur contra pactum, per
quod ſpecialiter ſibi prouidit, ne expelleretur.
Rutger. Roland. in theſaur. iur. emphyt. q. 22.
nu. 8. vbi quod in iudicijs iſta opinio tanquam
4 verior præualebit; † Intelligendo in cauſa ne-
ceſſitatis propriæ, cui locator poteſt renuncia-
re, quidquid aliud ſit, quando neceſſitas eſt pu-
blica, qua extante conuentio non obſtabit, &
erit licita expulſio, cum iſtius neceſſitatis re-
nunciatio non valeat. *l. ius publicum, & l. pe-*
nult. ff. de pact.

Magis prędicta procederent ſtante iuramẽto
in contractu adhibito, illud enim operatur, &
cenſeri debet cogitatum, etiam de eo, cuius
5 non fuit facta expreſſa mentio, † cum habeat
vim ſpecialis expreſſionis. *l. qui iure militari.*
ff. de milit. teſtamen. Doctor. in l. ſancimus. C.
de teſtam. Vnde etiam cenſebitur renunciatum,
vt neque pro vſu ſuo licita ſit expulſio, prout in
terminis declarat *Claud ad Bertazzol. conſ. cri*
min. 395. lib. 2. Non obſtante, quod renuncia-
tio iuris, quod quis habet, vel habere ſperat, in-
telligatur ex cauſa de præſenti. Nam quando
nullum ius competit de præſenti, in quo poſſit
renunciatio verificari, debet extendi ad ius de
futuro. *Bart. in l. qui Roma. §. duo fratres. q. 6.*
n. 19. in fin. de verb. obligat.

E P I T O M E.

Proteſtatio quando requiratur ad hoc, vt fatalia non cur-
rant. Et an ſufficiat de impedimento conſtare, ſi non
fuerit etiam de eo proteſtatum.

S V M M A R I V M.

1 *Proteſtatio requiritur, vt fatalia non currant, & n. 2.*
3 *Impedimentum vbi eſt notorium, proteſtatio non requiritur.*
4 *Factum ſi non releuat non eſt faciendum.*
5 *Nihil refert quod aliquid fiat ex æquipollenti.*
6 *Impeditus non debet proteſtare, vbi tempus eſt vtile reſpectu initij, & curſus.*
7 *Proteſtatio ſuper impedimento nõ fit vbi aliunde illud detegitur.*
8 *Impedimentum vt excuſet debet probari, & de eo proteſtari. intellige vt n. 9.*
10 *Pro non deſertione in dubio iudicandum eſt.*
11 *Expenſæ ſunt ſoluendæ per eum, cuius dolo inſtantia eſt perempta, & n. 12.*
13 *Inſtantia cuius culpa præſumatur perempta.*

Deciſio CXX.

PRoteſtatio requiritur ad hoc, vt fatalia
non currant, ſiue loquamur quando in-
1 ſtantia labitur † ex defectu Iudicis, ſiue
aduerſarij vtentis ſubterfugijs. *Bald. in l. prope-*
randum. §. ſin autem vtraque. C. de iudic. Natt.
conſ. 32. viſo, & terminato. num. 16. Aym. conſ.
270. in cauſa communitatis. nu. 3. Immo nec ſe-
2 mel tantum proteſtari, niſi † cum nihil aliud in
cauſa remaneat, quam pronunciatum dicere.
Oſaſc. deciſ. Pedem. 12. num. 7. Grauat. ad Veſtr.
lib. 3. cap. 5. num. 8. in verb. dummodo.

In cauſa tamen hæredum de Porphirijs cum
Marinangela Ceſanella de Firmo, dictum fuit nõ
opus eſſe huiuſmodi proteſtatione, cum impedi-
3 mentum fuerit notorium † propter inhibitiones
obtentas poſtquam fuerat cauſa appellationis
introducta, & per alia, de quibus in actis, quaſi
nihil hoc caſu diligentia appellantis profuiſſet.
Caſtren. conſ. 286. viſis his quæ ſuperius. alias
135. col. penult. verſ. nec videtur obſtare. lib. 2.
Alex. in l. non exigimus. §. quod diximus. in fin.
ff. ſi quis caut. Felin. in cap. ex tranſmiſſa. num.
6. verſ. limita tamen nouiſſime. col. 2. in fin. de
præſcrip. Ratio eſt, quia non tenetur quis face-
4 re, quod factum non † releuat. *l. fin. ff. quis ordo*
in bonor. poſſeſſ. Iſta enim proteſtatio requiri-
tur ad oſtendendum, quod animus impediti erat
perficere actum, ſi potuiſſet. Vnde ſi alio modo,
quam per proteſtationem apparet ita fuiſſe ani-
mum ſuum, dicendum eſt ſatis eſſe, cum nihil re-
5 ferat, quod fiat † ex æquipollenti. *cap. in his. de*
verb. ſignif. Felin. in d. cap. ex tranſmiſſa. num.
7. verſ. limita tertio. Cagnol. in l. in omnibus cau-
ſis pro facto. 39. num. 11. de reg. iur.

Præterea quando tempus eſt vtile, non ſolum
reſpectu initij, ſed reſpectù curſus, nõ eſt opus,
6 quod impeditus † proteſtetur, prout in anno, &
die, qui dantur vaſſallo ad renouandum inueſti-
turam mortuo domino, licet ſecus eſſet in tem-
pore cõtinuo, in principio, & in progreſſu. *Card.*
conſ. 154. in quæſtione quæ vertitur. Felin. in cap.
ex tranſmiſſa. col. 3. limit. 3. num. 7. de præſcrip.
Alex. conſ. 200. viſo proceſſu cauſæ. ad fin. lib. 7.

Immo neque requiritur proteſtatio appellan
tis ſuper impedimento, quando aliunde, vt in ca
7 ſu de quo agimus † impedimentum detegitur, vt
poſt *Felin. Iaſ. Aym.* & alios allegatos cõcludit
Caputaq. deciſ. 13. p. 2. nu. 5. Creſcen. deciſ. 335.

Non obſtat, quod non ſufficiat de impedimen
to legitime conſtare, ſi non fuerit etiam de eo
8 proteſtatum, vt requiritur ex communi † opinio-
ne *Doctorum*, de qua *in l. de pupillo. §. ſi quis*
ipſi prætori. de oper. nou. nunciat. vbi *Alex. col. 4*
& in l. properandum. §. ſin autem vtraque. C.
de iudi. Iaſ. in l. qui aliena. §. celſus. n. 26. de
acquir. hæred.

Quia reſpondetur dictam opinionem non eſ-
ſe ſequendam per Iudices, qui potius debent in-
niti veritati, quam apicibus iuris. Vnde ſuffi-
9 ciet loco proteſtationis † conſtare de impedi-
mento. *Gomeſ. in reg. de annali poſſeſſore. q. 76.*
in fin. Caputaq. deciſ. 73. lib. 2. & in ſpecie
de appellante impedito, dicit *Grauat. ad Veſtr.*
c. 5. lib. 3. num. 8. in verb. dummodo. in fin.
Maſcard. de probat. concluſ. 116. num. 11. Eo
maximè, quia ſemper in dubio pronuncian-
10 dum eſt pro non deſertione †. *Caſtrenſ. in*

l. 1.

l.1. ff. si quis cautionib. Cassad.decis.3.de appellat. in fin. Immo essent etiam expensæ soluendæ,
11 quando apparet dolo † aduersarij instantiam esse peremptam. *Rolan. cons. 4. n.66. lib.3.* & an succurratur appellanti per actionem de do-
12 lo, † vel debeat concedi secundum fatale, est distinguendum, vt per *Franc. in cap. ex ratione. num. 36. in 3. impedimento. de appell.* Et cu-
13 ius culpa præsumatur † perempta instantia. *Neuiz. consil. 43.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Morosus non dicitur qui impeditur facto aduersarij.*
2 *Actus habetur pro facto in præiudicium impedientis.*
3 *Lis dicitur contestata contra eum, qui impedit, ne contestetur.*
4 *Tempus instantiæ non currit cõtra impeditum.*
5 *Impedimentum causatum culpa impediti quando excuset. & num.6.*
7 *Impedimentum procuratum nunquam excusat quamuis non ordinetur ad casum.*

¶ N. 5. *post verb.* de reg. iur.

Quare cum ob impedimentum non potuerit causa expediri, non debet impeditus sustinere
1 pœnam desertionis, cum regulariter non dicatur morosus, qui impeditur facto aduersarij. Ideo potest prosequi excusationem lapso tempore sibi dato. *Bart. in l. cum ipse. num.1. ff. de excusat. tut.* Itaut omnis actus habeatur pro
2 facto in præiudicium eius, † qui præstat impedimentum. *Ferret. consil.3. n.1. lib.1.* Vbi quod habetur pro possessore, qui impeditur, ne capiat possessionem. *Ias. in l. si cum §. qui iniuriarum. ff. si quis caution.* Vbi quod lis habetur
3 pro contestata contra impedientem, † ne illa contestetur, cum similibus, de quibus per *Tiraquell. de retract. lignag. §. 12. glos. 2. num.1. cum seq. & §. 14. glos. 2. num. 7.* Et in causa expedienda intra aliquod tempus secundum
4 formam statuti, † quod impedito non sit imputandum, concludit *Bald. in l. fin. num.3. C. de adulter. Ias. cons. 35. num.1. lib.1.*

¶ N. 14. *post verb.* Neuiz. cons. 43.

Neque obstat quod impedimentum inhibi-
5 tionis fuerit causatum culpa impediti, † quo casu non excusat. *l. 2. §. vlt. ff. si quis caution. Felin. in cap. fin. de testib.* Quia de hoc non constat; immo etiam illud excusaret, quamuis culpa impediti præcessisset. *Becc. consil. 104. num. 1. Menoch. de arbitr. casu 153. num.3. Pinell. in auth. nisi triennale. num.46. C. de bon.*
6 *matern.* † Dummodo tamen culpa non sit ordinata ad ipsum impedimentum, prout est in eo, qui detinetur ob delictum; Si enim esset ordinata non excusaret. *Abb. in cap. cum inter. de except. Bou. de statut. Vrb. præscrip. glos.21. nu-*
7 *mero 92.* † Idem si esset procuratum, quod semper tolleret excusationem, siue sit ordinatum ad casum, siue non. *Roland. consil.47. num. 35. lib.2. Surd. decis.262. num. 18.*

EPITOME.

Dispositio l. manifestæ turpidinis. de iur. iur. an habeat locum, tam ante, quam post probationes tentatas. ¶ Et an iuramentum possit deferri cum imprecatione, quod deierans comburatur igne Sancti Antonij, & super Altare dicti Sancti.

SVMMARIVM.

1 *Probandi onus suscipiens non habet facultatem offerendi iuramentum. & num. 3. Contrarium num. 4.*
2 *Iurare non cogitur, qui vult probare per testes.*
5 *Intellectus l. si quis iusiurandum. C. de reb. credit.*
6 *Actor potest à testibus recedere, & ad iuramentum confugere, dando sumum iustæ causa. & num. 7.*
8 *Actor nihil probans non potest reo deferre iuramentum. Intellige vt num.9.*
10 *Iuramentum quod defertur, vt deierans comburatur igne Sancti Antonij, & super altare illius, est suscipiendum per reum, & num. 12. 13. & 14.*
11 *Iuramenti delatio est actus pius, & spiritualis.*

Decisio CXXI.

Circa iuramentum petitum in causa inter Germanum, & Lucam Status Camerini, dicebatur non esse locum illius delationi; Nam vbicunque aliquis nollet illud deferre, sed potius onus probandi assumere, prout sumus in casu, de quo agimus, si non probet, reus absolui debet, ita vt non cogatur iurare, ex quo actor non probauit, neque habet
1 facultatem † redeundi ad iuramentum. *l. si quis iusiurandum. in princ. C. de reb. cred. Dec. in c. 2. n. 23. de probat. Viuius comm. opin. 430. in fin.* Et iurare nemo cogendus est per Iudicem,
2 quando vellet † probare per testes. *l. semper. §. in hoc interdicto. ff. quod vi, aut clam.* Sicuti quando quis vellet potius deferre iuramentum, quam aliter probare, tunc secure posset iurare, etiamsi haberet propriam probationem,
3 tam testium, quam † instrumentorum. *Doctor. communiter in c. sicut. de probat.*

Contrarium tamen fuit conclusum, quod immo *l. manifestæ turpitudinis. de iur. iur.* habeat locum, siue ante, siue post probationes tentatas, cum non debeat quis se committere conscientiæ Aduersarij, nisi postquam aliter probare non potuit; & sic *d. lex* vtrinque procedit, siue ab initio, etiamsi is, cui defertur velit recusare, ex eo quod voluit procedere per te-
4 stes; siue ex post facto, postquam deferens † defecit in probando, prout decisum fuisse in *Conc.*

Bur-

Burdegalensi testatur *Boerius decis.* 95. & bene fuisse iudicatum, dicit *Siluestr. Aldobrandin. in addit. ad Dec. in cap.* 2. *de probat. numero* 23.

Non obstat *text. in l. si quis iusiurandum. C. de reb. credit.* vbi postquam aliquis tentauit probare per testes, non potest postea confugere ad deferendum iusiurandum parti, quia variauit.
5 Nam respondetur, † quod ibi prius detulit iuramentum, deinde reuocauit, & voluit probare per testes, & postea tertio volebat redire ad iusiurandum; Vnde merito non est admittendus: Si enim variasset quo ad dictum iuramentum, vtique etiam denuo admitteretur post probationem assumptam; & ita illum *text.* declarat *Socin. consil.* 32. *colum.* 3. *verf. secundo adducit. lib.* 2.

Idque magis videbatur esse in casu nostro, cum detur fumus alicuius iustæ causæ superuenientis, ob quam actor à testibus vult recedere,
6 & ad iuramentum † confugere; quo casu posse admitti, dicit *Socin. d. cons.* 32. *col.* 3. vbi infert quod non licebit desperata probatione confu-
7 gere ad viam iuramenti, nisi noua † causa superuenerit. *Bartol. in l. non erit. §. fin. de iur. iuran.*

Non obstat, quod in casu nostro constet
8 actorem nihil omnino probasse; Tunc † enim reus non cogitur suscipere iuramentum. Quia respondetur, quod si de nouo actor videt testes non probasse, non ex defectu dicti; sed quia contra personas testium aliquid est obiectum, propter quod eis non creditur, & illud prius erat occultum, prout est hic; tunc poterit ad
9 iuramentum confugere, † secundum terminos *d. l. manif. sta. Socin.* qui dicit esse notabile, cum multis per eum allegatis, *consil.* 32. *colum.* 3. *in fin. lib.* 2. *Aym. consil.* 107. vbi *num.* 7. limitat quando esset datus terminus ad probandum, & probatum habendum; illo enim termino lapso non esset amplius locus.

Sed quoniam huiusmodi iuramentum deferebatur cum imprecatione, vt deierans comburatur igne Diui Antonij, & quod deferatur
10 super altare † eiusdem Sancti, quod reus negabat, quasi ad dictum modum suscipiendi iuramentum non possit cogi; Verius est iurandum esse, prout defertur, quia iuramenti de-
11 latio † est actus pius, & spiritualis. *Bald. in l. generaliter. §. in omnibus. C. de reb. cre-*
12 *dit.* Et potest testi in Ecclesia deferri. † *Bartol. in l. nemo Apostolorum. C. de sacrosanct. Eccles.* Et debet iurari, prout delatum est; Vnde si super altare deferatur, ita erit iurandum. *Felin. in cap. tuum. num.* 10. *de testi-*
13 *bus*. Quod facilius admittitur † in iuramen-
14 to partis, prout in specie, quod possit † deferri cum dicta imprecatione, concludit *Beccet. consil.* 7. *per tot.* sequitur *Granut. theorem.* 10. *num.* 21. *Thes. decis. pedem.* 61.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Vno remedio electo ad aliud non potest recurri.*
2 *Variatio impeditur, post acquisitum ius parti.*
3 *Delatio iuramenti super altare S. Antonij an sit concedenda.*
4 *Iudex arbitratur an sit deferendum iuramentum.*
5 *Iusiurandum deferens potest cogi, vt prius iuret, quod per calumniam non defert.*
6 *Ignis sacer est morbus, qui vulgo dicitur Sancti Antonij.*

¶ N. 3. *post verb.* sicut. de probat.

Et in terminis ita concludit *Surd. consil.* 111.
1 *per tot. lib.* 1. † quasi vno remedio electo non debeat quis ad aliud recurrere. *l. quod in baredem. §. eligere. de tribut. act. Bart. in l. cum qui certarum. §. fin. de verb. obligat.* Cum etiam
2 per examen testium sit acquisitum ius parti, † quo casu variatio impeditur. *l. stichum. §. fin. de nouat. Iaf. in l. si quis agere. nu.* 2. *C. de codicill.* Et idem etiam in specie voluit *Socin. consil.* 184. *col. fin. versic. primo adduco. lib.* 2. *Rip. in l. admonendi. n.* 65. *in fin. de iur. iur.*

¶ N. 14 *post verba.* decis. pedem. 61.

Quamuis alijs magis placeat abstinere à dela-
3 tione dicti iuramenti, † quasi multum terreat, prout dicit fecisse *Moron. de treug. & pac. p.* 1.
4 *q.* 8. *in fin. tom.* 11. *par.* 1. *f.* 419. † Et quidem Iudex secundum qualitatem personarum poterit hoc arbitrari, vt in simili dicimus de iuramento, quod defertur ex dispositione *tex.*
5 *cap. fin. §. sane. de iur. iur.* † eum etiam iusiurandum deferens, possit per Iudicem cogi ad iurandum, quod per calumniã non defert. *l. marcellus. §. qui rerum. ff. de act. rer. amot. l. fin. C. de fideicomm. l. iusiurandum. §. qui iurandum. ff. de iur. iur. glos. in d. cap. vlt. in princ. in*
6 *verb. famosa actione. eod. tit.* † Et de huiusmodi igne sacro, qui est genus morbi, licet vulgo vocetur S. Antonij, & pluribus illius generibus, *Sipont. & Plin. lib.* 16. *c.* 11.

EPITOME.

Executio quando fiat contra hæredes, non probato quod sint tales, & an sufficiat, quod non opponatur.

SVMMARIVM.

1 *Executio non potest fieri contra haredes, nisi facta liquidatione, an sint tales. & n.* 3.
2 *Qualem quis se facit, talem se probare debet, & è contra.*
4 *Hares licet subierit iudicium, non videtur se gessisse pro harede.*
5 *Filius in illis, qua possunt sibi praiudicare, non dicitur ex potentia suitatis hares patris.*

6 Fi-

6 *Filius ergo hæres non habet locum vbi conuenitur.*

7 *Probatio quod quis sit hæres, non requiritur parte non opponente. Contrarium num. 9. Ampliа vt num. 10.*

8 *Oppositio generalis operatur parte non contradicente.*

11 *Sufficit quod vna pars instet pro sententia.*

Decisio CXXII.

MAndatum petitum per Polendum Victorium contra Franciscum, & fratres de Campianis fuit denegatum. Cum enim fuerint conuenti tanquam hæredes Campiani condemnati ex tribus conformibus ad restitutionem lignorum, de quibus agimus, non potest fieri executio contra eos, nisi citentur
1 & in summaria † cognitione liquidetur an hæredes sint, & habeant causam ab eo, qui fuit condemnatus. *Felin. in c. quia. col. fin. de iudic.* Vnde Campiani debent absolui, cum non constet de prædictis, & tamen regulare est, quod
2 qualem † quis alium facit, talem illum probare debet. *Borr. decis.* 10. *num.* 2. *Mascard. de probat. concl.* 1247. *num.* 2. Prout etiam idem est, quando quis se talem facit. *Bar. in l. non*
3 *ignorat. C. de accusat.* Et quod executio † sententiæ competens contra defectum non possit fieri contra hæredes, nisi prius discusso, an sit hæres, & probato quod habeat causam ab eo, dicit *Innoc. in cap. quia. de iudic.* vbi *Felin. col. fin. Franc. in cap. ex ratione. num. 93. de appellat. Alex.* qui de communi *in l. si eum dotem. §. trãsgrediamur. num.* 10. *solut. matrimon. Gallef. de oblig. cam. p. 3. in princ. tit. de persona obligata.*

Neque obstat, quod subierint iudicium.
4 Quia non tamen per hoc vidẽtur se gessisse † pro hæredibus, nisi fateantur se tales. *Alex. cons.* 72. *num.* 3. *lib.* 5. & de magis communi *Rolan. cons.* 20. *in fin. lib.* 1. qui etiam *num.* 18. loquitur in casu magis dubitabili, videlicet in filio, quia in his quæ possunt filio præiudicare, non
5 dicitur filius ex potentia † suitatis hæres patris, nisi probetur immixtio *Masc. cõcl.* 804. ergo multo magis in casu nostro, cum simus in fratre, in quo nõ est illa præsumptio, filius, ergo hæres, quæ
6 habet locum in filio agente, secus † in filio conuento. *Bald. in l.* 1. *in fin. C. com. delegat.*

Non obstat, quod non fuerit oppositum. *Iaffred. decis.* 513. quæ est finalis; ita vt neque suf-
7 ficiat opponere in allegationibus iuris. *Aym. cons.* 150. *sub num.* 2. Quia vltra quod ex actis constat de oppositione, cum fuerit instatum nihil fieri, nisi verificatis verificandis, quæ oppo-
8 sitio, † etiam generalis debet operari, maxime si pars non contradicat. *Felin. in cap. pastoralis. colum.* 4. *num.* 14. *vers. secundo declara. de except.* [Respondetur verius esse, vt etiam parte
9 non opponente requiratur † huiusmodi probatio. *Natt. cons.* 140. *num.* 3. *lib.* 1. *Dec. consil.* 61. *col.* 1. *in princ. Decian. cons.* 24. *n.* 53. *lib.* 1. *Becc. cons.* 75. *num.* 6. *Cagnol. in l. hæredem. num.* 59. *de reg. iur. Honded. cons.* 4. *num.* 103. post *Bart. in l. necessarijs. n.* 1. *de acquir. hæred.* Nec per prædicta censentur contumaces, vel confessi. *Alex. cons.* 188. *num.* 2. *lib.* 2. Immo etiam quod suscepissent iudicium, dummodo non tanquam hære-
10 des, sed simpliciter † non censerentur hæredes. *Bald. in l.* 1. *C. si min. se ab hæred. Alex. in l. necessarij. n.* 5. *vers. addo etiam vltra prædicta. de acquir. hæred.* cum alijs supra allegatis.

Non obstat, quod pro parte trium hæredum, qui sunt contumaces, nõ petatur per omnes absolutio à petitis, vnde sententia non poterit ferri, quamuis non probetur, quod sint hæredes; Quia cum appareat peti per Polendum mandatum de exequendo, quod ob defectum probationum Iudex non potest concedere, dicendum est etiam posse absolui prædictos, quia sufficit,
11 quod vna pars instet † pro sententia. *Bald. in l. vnica. colum.* 2. *vers. circa primum. num.* 9. *C. vt quæ desunt aduocat.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Filius ergo hæres an procedat, tam in hæreditate patris, quam matris. num.* 2.

3 *Clausula, generalia contra, reseruat ius opponendi quocunque tempore post terminum, non tamen post rem iudicatam, quamuis restitutio sit obtenta.*

¶ N. 4. *post verba.* lib. 5.

Et ista est verior sentẽtia, quidquid contrarium dicat *Bald. in l.* 1. *in fin. num.* 37. *C. commun. de legat. & in l. si eum dotem. §. transgrediamur. ff. solut. matrim.* Quia eius opinio non approbatur, vt ibi notat *Addit. in verb. legata. Raph. Rom.* & alij *in l. necessarij. in princip. de acquiren. hæredit.* late *Rot. Genuens. per Carthar. decis.* 32. *num.* 12. *Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.* 12. *tit.* 10. *num.* 4.

¶ N. 6. *post verb.* C. com. delegat.

Ias. in l. ei qui. de acquir. hæredit. Io. de Amic.
1 *cons.* 61. *in causa. num.* 4. † Quia tunc tractatur de cõmodo ipsius, vt agens præsumatur hæres. *Becc. consil.* 75. *n.* 6. *Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 12. *tit.* 10. *num.* 2. Quamuis re-
2 spectu matris non satis sit dicere filius, † ergo hæres; cum illud procedat quo ad patrem, in cuius potestate est: Nam quantum ad matrem esset probanda aditio. *Magon. decis. Lucen.* 62. *num.* 14. *Rol. Bott.* & alij, de quibus per *Carthar. decis. Gen.* 54. *in fin.*

¶ N. 8. *post verb.* declara, de except.

Et adsit clausula, generalia contra, per quam reseruatur ius opponendi quocunque tempore,
3 etiam post terminum citationis. *Caput. decis.*

323.

323. lib. 1. Vestr. in prax, lib. 5. c. vlt. n. 10. Quidquid alias post rem iudicatam illa non operetur, quamuis obtenta esset restitutio in integrũ; prout ita seruari per Rotam testatur *Gonzal. ad reg. 8. cancellar. glos. 64. n. 25. in fin.*

EPITOME.

Appellatio an sit nulla, si non exprimitur in ea nomen aduersariorum. [Et quando dicatur renunciatum appellationi, si appellans reuertatur coram Iudice.

SVMMARIVM.

1 *In appellatione debet exprimi nomen omnium aduersariorum. Contrarium n. 2. Amplia vt num. 3.*

4 *Effectus sententiæ sufficit, quod ponatur in appellatione, etiam quod non constet de ea.*

5 *Appellans redeundo ad Iudicem à quo, videtur renunciare appellationi. Intellige vt n. 6. limita vt n. 9. & 12.*

7 *Acceptatio renunciationis appellationis est facienda in specie.*

8 *Appellans potest renunciare appellationi, & condemnatur in expensis.*

10 *Procurator factus dominus litis non potest renunciare appellationi, & n. 11.*

12 *Protestatio contraria facto non iuuat si ordinatur ad tollendum factum. Secus ad tollendum mentem à facto.*

Decisio CXXIII.

EXceptiones, & nullitates, quæ opponebantur in causa hæredumq. Pauli de
Monte Fortino, non fuerunt visæ rele-
1 uantes: licet enim in appellatione † non sit ex-
pressum nomen omnium aduersariorum, prout
requiritur. *Lancellot. de attent. ampliat. 18. n. 3. tom. 5. fol. 357.* Tamen contrarium est verius,
quia etiam quod quis habeat plures aduersa-
rios, & quorundam nomina non expressit in ap
2 pellatione, non ideo ei præscribitur † quoad
illos, immo potest illam prosequi contra eos,
cum satis sit, quod de sententia fiat mentio. *Specul. de appellat. §. qualiter. in princ. 4. vers. hoc autem nota. Franc. in c. vna sententia. in fin.*
3 *eod. tit. de appellat.* Maximè quia † sumus in
vnamet causa, & sententia, non autem diuersa,
quo casu prædicta non obstãt. *Bartol. in l. 3. §. sed & illi. de appellat. Paris. cons. 66. videtur primo. n. 2. & n. 11. lib. 1.*

Non obstat, quod per appellantem non fue-
rit exhibita sentẽtia, quia sufficit poni effectum
4 illius † in appellatione, & ista insertio opera-
bitur competentiam Iudicis ad quem, etiam
quod non constet de sententia. *Bal. in l. 2. n. 3. C. vt lit. pend. Neuiz. cons. 93. n. 15.*

Neq; obstat, quod etiã data validitate appel
5 lationis videbatur illi esse renunciatum, † quia
appellans reuersus est ad Iudicẽ à quo, petendo,
& obtinendo prorogationẽ coram illo sedente
pro tribunali, ex quo tunc fecit actũ iurisdictio-
nalem, *ad not. in c. gratũ. de offic. delegat. Gabr. de appell. concl. 2.* Præsertim quando actus factus
coram Iudice post appellationem esset accepta-
6 tus † per aduersarium, prout in casu nostro: se-
cus si impugnatus, quia tunc non videretur re-
7 nunciatum appellationi, & ista acceptatio † est
in specie facienda. *Lupus in c. per vestras. in 4. not. in fi. de donat. int. vir. & vxor.* de quo di-
cit facere magnum festum *Angel. in rubr. in-*
8 *stit. de exceptio.* & appellans † potest renuncia-
re suæ appellationi. *l. si quis libellos. 28. C. de appellat. Aym. cons. 115. n. 12.* Ita vt talis re-
nuncians, veniat etiam condemnandus in ex-
pensis. *Innoc. in cap. ex parte. de rescrip. Guid. pap. q. 436. n. 36.*

Quia respondetur huiusmodi prorogationem
fuisse petitam à procuratore, qui non potest do-
9 mino † præiudicare, renunciando appellationi
per eum interpositæ; & sic prædicta intelligun-
tur in principali petente prorogationem; quo
casu redeundo ad Iudicem à quo, diceretur re-
nunciasse appellationi. *Alex. cons. 22. nu. 15. lib. 1. Felin. in cap. gratum. limit. 7. de offic. deleg. Caputaq. decis. 29. p. 1.* [Et procurator etiam
10 factus dominus litis non potest renunciare † ap-
pellationi, & domino præiudicare. *Bald. in l. fi. C. de tempor. appell. §. 2. colum. 2. Franc. in cap. Nicolao militi. 64. num. 13. de appellatio.*
11 *Iaffred. decis. 135.* Maxime nulla † existente
causa. *Bal. in l. procurator. in princip. de oper. noui nunciat.*

Vlterius apparet fuisse reuersum coram d. Iu-
12 dice, cum protestatione, quod non intendit †
renunciare appellationi interpositæ; tunc enim
ipsa protestatio iuuabit, & poterit appellans
vtrumque facere. *Neguf. de pignorib. p. 4. nu. 39. conclus. 13. vers. intellige tamen prædicta.* Ra-
tio est, quia protestatio contraria facto non iu-
13 uat, † quando ordinaretur ad tollendum factum;
sed quando ordinaretur ad tollendum mentem
à facto, tunc bene operatur; prout in specie
eius, qui post appellationem redit ad Iudicem
cum simili protestatione, dicit *Alex. cons. 130. colum. pen. vers. quia respondetur. num. 13. & n. 17. libro 4.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Expressio nominis aduersarij non requiritur in appellatione.*

2 *Procuratoris nomen satis est exprimere, vt valeat appellatio.*

Immo neque expressio nominis aduersarij esset
1 de substantia appellationis. † *Caputaq. decis. 36 lib. 1.* Vbi etiam, quod sufficit committere cau-
sam appellationis infra decem dies, quamuis
non fuerit appellatum: Prout etiam satis esset
2 exprimere nomen procuratoris, † cum ille di-
catur pars aduersa. *Cassador. decis. 3. de rescript. Caputaq. d. dec. 36. n. 5. li. 1. Milius in verb. pars.*

EPI-

EPITOME.

Dies quo modo computandi sint, vt non dicatur causa deserta si debeat expediri infra aliquod tempus.

SVMMARIVM.

1 *Tempus ad appellandum non currit à die sententia, sed notitia, qua in dubio non praesumitur.*
2 *Diebus feriatis in honorem Dei non proceditur in causa.*
3 *Dies termini non computatur in termino, si adiungatur numero dierum, cum dictione, a, vel ab, & num. 5.*
4 *Dictio, a, vel ab, ponitur exclusiue.*
6 *Tempus appellationis interponenda decem dierum computatur de momento ad momentum.*
7 *In dubio iudicandum est pro non desertione.*

Decisio CXXIV.

FVit confirmatum decretum Reuerendissimi D. Gubernatoris Anconae declarantis non constare de re iudicata praesupposita contra Ioannem Mariam Mondainum, aduersus quem, licet fuerit sententiatum die 6. Octobris 1595. tamen tempus ad appellandum
1 non currit à die sententiae, † sed notitiae, & in dubio praesumitur illius ignorantia, nisi contrarium probetur. *Franc. in c. bona. num. 20. de appellat.* Vnde dies triginta vtiles dati ad prosequendum causam appellationis per statutum Anconae, de quo in actis, non debent numerari à die latae sententiae, sed à die notitiae, & appellationis per victum interpositae, prout ita numerando non adest aliqua desertio, quia per Mondainum fuit appellatum die 11. Octobris 1595. & eadem die commissa causa Viceregêti Anconae; à qua die vsque ad 16. Nouembris 1595. in qua fuit factus calculus, non sunt completi dies triginta, sed tantum viginti nouem, vt apparet ex ipsomet calculo facto per notarium, qui praesupponit appellatum esse die 10. Octobris, & ita numerando fidem facit, quod die 16. Nouembris sunt completi dies triginta dati à statuto ad prosequendam appellationem. Vnde cum constet ex actis esse appellatum die subsequenti, videlicet 11. Octobris, debet detrahi vnus dies, quo detracto remanent solum dies viginti nouem, & sic appellatio nondum est deserta. Immo etiam quod dictus calculus procederet, tamen apparet in eo positam esse diem 11. Nouembris pro vtili, quod non erat faciendum, cum in illa die occurrat festum Sancti Martini, quod est feriatum in honorem Dei, quo ca-
2 su procedi non potest in † causis. *l. vlt. C. de fer. c. fin. eodem tit. Mandos. form. 4. commiss. ferys non obstantibus, ad medium. vers. vnde si quaeramus.*

Praeterea in calculo ponitur tam dies 10. Octobris, in qua dicitur Ioannem Mariam appellasse, quam dies 16. Nouembris, in qua praesupponitur factus calculus ob allegatam desertionem, connumerando huiusmodi dies in illis triginta, tanquam duos dies vtiles, in quorum termino debet causa appellationis expediri iuxta formam statuti, quod tamen non subsistit, cum dies termini non connumeretur in termi-
3 no † quando adiungitur numero dierum, vel mensium, cum dictione, a, vel ab, puta infra 30. dies, à die praesentationis litterarum; tunc enim nunquam computatur tempus de momento ad momentum, quia dictio illa, a, vel ab, ponitur
4 exclusiue † in termino, cui adiungitur. *l. datio. alias incipit ratio. quae est 3. §. fin. vbi gloss. vlt. ff. de actio. empt.* Vnde si causa sit expedienda infra triginta dies à die praesentationis, non cō-
5 putabitur in † termino illa dies. *gloss. in cap. statutum. in verb. numerandum. de praeben. in 6. & in clem. sicut. in verb. a die. de appellat. Bal. in l. eos. §. fin autem. colum. 1. in fin. num. 5. vers. quaero autem. C. eodem tit. Franc. in cap. super eo. il secondo. num. 22. colum. 3. vers. in glosa fin. & in cap. ex ratione. in princip. num. 4. eod. tit.* vbi in specie loquitur, quod non computatur dies, in qua interponitur appellatio, licet secus sit in tempore appellationis in-
6 terponendae † decem dierum, quo casu computatur de momento ad momentum, & incipit currere à die notitiae. *gloss. in cap. 1. & in cap. concertationi. in verb. steterit. de appellation. in 6. Specul. eod. tit. §. restat. in verb. sed nunquid hoc tempus. & in vers. sed nunquid dies. col. 1. num. 1. & 3.*

Et in omnem euentum ex praedictis est dubiū an adsit allegata desertio, quo casu interpreta-
7 mur † pro non desertione appellationis. *Castr. in l. 1. ff. si quis cautio. Dec. consil. 34. num. 3. colum. fin.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Dictiones, a, vel ab, quando sint exclusiua termini.*
2 *Benignior pars in dubio est sequenda.*

¶ N. 6. *post verb.* col. 1. n. 1. & 3.

Et regulariter istae dictiones, a, vel ab, & similes
1 denotantes terminum à quo, sunt separatiuae, † & exclusiuae. *Alex. in l. 1. nu. 18. ff. si quis caut. Rot. diuers. decis. 75. n. 2. p. 2. Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. gloss. 1. n. 51. vsque ad num. 54.* Quae quando habeant locum, dixi late *cap. 161. discep. num. 7. & per tot.*

¶ *N. 7. post verb.* col. fin.

Dec. cons. 300. in causa quae mantue. Cum in
2 dubio benigniorem partem sequi debeamus. † *l. proxime. de his quae in testam delent. l. placuit. C. de iudic.*

EPI-

EPITOME.

Prioritas hypothecæ prodest,tam agendo, quam excipiendo contra agentem Saluiano interdicto. Oblatio in iudicio, vt profit quo modo facienda.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum interdictum requirit probationem possessionis debitoris de præterito, vel postea, & rei conuenti de præsenti.*

2 *Retentio conceditur priori in tempore, quemadmodum actio.*

3 *Venditor non potest alteri idem creditum concedere, vbi est plenum dominium translatum in emptorem.*

4 *Confessio non præiudicat creditoribus posterioribus, nisi constet aliter de debito.*

5 *Creditor posterior, de cuius numeratione constat præfertur priori habenti solum confessionem.*

6 *Procurator datus ad recipiendum non obligat dominum ex sola eius confessione.*

7 *Ius offerendi competit posteriori creditori aduersus primum, a quo potest liberare pignus.*

8 *Oblatio generalis, & cum clausula, offero me paratum soluere quod de iure teneor, nō releuat.*

9 *Oblatio debet fieri de toto debito, & de interesse, & expensis.*

Decisio CXXV.

Dominus Achilles Dionysius de Auximo vti pater,& legitimus administrator filiorum,& hæredum q. Ioannis Baptistę Dionysij egit contra D.Auroram Mottiam de Macerata vigore Saluiani interdicti ad relaxandum domum cum apotheca prius possessam per q.Rocchum Mottium,& ad præsens detentā per Auroram,& docuit de eius credito ob census factos per D.Rocchum ad fauorem Io. Baptistæ in dictis bonis de anno 1577. die 30.Iulij,in scutis 150. & de anno 1579. die 7. Nouembris in scutis 450.& pro fructibus non solutis per nouem annos ascēdentibus ad summam scutorum 445. vt in processu huiusmodi causæ coram me vertēte,in qua dicebatur competere actionem vt supra intentatam,cum fuerint probata requisita
1 in Saluiano, † videlicet possessio debitoris de præterito,idest tēpore obligationis, vel postea, & possessio conuenti de præsenti. *Bart. in l. rem alienam. sub n.5. col.2. vers. alias autem si quis ageret. ff. de pignor. actio. Alex. cons. 185. in causa, & lite. n.4. col.2. vers. immo etiam dico. lib.6. Caputaq. decis. 141. n.3. par.3.*

Contrariū tamen fuit conclusum, quia per D. Aurorā excipiebatur de anterioritate in bonis Rocchi Mottij. Nam ex processu apparet de cessione eidem facta de cēsu scutorum 1200. & etiā de fructibus solutis,vt in instrumēto sub die 15. Nouembris 1567. & de cessione sub die 11. Iulij 1596. Vnde debet illi concedi retentio bo-
2 norum, de quibus agimus, tanquam † priori in tempore, & sic potiori in iure: quæ quidem prioritas hypothecæ prodest, non solum agēdo, sed etiam replicando, & excipiendo. *l. creditor. in princ. ff. qui potior. in pign. habe. Neguf. de pignor. p.4. memb. 2. num.3.*

Decis. Marchiæ.

Non obstat, quod Aurora non possit se iuuare ex instrumento cessionis sibi factę per D. Martiā Fusconiam, cum per eam fuerit facta cessio DD. de Altouitis, quæ cum non sit simplex cessio, sed pura venditio cum clausula constituti, per eam erat plenum dominium translatum in emptores
3 Altouitos; vnde venditrix† non potuit alteri, & sic Auroræ idem creditum concedere. *Bald. in rubr. C. de contrahen. empt. q. 16. Gabr. de emptio. & venditio. conclus. 2. n. 18.* Quia ex actis apparet DD. Altouitos vendidisse censum, de quo agimus, Auroræ, vt in instrumento sub die 11. Iulij 1596. & sic illa vult retinere tanquam cessionaria D. de Altouitis, qui emerunt censum Rocchi Mottij à D. Martia Fusconia.

Neq; obstat, quod census factus de anno 1567. à Rocco, & postea cessus, fuerit impositus per procuratorem Rocchi; quia constat de speciali mandato illius, & aliorum fratrum in personam Cæsaris Mottij, qui censum imposuit, non solū de quantitate scutorum 2000. sed etiam maiori, vt in instrumento sub die 23. Octobris 1567. & etiam apparet de ratificatione facta de d. censu sub die 22. Nouembris eiusdem anni.

Minus obstat, quod d. constitutio census non præiudicet creditoribus Rocchi, & sic Achilli Dionysio, nisi quo ad summam scutorum 1700. ex quo Cæsar procurator illa solum recepit in actu celebrationis instrumenti, cum alia scuta 300. confessus fuerit habuisse ab Equite Pichino ante instrumentum per bancum DD. de Gottar-
4 dis, quæ confessio † non præiudicat creditoribus, etiam posterioribus, nisi aliter, quam per confessionem constet de debito: Immo creditor, de cuius vera numeratione apparet, vt est Dionysius, præfertur priori habenti tantum confes-
5 sionem † debitoris. *l. 1 itius. 4. ff. qua res pign. oblig. non poss. Bald. in l. diuersis. C. qui potio. in pigno. Socin. cons. 78. num. 2. lib. 4. Mascard. conclus. 372. in verb. confessio debitoris. par. 1. fol. 289. de probat.*

Maxime, quia iste procurator datus ad reci-
6 piendum non obligat dominum ex sola eius† cōfessione, nisi aliter constet illam fuisse numeratā. *Tiraq. de retract. conuent. §. 4. glos. 6. n. 11. & 13.* Quibus stantibus debent detrahi ex credito D. Auroræ, tam dicta scuta 300. quā fructus, qui in spatio tot annorū à die creationis census ascendunt ad summam scutorum 800. & eo amplius. Qua detractione facta D. Dionysius est paratus soluere, si in aliquo remaneat creditrix D. Aurora, prout obtulit in actis: quod de iure potest,
7 etiam quod sit posterior creditor, cui† competit ius offerēdi primo creditori, & liberandi pignus ab eo, pro confirmatione suæ hypothecæ. *l. 1. C. qui potio. in pign. hab. l. potior. §. fin. ff. eod. tit.*

Quia respondetur huiusmodi oblationem esse factam à non habente mandatum, neque habere requisita in huiusmodi oblationibus, immo esse captiosam, & nullam, cum non fuerit de toto credito

dito liquido D. Auroræ, & simpliciter, & absolu-
te, sed generaliter, & cum clausula offero me
8 paratum soluere, quod de iure † teneor. Vnde
quia in casu nostro etiam factis detractionibus
prætensis apparet D. Auroram esse creditricem,
& sic creditum est liquidum in aliqua summa,
oblatio etiam quod sit facta in iudicio, nihil de-
bet operari *Aret. cons. 142. ex facto proponitur.*
col. fin. vers. ad vltimum dubium. Negus. de pi-
gnor. p. 5. membr. 3. n. 121. vers. quinto requiritur.
9 Vltra quod etiam oblatio non solum fieri † debet
de toto debito principali, sed etiam de interesse,
alias non prodest. *Bald. in l. acceptam. opposit. 6.*
& quæst. 18. C. de vsur. Negus. vbi sup. nu. 127.
vers. tu vltra eos. Vbi etiam ampliat ad expen-
10 sas † litis. *Salic. in l. 2. C. si antiquior. credit. per*
text. in l. emptor. in prin. de rei vendic. & in l. fin.
§. in computatione. C. de iure deliber. late *Me-*
noch. de arbitr. in addit. cas. 232. n. 29.

Neque obstat illud de procuratore, quod
non potuerit obligare dominum ex sola confes-
sione; quia constat de legitima ratificatione per
principalem facta, vt in instrumento sub die 22.
Nouembris. 1567.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum non datur contra habentem anterio-rem hypothecam.*
2 *Debitor ligatur eo modo erga cessionarium, quo erga cedentem.*
3 *Cessionarius reputatur eadem persona cum cedente.*
4 *Cessio requiritur ad effectum succedendi in locũ antiquioris creditoris. Intellige, vt n. 5.*
6 *Ratificatio æquiparatur mandato.*
7 *Confessio de recepto facta per tutorem an præiudicet pupillo, & liberet soluentem.*
8 *Confessio procuratoris de recepto quando præiudicet domino, & quid in mandato cum clausulis, quæ important liberam administrationem. nu. 13. & 14.*
9 *Oblatio verbalis facta in iudicio, an operetur quantum realis extra iudicium. n. 12.*
10 *Oblatio conditionalis quando sit nulla.*
11 *Oblatio verbalis vt operetur, an sufficiat taciturnitas, vel requiratur recusatio.*
15 *Ex confessione procuratoris quando agat dominus contra eum.*
16 *Mandatum cum libera non dicitur concessum per verba, quæ ipsemet faceret, &c.*
17 *Soluens administratori quam cautelam debeat adhibere, & quando confessio de recepto liberet. n. 18.*

¶ N. 2. *post verb.* membr. 2. n. 3.

Et regulariter non datur Saluianum contra ha-
1 bentem anteriorem hypothecam †. *Rot. coram*
Cardin. Mantic. Placentin. Saluiani interdicti.
16. Iunij. 1589.

¶ N. 3. *post verb.* Martia Fusconia.

Vnde eo modo ligatur debitor erga cessiona-
2 rium, † quo tenebatur erga cedentem, cum in
illius locum succedat. *Bald. in l. emptor. in 1. no-*
tab. C. de hared. vel act. vend. Itaut reputetur
3 eadem persona. † *l. si donata. §. 1. de donat. inter*
vir. & vxor. consequendo ius quod habet ce-
dens, *Bart. in l. si ager. de rei vendic. Surd. de*
alim. tit. 8. priuil. 55. nu. 8. & 9.

Amplius neque cessione opus erat. Nam quã-
uis ad effectum succedendi in locum antiquioris
4 creditoris requiratur, † quod hoc actũ sit, & ces-
sio fuerit facta, antequam per solutionem sit sub-
lata obligatio. *Rip. in l. si ventri. §. eorum ratio.*
n. 8. de priuil. credit. Tamen hoc procedit ad ef-
fectum agendi actione hypothecaria; secus ex-
cipiendi & retinendi, prout in casu, de quo agi-
5 mus, † tunc enim sufficit pretium rei emptæ
peruenisse ad priores creditores absque aliqua
cessione, & conuentione. *l. qui à debitore. ff. qui*
pot. in pign. Bart. in l. 1. in princ. post gloss. ibi. in
verb. desiderabit. quib. mod. pig. vel hypot. sol-
uit. Beninten. decis. 50. & tanquam magis æquã
opinionem seruandam esse dicit *Rot. per Card.*
Mant. Placentina Saluiani. 13. Iun. 1589.

¶ d. n. 3. ad med. *post verb.* Nouẽbris eiusdem anni.

Quæ ratificatio æquiparatur mãdato. *l. fin. C. ad*
6 *Maced. & ibi glos. in verb. confirmet.* † *l. antepen.*
C. de don. int. vir & vxor. & ibi glos. in verb. ra-
tihabitiones. Etiã quando mandatum speciale re-
quireretur. *Bal in l. quod si specialis. de minor. Ti-*
raq. de retr. cõsang. glos. 10. §. 1. n. 61. cum ope-
retur, ac si principalis actus gestus fuisset à ratifi
cante. *l. si pupilli. §. item quæritur. ff. de neg. gest.*
late *Surd. decis. 231. n. 11. cum seq.*

¶ N. 5. *post verb.* de probat.

Quamuis adsit hypotheca. *Rip. in l. priuilegia.*
n. 19. de priuileg. credit. Guter. de iuram. confir.
p. 3. c. 15.

¶ N. 6. *post verb.* glos. 6. n. 11. & 13.

post *Bart. & Ias. in l. 2. §. fin. si cert. pet. Roias.*
de success. c. 11. num. 15. Gratian. reg. 358. Sar-
mient. lib. 3. select. c. 11. Guter. de iuram. confir-
7 *mat. p. 1. c. 50. nu. 4.* † Quidquid sit in confessio-
ne de recepto facta per tutorem, de pecunia
debita pupillo, quia illi noceret, & probaret ve-
ram numerationem liberando debitorem. *Castr.*
cons. 293. ego Paulus. col. 2. post princ. vers. si verò
dicta confessio. lib. 1. per text. in l. Lucius Titius cu-
rator. 47. de administr. tut. de quo tamen plura
Tiraq. de retract. consang. §. 4. glos 6. n. 12.

Et adeò confessio procuratoris de recepto,
non præiudicat domino, vt neque etiam elapso
8 biennio possit opponi contra dominũ † exceptio
non numeratæ pecuniæ. *Rol. Gomes. & alij,* de
quibus

quiaus per *Ceuall.* qui ita seruari testatur. *q.699.*
n.6. Quasi illa exceptio solum possit opponi cō-
tra confitentem recepisse debitum, non aduersus
creditorem, cum quo nihil actum est. *Ias. in §.*
fuerat. n.37. instit. de action. Ceph. cons.101. nu.
31. lib.1. Bellon. cons.47. n.4.

¶ N. 7. *post verb.* §. fin. ff. eod. tit.

Cum etiam oblatio verbalis facta in iudicio
9 operetur, quantum efficit illa, † quæ fit extra
iudicium cum consignatione, & deposito, itaut
constituat in mora, absque eo quod requiratur,
vt offerens probet suam oblationem fuisse re-
cusatam, cum eo ipso debeat censeri recusata,
quando non est acceptata. *Natt. cons.631. nu.2.*
Cephal. cons.207. n.54. cum alijs per *Surd. cons.*
142. n.8. lib.1.

¶ N. 8. *post verb.* quinto requiritur.

Caputaq. decis. 268. p.2.

¶ N. 10. *post verb.* C. de iur. delib.

Latè Menoch. de arbit. in addit. cas. 232. n.29.

Præterea oblatio fuit conditionalis facta re-
laxatione bonorum per D. Auroram possesso-
10 rum, † cum alijs cōditionibus, de quibus in actis,
quæ conditiones tanquā extrinsecæ reddunt ob-
lationem nullam, & inefficacem. *Alex. consil.26.*
viso, & diligēter ponderato. col. pen. & fin. lib.6.
Grat. cōs.93. n.75. lib.1. n.4. Rot. per R. P. D. Cā-
tuc. Roman. domor. & interesse. 16. Iun. 1578. &
coram Card. Pamphil. Anconitan. fructuum de
Rinaldinis. 15. Nouembr. 1595.

Neq. obstat taciturnitas D. Auroræ tempore
11 oblationis, quę † illi præiudicat. *Bart. in l. prætor*
ait. §. si quis tacuerit. de non. oper. nunciat. Quia
ad hoc, vt sola verbalis oblatio suffragetur, requi
ritur etiam expressa recusatio creditoris. *Alex.*
in l. si seruus. ad fin. ff. de vulg. Cassan. consil.91.
col.1. Rolan. cons.53. n.37. lib.1. Tiraq. de retract.
conuent. glos.6. §.4. nu.21. vers. & idem in effe-
12 *ctu. Rot. coram Card. Pamphil. Anconitan. fru*
ctuum. de rinaldinis. 15. Nouembr. 1585. † Vbi
etiam quod quamuis oblatio sit facta in iudicio,
& habeat vim consignationis secundum opinio-
nem *Bald. in l. acceptam. q.5. n.14. C. de vsur.* Ta-
men intelligitur, vt non sit verbalis, cum debeat
esse realis. *Mathes. not.128. n.4. Aym. cons.231.*
nu.4. Quidquid dicat *Corn. cons.85. lib.1.* Quia
contra eum est verior opinio, vt per *Rot. consil.*
53. n.35. lib.1. Neguſ. de pignor. 3. p.3. m.5. par.
princ. n.5. Rot. per Card. Pamph. ibidem.

¶ d. n.10. *post verb.* Nouembr. 1567.

Cum dicta ratificatio æquipararetur mandato.
13 *l. fin. C. ad Maced.* cum alijs supra allegatis. †
Quāuis etiam sufficeret, quod procurator ha-
beret mādatum ad exigēdum, & de actis quietā
dum cum clausula, vt posset facere, quæ ipse-
met constituens, etiam si exigerent mandatum
speciale; tunc enim valeret quietatio per eum
facta, quamuis notarius non attestaretur de
reali numeratione, quasi illa verba mandati im-
portent liberam potestatem. *Bart. in l. procura-*
tor, cui generaliter. de procur. Bald. in l. illud. de
14 *minor. Alexan. cons.22. col. pennlt. lib.1.* † Itaut
huiusmodi confessio de recepta pecunia etiam
non numerata, facta per talem procuratorem
probet numerationem, & liberet soluentem.
Dec. in l.2. §. creditum. n.14. ff. si cert. peta. Vbi
n.17. intelligit magis esse, quando sumus in alia
confessione, quàm mutui: & ita etiam in specie
15 concludit *Caputaq. decis.413. n.3. p.3.* † Vbi etiā
quod ex ista confessione oritur actio domino
contra procuratorem. *Alciat. in d. l.2. §. creditū.*
si certum petat. Licet illud, quod dictum est de
clausula, vt procurator possit facere, quæ ipse-
16 met constituens, &c. non sit tutum, † cum per eam
non censeatur concessum mandatum cum libera
secūdum veriorem opinionem, de qua per *Bero.*
q.73. & per Rot. coram Sanctissimo Valentin.
beneficij. 17. Decembris. 1582. & coram Card.
Seraph. Roman. 30. mill. 21. Aprilis. 1593. &
dixi supra *in Addit. ad decis. 79.*

Quibus adde quod ad euitandū huiusmodi cō-
17 trarietates, cautius est † vt soluentes administra-
toribus, & similibus habeant fidē de vera nume-
ratione, debiti, non autem per confessionē, cum
aliud operetur receptio, quàm confessio. late
Tiraq. de retr. conuent. glo.6. §.4. nu.11. cum seq.
post Bart. et alios in l.2. §. vlt. ff. si cert. pet. Cenal.
18 *q.699. n.9.* † Quamuis aliàs confessio de recepto
post triginta dies æquiparetur veræ, & reali so-
lutioni. *Roland. cons.4. nu.14. lib.4.* Quasi tunc
sit præsumptio iuris, quod vere fuerit soluta pe-
cunia. *Cost. in l. si ex cautione. differ. 6. nu.10. C.*
de non num. pec. vbi ita declarat Doctores con-
trarium tenentes. *Mascar. concl.361. & 373. nu.*
1. Et de frequentissima opinione testatur *Solis.*
de censib. lib.3. c.3. n.8.

EPITOME.

Vsusfructus dotis quando debeatur marito, vel vxori, donec illa soluatur [& quid in secundo viro, an possit petere interesse dotis non solutæ pro tempore secundi matrimonij ab hæredibus primi mariti; [Et quando petantur alimenta, & vsusfructus dotis post illam exactam.

SVMMARIVM.

1 *Vsusfructus dotis datur stante mora, etiam de iure canonico. n.3.*

2 *Maritus sustinens onera matrimonij petit vsuras dotis.*

4 *Vir potest pacisci vt soluatur quantum aliquis industrius capere posset, donec sibi fuerit dos soluta.*

5 *Maritus, & eius heredes in casu diuortij tenentur vxori præbere alimenta, salua manente dote, donec illa soluatur.*

6 *Statutum valet, vt reddatur certum quid per eum, qui dotem promittit, donec illam solue-*

rit. Amplia in eo, qui tenetur restituere nu.7.

8 Mulier non peccat accipiendo incrementum dotis ea salua, & num.9.

10 Secundus vir, & eius hæredes non possunt petere interesse dotis non solutæ pro tempore secundi matrimonij ab hæredibus primi mariti, etiã in mora constitutis. Contrarium num.11. Intellige vt num.13.

12 Secundus vir potest iurare in litem cum vxore contra debitores dotis morosos.

14 Fructus ob moram dotis, non solutæ, non petuntur iure actionis, sed officio Iudicis, & n.20.

15 Expensæ litis non possunt peti post sententiam.

16 Interesse, & expensæ conuentionales possunt peti etiã quod sit omissa condemnatio in sententia.

17. Hæres tenetur ad dotis restitutionem, prout defunctus, & n.23.

18 Iusta causa litigandi excusat a pœnis legalibus non conuentionalibus, & n.19. & n.22.

21 Alimenta vxori debita, possunt peti etiam post dotem exactam.

24. Ius diuersum est statuendum, vbi adest diuersa ratio.

Decisio CXXVI.

IN causa DD. Lauræ, Elisabeth, Casandræ, & aliarum de Antolinis cum D. Lucretia Marscena, & D. Leonardo de Hieronymis de Macerata, conclusum fuit Lauram solum teneri ad dandum interusuria dotis, & expensas petitas per Lucretiam, & Leonardum, occasione, de qua in actis. Ratio est, quia constat de dote scutorum 1500. soluta Antonio Mariæ Antolino primo viro Lucretiæ, tam per instrumenta, quam per confessionem factam per eum in testamento, & legato, vt in processu fol.205. Vnde Laura hæres Antonij Mariæ sui filij, vt etiam constat de additione hæreditatis fol.85. nullam habuit causam litigandi, & retardandi restitu-
1 tionem dotis. Stante igitur huiusmodi † mora datur vsusfructus illius. *Alex.cons.74. viso titulo quæstionis.colum.1.lib.5. Affl.decis.284. Ias.in §. fuerat.n.23.institut.de actio.* Præsertim, quando vir sustinuit † onera matrimonij, prout pro-
2 bauit Leonardus *Grat.* qui de communi *cons.56 n.3. & cons.58. visis.nu.4. lib.1.* Et istæ vsuræ ob dotem non solutam ex mora, debentur etiam de
3 iure † canonico. *Bart.in l.in insulam. §. vsuras. ff.solut.matrim.* [Immo etiam maritus potest pa cisci cum eo, qui dotem promisit, & non soluit,
4 vt donec † soluatur in singulos annos pro subsidio onerum matrimonij, pendat tantum quantũ capere posset aliquis mediocriter industrius ex dote ipsa salua. *Nauar.* qui dicit esse memorabile. *c.17.in manuali num.213. versic.secundum poste. & in tractat.de vsur.nu.67.* vbi etiam firmat secundam conclusionem, quod maritus, qui dotem recipit, & eius hæredes in casu diuortij
5 tenentur vxori viduæ, aut separatæ † præbere alimenta, quæ dari possunt, salua manente dote, donec illa soluatur. Ex quibus etiam tertio in-
6 fert iuste obseruari posse statuta † terrarum, vt promittens dotem quousque soluat, & maritus, & ipsius hæredes, quoad dotem viduæ, aut separatæ reddant certum quid ex centum in singu-
7 los annos, ampliando prædicta ad eum, † qui tenetur restituere dotem. Nam quemadmodum promittens in dubio, visus fuit obligari ad id donec solueret, sic videtur, quod in dubio tacite, qui eam recepit visus est ad idem obligari, quoad vsque illam restituat, quia correlatiuorum est eadem disciplina. Neque vxor vidua, & separata peccat accipiendo incrementum dotis
8 ea salua, quia non accipit illud vt vsuram ex mu tuo palliato, sed vt quoddam onus promissum à dotante pro conseruatione dotis acceptatum, tam contra se, quàm pro se ab accipiente illam; quod onus tãquam reale comitatur eam, quoad
9 vsque desinat † esse dos. *argumen. cap. ex litteris. de pignor. l. oneribus. C. de iur. dot. & cap. per vestras. C. de donat. int. vir. & vxor.*

Non obstat, quod Laura hæres Antonij Ma-
10 riæ primi viri Lucretiæ non promiserit † istam dotem Leonardo secundo viro Lucretiæ; quo ca su non poterit secundus vir ab eo, non soluente consequi alimenta, seu interusurium, cum non sit sibi obligata, vt in specie concludit, *Alexan. cons.122. viso processu causa.col.fi.n.18.lib.7.*

Quia respondetur, quod etiam vbi mulier non remansit vidua, sed secundo loco nupsit, vt est casus noster, secundus maritus, & hæredes
11 eius possunt † petere interesse dotis non solutæ pro tempore secundi matrimonij, ab hæredibus primi mariti, vel alijs dotis debitoribus in mora constitutis per interpellationem. *Bart.consil. 128. Franciscus. lib.1. Plot.de in litem iur. §.11. num. 26.* post *Grat.* qui testatur de communi, *consil. 56. visis. num.3. lib. 1.* [Ratio est, quia videtur tunc tale interesse damni emergentis propter onera, quæ sustinet secundus maritus: ergo eidem, & eius hæredibus debetur, per rationem *cap. salubriter. de vsur.* & super d. interes se poterit secundus vir cum vxore contra dictos
12 debitores morosos iurare † in litem, quod probabitur ex ipso iuramento. *Plot. in d. §. 11. nu. 26. per l. si filiusfamilias. §. maritum. solut. matrimon. l. nummis. de in litem iurand.* [Quæ magis procedunt in casu de quo agimus, quia Leonardus secundus vir non petijt interesse tanquã
13 procurator vxoris, & pro ea, quia tunc illi † non deberentur vsuræ, sed tanquam principalis sustinens onera matrimonij, iuxta distinctionem *Bart. cons.128. Franciscus ad fi. lib.1.*

Non obstat, quod non sit agendum iure actionis, pro huiusmodi fructibus ob moram dotis
14 † non solutæ, sed sit implorandum Iudicis officiũ, cum actio de dote sit bonæ fidei, & sic Leonardus modo agens pro dictis fructibus, debet succumbere. *Aret. in §. fuerat. institut. de actio. n.14*
Prout idem dicendum de expensis litis, quæ etiã
15 petuntur, & debentur † officio Iudicis, & sic non possunt peti post sententiam. *Abb. in cap. significauerunt. colum. 2. versic. aduerte. de appellat. Seraph. priuileg. iurament. 13. num. 37.* Quia Antonius Maria in receptione dotis obligauit se suosque

suosque hęredes in forma Cameræ, pro illa restituenda, & ad omnia damna, expensas, & interesse occasione dilatæ solutionis; Vnde sumus in in-
16 teresse, & expensis † conuentionalibus, quæ cum iure actionis debeantur, etiam quod earum condemnatio sit omissa in sententijs, nihilominus semper peti possunt. *glos. in §. oportet. in verb. solo. ad fi. authen. de iudic. Roland. consil. 62. nu. 6. lib. 4. Couarr. pract. quæst. cap. 27. num. 5. versic. sed & vera sunt.*

Ex quibus neque obstat illud, de iusta causa litigandi, ob quam videbatur excusanda Laura ab interesse, & expensis. Quia de illa non con-
17 stat, cum simus in hærede, qui tenebatur † ad dotis restitutionem, prout defunctus, per quem etiam ita mandatum fuit in testamento. *l. cum a matre. C. de rei vendic. Gabr. de reg. iur. concl.* 11. [Præterea, licet iusta causa excuset à pœnis le-
18 galibus, non tamen † à conuentionalibus, prout neque iusta causa, quamuis excuset ab expensis, operatur quoad illas, quæ debentur ex dispositione hominis, puta testatoris, vel contrahentis, vt est casus noster. *Alex. cons. 119. quaritur ergo. colum. 4. num. 18. vers. nec obstat, quod propter. lib.* 2. de communi. *Rolan. cons. 62. n. 7. ad fi. lib. 4.* post *Bald. in l. non solum. ad med. vers. nota optimam. de rei vendic.* [Et hæc quoad Lauram, quæ etiam fuit condemnata in expensis, cum neque in huiusmodi causa vsusfructus dotis vlla adsit ratio, ob quā ab illius solutione posset se excusare. *l. properandū. §. sin autē alterutra.* C. *de iudic.*

Quo vero ad Casandram Elisabeth, & alias mulieres de Antolinis conuentas similiter occasione prædicti vsusfructus, fuit declaratum illas absoluendas à petitis; quia non constat, quod sint hæredes, sed tertiæ possidentes bona, contra quæ fuit actum per Leonardum. Vnde habebant
19 iustam causam se defendendi, † quæ regulariter excusat. *l. qui solidum. 80. §. etiam ff. de legat. 2. Aym. cons.* 178. *n.* 10. *Couar. c. 27. pract. qq. n. 3.*

Immo etiam cessante iusta causa litigandi idē erat dicendum, quia stāte mora soluendi dotem, licet debeatur interesse correspectiuum oneribus toleratis, etiam pro tempore præterito, ta-
20 men non poterit † peti iudicio separato, prout est in casu, de quo agimus, in quo prius contra mulieres actum fuit pro dote, postea separatim pro vsufructu; cum enim debeatur accessorie ad dotem Iudicis officio, post illam exactam peti
21 amplius non potest, † licet secus esset in alimentis vxori debitis. *Bald. in l. si marito. §. fi. in princip. vers. aut accessio. & in fi. vers. extra quaro. ff. solut. matrim. Corn. cons. 145. nu. 27. vol. 2. Gabr.* qui de communi, & vera opinione testatur *cons. 145. n. 8. & 15. lib. 2. per text. in l. fructus. C. de actio. emptio. & l. qui per collusionem. §. fi. ff. eod. tit. & l. 4. C. depositi. & l. centum capua. in fi. ff. de eo, quod certo loco.* quamuis de prædictis dubitet *Surd. de alim. tit. 6. q. 3. nu. 29. & 38. & tit. 3. q. 2. per tot.*

Non obstat instrumentum, in quo Antonius Maria promisit damna, expensas, & interesse in casu dilatæ restitutionis dotis, & sic iure actionis semper illa tanquā conuentionalia peti possint,
22 *Alex. in l. properandum. §. sin autem. n. 6. C. de iudic. Gabr. de reg. iur. conclus. 4. in fi.* Quia vt supra dictum est, hoc non concernit personas illarum mulierum, quæ non sunt hæredes Antonij Mariæ, nec vllam causam habent ab eo, sed solum Lauram matrem, & hæredem, quæ tenetur ratum habere factum defuncti, maxime fauore
23 dotis. † *Affl. decis. 111. n. 7. Aym. cons. 200. n. 2. in fin.* prout quoad eam supra conclusum fuit condemnandam esse; Vnde cum diuersa ratio mili-
24 tet inter istas, diuersum ius † est statuendum, quia in his quæ sunt separata, de vno ad aliud nō infertur: & sic quo ad istas contrarium fuit firmatum. *l. fi. ff. de calumniator. Bart. in l. Papinianus. in princ. n. 2. de minor.*

EPITOME.

Societas omnium bonorum, quando dicatur tacite contracta.

SVMMARIVM.

1 *Societas vniuersalis omnium bonorum tacite inducitur, si fratres simul habitant, viuunt communibus expensis, & possident omnia bona, pro indiuiso. Intellige vt n. 4. & 6.*
2 *Societas tacita facit, vt communicentur omnia bona, etiam obuenta ex substitutionibus, & testamento.*
3 *Societas tacita inducitur, si post diuisionem bonorum illa communiter possidentur.*
5 *Societas vt dicatur contracta, debet probari communionem bonorum, & cohabitationem fuisse factam animo habendi rem communem, & societatem contrahendi.*

Decisio CXXVII.

PRo reuocatione sententiarum, de quibus in causa Cicchi Marcolini, & Partini de Firmo conclusum fuit, cum appareat apothecam, de qua agimus fuisse prius adiudicatam Paci Saxo pro suo credito contra Cicchum; Vnde nō debebat sua possessione priuari; licet enim prætendatur communio inter Cicchum, & Baptistam fratres, ex quo poterat dici, quod medietas apothecæ spectaret ad Baptistam, & per consequens ad Partinum pro suo iure, & credito contra Baptistam; Tamen ex processu constat, quod illam Bassus donauit Ciccho suo nepoti die 25. Ianuarij 1561. Et quatenus postea fuisset cōmunicata, tamen extat diuisio inter dictos fratres, sub die 19. Aprilis. 1566. ex qua apparet fuisse datam huiusmodi apothecam Ciccho inter alia bona, quæ ex præfata diuisione illi obuenerunt.

Non obstat, quod post diuisionem per testes Partini fuerit probatum semper dictos fratres simul habitasse, viuendo cōmunibus expēsis, possidendo omnia bona communiter, & pro indiuiso, & alia faciendo, ex quibus videtur inter eos inducta vniuersalis societas omnium bo-
1 norum, quæ etiam † tacitè inducitur, quamuis

expressè conuentum non sit, secundū magis communem opinionem, de qua per *Socin.conf.291. lib.2.n.1. Dec.conf.68.col.4.vers. & sic non videtur. sub n.2. Roman.conf.291.num.1. Ludouic. concl.53.illat.19. vers. quod autem induci possit.* Vnde ob talem societatem tacitam debent com-
2 municari † omnia bona; etiam obuenta ex substitutionibus, & testamento. *Dec.in auth.quod lo cum.col.fi.C.de collatio. Rolan.conf.91.n.28. lib. 1. Aym.conf.26.n.8.* Quando enim post diuisa bona Socij illa communiter adhuc possident, in-
3 ducitur inter eos tacita bonorum † recommunicatio. *Rom.conf.418. Aym.conf.73.n.13. Gabr. de praesump.concl.1.n.19. Mascard. concl.526. num.6. de probat.*

Quia respondetur prædicta non sufficere. Nā vt possit dici contracta societas omnium bonorum, requiritur etiam quod probetur communi-
4 nicatio lucrorum † vniuersorum ex quacumque causa, ac damnorum, & onerum, & tertio, quod desuper lucratis ratio inter eos reddita non fuerit; quæ adeo sunt necessaria, vt vnum sine altero non sufficiat. *Cephal.conf.340.n.12.vol.3. Anchar.conf.302.col.2. Socin.cōs.160.col.1.n.2.vers. ista conclusio.lib.2.* de cōi. *Lud.concl.53. vers. & eo casu.* [Præsertim quia in causa, de qua agebamus non fuit probatum, neque deductum, communionem bonorum, & cohabitationem fuisse factam animo habendi rem communem, & so-
5 cietatem † contrahendi; tunc enim præsumeretur contracta. *Ruin.consil.141. num.23. lib.5. Mascard.concl.1309. num. 26. vers. declaratur ista illat. de prob.*

Ex prædictis igitur erit facta inter fratres cōmunio fructuum, non proprietatis, cum societas omnium bonorum non inducatur ex communi habitatione, & negotiatione, ac lucrorum communicatione, sed solum fructuum, & lucrorum,
6 etiam quod † communicauerint lucra plurium, & diuersarum negotiationum; quia nō sequitur, ergo voluerunt contrahere societatem vniuersalem, etiam extra causam negotiationum, puta in legatis donatis, aut hæreditatibus, vt post *Roman. Corn. Alex. Socin.* & alios concludit *Aym. conf.26.in princ.contra Ias.in l.1.col.5.C.qui testam. facer. poss.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Ad communionem probandam qua requirantur, & de quibus bonis intelligatur. n.2.*
3 *Filia vnius ex socijs omnium bonorum, quando sit dotanda de communi. nu.4. & 5. & quid in societate tacita. nu. 9.*
6 *In societate vniuersali non attenditur, quod vnus conferat, vel impendat plus altero.*
7 *Omnes expensæ dicuntur contractæ occasione societatis, quando est vniuersalis, nisi proueniant ex delicto.*
8 *Filia vnius ex socijs omnium bonorum est alenda de communi.*

¶ N. 4. *post verba.* Et eo casu.

Et est decisio *Rot.coram Card. Lancell. Rom.*
1 *societatis de cruciarijs.20. Februarij.1568.*† vbi etiam deciditur, quod coniectura ex sola habitatione, & communi vita non sufficit ad probandū communionem, cum habitatio debeat esse longæua. *Dec.conf.21.in prin.* & communicatio lucrorum sit probanda per actus necessario inferentes, & quod hinc inde lucra cōmunicentur; quia
2 ideo tibi confero vt tu mihi conferas: † Itaut intelligatur de illis lucris communicaris, non de vniuersali communione. *Bart.in l.si patruus. ad fi.C.commun.diuid. Aym.conf.26.n.1.* Vbi quod magis hoc procedet, quando vnus esset minor, & non haberet tutorem. *Dec.conf.21.col.1. vers. contraria supra allegata.*

¶ N. 6. in fin. *post verba.* C. qui testam. facer. poss.

Ex quibus etiam patet verius esse, quod quærebatur, non potuisse agi pro dote filiæ vnius ex istis fratribus danda ex communi patrimonio,
3 † cum non sint socij omnium bonorum. Quia etiam quando esset talis societas, non deberet dotari de communi, secundum *Viui.opin.338.incip. fratres non possunt petere.* Vbi quod est sententia magis communis, & ita etiam esse iudicādum tuto, & absque discrimine animę, dicit *Cott. in memorab. in verb. expensa facta per fratres. vers. contrarium tenet idem.* Vbi de magis recepta opinione testatur, & quod ita Mediolani seruetur. *Roman.conf.145.nu.2. & ibi Mandos.in ver.de communi.late Gab.de iur.dot.concl.2.* cum alijs per *Alex.conf.87.an dos debeat.lib.4. Spec. de iudic.S.sequitur.vers.quid si vnus n.11. Petr. de Vbal.de duob.fratr.quaest.10. Ias.in auth.quod locum.col.3.ad med.vers. ego semper consulendo, & legendo.n.6.C.de collation.*

Quamuis prædicta non sint tuta, cum verior
4 sit opinio, † quod si societas est omnium bonorū, debeat societati imputari dos data filiæ per vnū ex socijs: neque enim in diuisione poterit repeti, sicut aliud sit quando societas esset particularis, in qua dos non imputaretur. *Castr. in l.si societatem vniuersorum.ff.pro soc. Natt. consil.91. n.3. Menoch.de arbit.cas.127.num.3.* vbi de magis communi. *Roland.consil.91.nu.45.47. & per tot.lib.1. & post Bald. Socin. Crot. Ang. Butr.* & alios quos refert, dicit magis receptam senten-
5 tiam *Surd.de alim.tit.6.quaest.14.n.12.*† vbi *nu. 13.* quod magis sine scrupulo procedit, quando dos est data de bonis communibus altero socio sciente, & patiente. *Castr. consil.211. lib.2. Socin.consil.5.num. 11. lib. 4.* Ratio est quia in societate vniuersali non attenditur, quod vnus
6 conferat, vel impendat plus altero, † cum in ea omnia sint communia, & in diuisione cuncta æqualiter diuidantur. *l. si Caius pro filia. ff. pro soc. Ias.in l.vt nemini. n.4. C. de collat. & consil. 5.nu.7.lib.1.* Neque enim in societate vniuersali est dare expensas, quæ non dicantur contractæ

occa-

occasione societatis, & quæ non imputentur so-
7 cietati,† nisi proueniant ex delicto, vel culpa so-
cij. *l. quod autem. ff. pro soc.* Cum aliud sit in
particulari societate, in qua si quis plus altero
impendit repetit in dissolutione, neque imputa-
tur expensa, quæ non cadit in communem vtili-
tatem societatis. *l. adeo. in fi. ff. pro soc. Ang. in*
8 *l. vlt. C. de collat.* † Et sicut filia de communi est
alenda. *Ruin. cons.* 104. *n.* 11. *l.* 11. Ita etiam est
dotanda, cum valeat argumentum de alimentis
ad dotem. *Bart. & Bald. in l. 1. ff. solut. matrim.*
cum alijs, de quibus latè per *Petr. Sanz. in tract.
de diuis. bonor. cap. 2. lib. 2. num. 17. cum seq.* vbi
testatur hanc esse veriorem opinionem, tam in
societate omnium bonorum expressa, quàm ta-
9 cita, † cum in vtroque casu filia sit dotanda de
communi, prout etiam latissime defendit *Ro-
land. cons. 91. per tot. lib.* 1. vbi etiam refert ita
tenere *Nell. de S. Gemin. & Ioan. Bapt. de Ben-
tiuolis de Saxoferrato, de quibus per Socin. cons.
291. col. 6. lib. 2. Menoch. cons. 375. nu. 11. lib. 3.
Hieron. de Zannettin. cons. 6. inter. consil. Socin.
4. lib. 4. Dec. cons. 66. col. 4.*

EPITOME.

Appellatio coram Iudice ad quem, quando valeat, si non fuerit appellatum coram Iudice a quo.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio interposita coram Iudice ad quem, dicitur nulla, si non constat de metu Iudicis à quo.*
2 *Honor Iudicibus deferri debet.*
3 *Appellatio coram Iudice ad quem, admittitur in subsidium, quando non potuit haberi copia Iudicis a quo.*
4 *Constitutio Marchia admittit appellationem interpositam, vel coram Iudice a quo, vel Iudice ad quem.*
5 *Appellatio in absentia Iudicis à quo, valet, si postea notificetur Iudici, vel parti. Intellige vt num.* 8.
6 *Notificatio Iudici an debeat fieri infra mensem vel decem dies.*
7 *Curia Romana non solet reijcere appellationes interpositas in absentia Iudicis à quo.*
8 *Appellatio in Iudicis absentia quoad validitatẽ non est intimanda, secus quoad impediendum processum, & reuocationem attentatorum.*

Decisio CXXVIII.

IN multis appellationibus, quæ interpone-
bantur in Rota absque eo, quod appellatũ
fuisset corã Iudice à quo, dicebatur de ea-
1 rum nullitate, cum non constaret de metu,† aut
quod non potuisset haberi copia illius, prout
requiritur. *c. biduum. 2. q. 6. l. 2. §. dies. ff. quand.
appell. sit. c. vt debitus de appellat. Gloss. in c. sug-
gestum. in vltima opinione. eod. tit.*

Ratio est, quia agitur de facto illius, qui præ-
tenditur, quod grauauerit, vnde coram eo in-
2 terponetur appellatio, maxime vt † deferatur
debitus honor ipsis iudicibus. *Franc. in cap. fin.
nu. 19. de appellat. l. fin. C. quando prouoc. non
est necess. Lap. alleg. 38. col. 2.* & regulariter ap-
pellatio coram Iudice ad quem, admittitur in
3 subsidium, quando non potuit haberi præsentia
Iudicis à quo, secundum *Imol. in d. cap. fin. col. 4.
& Franc. ibid. n. 22. de appellat.* Licet *Innoc. &
Butr.* aliter senserint.

Contrarium tamen conclusum fuit, cum secũ-
4 dum Constit. March. c. 6. lib. 6. valeat appellatio
quocunque modo proponatur, siue coram Iudi-
ce à quo, siue coram Iudice ad quem: quod fuit
ex iusta causa concessum, quia propter timorem
Iudicis à quo, & illius reuerentiam multi re-
trahebantur ad illis interponẽdis. Qua constitu-
tione stante, non obstant in contrarium allega-
ta, cum habeamus casum statuti, qui debet obser-
uari. *l. illam. C. de collat. Corn. consil. 109. in fin.
libr.* 1.

5 Adde quod etiam cessante † constitutione
idem est dicendum: Nam licet sit facta appel-
latio in absentia iudicis à quo, valebit, dummo-
do postea notificetur iudici, vel parti. *Archid. in
c. fin. de appellat. in 6. Lap. alleg. 38. col. 1. in
princ. n. 3. Paul. de Leaz. in clem. causam de
elect. in verb. absentium*, qui subdit, quod suffi-
6 cit, vt notificatio † fiat Iudici infra mensem:
licet *Vital. in clem. 1. de appellat. col. 2. n. 20.* ve-
lit quod debeat fieri intra decem dies. *Bertrand.
cons. 63. lib. 3. Ruin. cons. 113. ex multis nu. 18.
lib. 4.* [Et licet appellatum fuerit sine causa in
absentia iudicis; tamen Curia Romana non
7 †reijcit huiusmodi appellationes, vt dicit *Frãc.
in c. appellatio. 10. n. 3. in fin. & ibi Gemin. nu. 2.
in 6. post Specul. eod. tit. §. qualiter.*

Immo quoad validitatẽ appellationis, quando
8 appellatur in iudicis absentia † non erit illi in-
timanda; cum etiam ante intimationem appel-
lans in absentia illius sit exemptus ab eius iuris-
dictione. Intellige quoad deuolutionem iuris-
dictionis; sed ad impediendum processum iudi-
cis à quo, & reuocationem attentatorum, appel
latio debet intimari. *Franc. in cap. fin. nu. 42.
q. fin. de appellat. Mand. ad Lap. alleg. 38. in
verb. intimanda.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Stilus Romanus quando faciat ius, & imponat alijs curijs necessitatem iudicandi secundum eum. n. 2. & 3.*

¶ N. 7. *post verb. §.* qualiter.

Quem stilum Romanum debemus sequi. *Felin.
in c. ex parte. versic. stilus. de rescript. Rebuff. de
nominat. q. 5. num. 3. Gig. de pension. quæst. 58.*
1 *n. 2.* † Cum stilus faciat ius, & seruetur pro lege.
*cap. pastoralis. de fid. instrum. Specul. de appell.
p. 3. §. de offic. n. 14. Masc. conclus. 1312. n. 51.*

Licet

Licet in iudicando, & decidendo non deberet
causa definiri secundum dictum stilum. *Ferret.*
2 *cons.58. nu.19.* † cum sit modo albus, modo ni-
ger. *Felin. in c. Rodulphus. num.22. de rescript.*
Mandos. reg.33. q.8. num.5. Debet enim esse no-
torius, apertus, & per Romanum Pontificem
3 approbatus, † vt imponat alijs Curijs necessi-
tatem seruandi. *Bal. in c.2. de fer. Gomes. in*
prob. reg. cancell. Rebuff. de consuet. art.7. glo.13.
n.54. Cassad. decis. 13. de praebend. cum aliàs sit
adhaerendum iuri scripto. *Idem Cassad. decis. 19.*
num.17. de restit. spoliat.

EPITOME.

Sententia lata contra sententiam in iudicatum transactam quando valeat. ¶ Excussio an habeat locum, vbi proceditur summariè de bono, & aequo, & omissis solemnitatibus. ¶ Pro legitima, & alimentis quando censeantur hypothecata bona.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non potest contra sententiam, quae transitum fecit in iudicatum, aliam sententiam ferre.*
2 *Secunda sententia valet contraria primae interlocutoriae, si appareat secundam esse latam animo reuocandi primam, aliàs praesumitur circumuento, vel obliuio.*
3 *Sententia interlocutoria facta sine causa cognitione non transit in iudicatum.*
4 *Per decretum non esse ad vlteriora procedendũ, finitur officium iudicis.*
5 *Principales prius discuti debent, quàm tertij possessores.*
6 *Causa alimentorum est summaria.*
7 *Excussio non requiritur quãdo proceditur summariè, omissis solemnitatibus, & de bono, & aequo, & sola facti veritate inspecta. Intellige vt num. 8. & 10.*
9 *Causa dotis licet sit summaria, tamen requirit excussionem.*
11 *Alimenta possunt peti, non solum à patre, sed etiam ab extraneo bona paterna possidente. Intellige vt num. 12. & 13.*
14 *Bona patris non sunt hypothecata pro legitima.*
15 *Vxor pro alimentis non habet hypothecam in bonis mariti. Contrarium. n. 17. & 18.*
16 *Alimenta habent multa priuilegia.*
17 *Alimenta non habent hypothecam, nisi sint relicta in testamento.*

Decisio CXXIX.

FVit reuocata sententia D. Iudicis à quo,
mãdatis praestari alimenta D. Fabio Ala-
to de Asculo per Ioannem Mariam Paci-
ficum, & Lucretiam de Tutijs tanquam posses-
sores quorũdam bonorum Simonis patris D. Fa-
bij: Nam idem iudex paulò ante die 14. Iunij,
1594. vt in processu fol. 8. mandauerat non
procedi ad vlteriora non facta prius discussione
per Fabium in bonis Simonis Alati; quod de-
cretum transiuit in rem iudicatam. Immo pars
aduersa illi acquieuit: vnde cum non appareat
1 de discussione, non poterat postea contra † sen-
tentiam, quae transiuit in iudicatum, aliam sen-
tentiam proferre. *Bald. in l. 1. C. quando prou.*
non est necesse in princ. Dec. cons. 294. nu.2. vbi
de communi. *Roman. cons.410. in fin. Butrius*
cons.27. visis punctis, & quaesitis. Felin. in cap.
inter monasterium. col.6. n.15. vers. regulariter
sententia. de re iud. ¶ Immo licet post primam
sententiam interlocutoriam valeat secunda con
traria ab eodem lata. *c. cum cessante. de appellat.*
Tamen oportet quod appareat secundam latam
2 animo † reuocandi primam, aliàs praesumitur
circumuentio, vel obliuio. *Bart. in l. quod iussit.*
col. vlt. ad fin. de re iud. Abb. in c. cum olim. col.
7. eod. tit. Felin. in d. cap. inter monasterium. nu.
28. col. 14. limit. 13. ¶ Maxime quia dictum de-
cretum fuit factum cum causae cognitione, quia
3 tunc † transit in iudicatum; licet secus quãdo in-
terlocutoria esset facta, nõ causa cognita, quia
neque quo ad partes transit in rem iudicatam.
Bald. in l. ex stipulatione. C. de sent. & interloc.
in fin. Franc. in cap. cum cessante. col. 4. nu. 10.
de appellat. vbi etiam subdit, quod per huiusmo-
di decreta facta per iudices, pronunciantes non
4 † esse ad vlteriora procedendum, prout est ca-
sus noster, finitur officium iudicis. *Bartol. in l.*
quod iussit. col.2. nu.9. de re iud.

Praesertim, quia semper discuti debent prius
5 principales quàm tertij † possessores. *Bal. in l.*
rei. C. de distr. pignor. Doctor. in auth. hoc si de-
bitor. C. de pignor. Ias. in §. item si quis in frau-
dem. col.16. Instit. de actio.

6 Neque obstat, quod † causa alimentorum
sit summaria. *Bart. in l. si iudex. in fin. de his,*
qui sunt sui, vel alien. iur. Doctor. in l. de alimẽ-
tis. C. de transact. Et quando proceditur de bo-
no, & aequo, & omissis solemnitatibus, & summa-
7 riè, † non est necessaria excussio. *Rom. cons.430.*
Alex. cons.58. viso, & perlecto. nu.7. lib.5. Dec.
cons. 27. num. 8. Gabr. de fideiuss. concl.1. n.71.
limit. 12.

Quia respondetur, quod immo per illam clau
8 sulam summarie non est sublata huiusmodi † ex-
ceptio discussionis tanquam fundata in aequita-
te, prout in causa dotis, quae licet sit summaria
9 tamen † requirit excussionem. *Bald. post glos. ibi*
in l. vbi adhuc. num.1. vers. & ideo. C. de iur. dot.
Roman. cons. 187. n. 2. Neguss. qui de magis
communi, *de pignor. p.2. memb.4. nu. 62. & p.*
8. n.30. & 34. vers. tamen hoc non obstãte. Alex.
cons.153. circa litem. nu.6. col.2. vers. & posito.
lib. 6. Alim. qui etiam de communi, *cons. 263.*
n.3. vbi ampliat ad clausulam, sola facti veritate
inspecta.

Immo etiam quod contraria opinio esset ve-
rior, tamen intelligitur respectu ordinis iudicia-
rij, qui si praeposteretur, posset excipi de nullita-
10 te processus; & stante clausula, sola facti † veri-
tate inspecta, non posset opponi ad hunc effe-
ctum excussio, quia ea non obstante, poterit si-
mul agi contra debitorem, & tertium possesso-
rem; sed considerando discussionem respectu

in-

interesse partis, videlicet, quod donec debitor
est soluendo, non molestetur tertius possessor,
tunc hoc non concernit apicem iuris, sed æqui-
tatem, itaut etiam quod causa cognoscatur sola
facti veritate; tamen poterit possessor se tueri
ista exceptione, & debet admitti, cum non sit
æquum, vt possit conueniri, donec debitor est
soluendo, prout etiam videtur aliquo modo cō-
stare in casu nostro, quod Simō pater Fabij Ala-
ti possideat multa bona, de quibus in actis. ita
in specie concludit, etiam stante clausula sola
facti veritate, *Neguf. de pignor. 1. p. 8. p. princ. n. 40. vers. ego putarem. & vers. & ideo per prædicta.* vbi dicit esse notandum in practica post
Corn. cons. 55. vol. 3. in littera S.

Non obstat quod nedum à patre, sed etiam
11 ab extraneo bona paterna † possidente possint
peti alimenta. *Roland. cons. 54. num. 64. lib. 2.*
Quia procedit in successoribus, & hæredibus
bonorum paternorum, & maternorum, ad quos
cum sint vna persona cum defuncto transit, hu-
12 iusmodi † onus alimentorum. *Ruin. cons. 124.*
videtur prima. n. 12. in fin. lib. 1. per text. in l. si quis à liberis. § idem rescriptum. de liber. agnos. Lup. in cap. per vestras. §. 23. sub n. 12. de don. int. vir. & vxor. vbi dicit hoc esse de æquitate
iuris Canonici. *Fulgos. cons. 228. Antonius. col. fin. n. 3.* [Non enim in emptorem bonorum
descendit obligatio, qua pater adstringitur er-
ga filium naturalem, licet descendat in hæredē,
nam solū videntur obligata pro alimentis quan-
do certa corpora designantur, ex quibus præ-
13 stentur; quo casu † quilibet fundi possessor pote-
rit conueniri ad illorum præstationem. *Surd. de alim. priuil. 51. tit. 8. n. 3.*

Non obstat, quod simus in legitima, quia ne-
14 que pro ea sunt bona † patris hypothecata. *Alex. in l. in quartam. col. 9. vers. confirma prædicta. ad l. Falcid. Dec. cons. 234. n. 6. col. fin.* vbi dicit
esse veriorem opinionem, & ita tenuisse *Bulgarinum* insignem Doctorem. *Ruin. cons. 17. col. 3. sub n. 8.* & de magis cōmuni testatur *Gabr. concl. 5. num. 1. in fin. de legitim.*

Immo neq. pro alimentis sunt bona hypothe-
15 cata, vt in vxore, quæ † in bonis mariti pro il-
lis non habet hipothecam. *Roman. cons. 454. in re præsenti. in fin. n. 28. Gabr. de alimen. concl. 2. num. 24.* vbi testatur de magis communi; Ne-
16 que valet consequentia, alimenta † habent mul-
ta priuilegia, de quibus per *Bart. in l. mela. in princ. ff. de alim. & cib. legat.* Ergo etiam ha-
bent hypothecam, nisi quando sunt relicta in
17 testamento, † quia tunc illam haberent, sicut
alia legata. *Neguf. de pignor. p. 2. 4. membr. n. 210. & 211. vers. vigesimus tertius casus. & n. 212. in fin. vers. pro quo optime facit.* post *Bart. in l. Gaius. de ann. leg. & in l. Lucius. de alim. &*
18 *cibar. legat.* [licet prædicta non sint † tuta, vt di-
cit *Surd. de alim. tit. 8. priuil. 49. n. 8. in fin.* vbi
testatur communem opinionem esse, quod pro
alimentis bona mariti sint obligata, ideò vanum
esset disceptare in iudicio; quamuis sibi magis
placeat contraria sententia tanquam meliori-
bus rationibus fundata; Quæ omnia ampliat
19 procedere non solum in bonis † mariti, sed etiam
soceri, & tām in alimentis, quæ petuntur con-
stante matrimonio, quām illo soluto. *Alexan. in l. si cum dotem. §. sin autem in sauissimo. vers. postremo. ff. solut. matrim. Plot. cons. 130. n. 86. inter cons. crim. vol. 1.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *In causa alimentorum proceditur etiam diebus festiuis.*

¶ N. 6. *post verb.* C. de transact.

Et proceditur in ea etiam diebus festiuis. *Fel. in c. quæ in Ecclesiarum. nu. 2. de constitut.* Distinguendo an simus in præteritis, vel futuris. *Spin. de testam. gloss. 16. num. 113.*

EPITOME.

Datio in solutum de bonis minorum quando valeat, etiam quod non præcesserint subhastationes. [Decretum an debeat interponi probatis causis in scriptura separata. [Minori læso vltra dimidiā, an sit concedenda restitutio.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum minoris quando sit valida.*

2 *Subhastatio requiritur in alienatione bonorum minorum. Fallit de consuetudine. num. 3. Intellige, vt num. 5.*

4 *Minor potest petere restitutionem, si alius plus offerat. quam res vendita sit.*

6 *Doctori attestanti de consuetudine statur.*

7 *Subhastationes de consuetudine non requiruntur in alienatione rerum Ecclesiasticarum.*

8 *Decretum debet interponi probatis, & excusis causis, & cum scriptura separata. Intellige, vt num. 9. 10. & 11.*

12 *Priuilegium filij in matrem, vt non teneatur in plus, quām facere possit, quando habeat locum.*

13 *Aestimatio per homines communiter electos, & eorum relatio, quæ requisita debeat habere.*

14 *Minor læsus vltra dimidiam habet electionem, vel petere restitutionem in integrum, vel agere contra curatores, & num. 15. Intellige vt num. 17. & 18.*

16 *Minor restituitur solum propter ætatem non docto de læsione.*

19 *Læsio venditionis probatur, si adsint alia bona minus damnosa, quæ poterant alienari.*

20 *Læsio facit rescindere contractum, non obstante decreto Iudicis. Amplia vt n. 21.*

22 *Decretum Iudicis non impedit remedium. l. 2. C. de rescind. vendit.*

23 *Minor & Ecclesia an petant restitutionem in integrum, si læsio dimidiam excedit.*

DECI-

Decisio CXXX.

DAtio in solutum facta per Tutorem D.
Hieronymi, & fratrum ad fauorem
matris fuit declarata valida, cum fue-
rit præcedente decreto iudicis, anctoritate tu-
toris fideiubentis, & ob æs alienum, pro cuius
solutione pupilli vexabantur, vt constat ex in-
strumento, & actis agitatis ad instantiam credi-
tricis, & executione demandata contra mino-
res, & eorum bona, & tenuta per ipsam capta
in prædio dato in solutum in vim executionis
1 prædictæ: quæ videntur † sufficere, vt alienatio
valeat. *l. magis puto. §. non passim. de reb. eorũ.
l. tutor vrgentibus. ff. de minor. l. lex quæ tutores.
C. de admin. tut. l. eum qui. C. de auct. præstan.*
2 Non obstat, quod non interuenerit † subha-
statio prout requiritur. *l. si in emptione. de min.
Bal. in l. ordo. n. 4. C. de execut. rei iudic. Rom.
cons. 321. in casu proposito. n. 2.* Quia de consue-
tudine in alienationibus minorum non est neces-
3 saria, vnde si omittatur † non vitiat. *Cassan. cõs.
55. stante consuetudine. n. 41. col. 11. ad med. post
Imol. cons. 99. in quæst. n. 7. in 7. dub. col. 2. Fa-
bia. de Mont. de empt. & vendit. q. 5. nu. 85. &
88. tom. 6. p. 1. fol. 57. Bal. in auth. hoc ius por-
rectum. col. 2. in princ. nu. 5. vers. idem dicimus.
C. de sacros. Eccles. post Guliel. de Cun. in l. &
si sine. §. quæsitum. de minor.* [Licet dicat posse
4 petere restitutionem † in integrum, si alius plus
offerat, quam res vendita sit: & ita etiam firmat
*Afin. de execut. c. 16. §. 6. ad fin. nu. 6. fol. 144.
& Guliel.* seqnitur *Bald. in d. l. & si sine. §. quæ-
situm de minorib. Plot. in l. si quando. num. 198.
C. vnde vi. in addit. eiusdem auctoris. Simonc. de
decret. lib. 1. tit. 1. nu. 67.* [Nisi esset alia consue-
5 tudo, quòd fierent † subhastationes, quia tunc
essent necessariæ. *Addit. ad Dec. consil. 403.
num. 12.*

Et standum est assertioni Doctoris attestan-
6 tis de consuetudine, intelligendo saltem † de
præsumptiua, si non de concludenti probatione,
itant transferat onus probandi in aduersarium.
*Bart. in l. de quibus. col. 8. in fin. in 4. q. princ.
nu. 21. ff. de legib. Aym. cons. 325. sub num. 1.
Mascar. de probat. concl. 426. nu. 12.* [Idem est
in alienationibus rerum Ecclesiasticarum, in
quibus consnetudo non admittit huiusmodi iu-
7 ris † ciuilis solẽnitates quoad subhastationes ve
testatur *Guilel. Redoan. de reb. Eccles. non
alien. rubr. 23. nu. 39. & rubr. 29. num. 8. post
Bald. in authen. hoc ius porrectum. col. 1. in fin.
num. 5. vers. sed hic quæritur. C. de sacros. Eccl.*

Neqne obstat qnod decretũ non fuerit inter-
8 positum probatis, & excussis relatis † causis, &
cum scriptura separata, prout requiritur. *Corn.
cons. 71. n. 4. lib. 3. Menoch. de recuper. possess. re-
med. 15. nu. 148.* Quia cum simus in casu, in
quo interuenit præsentia consanguineorum pu-
pilli iurantium vẽditionem fuisse necessariam,
& vtilem, & factam cum consilio, & assensu præ-
dictorum, venditio, & alienatio valet, quia vi-
9 detur causa † cognita decretum interuenisse;
cum ex hoc iudex, qui illud interposuit satis di-
catur se informasse. *Imol. cons. 99. n. 6. dub. 6. &
cons. 98. n. 12. & 13. Gabr. cons. 23. num. 9. lib. 1.
Alex. cons. 80. col. pen. vol. 5.* per quod seruantur
decreta interposita in Vrbe per indicem, non
præcedente aliqua causæ cognitione, quia vidẽ-
tur se informari ex relatione consanguineorum
10 asserentium, † & iurantium rem ita se habere,
prout in specie testatur *Gabr. de sentent. conclus.
5. n. 36. post Ruin. cons. 90. casus de quo quæritur.
ad fin. lib. 5. Simoncel. de decret. lib. 1. tit. 1. n. 59.*
11 [Et quòd de consuetudine ita seruetur, † dicit
*Castrens. cons. 38. super eo quod quæritur. in
fin. lib. 1. Put. decis. 364. lib. 1. post Alber. & Ca-
strens. in l. actis. C. de fer. Boccac. de constitut.
Marcb. vt min. glos. 4. n. 8. & 30.* Quod magis
est in casu, de quo agimus, cum re ipsa appareat
de executione commissa, tenuta capta, mora
in restituendo dotem, & alijs, ex quibus conce-
ditur secundum tenorem instrumenti licentia
singula quæque bona capere, & habere in solu-
tum vsque ad concurrentem quantitatem, seu
vendere alijs, & tanquam de bonis proprijs di-
sponere; & quicquid placuerit facere, & cum
obligatione, iuramento, & multis renunciatio-
nibus, & clausulis ob quas: neque videtur consi-
12 derandum † priuilegium filij in matrem, quod
non teneatur in plus, quã facere possit. *ad l. etiã
filios solut. matrim. Afflict. dec. 221. l. sicut au-
tem. de re iudic.* Cum stantibus prædictis non
esset locus huinsmodi priuilegio. *Lup. in cap. per
vestras. §. fin. de donat. int. vir. & vxor. n. 20.
Seraph. priuil. iuram. 56. per tot.*

Additur æstimatio facta de bonis, de quibus
13 agitur per homines commnniter † electos, & re-
latio subsequuta, quæ magis operatur validita-
tem huiusmodi dationis in solutum: Maxime
quando adsunt requisita, de quibus in *l. Theo-
pompus. de dot. præleg. Afflict. decis. 58. num. 6.
Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 13.*

Quoad secundum caput restitutionis in inte-
grum ob læsionem vltra dimidiam, qnæ præsup-
ponitur; verius visum fuit esse concedendam,
cum simus in minore læso vltra dimidiam, in
14 cuius electione est, † vel illam petere, vel con-
tra tutores, & curatores agere. *l. etiam. C. si tut.
vel curat. interu. Roland. cons. 10. n. 10. lib. 2.
& cons. 72. n. 43. vol. 3. Ruin. cons. 119. ad fin.
lib. 5. Surd. decis. 253. in fin. Rota Lucen. decis.
68. num. 27.* [& regulare est, vt minor habeat
optionem, vel agendi contra eum, qui alienauit,
15 † vel cõtra eum, in quem est facta alienatio. *Plot.
in l. si quando. nu. 203. C. vnde vi. Caualc. de
tutor. num. 171. Simoncel. de decret. num. 12.
lib. 3. tit. 7.*

Et omisso quod dici posset, de consuetudine
16 minorem restitui solum propter † ætatem, etiam
non docto de læsione, quod tamen nõ est tutum,
licet ita in practica seruari testetur *Ioseph. Lud.
concl. 49.* Tamen si probetur qnod non expedie-
bat alienare bona, de quibus agimus, per resti-
tutionem illa recuperabit. [Quamuis enim mi-
nor,

nor, quando est læsus vltra dimidiam non possit
17 petere restitutionem † in integrum, sed agat re-
medio ordinario. *l. 2. C. de rescind. vend.* iuxta
opinionem *Bald. & Bart. in l. 1. C. si aduersus*
fisc. Tamen hoc procedit, quando minor fuit so-
lum læsus in pretio, secus quando læderetur in
18 re, vt in casu nostro, cum sit venditum, † quod
non expediebat alienare, tunc enim præcisè agi-
tur, vt restituatur ad rem. *Bart. in l. siquidem. C.*
de præd. min. Aym. cons. 151. sub num. 6. Rolan.
cons. 59. n. 4. lib. 1. Gozad. cons. 44. non est dubiu.
col. 2. vers. quarto adduco. num. 14. [Adde quod
præsupponitur constare adesse alia bona mino-
ris, ex quibus posset debitum satisfieri, quod
etiam sufficeret ad rescissionem instrumenti; dũ-
modo tamen probaretur, quod adessent minus
damnosa, & quæ alienari poterant, aliàs læsio
19 † venditionis non esset probata. *Puteus decis.*
292. libr. 3.

Non obstat quæ supra dicta sunt de decreto,
& alijs, quæ in eo interuenerunt: quoniam non
per hoc reijcitur probatio in contrarium; Cum
enim verè constat de læsione, tunc contractus
20 infringitur † non obstante decreto iudicis. *Ca-*
stren. cons. 174. contra superius. col. 1. sub n. 2. ver-
sic. nec obstat. lib. 1. Ruin. cons. 98. num. 24. lib. 1.
Honded. cons. 29. nu. 52. & cons. 32. n. 52. Cephal.
cons. 344. n. 31. lib. 3. [Quod non solum intelligi-
21 tur per probationes † apertas, sed etiam per
alias præsumptiones. *Specul. de empt. & vend.*
§. nunc videndum. versic. & breuiter. Menoch.
præsumpt. 75. num. 32. & 33. lib. 2. vbi etiam
22 *num. 34.* infert † decretum iudicis non impedi-
re remedium. *l. 2. C. de rescind. vend.* cum læ-
sio probari possit aduersus præsumptionem de-
creti, vt latet per *Pantal. Cremens. in d. l. 6. nu.*
106. Et cum præsupponatur ista læsio vltra di-
midiam iusti prætij, non erit aliud dicendum
quando illam non excederet istam dimidiam,
secundum quam per Ecclesiam, & minorem pos-
se peti in integrum restitutionem dicũt *Doctor.*
de quibus per *Couar. variar. resol. lib. 1. cap. 2.*
nu. 11. cum distinctionibus prout ibi latius per
eum; vbi etiam in *versic. tertio hinc deducitur.*
23 tenet minorem, & † Ecclesiam iure posse conse-
qui beneficium restitutionis etiamsi læsio dimi-
diam iusti pretij excesserit.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Subhastationes non debẽt omitti stante loci con-*
suetudine, quamuis aliàs non requirerentur.
2 *Priuilegium ne quis conueniatur, nisi in quan-*
tum facere potest, quando habeat locum.
num. 3. & 4.
5 *Promittens soluere debitum hæreditarium, non*
gaudet priuilegio inuentarij.
6 *Promissio accedens obligationi illam non debet*
alterare.
7 *Læsio est probanda cum dolo aduersarij.*

¶ N. 5. *post verb.* cons. 403. n. 12.

Paris. consil. 98. n. 10. lib. 1. Mar. Mut. super
1 *consuetud. Panorm. c. 52. num.* 65. † Vbi quod
est magis communis opinio, vt stante loci con-
suetudine subhastationes non debeant omitti,
quamuis aliàs non essent necessariæ. *Rim. Iun.*
cons. 247. n. 42. & 43. lib. 3. Ponte. cons. 1. num.
133. Viu. decis. 22.

¶ N. 12. *post verb.* priuil. iuram. 56. per tot.

Surd. de alim. tit. 1. q. 78. n. 26. vbi latè declarat
2 quando, † & in quibus casibus habeat locum hu-
iusmodi priuilegium, ne quis conueniatur vltra
quàm facere possit.

Vlterius aderat in casu, de quo agebamus pro-
missio reddendi totum, & integrum debitum,
quæ facit, vt sit renunciatum dicto priuilegio, ne
3 quis teneatur vltra quàm possit, † cum illi pos-
sit renunciari tacitè, sicut expresse. *Bal. in l. quod*
nomine. C. de cond. indeb. Rolan. de lucr. dot. qu.
38. n. 6. Præsertim quia actio antiqua fuit noua-
4 ta hac secunda obligatione, † quo casu non ha-
bet locum illud priuilegium. *Surd. d. q. 78. n. 52.*
Ad exemplum hæredis promittentis soluere de-
5 bitum hæreditarium, vel legatum, † qui non gau
det beneficio inuentarij. *Dec. in auth. præterea.*
n. 12. vnd. vir. & vx. Angel. cons. 31. col. penult.
Phannuc. de inuentar. p. 6. n. 110. cum declara-
6 tionibus, de quibus in *c. 34. discept. n. 28.* † Quid
quid aliàs promissio accedens obligationi illam
non debeat alterare, nec naturam eius immutet.
l. penult. C. de pact. l. mutuam. ff. mand.

N. 16. *post verb.* concl. 49.

Nam neq. sufficit probare se minorem, & læsum,
sed etiam addendum est se læsum dolo aduersa-
7 rij, † vel sui facilitate, eo quod diligens pater-
familias non fecisset. *Dec. cons. 436. visa. num. 5.*
post Bal. in l. verb. §. sciendum. ff. de minor. Io. de
Anan. Alex. Alciat. Rom. Curt. Iun. & alij, de
quibus per *Mandos.* qui de veriori opinione te-
statur, *de ætat. minor. q. 4.*

EPITOME.

Solemnitates an requirantur in venditione rerum minoris pro debito hæreditario, & vbi agitur de executione contractus cum patre minoris celebrati.

SVMMARIVM.

1 *Tutor sine decreto potest tradere possessionem*
rei pupillaris, vbi agitur de executione contra-
ctus cum patre minoris celebrati. Amplia vt
num. 2. & 3. Contrarium est verius num.
4. & 7.
5 *Mãdatum vt debitum soluatur, non sufficit ni-*
si testator cauerit rem distrahi.
6 *Dispensatio circa vnum non debet dispensare*
circa alia impedimenta.

7 So-

7 *Solemnitates sunt seruandæ pro debito hæreditario, vbi non præcessit dispositio testatoris de re certa, et determinata specie cōtractus, et n.8.*

Decisio CXXXI.

IN eadem causa dationis in solutū, Quia debitū, de quo agebatur descēdebat à patre, qui recipiendo dotem vxoris promisit illam restituere, videbantur non requiri solemnitates in datione in solutum, seu venditione rerū minoris. Tutor enim sine decreto tradere po-
1 test possessionem rei pupillaris, quasi † agatur de executione contractus cum patre minoris celebrati. *l. magis puto. §. pupillus. il 2. in verb. si pater. de rebus eorum. Bart. in l. 2. in fin. ff. de stipulat. seru. Bal. & Ias. in l. qui Roma. §. cohæredes. n. 19. de verb. oblig. Menoch. de arbitr. casu 171. num. 67. lib. 2. cent. 2. Dec. in l. singularia. n. 15. ff. si cert. pet. Rip. in l. 1. §. quæsitum. num. 10. ad Trebellian.*

Quod ampliatur, siue voluntas patris accesse-
2 rit per contractum, siue per vltimam † voluntatem; quia quocunque modo interuenerit, cessat necessitas decreti. *l. 1. in fin. C. quando decret. opus non est. Ias. in d. §. cohæredes. n. 21. Afflict. decis. 285. n. 10. Neuiz. cons. 84. n. 3. Tiraquel. de legib. connub. l. 16. glos. 5. n. 165. & glos. 8. nu. 184. & 195.*

Secundo ampliantur prædicta, siue potestas
3 data sit à testatore in specie, † siue in genere. *Alex. consil. 215. in prin. lib. 6. Roman. cons. 215. in princ. lib. 6. Roman. cons. 294. n. 7. Afflict. decis. 285. n. 10. Simoncell. de decret. minor. lib. 3. tit. 8. nu. 30. & 34.*

Contrariū tamē, quod etiā hoc casu requirātur solēnitates conclusum fuit, cū iura loquantur
4 indistinctè, siue debitū sit propriū, siue† hæreditariū minoris; ergo indistinctè sunt intelligēda, vt in specie concludit *Surd. decis. 77.* Nam eadē ratio seruandæ solemnitatis militat pro debito paterno, quàm pro debito proprio, ad text. *in l. 1. in fin. princip. ff. de reb. eorum.* ibi (nisi id parentes testamento cauerint) ex quo videtur
5 colligi, non sufficere † mandatum, vt soluatur debitum, sed vltra erit necesse, quod testator cauerit rem distrahi.

Maxime quia duo sunt necessaria in alienatione minoris, videlicet forma seruanda in distractione, & facultas distrahendi. Vnde si adsit facultas per testatorem concessa, quæ à iure erat denegata, non tamen per hoc ista dispensatio
6 †circa vnum debebit dispensare circa alterum impedimentum solemnitatū subhastationis, æstimationis, & aliarum rerum, quæ requiruntur. *Surd. cons. 245. n. 4. & d. dec. 77. n. 4. & 6.*

7 Et quod etiam pro debito† hæreditario sit seruanda solemnitas, voluit *Paris. cons. 85. n. 50. vol. 3. Cagnol. in l. singularia. n. 72. ff. si cert. pet.* Vbi declarat in contrarium allegata procedere quā-
8 do præcesserit dispositio testatoris † de re certa, & determinata specie contractus, puta, quod res talis tradatur; quia tunc nulla potest esse læsio minoris. Secus si non sit determinata. *Rolan. cons. 99. n. 45. vol. 1. & n. 47.* Vbi intelligit prædicta, quia constabat expresse de voluntate patris. Vnde secus quando non constat. *Lambertēg. de contract. glos. 1. n. 3. Surd. cons. 191. num. 19.* Qua distinctione stante, non obstant contraria, quæ habent locum in mandato, vt distrahatur res certa: quod secus est in casu nostro, cum adsit potestas solum in genere data à testatore, vt dictum est.

EPITOME.

De expulsione colonorum facta lite pendente cum mandato Iudicis, quando dicatur attentata. [Citatio an requiratur in concedenda inhibitione.

SVMMARIVM.

1 *Coloni expulsi lite pendente sunt reintegrandi.*
2 *Inhibitio conseruat iura partium, & operatur nullitatem actus contra eum facti.*
3 *Per cōtinuationem possessionis nō fit innouatio.*
4 *Possessio non continuatur absque vitio attentatorum post inhibitionem, & lite pendente, quādo est lis super validitatis actus.*
5 *Commissa causa iactationis per cōductorem, non potest locator post inhibitionem capere naturalē possessionē, licet aliàs non diceretur attentare.*
6 *Amissio excludit continuationem possessionis.*
7 *Cautela petētis se immitti in possessionem, vt possit ingredi auctorit. propria, licet ad Iudicē vadat.*
8 *Possessio non acquiritur nō expulsis colonis cum tota familia.*
9 *Recuperatio præsupponit priuationem, & non competit nisi eiecto.*
10 *Inhibitio debet fieri cū causæ cognitione, & parte citata. Contrarium est verius. n. 11.*
12 *Positionibus standū est quoad oīa in eis contenta.*
13 *Attentata reuocantur, etiam quod constet de nō iure petentis, & de non iure actionis.*
14 *Detinens licet non posidens petit reuocationem attentatorum, & habet officium iudicis. n. 15.*
16 *Colonus præiudicat domino in naturali, & ciuili possessione, si exeat, vel eijciatur de fundo.*
17 *Et quando reuertendo recuperent possessionem.*
18 *Mandatum Iudicis excusat attentantem cum pro manutētione sua possessionis accedit ad aliū Iudicem, etiam post inhibitionem, & n. 10.*
20 *Attentata dicuntur etiam in casu, in quo licet alium Iudicem adire, si per illum excedatur.*

Decisio CXXXII.

PEr eiectionem factam à D. Horatio Medaglia colonorum D. Cornelij Guerrerij conclusum fuit constare de attentatis; & ideò procedendum esse ad illorum reuocationē. Primo, quia expulsio fuit facta lite pendente, &
1 causa introducta† super præcepto emanato colonis, vt discederēt de possessione, de qua agimus, quo casu dicitur attentatum, & ante omnia debet reuocari. *clem. 2. vt lit. pend. Rota decis. 4. aliàs 77. eod. tit. in nou.*

Secun-

Secundo quia eiectio fuit post inhibitionem
2 iudicis, quæ non solum conseruat† iura partium, sed etiam operatur nullitatem, & reuocationem actus contra eum facti. *c. non solum in fin. de appel. in 6. Rot. dec. 20. aliâs 130. eod. tit. in nou. Roma. conf. 330. n. 4. in 2. dub. Dec. conf. 103. in prin.* qui loquitur in specie de colonis eiectis.

Non obstat quod fuerit capta possessio ante inhibitionem; vnde mandatum post illam obten-
3 tum pro recuperanda possessione, non facit † attentatum, cum sit continuatio, per quam non innouatur. *Rot. decis. 10. aliâs 89. de appell. in antiq. Franc. in c. cum teneamur. in 1. not. eod. tit. Castren. conf. 346. forma capituli. n. 2. lib. 1.* Etiã quod dicta continuatio fiat per modum recuperationis. *Fastol. caus. 20. dub. 40.*

Quia respondetur, quod quando est lis super validitate, vel inualiditate actus, prout in casu
4 nostro, in quo pendet controuersia † an Cornelius, qui possidebat ex persona colonorũ possit expelli, nec ne, tunc post inhibitionem, & lite pẽdente nunquam potest cõtinuari possessio absq. vitio attentatorum vt per *cons. Socin. 78. n. 7. lib. 3.* fuisse decisum per *Caputaq. & Cott. decis. 168.* refert, & sequitur *Lancellot. de attent. lit. pend. lim. 1. num. 14.*

5 Et in specie† quando Is, qui locauerat quædam bona, etiã cum pacto expresso, quod finita locatione conductor dimitteret possessionẽ, & liceret locatori propria auctoritate illam capere, si commissa causa iactationis per conductorẽ locator capiat naturalem possessionem lite pendente, licet non dicatur attentare propter anteriorem possessionem, quam apud se habebat, ad *cõs. Paris. 172. quod est vltimũ. lib. 4.* Tamen hoc non procedit, quando vltra litis pendentiam esset facta inhibitio, quæ multo magis operatur, quã sola litis pendentia, prout ita fuisse decisum testatur, & sequitur *Lancel. d. lim. 5. nu. 3. & nu. 10. de attent. lit. pend.*

Maxime quia Horatius adeũdo simpliciter iu diceni tanquã meticulosus, possessionẽ illam pri-
6 mæuã dicitur amisisse, & habuisse se pro † eiecto, quæ amisio excludit cõtinuationẽ possessionis. *Lancel. de atten. lit. pend. lim. 1. n. 45.* [Vnde dant cautelã Doctores, quod si quis vellet adire iudicem, quod non petat ab eo se immitti, vel associari in possessionẽ; quia requireretur citatio, &
7 fieret processus: sed dicat† quòd vult ingredi auctoritate propria; sed quia timet violentiam petat familiam, quam Iudex sine alia citatione tenetur dare. *Alexan. conf. 131. in causa. num. 4. lib. 4. Neuiz. conf. 82. n. 28.* [Immo debet adire iudicem cũ protestatione de expellendo propria auctoritate, quam sibi reseruauit, quia tunc poterit expellere, non obstãte litis pendẽtia. *Dec. cõs. 96. dub. 1. Natt. ad cons. Alex. 131. in causa. lib. 4.*

Præterea Medaglia ante inhibitionem nõ fuerat adeptus naturalem possessionẽ fundi, de quo agimus, quæ non acquiritur non expulso colono
8 cum tota† eius familia. *Bart. in l. peregre. §. quibus. de acquiren. poss. Gozad. conf. 86 per totũ. Dec. conf. 103. n. 1. in fin. vers. & dominus, qui re-* Decis. Marchiæ.

tinet. Et hoc satis constat ex præcepto postea facto colonis de discedendo de fundo; & ex cõfessione Medagliæ (licet executor contrariũ conetur deponere in sua relatione) Vnde possessio nõ fuit plene acquisita, & sic nõ potest dici cõtinuatio, sed innouatio: Maxime quia falsè negari non potest, quin esset dubium an habuisset Megdalia plenã possessionem, nec ne quo stante nihil penitus debebat attentari. *Innoc. in c. bonæ. de appell. Alex. cõs. 99. visis processibus. col. 2. lib. 5. n. 2. Dec. cons. 103. ante fin.* Immo non est probata in processu expulsio cum tota sua familia, prout requiritur, alioquin nõ probatur amissio possessionis. *Gozad. conf. 86. col. 2. Aym. cons. 5. nu. 11.*

Et dato quod etiam fuisset acquisita naturalis
9 possessio, tamẽ reoperatio facta† post inhibitionem, vt dicitur in mandato, de quo in actis præsupponit priuationem, & nõ cõpetit, nisi eiecto. *l. 1. §. est igitur. vti possid.* cui lite pendente non licet recuperare amissam possessionem, aliàs ingrediendo dicitur attẽtare, etiã quod prius possederit. *Lancel. de attent. lit pend. limit. 1. nu. 25.*

Non obstat, quod inhibitio, de qua agimus fue
10 rit nulla, cum sit facta † sine causæ cognitione, & parte non citata, prout requiritur. *Couar. pract. quæst. c. 24. n. 30.* Vnde non fuit attentata. *c. non solum. in fin. de appell. in 6.*

Quia respondetur, de stilo hoc non seruari, cum statim præsentata commissione simul. & se-
11 mel per omnes iudices † deueniatur ad decretũ citationis, & inhibitionis, quo stante disputandũ non esse amplius dicit *Mandos. post Abbat. Staphil. Auffr. & alios,* quos allegat *in tract. de inhibit. q. 18. n. 2.* subdens ibidem in fin. quod iudex valide potest inhibere statim absque alia causæ cognitione, [Immo vt actus valeat, dicendum est hoc casu, quod inhibitio sit decreta ad instãtiam partis, & ex officio; & tunc nemo dubitat, quin Iudex possit ab inhibitione incipere, vt per *Feder. conf. 300. factũ tale est. Ruin. conf. 61. n. 28. lib. 5. Mand. de inhibit. q. 18. n. 4.* Maxime stante *constitutione Marcb. lib. 6. cap. 31.* quæ disponit, quod inhibitio potest inseri, & poni in prima citatione, absque eo quod Iudex aliquam pronunciam fecerit in causa.

Non obstat iniustitia inhibitionis, cum non constet de interesse Cornelij, Quia illud probatur ex positionibus productis ab Horatio Meda-
12 aglia, quibus standum est quoad omnia† in eis cõtenta, & explicite posita. *Dec. cõs. 445. n. 17. Alex. cõs. 71. clarissime domine. n. 4. lib. 3. Doctor. in l. 2. C. de instit. & substit.*

Præterea, etiam quod interesse non probaretur, tamen non per hoc impeditur reuocatio attentatorum; Cum enim amplius offendatur iudex, quàm pars, immo potius lex, quæ prohibet
13 innouationem, possunt† ex officio reuocari, etiã quod constet notorie de non iure petentis, & de non iure actionis. *Rot. decis. 5. n. 4. vt lit. pend. in antiq. Cassad. decis. 3. in fin. de restit. spol. Caputaq. decis. 57. p. 1.*

Non obstat, quod Cornelius solum detineat, non possideat *l. si quis. ante a. de acquiren. poss.*

14 Quia non requiritur † probatio possessionis, sed
sufficit simpliciter probare detentionem, & sta-
tum, in quo quis erat tempore attentationis.
*Rot. decis. 11. aliàs 56. de caus. poss. & propriet. in
antiq. Aegid. decis. 101. vt lit. pend.*

Et etiam pro huiusmodi detentione, qua quis
15 fuit priuatus competit officiũ iudicis.† *Neuiz.
cons. 80. n. 3. Luc. de Pen. in l. si coloni. qu. 21. C. de
agric. & censit. lib. 11.* quod dicit singulare, & no
tandum. *Lancell. de probat. attent. c. 26. nu. 31.* &
debet fieri restitutio ad eum statum non habito
respectu, an sit legitimus, vel illegitimus. *Aegid.
decis. 101. vt lit. pend.*

16 Nõ obstat quod si † colonus eijciatur, vel exeat
de fundo, domino præiudicat in ciuili, & natura-
li possessione. *l. fin. C. de acquir. possess. Aym. cons.
235. & cons. 5. n. 11.* Vnde cum ante inhibitionẽ
fuerit capta possessio per Medagliam vigore lit-
terarũ Gubernatoris, fuit interuersa omnis pos-
sessio, seu detentio D. Cornelij.

Quia respondetur ex confessione Medagliæ apparere, quod tunc tẽporis non fuerunt expulsi coloni cum familia: cui confessioni magis standum est, quàm relationi executoris, qui videtur contrarium deponere, seu simpliciter referre. *l. qui de inoffic. ad fin. ff. de inoffic. donat. Roman. cons. 391.* Maxime quia dicta confessio est magis verisimilis, cum paulò post emanauerit præceptum ad instantiam Medagliæ, vt coloni cum familia discederent de fundo, de quo agimus, prout illis existentibus in dicta possessione fuit factum, & habita relatio in actis.

Immo etiam quod essent expulsi, tamen cum
reuersi sint, & reperiantur possidere, & insistere,
17 dicitur recuperata possessio, † quam licitum fuit
in continenti recuperare. *Doctor. in l. 1. §. hoc in-
terdictum. ff. vti possid. Gozad. cons. 86. n. 13.*

Non obstat, quod mandatum iudicis debeat
excusare Medagliam, cum pro conseruatione, &
manutentione suæ possessionis, liceat etiam ad
18 † alium iudicem accedere. *Doctor. in c. cum te-
neamur. de appellat. Paris. cons. vlt. lib. 4.* Maxime
quando poterat propria auctoritate defendere,
& continuare possessionem suam; quia si iuisset
ad alium iudicem pro illa manutenenda, etiam
postquam fuit inhibitus non attentat. *Mando-
sius in tract. commis. formul. 14. in verb. reuo-
candi. quæst. 4.*

Quia respondetur non posse in casu, de quo
agimus continuari possessionem absq. vitio at-
tentatorũ, cum penderet lis super validitate, vel
inualiditate præcepti laboratoribus, & colonis
facti de discedendo, ex *Socin.* & alijs supra alle-
19 gatis; cum etiam † contra Iudicem, qui innoua-
uit lite pendente coram alio iudice detur reme-
dium attentatorum. *l. meminerint. C. vnde vi.
Butr. in c. ex insinuatione. in 14. not. de procur.
Bald. cons. 347. spoliatus. & cons. 350. proponitur
lib. 1. Dec. cons. 199. in casu proposito. col. 1. vers.
nec obstat quod priuatè.*

Et in casu, in quo licet etiam alium indicem
20 adire, si per illum excedatur, † vt fuit factum in
expulsione concessa, de qua agimus, tunc omnia
dicuntur esse attentata, vt ita fuisse decisum te-
statur *Lancell. de atten. lit. pend. limit. 1. nu. 38.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Possessio in dubio præsumitur continuata etiam ad effectum spolij.*

¶ N. 3. *post verb.* caus, 20. dub. 40.

Cum etiam in dubio præsumatur possessio con-
1 tinuata, † vsquequo non probetur interrupta,
vel ab alio occupata. *Rip. in c. cum Ecclesia Sutrina. n. 23. vers. prima conclusio. de caus. poss. & propriet.* Etiam ad effectum spolij. *Menoch. de recup. possess. rem. 15. n. 386. Rot. coram R. P. D. Marcomontio Spoletan. bonor. 13. Iun. 1608.* & voluit late *Roland. cons. 6. nu. 36. lib. 2.*

¶ N. 14. *post verb.* vt lit. pend.

Cum declarationibus, de quibus supra *decis. 91. num. 2. in addit.*

EPITOME.

Inimicitia quo modo probetur. [Et quando quis possit cogi ad præstandum cautionem de non offendendo aliquẽ pro eius consanguineis inimicis. [Et inimicus patris quando dicatur inimicus filij, etiam patre mortuo.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitiam tenetur probare fundans se in ea, & qualitate illius. n. 2. & an causa debeant esse manifesta. n. 3. & 4.*
5 *Cautio de non offendendo cõprehendit filios, consanguineos, & affines vsque in tertium gradũ. Intellige, vt nu. 8. & 13.*
6 *In cautione de non offendendo veniunt familiares, socij, & adherentes.*
7 *Cautiones de non offendendo sunt fauorabiles. Intellige, vt num. 10.*
9 *Causa iusta debet præcedere in cautione de non offendendo.*
11 *In cautione de non offendendo non comprehenditur qui aliàs fuisset inimicus illam petenti.*
12 *Factum vnius alium non debet trahere in periculum.*
13 *Cautio de non offendendo non datur pro consanguineo inimico.*
14 *Inimicitia excusat publicas personas, vt non teneantur ad ea, ad quæ aliàs ratione officij tenerentur, & n. 15. & 16.*
17 *Fideiussor non potest petere se eximi ab obligatione. Limita, vt n. 18.*
19 *Cautius agitur vbi maius est periculum.*
20 *Inimicitia capitalis oritur ex accusat. criminali.*
21 *Inimicus patris dicitur inimicus filij, etiam patre mortuo.*
22 *Inimicitia durat vsque ad quartum gradum, & etiam vltra illum arbitrio iudicis. n. 23.*

Deci-

Decisio CXXIII.

PRobata fuit inimicitia capitalis inter D.
Alexandrum patruum, & eius nepotem
ex fratre, & illius filium, quemadmodum
1 eius probatio † requiritur per eum, qui se in ea
fundat. §. si vero quis dicat odiosum. authen. de
testib. Aym. cons. 8. num. 8. Gozad. consil. 89.
in hac causa Tridentina. n. 14. in fin. Prout etiã
fuerunt probatæ in specie qualitates, & causæ
2 inimicitiæ † prædictæ, vt necessarium est. Bal. in
l. si quis testibus. in fin. num. 8. C. de testibus.
Imol. in cap. Rainutius de testam. Ias. in l. 1. co-
lum. 5. C. eodem tit. Grammat. voto. 34. num. 4.
Immo deductum fuit dictas causas esse euiden-
3 tes, & † manifestas, quod magis operatur. Bald.
in c. constitutus. de rescript. Ias. in l. sororem.
colum. fin. C. de his, quibus, vt indign. Gram-
mat. decis. 34. num. 24. licet in hoc etiam suffi-
ceret probatam esse inimicitiam per euidentissi-
4 mas † coniecturas. Marsil. in l. 1. §. præterea.
num. 104. ff. de quæstion. Bertazol. cons. crim.
528. num. 6. lib. 2.

Ex quibus dictum fuit D. Alexandrum de iu-
re non posse cogi ad præstandum cautionem de
non offendendo D. Mercurium pro dictis nepo-
te, eiusque filio suis inimicis, quamuis consan-
guineis. Licet enim secundum Vmbriæ, & Pice-
ni stilum non solum filij, & consanguinei, sed
5 etiam affines vsque in tertium † gradum, secun-
dum ius canonicum computandum in huiusmo-
di promissionibus comprehendantur. Vulpell.
in tract. de treug. & pace. quæst. 83. num. 1. &
2. Immo etiam de iure debeat fieri promissio de
6 familiaribus, socijs, adhærentibus, † & con-
sortibus. Bald. in l. 1. num. 3. versic. sexto opera-
tur. C. de Episcop. & Cleric. Felin. in rubr. de
treug. & pace. colum. 6. versic. quinta declara-
tio. Gomes. libr. 3. var. resolut. cap. 7. num. 16.
vers. secundo extende. Plaza. in epit. delict. lib.
1. cap. 7. num. 8. Cum huiusmodi cautiones re-
7 spectu † finis sint fauorabiles. Bertaz. cons. crim.
536. sub num. 4. lib. 2.

Tamen prædicta intelliguntur in coniunctis
8 sibi amicis. secus vbi essent inimici, † & male-
uoli; tunc enim pro illis non tenebitur cauere,
9 neque in fideiussione comprehendentur. In † il-
la enim, causa iusta debet præcedere. Alexand.
in l. qui bona. §. si quis iusta. num. 5. ff. de dam.
infect. Cappel. Tholos. decis. 490. num. 2. Felin.
in rubr. de treug. & pace. num. 10. vers. prima
declaratio. Plaza. dicto cap. 7. num. 1. in fin.
Paris. consil. 168. num. 10. lib. 4. Neque vide-
tur iusta causa considerari, vt quis teneatur de
facto sui inimici, de quo lex non confidit; Cum
immo illi, qui grauatur, vel grauari timet ex
facto alterius, debeat iudex suum officium impar
tiri. l. si pater. vbi Bald. num. 2. C. qui bon.
cedere poss. Itaut debeant animaduertere pru-
dentes Præsides, vt etiam stilo in contrarium
suadente in huiusmodi promissionibus pro alijs
10 præstandis, vel aliorum culpa exigendis † mi-
Decis. Marchiæ.

tius agant, tamquam in exhorbitantibus à iure
communi. Vulpell. de treug. & pace. quæst. 83.
in fin. Ex quo dicitur, quod in hac fideiussio-
ne non comprehenditur ille, qui alias fuisset ini-
11 micus petenti hanc † cautionem, & sic offenda-
datur ab inimico eius, qui petit caueri, etiam
quod esset consanguineus præstantis fideiussio-
nem. Bartol. in l. illicitas. §. ne potentiores. sub
num. 5. de offic. Præsid. Hercul. de caut. de non
offend. cap. 8. num. 1. vers. hoc tamen declara,
quia bona fides non patitur quem teneri de fa-
cto istius inimici. l. si merces. §. culpæ. ff. locat.
Soccin. cons. 70. sub num. 2. lib. 3. Ruin. cons.
59. num. 13. versic. tertio possunt intelligi. lib. 4.
cum ea, quæ fiunt contra voluntatem facien-
tis, ipsi non imputentur. cap. itane. 32. quæst. 5.
can. presbyteros. dist. 50. l. cura, ibi. nec si per vim.
12 ff. de muneribus, & honoribus. Neque † vnius
factum alium in periculum trahere debet. glos.
in l. si seruus. §. si quis insulam meam. in verb.
per ignem. in fin. ff. ad l. Aquil. Bald. consil. 442.
num. 1. vol. 2.

13 Et ita in specie, quod pro inimico † consan-
guineo quis non teneatur ad fideiubendum, con
cludit Hercul. de caut. non offend. cap. 8. num. 1.
vers. hoc tamen declara. & num. 3. vers. qua ra-
tione. Inimicitia enim est iusta causa excusatio-
14 nis, non solum à dicta fideiussione, sed à multis
alijs, de quibus per Marsil. in l. 1. §. præterea.
ff. de quæst. num. 24. vsque ad nu. 43. & ibidem
num. 35. exemplificat in Aduocato, Procurato-
re, Notario, Hospite, Nautis, & similibus, qui
licet tanquam personæ publicæ teneantur facere
instrumenta cuiuslibet, quemlibet hospitari, &
pro quolibet patrocinium suscipere: Tamen
15 non habent locum † in personis inimicis, quo-
rum occasione iudex non posset illos cogere.
Angel. post glos. ibid. in l. 1. §. ait prætor. in verb.
habebunt. ff. de postul. [Immo qui alias com-
pelluntur ad exercitium, & prosecutionem sui
16 officij, propter superuenientem † inimicitiam
eximuntur, vt in arbitro, procuratore, tutore,
& alijs exemplificat Roman. cons. 459. num. 4.
vsque ad nu. 9. Idem in fideiussore, qui licet non
17 possit † petere se eximi ab obligatione, antequã
soluat. l. Lucius. ff. mandat. Afflict. decis. 241.
Tamen non habet locum vbi inter fideiussorem,
& debitorem esset orta inimicitia, cũ possit hoc
18 petere, etiam quod diu † in illa non steterit. Ioã.
Andr. ad Specul. tit. de iudic. par. 4. §. specialia.
in verb. hic nota, quod cum lex illa. Roma. cons.
459. num. 7. Marsil. d. §. præterea. num. 30. Ita
etiam dicendum est, quem nõ posse cogi ad præ-
standum fideiussionẽ pro inimico consanguineo,
licet quis teneatur illam dare pro omnibus con
sanguineis, cum maius periculum in hoc casu sit
considerabile, quam in supradictis. Vnde cau-
19 tius est † agendum. l. 1. §. nam vel magis. ff. de
carbon. edict. glos. in c. vlt. in verb. vt personali-
ter. in fin. de offic. deleg.

Non obstat, quod non adsit inimicitia inter
istum nepotem, & D. Alexandrum: quia vltra
quod dicitur sufficiẽter, & de illa cõstare propter

relegationem aliàs factam de eo procurante
Alexandro, & postea obstante liberationi ipsius;
Ex quibus dicitur inter eos ortam esse inimici-
20 tiam capitalem,† quæ oritur, nedum ex istis,sed
ex accusatione criminali. *l. qui cum maior. §. qui accusare. de bon. libert. gloss. in l. licet. de arbitr. in verb. capitales. Gramm. decis. 33. nu. 5. Plot. de in lit. iur. §. 50. nu. 10.* Respondetur sufficere esse probatum illam adesse, & habuisse originem cum illius patre. Vnde etiam debet esse in consideratione respectu filiorum, cum descendentes inimici dicantur, & præsumantur tales;
21 & inimicus patris dicitur † etiam inimicus filij,
etiam patre mortuo. *Bald. in l. athletas. §. dat remissionem. ff. de excus. tutor. Gomes. lib. 3. variar. resolut. c. 12. tit. de probat. delict. nu. 14. in fin. ubi* de communi, subdens illam etiam dura-
22 re vsque ad † quartum gradum. *Marsil. in l. 1. §. praeterea. nu. 103. de quaestion. Bal. cons. 173. in ciuitate Cherij. lib. 3. & in c. 1. §. si vassallus, in fin. si de feud. fuerit contr. inter dom. & agna. num. 3. vers. natura namque intumescit*, [licet quandoque etiam ex facti qualitate, & regionis consuetudine poterit iudex arbitrari inimicitiã
23 oriri ex iniuria † facta coniuncto vltra quartum
gradum. *Bart. in l. 3. §. si tutor in fin. de suspect. tutor. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 3. casu 262. n. 3.*

E P I T O M E.

Subhastationes an requirantur in alienatione rerum minoris & Ecclesiæ. [Sententia lata contra minorem non dato curatore quando valeat, & quo modo citetur.

S V M M A R I V M.

1 *Subhastationes requiruntur in alienatione rerum minorum, & Ecclesiarum, & num. 3. Intellige, vt num. 2. & 4.*
5 *Dominium nõ transfertur ex decreto nullo adhibito in alienatione rerum minoris.*
6 *Minor citatus intelligitur vt legitimè cõpareat. Declara vt n. 7.*
8 *Adultus citatus non dicitur contumax, si pro eo nullus comparuit, & sententia contra eum lata non dato curatore est nulla. n. 9.*
10 *Productio nocet contra producentem, etiam facta in parte, & partibus.*
11 *Minor ætas probatur per dationem curatoris.*
12 *Statutum generale ligat minores.*

Decisio CXXXIV.

Confirmata fuit sententia prima lata ad fauorem Bernardini Marci de Firmo, reuocando secundam pro Baptista Boninfante de eodem loco. Nam cum simus in alienatione rerum immobilium minorum, require-
1 bantur † subhastationes, quæ tamen non interuenerunt. *Rol. cons. 33. n. 13. lib. 1. Menoch. de arbitr. cas. 171. num. 17. Afflict. decis. 249. versic. octauo quod. Dec. consil. 403. num. 12. vers. & quod subhastentur.*

Non obstat, quod in alienationibus rerum
2 minorum istæ subhastationes † non seruentur de
consuetudine: Vnde si omittantur, non vitiatur actus. *Cassan. cons. 41. col. 11. ad med. post Imol. cons. 49. num. 7. dub. 3. Plot. in l. si quando. nu. 198. C. vnde vi. in additione eiusdem auctoris. Simone. de decret. lib. 1. tit. 1. num. 67.* [Prout in
3 † alienationibus rerum Ecclesiasticarum. *Rodoan. de rebus Eccles. non alien. rubr. 13. nu. 39. & rubr. 29. num. 8.*

Quia respondetur non solum in iurisdictione Firmana, sed in tota Prouincia Marchiæ huiusmodi subhastationes fieri in executionibus concessis pro mandatis Illustrissimi Auditoris Cameræ; Vnde tanquam consuetæ nullo modo de-
4 bent † omitti, vt notant in *Addit. ad cons. Dec. 403. num. 12.* Idque multo magis, cum in casu, de quo agimus, occasione dicti mandati, & executionis factæ, fuerit deuentum ad tenutam multorum bonorum dictorum hæredum, ex quibus bonis aliqua fuerunt subhastata, vt solueretur creditum Bernardino; alia verò, prout ista fuerunt simpliciter eidem data in solutum; ex quo colligitur potius fraus, cum pro vna, & eadem causa diuerso modo processum fuerit aduersus dictos minores, contra *l. eum, qui ædes. ff. de vsucap.*

Quibus stantibus sequitur, quod datio in solutum, seu distractio facta sine solemnitate est nulla ipso iure; Vnde dominium minoribus remansit, ità vt habeant rei vendicationem dire-
5 ctam ad possessionem repetendam; cum † ex de-
creto iurisdicentis nullo in alienatione rei minoris interposito non transferatur dominium. *Roman. cons. 321. n. 2.*

Accedat quod neque fuerunt dicti minores legitime vocati: licet enim minor simpliciter cita-
6 tus intelligatur citatus, vt legitime † compareat
Bald. in l. non eo minus. 14. C. de procur. Rolan. de inuent. q. 79. Dec. cons. 449. visis duobus. n. 11. Tiraquel. de retract. lignag. glos. 13. §. 1. num. 18. Natiz. cons. 17. num. 71. Eugen. cons. 80. Tamen verius videtur esse, & ita practicatur,
7 quod si adultus habeat † curatorem, non sufficit
citari adultum; sed si non habeat, poterit citari, vt dicit *Apostil. ad Dec. d. cons. 449. n. 11. col. 3.* de quo *Mand. de ætat. min. q. 10. & in tract. commiss. for. 4. in verb. ad legitimè comparendum.*

Secundo respondetur, quod quando adultus fuit citatus, & nemo pro eo comparuit, vt hic, non reputatur fuisse contumax, ita vt possit con-
8 tra † eum procedi ad definitiuam; vt concludit
Castren. æquiparando in hoc pupillum, & adultum. *in l. contra pupillum. num. 5. vers. secunda persona. ff. de re iudic.* Et licet minor citetur, si tamen non datur curator, vt defendatur, sen-
9 tentia † contra eum erit nulla. *Crescen. decis. 9.*
aliàs 206. eodem titul. post Doctor. in d. l. contra pupillum.

Non obstat, quod non fuerit probatum dictos hęredes esse minores: quia hoc colligitur ex testibus, vltra quod per Boninfantem producitur instrumentum vẽditionis factæ per dictos hæredes,

vna

vna cum eorum matre, vbi nominantur mino-
10 res; quo casu productio† nocebit contra produ-
centem, etiam in omnibus in ea contentis, &
quamuis producatur in parte, & partibus. *Castr. cons. 331. in causa Siluestri. col. 1. ad med. sub n. 1. vers. nam hoc non prodest. lib. 1. Aym. cons. 80. n. 7.* Immo ex alio instrumento producto in actis ap-
paret fuisse datum curatorem dictis hæredibus;
11 per cuius† dationem probatur minor ætas. *Ca-
ualcan. de tutor. c. 1. n. 294.*

Non obstat statutum, per quod conceditur da-
tio in solutum, quando agitur per creditorem;
& sic non erit necessaria subhastatio, cum statu-
12 tum † etiam liget minores, quando est generale.
Roman cons. 166. col. 1. vers. nos autem loquitur. Doctor. in l. si fine. §. Lucius. de administra. tutor. Roland. de lucro dotis. q. 44. nu. 7. Quia statutum loquitur in alio casu; scilicet quod possint concedi bona debitoris in solutum creditori, quando per illum agitur coram Vicario vigore instrumenti Guarantigiæ; quod non est in casu nostro, cum non fuerit factum iudicium coram eo: Vnde statutum tanquam strictum debet stricte interpretari, neque extendi. Maxime cum vt diximus, idem iudex pro eodem mandato executionem fecerit in bonis, partim illa subhastando, partim non subhastando: ex quo arguitur aliquid contra creditorem, quod voluerit huiusmodi bona ob particulare interesse; cum etiam præsupponatur esse maioris valoris, quam sit ille, pro quo adiudicata sunt. Vnde cum nihil in hoc præiudicetur creditori, recte fuit iudicatum per primum iudicem, vt tenuta reuocetur, & soluatur creditum Bernardino pro summa, pro qua fuit facta adiudicatio,

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quando liget minorem.*
2 *Pignora capta auctoritate iudicis intra quantum tempus debeant distrahi.*
3 *Magistratus supremi quocunque tempore audiunt debitores ad recuperandum pignora distracta.*
4 *Læsio quando dicatur interuenire in distractione pignorum. n. 5.*

¶ N. 4. *post verb.* Dec. cons. 403. n. 12.

Mar. Mut. super consuetud. Panormit. cap. 52. nu. 65. Ponte. cons. 1. num. 133. Viu. decis. 22. Paris. cons. 98. num. 10. lib. 1. Rimin. Iun. cons. 247. num. 43. lib. 3.

¶ N. 12. *post verb.* dotis. q. 44. nu. 7.

Castr. & Alex. in l. fin. C. de restit. in integrum. post Cin. in l. 2. in fin. & ibi *Bartol. quæst. 22.*
1 *qua sit long. consuet.* † Præsertim cum simus in
minore vigintiquinque annorum, quidquid aliud sit in minore quatuordecim. *Surd. decis. 49. nu. 9. post Rom. sing. 816. tu audisti. in fin. Ias. in §. actiones autem. n. 83. col. penult. vers. & ille singularis. instit. de action.* Et quidquid etiam aliud sit in statuto odioso, & exhorbitante, quod non est in casu nostro, quia neque illud ligaret minorem. *Surd. d. decis. 49. n. 10.*

¶ d. N. 12. *post verb.* neque extendi.

l. 3. §. hac verba. de negot. gest. Becc. cons. 53. n. 4. Dec. cons. 444. n. 11. Ias. in l. fin. col. 2. C. de indict. viduit. tollend.

¶ d. N. 12. *in fin. post verb.* facta adiudicatione.

Adde quod etiam vbi pignora capta sunt au-
1 ctoritate iudicis, †vel erit in illius arbitrio, quan
tum tempus labi debeat, vt distrahantur, siue simus in sententia interlocutoria, iuxta *glos. in l. cum proponas. in verb. tempore. post med. C. de bon. auctor. iudic. possid.* Vel requiretur spatium duorum mensium, ex sententia *Bart. Alex. in l. debitoribus.* vbi *Ias. n. 4. de re iudi. Ang. & Imol.* qui de cōi. *in l. fin. C. de exec. rei iud.* Siue simus in definitiua, iuxta opinionē *Salic.* qui etiam de communi, post *glos. ibi in d. l. fin. col. vlt. n. 6.*

Immo Iudices supremi quocunque tempore
3 audiunt debitorem, iubent enim, † vt creditor,
post solutionem sui crediti ei factam à debitore vna cum interesse, restituat omnia bona distracta cum fructibus, quamuis possideantur per tertios possessores, quasi creditor, & tertius possessor non sint in damno, seruando æquitatem, de qua in *l. si me, & Titium. ff. si cert. peta. Soarez. allegat. 21. n. 6. in fin. Parlad. rer. quotid. p. 3. c. fin. §. 16. n. 8.* quorum opinionem verissimam esse dicit *Ceuall. q. 633. n. 7.*

Quæ magis procedunt in casu nostro, cum cō-
4 stet de læsione minoris, † cui consulendum est
per Iudices ad recuperandum res distractas, pro qua læsione dignoscenda stabitur eius arbitrio. *Dec. cons. 39. in fin. Soc. Iun. consil. 48. num. 22. lib. 1.* vbi de magis communi. *Tiraqu. in l. si vnquam. in verb. omnia, vel partem. n. 31. C. de reuocand. donat. Menoch. de arbitr. cas. 74. Co-*
5 *uar. lib. 1. var. resolut. c. 3. n. 11.* † Licet secun-
dum *Bart. in l. societatem. §. arbitrorum. nu. 25. de arbitr.* læsio mortis dicatur in sexta parte rei, quæ in arbitrium deducitur. *Cuman. consil. 50. stante statuto. col. 2. in fin. nu. 3. vers. ad id autem,* de quorum veritate *dixi c. 148. disceptat. num. 21.*

EPITOME.

Stipulās emphyteosim, vel aliud pro nominãdo, qñ cēseatur hæredibus stipulasse non facta nominatione. [Et quid si nominetur Ecclesia, vel adsit incertitudo in nominatione.

SVMMARIVM.

1 *Stipulans pro nominando non facta declaratione, sibi stipulatus censetur, & competit actio hæredibus. n. 2. Intellige vt n. 8. 9. 11. & 12.*

3 *Renunciatio futuræ successionis per filiam patri recipienti pro nominandis, si nullos nominauit, an acquiratur hæredibus, & num.4.*
5 *Alter alteri non stipulatur. Intellige vt n. 6.*
7 *Nominatus non efficitur dominus sine cessione hæredis nominantis.*
10 *Transmissibilia non sunt quæ in declaratione animi consistunt.*
13 *Emptio facta ab eo, qui nominabitur, est nulla, si infra statutum tempus non fuerit nominatus.*
14 *Clausula in fine posita refertur ad præcedētia.*
15 *Scientia non sufficit, vbi requiritur denunciatio.*
16 *Concessio facta pro persona nominanda, non intelligitur quod Ecclesia nominetur. Intellige vt num.17.*
18 *Emphyteusis concessa pro vna filia, redditur inutilis si adsint plures. & n.19.*

Decisio CXXXV.

1 QVi stipulatur, vel recipit pro nominando, non facta declaratione, † & nominatione, sibi stipulatus censetur. *l. secundum. de contrahen. stipulat. Bald. in l. 1. in princ. ad fin. de pact. Dec. consi.543. col.1. Gabriel* qui de communi, *concl.1. de verb. oblig.*

Vnde etiam si postea non declarauerit, neque nominauerit, tamen tam ipse quam eius hæres
2 poterit agere, cum præsumatur recepisse † pro se, & hæredibus suis. *l.4. C. de contrahen. stipulat. Alex. in l. stipulatio ista. §. si quis ita. in princip. de verb. obligat.* vbi dicit notandum, prout etiam sequitur *Bald. in d. l. 4. & in l.1. in princip. ff. de pact. num.5. in fin. Alex. consi. 232. consideratis his. lib. 6.* vbi *Additio* notat consuluisse male *Bertrand. consi. 90. viso instrumē-*
3 *to. lib. 1.* dum consuluit, quod non obstat † renunciatio futuræ successionis facta per filiam patri recipienti nomine hæredum suorum per eum nominandorum, si nullos nominauit; à quo dicit esse cauendum per *d. l. 4.* Eadem *Additio ad Alex. consi. 29. praclare subtiliter. lib.2. in verb. reliquisse. & d. consi. Bertrand.* dicit posse procedere, si pater nullum filium reliquisset
4 masculum, licet reliquerit alias filias † fœminas. Idem *Bald. in l. cum post. §. gener. de iur. dot. in lect. antiq. Dec. consi. 543. colum. 1. Socin. in l. vtrum. §. cum quidam. colum. pen. vers. ex quibus infertur. de reb. dub. Dec. in l. vlt. §. fi. nu. 13. col. 3. si cert. pet.*

5 Ex quo infertur, quod licet † alteri nemo possit stipulari. *l. stipulatio ista. §. alteri. de verbor. oblig. Gabr. conclus. 1. eod. tit.* Tamen hoc est verum, quando declaratur persona extranea,
6 secus si nulla exprimitur, quia intelligitur † nominatus hæres stipulatoris. *Gomes. de contract. cap. 11. tit. de qualit. contract. n.7. vers. quarta conclusio.*

Et adeo verum est, quod si alter quàm hæres nominetur, non efficitur dominus, nec possessor nominatus, neque potest agere pro recuperatione rei, in qua fuit nominatus, absque hære-
7 dis † nominantis cessione. *Salicet. in l. 4. in princip. C. de contraben. & comm. stipul.* quia ex nominatione, neque dominium, nec possessio quæritur nominato. *Anchar. consil. 127. ad dubia.*

Ex prædictis videbatur concludendum, quod Franciscus de Castro accipiens in emphyteusim domum, de qua agimus pro pretio, de quo in instrumento pro se, & persona, quam ante mortem nominauerit; licet non sit facta nominatio; Tamen dictus recipiens acquirat eandem rem emphyteoticam hæredibus suis, ad quos tanquam hæredes recipientis d. res transire debet.

In contrarium tamen faciebat, quia prædicta intelligenda sunt, quando talis res, vel pecunia,
8 quam quis stipulatur, erat perpetuo† restituenda creditori, & apud eum remansura, vel apud personam per eum nominandam: quia tunc censetur hæres nominatus, cui quæritur illa res, quia in nullo damno est debitor, cuius non interest, quod restituatur vni, vel alteri; cum perpetuo remanere debeat penes personam nominandam. Secus autem quando res debetur
9 temporaliter, non autem perpetuo, prout est † in supradicto casu, de accipiente rem in conductionem, vel emphyteusim pro certo pretio pro se, & aliquibus personis, quas ante mortem nominauerit; quia illis non nominatis res emphyteotica, vel conducta non transibit ad hæredes recipientis; sed contractus soluitur, & res reuertitur ad dominum, qui eam concessit; cum longe possit differre vna vita ab alia, neque adsit eadem ratio; Maxime quia ea, quæ consistunt in
10 declaratione † animi, non sunt transmissibilia. Ita in puncto concludit *Gomes. de contract. cap. 11. tit. de qualitat. contract. num.7. vers. quarta conclusio.*

Pinellus tamen in *l.2. n.11. C. de bon. matern.* indistincte tenet, quod etiam in emphyteosi concessa pro se, & quem nominauerit, nulla secuta
11 nominatione veniat omnis hæres, tam † ex testamento, quam ab intestato; licet apud Lusitanos aliter distinguatur, & ad prædicta allegat *DD. in l.4. C. de contraben. stipulat. Alex. consi. 232. num.3. lib.6. Ias. in l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. Socin. in l. 1. §. per procuratorem. num. 5. de acquiren. possess. Dec. consi. 543. num. 3. Hippol. sing. 580. post Bald. in l. 1. in fin. ff. de pact.* licet isti Doctores non loquantur in specie de emphyteosi, prout posset addi. *Freccia de subfeudis. lib. 2. in materia assensus. q.45.* vbi de hærede ex testamento. & *q. 43.* vbi de hærede ab intestato.

Ex prædictis videbatur dubia huiusmodi conclusio. Et quidem sunt distinguendi multi casus, quos ne aliorum dicta transcribantur, videre est apud *Franciscum de Caldas Pereira in suo tractatu de nominat. emphyteo. q. 7. per totam*:
12 vbi † latissime per columnas 58. omnia ad huiusmodi materiam facientia adducit, distinguendo in emphyteosi prophana, seu Ecclesiastica, in nominatione facienda pure, an sub con-

di-

ditione, in hærede ex testamento, vel ab intestato, cum alijs, de quibus ibi per eum.

In casu tamen de quo agebamus, licet nihil fuerit conclusum, cum partes concordauerint; Tamen multa concurrebant, ex quibus videbatur non esse emphyteusim acquisitam heredibus. Primo quia ex verbis instrumenti colligitur nominationem esse faciendam intra tempus determinatum, infra quod non est facta hæredis institutio; Vnde quasi deficiat conditio, erit inefficax nominatio, & nullius momenti. *Bald. in l. an vendentis. colum. penult. vers. tertio quæro. C. de contrahen. empt. Fabian. de Monte in tractat. de emptio. & venditio. q. 3. in princip. num. 19.* vbi
13 concludunt † emptionem rei factam in fauorem eius, quem nominabit, esse nullius momenti, si infra statutum tempus non fuerit nominatus; valebit tamen emptio respectu ementis, si etiam pro se erit facta.

Neque obstat, quod huiusmodi temporis determinatio non sit posita in capitulo nominationis, & sic non videbatur requiri aliquod tempus ad illam faciendam. Quia ex quo clausula
14 præfixionis temporis est in fine † posita ad omnia superius dicta est referenda. *Dec. cons. 11. n. 12. Gabr. de clausul. concl. 9.*

Secunda in facienda nominatione debebat fieri denunciatio, seu certioratio, de qua non ap-
15 paret. & licet prætenderetur scientia † omnium gestorum: Tamen illa non sufficit. *l. denunciasse. in princ. de adult. l. si parentes. & l. emptio. de euictio. Alex. cons. 24 n. 5. lib. 4.*

Tertio fuerunt instituti plures hæredes, inter quos etiam Ecclesia: & quo ad eam clarum est non posse fieri nominationem emphyteusis, cum
16 ratio concessionis illi non conueniat, quia † ita conceditur, vt finita generatione ad concedentem reuertatur; quod nunquam contingeret, si ad Ecclesiam perueniret, penes quam perpetuo remaneret citra vllam spem reuersionis, & futuræ consolidationis, in graue præiudicium domini directi. *glos. in cap. potuit. locat.* vbi *Imol.* de communi. *num. 24. ad fin. Paris. in cap. in præsentia. num. 196. de probat. Clar. in §. emphyteusis, q. 33. Francisc. Caldas de nomin. emphyteut. quæst. 20. num. 27. & de renouatione emphyteusis. q. 19. per totam.* post *Aym. cons. 205. in fin. Alex. cons. 9. lib. 3. n. 5. Gomes. in reg. de colligant. q. 1. vers. dicitur idem. Anchar. cons. 265. Grat. cons. 80. lib. 1.*

Adde quod licet in Ecclesiam nō possit transferri ius emphyteoticum, quia si ad eam transiret, nunquam reuerteretur ad dominum. *cap. 1. de gradib. successio. in feud.* Tamen intelligitur, quod illa non possit acquirere quantum ad retinendum pro se: sed quo ad hoc vt in Ecclesiam
17 transferatur ex titulo institutionionis † hæreditatis, & ipsa alteri idoneo vendat, hoc non est prohibitum. & ita de consuetudine seruatur, quod Ecclesia intra annum vendat alteri. *Specul. de locat. §. nunc. vers. 7. argum. text. in cap. longinquitate rei. 12. q. 2. Ioan. Andr. in cap. potuit.* vbi *Imol. col. 17. super glos. in verb. prohibetur. eodem tit. Alexand. cons. 120. super eo quod quæritur. colum. 2. in fin. num. 4. vers. præterea. lib. 1.*

Quo vero ad alios institutos, videbatur neque aliquem ex ipsis venire in nominatione, sed potius ratione incertitudinis dispositionem vitiari, prout dicimus de emphyteusi concessa pro vna filia, si adsunt plures, quòd ratione incer-
18 titudinis † reddetur inutilis. *Rum. cons. 36. q. 1. num. 7. lib. 2. Angel cons. 311. in themate prædicto. in princip.* cum alijs, de quibus per *Tiraquel. de primogenit. q. 17. num 19. in 4. opinione. & num. 11. in 2. opinione.* Licet secundum
19 alios dicatur emphyteusim † spectare, seu ad omnes, vel ad Seniorem, aut ad dominum, cuius electioni stabitur, vt declaret quem vult, secundum late deducta per *Tiraquel. d. quæst. 17.* post *Decian. cons. 71. n. 6. lib. 3. Mantic. de contect. vlt. volũtat. tit. 10. n. 4. lib. 8. Simon de Prat. de interpretat. vltim. voluntat. lib. 3. sol. vlt. dub. 4 num. 8. fol. 337.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Dominium transit in nominatum facta nominatione per emptorem pro nominando, & vnica gabella soluitur. Intellige vt n. 2.*

3 *Acceptatio nominati quando requiratur, vt illi sit ius quæsitum. n. 4.*

5 *Nominatio an possit fieri post annum, vel requiratur interpellatio, & mora eius, qui debet nominare, vt sit excludendus à nominatione.*

¶ N. 7. *post verb.* ad dubia.

Quamuis facta nominatione dominium transfe-
1 rer in nominatum, † itaut nec aliquo tempore dicatur fuisse penes nominantem, cum sit vnicus cōtractus, perinde ac si esset celebratus per nominatū: Ideo vnica gabella soluitur, quasi nominatio fiat pro executione primi cōtractus, neq; nominandi facultas transeat ad hæredem. latè *Rimin. Iun. cons. 163. & 591. Surd. decis. 226.*
2 *in princ. & decis. 182. in fin* † Licet quo ad effectum pœnæ impositæ per statutū contra ementes pro forensi, aliud esset: nam illā non incurreret emens pro nominando, qui tempore nominationis erat ciuis, quamuis tempore emptionis esset forensis, quasi sufficiat illum esse capacem quando res traditur, etiam si in principali contractu adesset clausula constituti, prout de veriori opinione testatur multa adducens *Claud. ad Bertazol. cons. crimin. 399. col. penult. vers. in his omnibus casibus.*

¶ N. 13. *post verb.* erit facta.

Latè *Surd. decis. 325. n. 1. & 2.* Vbi etiam n. 4.
3 requirit acceptationem nominati, † quæ erit necessaria, vt illi acquiratur quando fuit em-

ptum

ptum pro persona nominanda, alias non poterit dici valida nominatio, quamuis emptio esset facta de pecunia nominatim. *Anchar. conf.* 127.
4 *n.* 3. *Rimin. conf.* 163. *n.* 23. † Et quod requiratur præsentia, & acceptatio nominati, multa adducit *Claud. ad Bertazzol. conf. crimin.* 399. *col. pen. vers. in proposita quæstione. post Socin. conf.* 61. *num.* 12. *lib.* 4.

Amplius, quamuis nullum tempus esset præ-
5 finitum nominationi faciendæ, † ex quo elapsus erat annus, nominatio nō poterat fieri post annum, secundum opinionem *Bald. conf.* 470. *nu.* 2. *vers. quarta ratio. lib.* 5. Vbi quod declaratio, vel nominatio respiciens personam, & concernens substantiam contractus, debet fieri intra annum, cum persona acquirens debeat esse certa: & hanc sententiam dicit esse veriorem *Surd.*
6 *decis.* 226. *num.* 9. † Quidquid alij dixerint nominationem posse perpetuo fieri, vt per *Riminald. iun. conf.* 163. *in fin.* Vel donec ille, qui debet nominare constituatur in mora per interpellationem, & litis contestationem, secundum *Ias.* in simili *in l. fin. §. & si quis. n.* 3. *C. comm. de legat.* Vel quod solum possit fieri infra sexaginta dies, per *tex. in l. quod si nolit. §. si quid sta. de adilit. edict.*

EPITOME.

Appellatio quando admittatur à sententia lata in possessorio. Et an attendantur verba sententiæ, vel processus, vt locus sit appellationi.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio datur à tota sententia ratione mixturæ, & complicationis petitorij.*
2 *Appellatio admittitur à liquidatione instrumenti, licet ab eius executione non admittatur.*
3 *Sententia verba restringuntur ex actis.*
4 *Sententia intelligitur secundum libellum.*
5 *Sententia verba, non libellus, seu processus attenduntur ad cognoscendum an appellatio debeat admitti.*

Decisio CXXXVI.

FVit denegata executio petita vigore Aegydianæ in causa inter D. Antonium, & D. Marianam de Falchis de Camerino, mandãdo procedi ad vlteriora in negocio principali. Nam in eodem capite sententiæ est cōplicatum petitorium, dum dicitur Antonium masculum de domo, & familia de Falchis, & nominatum in prima inuestitura; & clarius postea, & Marianæ, & quibuscunque alijs mulieribus de domo, & familia de Falchis præferendum, iuxta tenorem instrumentorum in censuario repertorum. Vnde apparet quod non sola possessorij causa fuit decisa, & tractata, sed etiā altera proprietatis, quæ appellationem admittit, cuius complicationis, & mixturæ petitorij
1 ratione † datur appellatio à tota sententia, neque est locus executioni. *Bald. conf.* 141. *præmissis verbis. &* 331. *super prædicto puncto. lib.* 1. *Sarmient. de redit. eccles. p.* 3. *c.* 2. *num.* 27. *Contard. in l. vnica. C. si de moment. possess. limit.* 2. *in verb. ratione mixturæ. in princ. n.* 45. *Dec. conf.* 28. *pro tenui. sub n.* 2. *Menoch. de recuperan. poss. remed.* 9. *q.* 49. *n.* 320.

Quæ magis procedūt in casu, de quo agimus, cum sit quæstio, & lis an Antonius sit præferendus, nec ne alijs de familia de Falchis, vt ex sententia apparet; tunc enim dicta opinio transit sine difficultate. *Menoch. de adipiscen. possess. remed.* 3. *num.* 190. vbi exemplificat, quando est lis principalis, quod quis sit hæres locatorū, vel successor locatoris, vel si esset quæstio super
2 † liquidatione instrumenti, à cuius executione, licet non recipiatur appellatio; tamen erit admittenda ab illius liquidatione, cum sit diuersum negotium à principali, & non sit executiuum, & ob id recipiat omnes iudicij ordinarij exceptiones. *Doctor. in l. creditores. C. de pign. Gallesi. ad for. oblig. camer. tit. de liquidat. nu.* 3. *& num.* 18. Idem *Menoch. de adipisc. poss. remed.* 5. *num.* 71. *q.* 10.

Non obstat, quod huiusmodi sententia debeat regulari secundum petitionem factam in libello, in quo apparet, quod limitate solum concluditur fuisse petitum immitti in possessionem; Vnde etiam limitate debet intelligi esse præferendum tantum quo ad possessionem, omisso negotio proprietatis, cum verba sententiæ
3 † restringantur ex actis. *Felin. in cap. significauerunt. num.* 7. *colum.* 7. *vers. demum circa de exceptio.* & sententia est intelligenda secun-
4 dum libellum. *Crescen. decis.* 3. *alias* 133. *de re iudic.* post *Aym. consil.* 188. *num.* 1. *& conf.* 202. *num.* 17. Quia respondetur contrarium colligi ex tenore sententiæ, per quam deciditur etiam quæstio dominij, & non solius possessionis, cui standum est. *glos. fin. in cap. dudum.* 31. *de decim.* Vnde ad cognoscendum an appellatio sit admittenda, nec ne, debemus solum considera-
5 re verba † sententiæ, non libellum, petitionem, seu processum, cum à sententia appelletur, non autem à petitione. *Corn. conf.* 10. *lib.* 4. qui loquitur in specie de Ægydiana. *Contard. in l. vnica. C. si de moment. poss. limit.* 2. *§.* 5. *n.* 13. *Rota diuers. decis.* 34. *n.* 9. *lib.* 2.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Complicatio debet explicite contineri in sententia, vt non sit locus appellationi.*
2 *Appellatio an detur quando in sententia exprimitur causa concernens petitorium, non facta mentione nullitatis.*

¶ N. 1. *post verb.* q. 49. n. 320.

Quod habet locum quando complicatio explicite continetur in sententia, prout est in casu
1 nostro: nam alias illa non obstaret, † diceretur

tur enim lata in possessorio, & haberet executionem, iuxta decisionem *Rotæ coram Sanctiss. Tiburtina Castri Sambuci 1577. & Firmana bonorum. 7. Februarij 1583. & per Card. Pamphil. Recanaten. bonorum. 26. Iunij 1587.* vbi fuit declaratum quod *consil. Bald. 141. libro 1.*
2 procedit, † quando in sententia exprimitur causa, quæ habeat complicationem cum petitorio, Nam erit locus Ægidianæ, dummodo in sententia non sit facta mentio nullitatis. *Dec. cons. 28.* Et sic nō sufficiet virtualiter mixturā contineri.

¶ N. 5. *post verb.* decis. 34. n. 9. lib. 2.

Rot. coram Cardin. Seraphin. 15. Aprilis 1580. & per Cardin. Pamphil. Recanaten. bonorum. 26. Iunij 1587.

EPITOME.

Libris habentium officium de publico quando credatur. [Clausula, ius, & iustitiam, an operetur si actum fuit executiue, cum agendum esset ordinariè. [Absolutio ab obseruatione iudicij quando facienda.

SVMMARIVM.

1 *Partita scripta manu creditoris, & ad vtilitatem scribentis, non probant.*
2 *Libris habentium officium de publico, veluti recipientium gabellas, Campsorum, & Præpositorum Cameræ Apostolicæ, creditur.*
3 *Libri non compaginati, & non habentes requisita, non carent suspicione.*
4 *Partita debent continere causam, quæ sit pertinens ad officium, ad hoc, vt probent. Intellige vt num. 5.*
6 *Verbum, præsens, non habet relationem ad præteritum.*
7 *Attestanti se scribere de voluntate alterius, non creditur.*
8 *Subscriptio trahit ad se totum actum, etiam alio die factum.*
9 *Subscribens se scriptura, censetur illi consentire.*
10 *Dictio, amplius, inducit repetitionem præcedentium.*
11 *Receptio in dubio non præsumitur. Intellige vt num. 12.*
13 *Nomen scribentis non requiritur, cum scriptura est scripta manu illius.*
14 *Agens ex quietatione facta ad repetitionem indebiti, non procedit executiue, sed via ordinaria.*
15 *Per oppositionem redditur inualidum, quod alias non redderetur. Ampliа vt num. 16.*
17 *Clausula, ius, & iustitiam, efficit, vt censeatur deducta omnis actio, quæ ex narratis colligi potest. Intellige vt num. 18. & 19.*
20 *Absolutio ab obseruatione iudicij est euitanda tanquam litigantibus dispendiosa, & an debeantur expensæ. num. 21.*

Decisio CXXXVII.

Videbatur reuocanda sententia D. Iudicis à quo, cum non potuisset condemnari Fabritius Vaccarus ad soluendum Dominico de Monte sancto pecuniarum summas, de quibus in partitis, incipiendo à die 22. Septembris 1591. vsque ad diem 25. Iunij 1592. Nam apparet quod omnes istæ partitæ sunt scriptæ manu Dominici prætensi creditoris, & ad vtilitatem ipsius scribentis, quo casu non pro-
1 bant, nisi alias † verificentur. *glos. in l. de ætate. §. 1. in verb. contra se. de interrog. actio. Ancb. cons. 388. in casu præmisso. col. 4. num. 11. vers. non obstat quod primo dicitur. Paris. cons. 47. num. 7. lib. 1. Fel. in c. 2. de fid. instr. n. 21. col. 6. vers. prima conclusio.*

Non obstat, quod Dominicus esset venditor panis, quo casu non potest considerari priuata persona, sed tanquam habens officium de publico, cuius libris erat credendum, prout vide-
2 mus † credi libris eorum, qui auctoritate publica præponuntur ad recipiēdas gabellas *Dec. cons. 596. ad dubia quæ proponuntur. nu. 5. col. 2. Rim. Iun.* qui de communi, *cons. 52. nu. 101. lib. 1. Sim. de Prat. cons. 60. num. 10.* Idem in libris campsoris, tanquam deputati à publico. *Bero. cons. 87. n. 22. lib. 2.* Idem in libris Præpositorum Cameræ Apostolicæ. *Thob. cons. 24. num. 7.* Idem in libro salis, æstimi, archiuij, & censuali. *Paris. cons. 4. num. 5. lib. 4.* Idem in libro massarij. *Felin. in d. cap. 2. num. 27. in fin. vers. fallit sexto. de fid. instrum.* Et generaliter in omnibus personis à publico deputatis, quas enumerat *Ioseph. Ludouic. conclus. 29. versic. amplia sexto. vsque ad vers. amplia 39. post Aym. de antiq. temp. §. 4. p. 1. n. 62. & Doctor. in l. admonendi. de iur. iur.*

Quia respondetur, quo ad dictas partitas non esse credendum præfatis libris, cum non habeāt requisita necessaria ad hoc, vt illis fides habeatur. Non enim sunt compaginati; quo casu non
3 carent † suspicione. *Decian. cons. 100. num. 16. lib. 2.* Immo potius vocari possunt, (vt vulgo dicitur) Scartafogli, quibus non creditur. *Bald. consil. 152. lib. 3. num. 1. vers. & breuiter. Ias. cons. 4. lib. 3. Stracca de mercat. p. 2. num. 59.* qui refert multa requisita ad hoc, vt credatur huiusmodi libris, quæ nullæ apparent in casu, de quo agimus. Maxime quia multæ ex dictis partitis non continent aliquam causam, prout con-
4 tinere debent † ad effectum probationis. *Bart. in l. instrumenta. C. de probat. Roland. cons. 92. nu. 6. vers. quarto quod. lib. 3.* Et si aliquæ causam continent non sunt de pertinentibus ad exercitium, de quo tractatur, & ad quod fuit à publico deputatus, prout requiritur. *Aret. cons. 33. num. 1. in fin. Aym. cons. 3. num. 15. vers. simile videmus. Roman. cons. 204. num. 3. col. 1. vers. sin autem scriptura. Pedem. decis. 72. nu. 10. Menoch. de arbitr. casu 91. num. 22. vers. declaratur quarto.* Immo quatenus credatur quan-

quando scripserunt de pertinentibus ad offi-
5 cium,intelligitur stante statuto,† vel consuetu-
dine,de quibus debet constare. *Cephal.cons.374.*
num. 53. lib. 3.

Præterea neque per D. Iudicem à quo, debe-
bat Fabritius absolui à prætensa summa pecu-
niarum petita per Dominicum, ad cuius fauo-
rem satis videbatur constare, quod vere omnes
tres partitæ, de quibus in actis fuerunt indebi-
tè solutę: Nam quo ad primam quietationem
per Fabritium factam, & recognitam,apparet,
quod fatetur recepisse pecunias ad computum
panis, quem Dominicus vendit; & tamen tunc
temporis non erat amplius venditor pro d. Fa-
bricio,cum plures dies ante reliquisset officium,
& esset tunc deputatus ad distribuendum panem
ab alio, videlicet à Communitate Montis San-
cti; ad quam spectabat huiusmodi exactio, & ei
per Dominicum debebant exacta solui. Vnde
verbum, vendit, tanquam præsens non habe-
6 bit relationem † ad præteritum, cum regulari-
ter ad illud non referatur. *Bartol. in l. verbum*
oportebit. 7. vbi *Alciat. in princ. ff. de verborum*
signif. Idem *Alciat. in l. verbum erit. 124. ff.*
eodem tit.

Quo ad secundam partitam scriptam, & re-
cognitam per Alexandrum Cotum, qui dixit
habuisse pecunias à Dominico pro Fabritio oc-
casione mutui; licet videretur dicendum non
fuisse probatum scripturam esse factam de volun
7 tate Fabritij, cum solus ille qui scripsit, † atte-
stetur, cui non est habenda fides. *Imol. cons.91.*
num. 1. vers. & sic respectu institutionis. Ta-
men ex quo immediate post d. partitam subse-
quitur alia scripta manu ipsiusmet Fabritij con
fitentis, Item habuisse ab eo alias pecunias,per
huiusmodi secundam partitam, & subscriptio-
nem videtur approbasse illam antecedentem scri
8 pturam; cum subscriptio† trahat ad se totum
actum, & totam primæuam scripturam, etiam
sub alio die factam. *Bart. in l. si testamentum.*
ad fin. de testamen. Alex. cons. 147. ponderatis
bis. colum.2. lib.2. Angel. in procem. instit.nu.6.
vers. sexto nota. quod dicit communiter appro-
bari post *Dec. in auth. si quis in aliquo. nu. 16.*
C. de edendo. Masc. conclus. 1388. *num. 8. de*
9 *probat.* [Vltra quod qui se scripturæ † subscri-
bit,censetur illi consentire. *auth. si modo. C.fa-*
mil ercisc. Bart. in l.emptor. §. Lucius. in princ.
ff. de pact. Doctor. in c.quoniam contra. de pro-
batio. vbi *Felin. colum.22. num. 43. vers. habes*
ergo doctrinam auream. Gabr.conclus.3. de præ-
sumpt. Mascar. concl. 1341. *de probat.* Maxime
quia hæc secunda scriptura est facta cum illa di-
10 ctione,hoc amplius,siue eo† amplius,per quam
inducitur repetitio præcedentium. *Bart. in l. si*
tibi pure. 52. ff. de legat. 3. & in l. in repeten-
dis. 61. in princip. ff. eod. tit. Mantic. de coniect.
vlt. voluntat. lib. 7. tit. 5. num. 8. [Licet enim
11 in dubio † repetitio non præsumatur. *glos. in l.*
si quis à filio. 32. in verb. dumtaxat. de legat. 1.
Decian. cons. 9. num. 12. lib. 3. Tamen secus est
in casu nostro, cum (vt diximus) satis constet
12 de mente subscribentis, & adsint † dictiones
repetitiuæ, quibus stantibus repetitio præsumi-
tur. *Decian. cons. 17. num. 9. lib. 1. Mascar. de*
probatio. conclus. 1265. *n. 32. Mantic. de coniect.*
vltim. volunt. lib. 6. tit. 13. num. 10. Bertaz. cons.
ciuil. 15. num. 9.

Neque obstat, quod in huiusmodi secunda
13 scriptura non sit expressum nomen † scribentis,
cum constet ex actis vere esse scriptam manu ip-
sius Fabritij,quod sufficit. *l. certum. 6. ff. si cert.*
petat. l. nominatim. de condit. & demonstr. &
ita in specie concludit *Alex. cons.* 147. *pondera-*
tis bis. col. 3. n. 13. vers. nec puto. lib. 2.

Visum tamen fuit ex alijs reformare senten-
tiam D. Iudicis à quo, latam ad fauorem Domi-
nici,mandando Fabritium Vaccarum absoluen-
dum esse ab obseruatione iudicij. Nam per
Dominicum fuerunt producta recepta manu
tertij; quædam manu Fabritij rei conuenti, &
aliquæ partitæ desumptæ ex libris rationum ip-
sius Dominici actoris, & petitum illas exequi,
iuxta formam *constitutionis lib. 5. c. 4.* agendo
14 pro eis † via executiua, quæ tamen non compe-
tebat. Nam constitutio loquitur quando adsunt
apodissæ priuatę manu debitoris,in quibus pro-
mittatur aliquid dari, vel fieri: sed quando ad-
est quietatio, vt in casu nostro, in qua creditor
fatetur recepisse quod sibi debebatur,si postea
per debitorem prætendatur indebite soluisse,
non possunt receptæ via executiua produci ad
repetitionem indebiti, sed agendum est via or-
dinaria cōdictione indebiti. *Magon. decis. Flor.*
5. num. 4. Maxime quia debebat legitime pro-
bare causas, ob quas soluit indebite,de quibus
non constat: Immo per partem fuit oppositum
15 non † competere huiusmodi viam executiuam,
per quam oppositionem non videbatur posse
subsistere huiusmodi iudicium, cum alias, parte
non opponente valeret. *Aymo*, qui loquitur in
specie libelli. *consil. 121. nu. 4. post Iason. in §.*
16 *curare. colum. 4. institutio. de action.* † qua op-
positione stante, neque operatur clausula, ius,
& iustitiam, *Gabriel. de clausul. conclus. 4. n. 2.*

Non obstat clausula de qua in libello, ius, &
iustitiam, cuius effectus est, vt ob eam censea-
17 tur deducta omnis actio, quæ ex narratis † col-
ligi potest. *Alexand. consil. 6. circa processum.*
nu. 8. colum. 2. in fin. lib. 3. Socin. consil. 160.
in præsenti consultatione. colum. penult. versic.
tertio hoc idem. n. 20. lib. 2. Doctor. in cap. 2. de
ordin. cognitio. & in cap. examinato. de iudic.
Quia respondetur, quod ex narratis non potest
competere aptum remedium, quo casu non ope
18 ratur aliquid dicta clausula, cuius † virtus non
procedit, quia hic sumus in casu certo, & fuit
intentata actio certa. *Paris. consil. 131. nu. 12.*
lib. 1. Ruin. consil. 19. num. 9. colum. 3. vers.
nec clausula illa. lib. 4. Gabriel. de clausul. con-
clus. 4. nu. 9. vsque ad 15. vbi etiam subdit non
19 operari † quando ex prosecutis actor voluit se
adstringere ad certum remedium. Nam si est
diuersa petitio à probationibus, vel à natura
causæ, talis clausula non operatur: Vnde si ex
uar-

narratis actio non competit, illa nihil prodest. *Socin. consil. 39. colum. penult. n. 19. & 20. vers. verum licet articulus. lib. 1. Paris. cons. 7. nu. 23. lib. 1.* Ex prædictis fuit Fabritius absolutus ab obseruatione iudicij; & licet huiusmodi absolutiones ab instantia, seu ab obseruatione iudicij aliquibus placeant: Tamen illas non laudandas, immo debere euitari tanquam liti-
20 gantibus dispendiosas, & lites in † longum protrahentes, & ob alias causas dicit *Mandos. de inhibit. quaest. 72. num. 1. vers. ego autem. tom. 5. fol. 101.*

Quo vero ad expensas dictum fuit absoluendum esse Dominicum: quæ absolutio etiam in casu nostro procedit, quamuis sententia dicat ab obseruatione iudicij. *Fulgos. cons. 138. in quaestione. in fin. & Castrens. cons. 219. in causa, n. 2. lib. 2.* licet hoc non sit tutum, cum re-
21 gulariter † in huiusmodi casu actor debeat condemnari in expensis. *Innoc. in c. finem litibus. de dol. & contum. Lanfranc. de expens. in fin. num. 27. vers. addite pro complemento. tomo 3. p. 2. fol. 397.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio obligationis sine causa non censetur reiecta à statuto excludēte omnes exceptiones.*
2 *Obligatio sine causa quando valeat. num. 3.*
4 *Scriptio habet vim subscriptionis, quamuis de forma requireretur subscriptio, num. 5. Intellige, vt num. 6.*
7 *Expensarum condemnatio an requiratur in absolutione ab obseruatione iudicij.*

¶ N. 4. *post verba.* quarto quod. lib. 3.

Itaut exceptio obligationis sine causa nō censeatur reiecta à statuto excludente omnes ex-
1 ceptiones.† *Seraphin. priuileg. iuram. 77. n. 67. post Castr.* per eum allegatū *cons. 169. viso puncto & dubio. n. 1. & 2. lib. 2. Rum. cons. 144. col.*
2 *penult. lib. 4.* † Quasi tunc instrumentum non valeat, tanquam sine causa. *Marsil. in rubr. de probat. n. 159. Cephal. cons. 108. in princ. lib. 1.* Quidquid aliud sit in mercatoribus, in quibus valet scriptura sine causa, & obligat. *Carol. de Graff. de except. c. 40. n. 12.* argumento eorum quæ dicit *Bart. in l. quintus. ff. mand. Bald. in l. si pro ea. in fin. ff. eod. tit.* Et in debitore se
3 obligante ex certa scientia, † cuius obligatio valeret, etiam sine causa, in vim donationis. *Bart. in l. si dari. de verb. oblig. Doctor. in l. campanus*, aliàs incip. *papinianus. 47. de oper. libert.*

¶ N. 9. *post verb.* concl. 1341. de probat.

Prout è contra scriptio manu própria habet
4 eundem effectum, † quem subscriptio. *Cast. in l. cum antiquitas. C. de testam. Bald. post Bart. in l. cum tabernam. §. fin. de pignor.* Itaut obligatio contrahatur, tam ex subscriptione, quàm ex scriptura confecta manu propria absq; ea. *Butr. in c. 2. n. 4. de fid. instrum. Socin. cons. 15. n. 49.*
5 *lib. 1.* † Quamuis subscriptio requireretur pro forma, quia sufficeret scriptio absque subscriptione. *Dec. in l. hac consultissima. n. 26. C. de testam. Ias. in l. cum antiquitas. §. fin. n. 12. C. eod. Put. decis. 225. n. 3. lib. 1. cum alijs per Menoch.*
6 *praesumpt. 66. n. 14. Gabr. eod. tit. conclus. 3.* † Quidquid aliud sit in notario, in quo requireretur subscriptio, cum non sufficiat scriptio. *Alex. in d. l. cum antiquitat. n. 8. Mandos. ad Rom. cons. 303. per tex. in auth. de tabellion. in princ.*

¶ N. 21. *post verb.* p. 2. fol. 397.

Quamuis hoc sit arbitrarium Iudici, qui ab-
7 soluendo ab instantia iudicij, † secundum qualitatem negotiorum, & circumstantiarum potest condemnare in expensis, vel absoluere; eum hoc casu absolutio, & condemnatio expensarum ad inuicem procedant; à qua obseruantia non esset recedendum, vt testatur *Cevall.* qui vnam, & alteram sententiam amplexus est, *q. 539. in fin.* licèt dicat in puncto iuris contrarium verius esse, secundum quod non debet quis absolui, & condemnari in expensis, cuius contrarium practicatur. *Couarr. pract. quaest. c. 27. n. 2. Clar. in §. fin. q. 62. n. 4. Gratian. reg. 486. n. 1. in fin.*

EPITOME.

Executio instrumenti contra hæredem quo modo facienda, vt dicatur valida.

SVMMARIVM.

1 *Executio est facienda contra nominatos in instrumento.*
2 *Executio non fit contra hæredem non facta liquidatione, quod sit talis.*
3 *Amplia etiam parte non opponente.*
4 *Expensæ sunt reficiendæ, quando sententia reuocatur ex eisdem.*

Decisio CXXXVIII.

FVit reuocata sententia D. Iudicis à quo, cum omnibus inde secutis; quia ex eisdem actis constat, quod Iudex declarat tenutam rectè captam ad fauorem Constantinæ Lattantij Qualeatti, contra Annam Pugliesij, vigore instrumenti sub die 10. Octobris 1571. quod non concernit personam Annæ: Nam in illo instrumento Ioannes Augustinus Pugliesius constituit se debitorem scutorum 300. pro Petro Paulo Pugliesio ad fauorem Constantinæ: Vnde executio erat facienda contra Ioannem Augustinum, vel ipsius hæredes, non contra Petrum Paulum, & Annam eius filiam non no-
1 minatos † in instrumento. *Alex. cons. 83. viso themate suprascripto. nu. 11. col. vlt. vers. non obstat. lib. 3. Ruin. cons. 290. num. 21. lib. 1.*

Me-

Menoch. de adipiscen. poss. remed. 4. n. 848.

Et quatenus etiam posset instrumentum exequi contra Petrum Paulum; Tamen non poterat aduersus Annam, contra quam fuit productum vti filiam,& hæredem Petri Pauli, licet Anna opposuerit se non esse hæredem: Vnde non poterat fieri executio, nisi in summaria cogni-
2 tione liquideretur † an hæres esset,& haberet causam ab eo, qui prætendebatur obligatus. *Innoc. in cap. quia. de iudic. vbi Felin. col. fin. Franc. in c. ex ratione. n.93. de appellat. Roland. cons. 20. lib. 1. n. 8. Boer. decis. 10. n. 2.* de communi. *Alexan. in l. si eum dotem. §. transgrediamur. nu. 10. ff. soluto matrim. Gallesi. de oblig. camer. 3. p. princip. tit. de person. obliga.* [Maxime stante oppositione, de qua in actis; licet
3 etiam † parte non opponente requireretur probatio prædictorum. *Natta cons. 140. n.3. lib. 1. Dec. cons. 61. col. 1. in princ. Decian. cons. 24. num. 53. lib. 1. Beec. cons. 75. num. 6. Cagn. in l. heredem. n. 59. de reg. iur. Honded. cons. 4. nu. 103.* Ex quibus etiam fuit pars condemnata in expensis, quarum excusatio non admittitur quando sententia reuocatur ex eisdem; secus si ex nouiter deductis. *Franc. in c. 1. in fi. de appell. in 6. Sarn. de annali. q. 41. Caputaq. decis. 141. lib. 3.*

EPITOME.

Confessio quando probetur per testes singulares,& præiudicet Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Confessio extraiudicialis probatur per duos testes.*
2 *Testes præsumuntur contestes.*
3 *Confessio est actus reiterabilis, & probatur per testes singulares. n. 5. & 6.*
4 *Testes singulares loquentes de diuersis actibus non probant confessionem.*
7 *Adulterium est actus reiterabilis.*
8 *Singularitas obstatiua infringit testimonium. Secus adminiculatiua. n. 9.*
10 *Confessio Rectoris non præiudicat Ecclesiæ.*
11 *Confessio procuratoris non præiudicat Capitulo.*

Decisio CXXXIX.

AGebat R. Capitulum Recaneti contra filios, & hæredes q. Alexandri Bottani de eodem,ad pensionem octo salmarum frumenti, quæ per eos negabatur,quia cōductio fuit facta ab Alexandro eius patre pro responsione salmarum duarum pro qualibet salma terræ,& per mensuram constabat prædium con ductum non ascendere ad salmas octo. Vnde quæsitum fuit an diceretur probata illorum intentio; ita vt sententia ad fauorem capituli esset confirmanda nec ne. Et videbatur dicendum affirmatiue, cum ex actis constet ex depositione duorum testium, D. Angelum Canonicū fassum fuisse, quod locatio fuit facta pro duabus salmis grani pro qualibet salma terræ: qui duo
1 testes sufficiunt ad probandum † confessionem extraiudicialem. *Paris. cons. 60. num. 45. vol. 4.* Prout in quolibet alio negotio. *l. vbi numerus. de testib.* Maxime cum d. testes se inuicem nominent; Et sic sint contestes. *Bald. in l. iusiurandi. colum. 3. C. de testib.* licet hoc cessante
2 præsumerentur † etiam de iure contestes. *Aym. cons. 78. num. 9.*

Præsertim,quia sumus in casu probandæ confessionis, quæ cum sit actus reiterabilis, & multiplicabilis, potest diuersis locis,& temporibus fieri; ideo quatenus dubitaretur dictos testes esse contestes; tamen etiam poterit probari con-
3 fessio per testes † singulares. *Aim. cons. 267. lib. 2. Alex. cons. 53. col. fin. lib. 1. Rimin. Iun. cons. 7. n. 109. lib. 1.*

Contrarium tamen fuit conclusum; nam testes prædicti deponunt de vna, & eadem confessione: Vnde cum vnus loquatur de confessione facta in macello, alter in aromataria, adest singularitas, quæ redditur ex diuersitate locorum;
4 cum necesse sit, quod loquantur † de diuersis actibus, ex quo eadem confessio non potest fieri in dictis duobus locis eodem tempore. *Bald. cons. 39. proponitur. vol. 3. Castren. cons. 137. in causa, quæ vertitur Pergami. in fin. vol. 2. Aym. cons. 9. n. 17. Socin. Iun. cons. 99. col. 1. vol. 2.* Vnde tanquam singulares non probant. *Doct. in c. licet causam. de testib.*

Et licet hinc inde sint opiniones, an testes sin-
5 gulares probent confessionem, † ve per *Masc. de probat. conclus. 379. n. 5.* Tamen omnes loquuntur in singularitate adminiculatiua, quando tractatur de actu in genere probando, qui sit reiterabilis, & multiplicabilis; quo casu etiā dubitatur an singularitas testium respectu loci, & temporis cumulatiua, & adminiculatiua no-
6 ceat, nec ne: sed vbi agitur de probando † vnicum actum tantum in specie, qui reducitur ad certum locum, & tempus, prout in casu, de quo agimus, in quo tractatur de probando vnicam, & eandem confessionem, & non reiteratam; omnes conueniunt, testes singulares ex diuersitate loci esse repellendos. Ratio est, quia, vbi ponitur de vnico actu tantum, si testes varient circa locum, talis singularitas non dicitur cumulatiua, & adminiculatiua, sed obstatiua, quæ reddit testes contrarios, prout in testibus Su-
7 sannæ; Nam etsi † adulterium sit actus reiterabilis. *Rimin. Iun. cons. 274. in princip. vol. 3.* Tamen quia agebatur de vnico adulterio tantum, & testes variabant quo ad locum, non fuit probatum; immo testes tanquam falsi puniuntur, & talis singularitas obstatiua propter di-
8 ctam varietatem infringit omnino † testimonium, itaut producens non dicatur habere aliquem testem. *Bald. in l. de quibus. col. pen. de legib. & in rubr. de controu. inuestitu. Caccialup. in l. admonendi. n. 91. vers. tertia & vltima. ff. de iur. iur. & ibi Ripa num. 205. Socin. iun. cons. 99. num. 9. volum. 2. Aym. cons. 267. num. 3. Rimin. Iun. cons. 7. num. 101. lib. 1.*

Pe-

Petrus à Petra de probib. fideic. q. 12. num. 488.

Non obstant contraria, cum procedant in
9 singularitate adminiculatiua, quæ † non nocet
secundum prædicta. *Castren. consil.* 380. *Iudex.*
in fin. lib. 1. Alex. cons. 53. col. 2. ad med. vers. er-
go etiam præsuppono. lib. 1. Aym. cons. 267. nu. 5.
col. penult. vers. in isto igitur.

Præterea etiam quod confessio esset legitime
probata; tamen non potest dici illam præiudi-
care Capitulo, cui regulariter non obstat con-
10 fessio facta † per Rectorem, & Ecclesiam solam,
maxime si nullam habet administrationem abs-
que Capitulo. *Rom. cons. 389. in princ. post glos.*
in c. dudum. il secundo. in verb. de veritate. de
elect. Masc. de probat. concl. 367. in verb. confes-
sio Prælati; Vnde multo minus debet obstare
confessio, vnius ex Canonicis, prout sumus in ca
su, de quo agimus, qui non est Prælatus, neque
Superior Capitulo.

Immo etiam quod Canonicus esset procura-
tor Capituli, cum nullum habeat mandatum ad
confitendum, confessio solius procuratoris non
11 † præiudicat Capitulo; Maxime quia non est fa-
cta per modum contentiosæ iurisdictionis, sed
spontaneè, & voluntarie emanata. *Paris. consil.*
115. nu. 18. vol. 1. Rumin. iun. cons. 293. num. 14.
lib. 3. post *Bart. in l. certum. §. & an ipsos. col. 2.*
ff. de confess.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus non potest præiudicare ecclesiæ sine consensu capituli, etiam in quærendis, ne dum in quæsitis.*

2 *Confessio ex abrupto etiam facta in iudicio non valet.*

¶ N. 10. *in fin. post verba.* superior capitulo.

Et solus Prælatus tam in quærendis, quàm in
1 quæsitis non potest præiudicare Ecclesiæ † sine
consensu capituli. *Alex. in l. legatum. n. 2. ff. de*
leg. 1. Caputaq. decis. 106. in fin. part. 1. vbi de
communi. *Bursat. cons. 55. n. 22. lib. 1.* vbi quod
repudiatio hæreditatis, seu legati respectu ec-
clesiæ, licèt non requirat solemnitatem, & au-
ctoritatem superioris, requirit tamen consen-
sum capituli. *Lap. alleg. 125. in fin.* & ibi *Quintil.*
Mandos. in verb. prælatus. Feder. de Sen. cons.
9. Horat. Mandos. ad Roman. cons. 184. vbi te-
statur ita in Rota decisum, & voluit *Roland.*
cons. 15. n. 38. lib. 1.

¶ N. 11. *post verb.* ff. de confess.

Et *in l. 2. §. quod obseruari. n. 6. de procur. Dec.*
2 *cons. 220. n. 1.* † Immò etiam iudicio instructo
non esset valida, si fieret ex abrupto, & antequã
sint effecti domini litis in decisorijs, secundum
distinctionem *Bald. in l. unica. num. 30. C. de*
confess.

Decis. Marchiæ.

EPITOME.

Substitutus quando succedat, si institutus moritur in vita testatoris.

SVMMARIVM.

1 *Substitutus non admittitur mortuo instituto ante testatorem. Intellige vt num. 11.*

2 *Substitutio secunda non procedit prima defecta, & primo gradu perempto. Intellige vt num. 12.*

3 *Compendiosa substitutio dicitur per verba, quandocunque.*

4 *Et per verbum, substituo, quod est commune.*

5 *Substitutus compendiose succedit in hæreditate, etiam quod hæres institutus decedat ante mortem testatoris, & num. 10.*

6 *Etiam quod non adsit dictio, quandocunque.*

7 *Testamentum potest incipere ab expressa vulgari, & etiam à tacita. num. 8.*

9 *Compendiosa continet in se vulgarem sub generalitate verborum.*

Decisio CXL.

TEstator qnando substituit aliqnem post
mortem instituti, vel substituti, quem
vult esse hæredem, vel quia disponit ali-
quem admittendum post mortem instituti hære-
dis (qnem tamen supponit fore hæredem) si
moriatur institutus, vel substitutus ante testa-
torem, qui ideo hæres esse non potest, nec con-
1 sequenter † casus substitutionis venire; tunc sub-
stitutus non admittitur, nec substitutio secunda
2 procedit prima defecta, & primo † gradu pe-
rempto. *l. quamdiu.* vbi *Roman. col. 7. de ac-*
quir. hæred. Mortuo enim hærede ante testato-
rem institntio habetur pro non scripta, & inu-
tili. *l. vnica. §. pro secundo. & §. sin autem sub*
conditione. C. de caduc. toll. Thob. cons. 25. n. 7.

In causa tamen Bertini de Casale hęredis sub-
stituti per Artemisiam q. Herculiani de Monte
Carotto de Æsio contrarium cõclusum fuit; quia
3 eramus in compendiosa facta per † verba, quan
docunque. *Doct. in l. centurio. de vulg. Couar. in*
c. Raynutius. n. 2. §. 9. vers. 11. de testam. Et per
4 verbum, substituo, quod est † cõmune. *l. iam hoc*
iure. de vulg. Alex. cons. 46. lib. 6. Couarr. qui de
communi in *d. §. 9. nu. 5.* Vnde etiam quod Hie-
ronymus hæres institutus decesserit ante mor-
tem Testatoris; tamen poterit Bertinus substi-
5 tutus † compendiose in hæreditate succedere,
ex doctrina communi omnium, de qua per *Ol-*
drad. cons. 20. Corn. cons. 236. in princ. lib. 3.
& cons. 199. lib. 2. Socin. iun. consil. 42. nu. 12.
volum. 1. Paris. consil. 62. num. 21. volum. 2. &
non habere contradictorem dicit *Oddo de com-*
pend. p. 6. quæst. 1. artic. 1. vt refert, & sequitur
Bursat. cons. 97. nu. 7. post *Bal. cons. 408. lib. 2.*
& de communi *Thob. consil. 25. num. 11.* vbi
9 ampliat, etiam quod † non adsit dictio, quan-
docunque; vt per *Curt. iun. consil. 86. præsup-*

Z po-

ponitur in facto. num.2. Aym. conf.62. num.3.
Ratio est, quia testamentum potest incipere
7 ab expressa substitutione † vulgari. *l. 1. §. pro*
secundo. C. de caduc. tollen. l. 3. §. fin. de lib. &
posth. Dilect. de arte test. tit. 5. caut. 3. num. 2.
Ias. in l. si pater filium. num. 3. ad fin. versic.
ex isto intellectu. ff. de vulg. substit. Cras. de
success. §. substitutio. quæst. 10. Immo etiam à
8 tacita † vulgari. *gloss. in l. lex cornelia. in verb.*
non existimo. ff. de vulg. Alex. cons.1. num.8. co-
lum.5. in princ. lib.1. Compendiosa autem con-
9 tinet in se vulgarem sub generalitate † verborũ.
Bart. in d. l. centurio. num 11. vbi *Alexand.* de
communi. *Dec. cons.416. num.6. Natta cons.247*
num.2. Paris. cons.19. nu.173. lib.2. Oddo de com
pend. p. 5. q. 1. artic. 1. Et receptissimum dicit
Cras. in §. substitutio. q.61. Vnde compendio-
10 sa facta alicui † post mortem, habet locum in
vim vulgaris, etiamsi viuo testatore decedat il-
le, cui substitutio facta est. *Iacob. de Aren. Cyn.*
& Rayn. in l. precibus. C. de impub. Dec. consil.
416. n.9. cum alijs supra allegatis.
Non obstat *cons. Alexãdri primum. volum.1.*
11 quia illud intelligitur quando † substitutio sim-
pliciter facta non fuisset post mortem instituti,
sed Testator voluisset institutum esse hæredem,
& seruari legem testamenti: Tunc enim propter
dicta verba substitutus non admitteretur. & in
hoc casu consuluit *Alex.* vt per *Corn. cons.199.*
in præsenti consultatione. lib.2. Roland. cons.58.
num.57. lib.3.
12 Ratio est, quia ex quo † testator supponit il-
lum esse hæredem, tunc substitutio non procedit
prima defecta. *Angel. in l. qui habebat. in glos.*
vlt. ff. de vulg. & pupill. Bursat. consil.97. nu.
7. & 8.

EPITOME.

Solutio, quando facienda sit in bonis, vel in pecunia. [Et an debeant bona dari ad incantum, vel æstimari.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia dicitur de bonis Testatoris.*
2 *Electio in contractibus est debitoris.*
3 *Solutio potest fieri in pecunia, etiam quod sit facienda in bonis.*
4 *Aliud pro alio inuito creditore non soluitur, & è contra, & n. 5.*
6 *Obligatus ad pecuniam potest dare bona.*
7 *Dictio, de, significat causam proximam, & numero 8.*
9 *Solutio, quando sit faciẽda in bonis, vel pecunijs.*
10 *Bona non subhastantur, sed æstimantur, etiam quod debeat solui legitima, n.11.*
12 *Creditor admittitur ad emendum pignora.*
13 *Aestimationis pretium taxatur per peritos.*
14 *Hæres beneficiatus potest offerre de bonis ad iustum pretium. Intellige vt n.15.*
16 *Reprobari non potest illud, in quo quis se fundat.*

Decisio CXLI.

OBligatio per D. Petrum Triumphum de
Ancona ad fauorem D. Iuliæ Ferrettæ
est de restituendo dotem in bonis hæ-
reditarijs: Vnde cum illius vigore fuerit facta
peticio restitutionis, dictum fuit iuste, & secun-
dum formam contractus solutionem faciendam
esse de bonis, non autem in pecunia, vt per
1 D. Iuliam prætenditur. Licet enim † pecunia
dicatur de bonis testatoris. *Aym. cons. 187. n.*
6. vers. sed pro primo. [Tamen electio in con-
2 tractibus debet † esse debitoris. *Doctor. in l.*
legato generaliter. de leg. 1. Corn. consil. 215.
colum. 1. num. 2. lib. 4. Immo etiam, quod so-
lutio esset facienda in bonis secundum dispo-
sitionem testatoris, quamuis legatarij vellent
bona; tamen non poterit ad hoc cogi, quia
3 posset soluere in † pecunia. *Corn. cons. 132. col.*
penult. ad fin. vers. insuper quia. num. 10. lib.
4. quem sequitur *Aym. d. cons. 187. nu. 6. col.*
pen. vers. quid autem. licèt ibi dicat hoc vide-
ri durum, cum deberet seruari æqualitas inter
hæredem, & legatarium, allegando *Socin. con-*
sil. 214. in princ. lib. 2. Ias. in l. legata inutili-
ter. in 2. not. §. 1. ff. de legat. 1. Vnde quemadmo-
4 dum aliud pro alio † inuito creditore solui non
potest. *l. 2. §. mutui datio. si cert. pet.* Neque è
5 cõtra debitor inuitus potest cogi soluere † aliud
pro alio. *l. domini prædiorum. C. de agric. &*
cens. lib. 10.
Immo, etiam quod obligatio esset in pecunia,
tamen auditur debitor volens dare de suis im-
6 mobilibus in solutum creditori. † *auth. hoc si de-*
bitor. C. de solutio. §. quod autem. auth. de fideius-
sor. Ad quorum iurium intellectum, quot, & quæ
requirantur, *Beatius de inop. debit. vers. 1. n.46.*
Gutter. de contract. iur. c.29. tom.6. p.2. fol.76.
Ludouic. decis.64. p.2. Natta cons.344. lib.2. Be-
nint. decis.28. Thesaur. decis. pedem.65. per totam.
Præterea faciebat dictio illa de bonis, quę de-
7 notat † causam proximam. *Bart. in l.1. §. eman-*
cipatus. in fin. de coniung. cum emanc. liber. &
causam materialem, si adijciatur materiæ. *Bal.*
in l. ex arrali. n.2. C. de actio. empt. Vnde debet
importare, quod solutio sit facienda de substan-
tia bonorum, non de pecunia. Ita in specie con-
cludit *Ruin. cons.65. lib.2. colum.1. num.3. vers.*
sed his non obstantibus. vbi etiam *sub num.8. col.*
2. vers. & ideo infero. dicit hoc esse verissimum
8 exemplificando † in verbis de melle, & in melle,
secundum *Bart. & alios in l. si stipulatus fue-*
ro. de verb. obligat. quia quando bona adiecta
sunt verbo executiuo, tunc sunt in obligatio-
ne, & solutione, etiam quod dictum esset in
bonis; vt ibidem per *Ruin. num. 8. ad fin.* Et
9 quando in bonis, vel pecunia † sit facienda so-
lutio, late *Simon de Pratis de interpret. vltim.*
volunt. lib. 5. dub. vlt. num. 19. fol. 572. vbi di-
sputat de dicto *consil. Ruin. 65. & de consil.*
Aym. 187.
Quibus stantibus etiam conclusum fuit hu-
iuſ-

iusmodi bona esse danda mulieri petenti dotem
pro scutis bis mille, videlicet quod solutio fiat
de bonis hæreditarijs, quæ secundum commu-
10 nem æstimationem † ascendant ad valorem præ-
fatum; non autem quod dentur ad incantum,
cum non debeant subhastari, sed dari illorum
æstimatio, prout communiter æstimabũtur. *Bar.
in l. secus quoque. in princ. n. 10. de hared. instit.*
vbi si filius nolit quantitatem legitimæ sibi reli-
11 ctã, sed illam velit in bonis, debetur † ei de illis
quantum valebit illa quantitas arbitrio boni vi-
ri: & ita in specie sequendo *Bar.* cõcludit *Ruin.
cons. 65. col. 1. num. 4. vers. & sic dicitur legasse.
lib.* 2. Idem voluit *Bart. in §. quod autem. auth.
de fideiussor. n. 6. vers. oppono, dicitur hic*: vbi
quod creditor tenetur accipere bona pro sum-
ma sibi debita; & illam quantitatem, etiam post
sententiam poterit Iudex taxare pro ea, pro qua
daret pignus creditori in solutum. Subdit ta-
12 men quod etiam posset † creditor, vt quilibet ex
nono, admitti ad emendum illa pignora, vt no-
natur in *l. à diuo pio. §. 2. de re iudic.* & per *Do-
ctor. in l. ordo. C. de execut. rei iudic.* Quod
autem sit iustum pretium æstimationis, taxabi-
13 tur per peritos, † vt in specie dicit *Anchar. q.
64. n. 9. lib.* 2.

Adde quod obligatio Triumphi fuit facta sal-
uo iure inuentarij; Vnde non possunt vendi bo-
na ad incantum, vt prætenditur per Ferrettam,
quia est particulare priuilegium hæredis be-
14 neficiati, † vt possit offerre de bonis ad iustum
pretium. *Anchar. q. 64. n. 70. p. 2. post Bart. in
l. fin. §. & si præfatam. C. de iure deliber. Be-
ninc. de paupert. quæst. 9. specials.* 10. *nu.* 50.
quod procedit, vbi non inueniretur iustum pre-
15 tium de bonis hæreditarijs, † prout in casu no-
stro secundum *Bursat. cons. 9. n. 30. lib.* 1.

Non obstat sententia, & res iudicata ex illa
orta, quæ præsupponitur ad fauorem Iuliæ Fer-
rettæ contra Triumphum, vbi dicitur, quod de-
beat præstari cautio per Triũphum de restituen-
do dotem, de qua in apocha; quia vltra quod
non dicitur in sententia debere restitui in pecu-
nia, Respondetur attendendam esse obligatio-
nem factam per Triumphum, cuius vigore Fer-
retta petit executionem, producendo illud in
iudicio; quod est attendendum, cum pars se
16 in illo fundet, & sic † non potest reprobare.
*Bart. in l. Pomponius scribit. nu. 10. col. 4. in
princ. vers. venio igitur. de neg. gest. Aym. cons.*
103. *num.* 12.

EPITOME.

Sententia lata ad fauorem vnius appellantis an prosit illis,
qui non appellarunt, & noceat eis contra quos fuit ap-
pellatum. ¶ Appellatio vnius quando iuuet alium.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ad fauorem vnius appellantis pro-
dest illis, qui non appellarunt, & num.* 6.
8. *&* 12.
2 *Appellatio vnius quando prosit alteri, & exe-*

*cutio impedsatur pendente appellatione illius.
numero* 5.
3 *Causa vna & eadem defensionis quæ dicatur.*
4 *Sententia diuersa quando dicantur.*
7 *Appobans sententiam censetur renunciare ap-
pellationi.*
9 *Approbare tacite dicitur sententiam non ap-
pellans infra tempus, quando ignorat consor-
tem appellasse, secus si sciuisset. Et de ratio-
ne num.* 10. 11. *&* 12.

Decisio XLII.

FVit lata sententia ad fauorem plurium
Actorum contra plures Reos obligatos
occasione, de qua in actis; & cum ab ea
fuisset appellatum per vnum ex Reis condemna-
tis contra vnum ex dictis actoribus, postea in
causa appellationis d. vnus appellans reporta-
uit sententiam fauorabilem reuocatoriam pri-
1 mæ; Ex quo dicebatur † illam prodesse etiam
alijs, qui non appellarunt, & nocere illis, con-
tra quos non fuit appellatum secundum *glos. in
l. 3. §. fin. in verb. hi soli. de appellat. Bart. in
l. si quis separatim. in fin. C. eod. tit. Bal. in l.
1. in princ. C. si vnus ex plurib. Anchar. in c.
vna sententia.* 72. *num.* 2. *& ibi Anan. in prin-
cip. de appellat.*

2 Et regulare est, quod † appellatio vnius pro-
sit alteri, si iure communi iuuetur, si sit idem
negotium, eadem causa defensionis, & vna,
eademque sententia fuerint condemnati, prout
est in casu, de quo agimus, iuxta dispositionem
tex. in d. c. vna sententia; cuius omnia requi-
sita debent concurrere, vt notat *Franc. ibi. n. 5.
Imol. in l. si quis separatim. §. quod est rescri-
ptum. in princ. de appell.* vbi etiam docet, quod
3 † vna, & eadem causa defensionis dicitur quan-
do ad positionem defensionis pro vno, sequitur
4 etiam priuatio defensionis pro alio. † Neque
sufficeret esse latam sententiam sub vnico con-
textu, & vnica carta, seu scriptura, quando es-
sent diuersæ res, & diuersi effectus: tunc enim
iudicarentur plures sententiæ; itaut appellatio
vnius non prodesset alijs. *Paris. cons. 66. incip.
videtur. n. 3. lib. 1. Lancellot. de attent. ampliat.
11. tom. 5. fol. 354. n.* 13.

5 Et adeo prodest † vnius appellatio alijs, vt
non possit fieri executio sententiæ contra non
appellantem, tali appellatione pendente, cuius
victoria poterit prodesse ipsi appellanti. *Imol.
in d. l. si quis separatim. §. quod est rescriptum.
in fin. Lancellot. de attent. d. ampliat.* 11. *n.* 13.

Contrarium tamen visum fuit verius in
causa Vincentij, & litis consortium de Came-
rino. Quia apparet de approbatione senten-
tiæ facta per non appellantes. Ad hoc enim,
6 † vt appellatio vnius prosit alteri, vltra requi-
sita, de quibus supra, necesse est etiam quod
alter, qui non appellauit, tacuerit, secus si
expresse approbasset sententiam; Tunc enim
quo ad eum transiret in iudicatum. *Franc. in
cap. vna sententia. versic. septimo requiritur.*

de appellat. Lanfranc. decis. 460. Constat autem ex actis de approbatione, per multa, quæ colliguntur ex dictis testium deponentium eos, qui non appellarunt, voluisse sententiam acceptare ad effugiendas lites; Vnde per appro-
7 bationem † censetur appellationi renunciatum, & si ab ea erat appellatum amplius, non potest prosequi appellatio, cum sententia approbata transeat in iudicatum. *Aym. consil.* 103. *num.* 13.

Præterea licet appellatio sententiæ non esset
8 per testes probata; tamen quando etiam† quis tacite acquieuisset sententiæ, prout sumus in casu nostro, appellatio vnius non prodest alteri. *Imol. in l. si quis separatim. §. quod est rescriptum. colum.* 1. *in fin. vers. si autem alter tantum. de appellat. Lanfranc. decis.* 460.

9 Dicitur autem † tacite approbare, qui non appellat intra tempus debitum, quando ignorat consortem appellasse; quia tunc non potest dici, quod non appellauit, ex eo quia consensus fuit de appellatione consortis, ex quo illā igno-
10 rauit intra tempus datum † ad appellandum, 1 ideo tunc videtur non appellando, tacite acquiescere; secus si sciuisset intra tempus datum ad appellandum consortem appellasse; quia tunc
11 potius præsumitur eum † non appellasse tāquam confisum de appellatione consortis. *Imol. in l. si quis separatim. §. quod est rescriptum. col.* 1. *in fin. vers. si autem alter tantum. de appellat.*

Ex quibus colligitur requiri, quod iste sciue-
12 rit eius consocium appellasse; Quia † non videtur posse gaudere appellatione, quam ignorat interponi. *Felin. in c. cum super. col.* 2. *vers. septimo quando illud. nu.* 9. *de re iudic. Franc. in d. c. vna sententia. vers. octauo requiritur. de appellat. & ibi Abb. nu.* 4. *in* 8. *requisito.* De ista autem scientia non constat ex actis: Immo neque fuit deductum, nedum articulatum non appellantes habuisse scientiam appellationis cōsortis intra tempus datum ad appellandum: Vnde non mirum, si non debent gaudere appellatione, quam ignorarunt, & per consequens non prodierit victoria sententiæ latæ in causa appellationis ad fauorem vnius appellantis, illis, qui non appellarunt; neque nocebit alijs, contra quos non fuit appellatum.

E P I T O M E.

Inhibitiones, & alia quæ conceduntur per Auditores, vt Iudices delegatos Apostolicos, an debeant expediri sub sigillo Prætoris, prout expediuntur vigore constitutionis in causis per Rotam distributis.

S V M M A R I V M.

1 *Sigillum Prætoris requiritur in inhibitionibus quæ conceduntur in causis per Rotam distributis.*

2 *Secus in causis delegatis, & de ratione n.* 3. *& ita seruatur in Camera Apostolica num.* 4.

3 *Iudex delegatus eligit notarium in causa delegata.*

Decisio CXLIIII.

Sigillum Prætoris Rotæ Marchiæ debet adhiberi in scripturis, seu inhibitionibus con cedendis per aliquem ex Auditoribus occasione appellationum ad eos interpositarum,
1 & aliorum † agendorum in causis coram eis vertentibus, vt in *constitutione fel. rec. Sixti quinti super facultatibus deputandi notarios tribunalis d. Rotæ §.* 5. *in fine*; Horum occasione dicebatur prædicta seruanda esse in omnibus causis, vt videtur disponere d. constitutio. Ex quo enim Prætor eiusdem Rotæ caput est, illi præest, & alios Coadiutores antecellit, iustum videtur, quod in prouisionibus emanandis fiat expeditio sub eius sigillo, & pro dicti tribunalis capite ab omnibus recognoscatur.

Contrarium tamen in multis casibus seruatū
2 fuit, & præsertim in causis † delegatis, in quibus huiusmodi obseruantia non est sine ratione, pront in specie dicit *Granut. theor.* 21. *n.* 11. vbi facit mentionē de simili dubio in Camera Apostolica moto circa prouisiones expediendas per Reuerendissimos Dominos Cameræ prædictæ Clericos, quod deberent emanare sub sigillo & nomine Illustrissimi Camerarij, tamquam eius, qui præest, & caput est illius Tribunalis,
3 quæ omnia dicit esse intelligenda in † causis per Cameram commissis, seu distributis; in quibus Clerici tanquam habentes iurisdictionem, & fomentum à Camera, iustum est etiam, quod in eis recognoscatur caput d. Tribunalis; cum Clericus nomine Cameræ dictas causas cognoscat; Prout etiam dicit esse in causis per signaturam Sanctissimi confirmatis in personam illius Clerici, cui iam commissa erat per Cameram; cum ideo inter eos causæ distribuantur, ne generetur confusio; præsertim cum tota Camera non possit vacare processui vniuscuiusque causæ. Secus autem est in causis mere per signaturam
4 alicui Clerico delegatis, in quibus cum † non recipiat fomentum, seu iurisdictionem à Camera, sed efficiatur Index delegatus; non est dicendū quod sit habēda ratio eius, qui præest tribunali, à quo in hoc casu nullā habet potestatē; & ita secundum præfatam distinctionem dicit seruari *Granut. d. theor.* 21. *in fin.* Et iuxta prædicta poterat etiam dici in casu, de quo agebamus, quod obseruantia adhibendi sigillum Prætoris solum in causis ordinarijs, & non delegatis possit de iure subsistere; in illis enim habet particularem iurisdictionē; Vnde videmus quod
5 ad Iudicem delegatum spectat † electio notarij in causa delegata. *Franc. in c. statutum. §. notarium. in princ. de rescrip. in* 6. Licet in hoc ex priuilegio Notarij huiusmodi tribunalis debeāt habere etiam dictas causas, vt in *constitutione notariatus. §.* 5. quæ loquitur in omnibus, & singulis causis, litibus, & controuersijs coram ipsis Auditoribus pro tempore actitandis. Vnde ob huiusmodi verborum generalitatem omnes causæ videntur comprehensæ.

AD-

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Dictio alijs designat etiam diuersa, & maiora expressis, quando ei adiungitur terminus vniuersalis.*
2 *Sigillum alienum quando possit adhiberi. n. 3. 4. & 5.*
6 *Subscriptio, & sigillum eandem probationem faciunt.*
7 *Sigillũ Auditoris Rotæ in inhibitionibus, & similibus habet vim decreti sine subscriptione.*
8 *Sigilla habentium iurisdictionem fidem faciũt.*
9 *Sigillum cum subscriptione probat etiam in grauibus.*
10 *Probatio sigilli qualis sit remissiue.*

¶ N. 5. *in fin. verb.* videntur comprehensæ.

l. potest. de verb. significat. Mandos. reg. 16. q. 44. & in tract. de commiss. form. 13. q. 12. præsertim
1 stante dictione alijs, † cui quando adijcitur
terminus vniuersalis, non designantur solum similia, sed diuersa, complectendo generalitatem & vniuersitatem, ac maiora expressis. *clem. 1. in princ. de re iudic.* Includendo causas criminales, spirituales, & iudices tam arbitros, quam arbitratores, ordinarios, & delegatos. *Mandos. reg. 27. q. 4. n. 5. 8. & per tot.*

Et ita etiam ob eandem rationem poterat dici sigillum Prætoris esse apponendum in omni-
2 bus causis tam ordinarijs, quam delegatis, † vt
ad vnguem constitutio seruaretur ob sui generalitatem; Quod tanquam modici præiudicij non fuit admissum, adhibendo sigillum alterius ex Collegis, cum etiam non sit prohibitum vti sigillo alieno. *§. possunt. inst. de testam. l. ad testium. 22. §. si quis ex testibus. ff. qui testam. fa-*
3 *cer. poss.* † Irant neque sit necesse exprimere,
quod sigillum alienum fuerit impressum de volunrare sigillantis, quia probat, ac si fuisset impressum sigillo proprio. *Boer. decis. 240. n. 3. Gabr. de præsump. conclus. 4. n. 15. in fin. vers. con-*
4 *trarium.* † Quamuis in præiudicialibus pro-
prium sigillum esset adhibendum. *Felin. in c. 3. n. 35. col. penult. vers. secundo intellige conclusionem. de fid. instrum. post Bal. in c. inter dilectos.*
5 *n. 15. eod. tit.* † Prout etiam quando daretur pro
forma impressio proprij sigilli, quæ erit præcise seruanda. *Dec. cons. 11. n. 9.* & in specie de sigillo ita concludit *Rebuff. de nominat. q. 10. n. 42. & 43. cum seq.*

Quibus adde, quod in istis inhibitionibus vltra sigillum apponebatur etiam subscriptio Iu-
6 dicis causæ, † quæ tamen non erat necessaria,
cum subscriptio, & sigillum impressum de voluntate domini pari passu ambulent, & eandẽ probationem faciant. *Rom. cons. 303. in fin. Me-*
7 *noch. præsump. 57. n. 33. lib. 2.* † Ideo in Rota Ro-
mana sigillum Auditoris, quod apponitur in huiusmodi litteris inhibitorijs, & similibus actibus habet vim decreti, quamuis nulla adsit subscriptio. *Gabr. de præsump. concl. 4. n. 26. Put. decis.*
8 *355. n. 4. lib. 3.* † Cum enim sint sigilla habentium
iurisdictionem, fidem faciunt. *Aym. cons. 46. n. 5. post Innoc. in c. 2. de fid. instrum.* Regulariter autem sigillum cum subscriptione probat in cõ-
9 cernentibus officium iudicis, † etiam in graui-
bus. *Bar. in l. si qua per calumniam. C. de episc. & cleric. Couarr. pract. quæst. c. 22. in fin. Menoch. de arbitr. casu 113.* Et multa quo ad proba-
10 tionem, quæ fit per sigillum, † idem *Menoch.*
præsump. 57. lib. 2. Masc. conclus. 1302.

EPITOME.

Sententia nulla tamquam lata die feriata in honorem Dei, & pendente dilatione, & ex defectu iurisdictionis, & aliarum nullitatum, quando possit confirmari in causa appellationis.

SVMMARIVM.

1 *Dies Lunæ Sancti est feriata in honorem Dei.*
2 *Sententia lata die feriato est nulla. Amplia vt num. 5. 6. & 7.*
3 *Feriæ non perimunt iurisdictionem Iudicis, sed impediunt exercitium. & n. 4.*
8 *Sententia lata die feriato potest in causa appellationis confirmari. Intellige vt n. 9.*
10 *Nullitas sentẽtiæ si cessat, potest illa confirmari.*
11 *Statutum & consuetudo tollens ferias in honorem Dei valet. Intellige vt n. 12.*
13 *Vtilitas publica non debet præferri diuinæ maiestati.*
14 *Statutũ derogans ferias, nõ intelligitur de ferijs ad honorem Dei, coronationis, & creationis.*
15 *Causa gabellarum est criminalis.*
16 *Feriatis diebus quando procedendum sit in causis, & fiat executio. n. 17.*
18 *Sententiæ non feruntur per Iudices per mensem ante discessum, & n. 20.*
19 *Iudex est potissima pars iudicij.*
21 *Dispositio ampliatur vbi non est ratio restrictionis.*
22 *Scriptura ad quam fit relatio, debet produci. Intellige vt n. 24.*
23 *Dictio, prout, stat limitatiue. Intellige vt n. 25.*
26 *Sententia nulla defectu iurisdictionis potest cõfirmari, & n. 27. Intellige vt n. 28. & 29.*
30 *Registri omissio reddit sententiam nullam, & pereutit defectum citationis. n. 31.*
32 *Defensio nemini deneganda.*
33 *Iudex probibitus sententiam ferre non dato registro, an excusetur si pars illum non petijt.*
34 *Variatio permittitur ante acquisitum ius parti.*
35 *Relatione pendente iurisdictio referentis est finita. & n. 36.*
37 *Dilatione pendente officium Iudicis conquiescit, & factum dicto tempore est nullum. n. 38. & 40. Amplia vt n. 39.*
41 *Feriatis diebus est probibitum exercitium quarumcumque causarum. Fallit vt nu. 42.*
43 *Iudex procedendo in interlocutoria non attentat, donec sit inhibitus. Fallit vt n. 44.*

45 *Renunciatur appellationi, si post eam pars comparuerit coram Iudice à quo. Fallit vt numero 46.*

47 *Protestatio contraria facto quando operetur.*

48 *Iudex ad quem, potest de attentatis cognoscere per viam nullitatis, si fuerit renunciatum appellationi.*

Decisio CXLIV.

COnclusum fuit pro nullitate sententiæ
latæ ad fauorem D.Petri Pauli de Cæsa-
ris,contra D.Pompeium Gaucium Ga-
bellarium: & prima nullitas erat,Quia D. Iudex
à quo protulit sententiam in die lunæ Sancti,quę
1 est feriata, tam ex forma constitutionis † Mar-
chiæ *lib. 2. cap. 16.* quam iuris communis. *cap.
conquestus. de fer. l. quadraginta. eod. tit.* & sic
sententia, & processus factus tempore feriato
2 in honorem Dei est nullus, quamuis † interue-
nerit vtriusque partis consensus, & etiam quod
essemus in causis spititualibus. *Nauarr. in cap.
cum contingat. de rescript. causa. 12. nullitatis,
& in summa. cap. 13. num. 3. in fin.* [Licet
3 enim tempore feriarum iurisdictio Iudicis† non
sit perempta, sed penes eum remaneat. *Anch.
cons. 201. col. 1. sub n.3.* Tamen Iudex non ha-
bet exercitium in iurisdictione contentiosa, &
4 sic sententia † eius erit nulla, tamquam data
ab eo, qui carebat exercitio, ita vt nec possit
consensus partium hoc facere, quod fingatur re-
tro exercitium habuisse. *Bal.in l.cum antea. col.
3. n.8. vers. & considera.* C.*de arbitr.* Ita vt de-
fectu potestatis non valeat, quod factum erit
dicto tempore. *Vant. de nullit. ex defect. iurisd.
n.130. Lanfranc. decis. 253. in verb. sententia
nulla.* subdens eam non posse confirmari per
5 partes, † aut ratificari tacite, vel expresse, quia
talis nullitas pronenit ex defectu iurisdictionis,
& nullitatis substantialis euius suppletio, & con-
firmatio in voluntate ratificantis non est, etiam
6 quod simus in ferijs † ob necessitates hominú.
*Bald. in d. l. cum antea. num.8. C. de arbitr. &
in l.si feriatis. colum.1. vers.extra quaro. de fer.
Lanfranc.decis.253.* & etiam quod appelletur à
7 d. sententia lata die feriata, non enim † per hoc
censetur illam conualidare appellans. *Bald. in
d.l. cum antea. col.3. vers. vlterius sciendum est.
Felin.in cap. significasti. col.2. num.7. vers. tene
menti. de foro compet.*

Non obstat quod sententia lata die feriata in
causa appellationis possit confirmari, si feratur
8 die iuridica, quia cessat causa † nullitatis primæ
sententiæ, vt in specie concludit *Alex.cons. 53.
quaritur an stante. colum. 1.num.2. & col.4.nu.
17. lib.5. Bart. & Imol.in l.si expressim. de appel-
lat. Ruin.cons.32.n.2. lib.5.*

Quia respondetur, quod aut defectus, & vi-
tium tantum fuerunt circa sententiam, vt quia
lata die feriata, omnia tamen acta sunt legiti-
me facta; tunc poterit noua sententia ferri ex
antiquis actis. Aut acta in totum, vel pro parte
9 † non tenebant, prout est casus noster ob multas
nullitates, de quibus in processu, quæ etiam infra
deducentur, & tunc ex antiquis actis non potest
valida sententia ferri; cum enim non cesset cau-
sa nullitatis, neque sit defectus circa sententiã,
sed circa reliquum processum, non mirum, si d.
sententia nulla nõ possit confirmari; licet posset
hoc fieri si de nono interueniret solemnis cogni-
tio, quæ primo non interuenerat, & per quod
prima sententia erat nulla. *Specul.in tit.de sen-
ten. & qua ipsam sequuntur. § iuxta. col. pen.
n.26. vers. sed si causa de nouo. & ibi Io. Andr.
in verb. concors. Anchar. in clem.1. colum. 3. in
princ. sub n. 7. de re iudic.* & ita distinguendo
concludit *Alex. cons.53.col.3.vers.si ergo. & col.
9. vers. confirmo. n.17. lib. 5.* subdens ita debe-
re intelligi *Doctor. in l. si expressim. de appellat.
Aym.cons.270.sub num.7. & cons. 140. num. 8.*
Regulare enim est, vt quando cessat causa nulli-
10 tatis primæ † sententiæ, semper illa possit con-
firmari, alias non. *Franc.in cap.si.q.41. col.25.
n.94. de appellat.*

Non obstat consuetudo Curiæ Maceratensis,
ob quam prætenditur huiusmodi causas diebus
feriatis posse expediri: Vnde non videbatur ob-
stare ista nullitas, cum valeat consuetudo, & sta
11 tutum per quod tollnntur † feriæ in honorem
Dei. *Bal.in l.quadraginta. C.de fer. Alex. cons.
53.quaritur. col.1. n.3.lib.5.*

Quia omisso, quod dicta consuetudo non est
probata, vt requiritur. Respondetur tune va-
lere statutum derogatorium feriarum, si fiat ex
12 causa † legitima. *Bart. de represal. q.9. princi-
pali. q. 4.* Quæ causa hic non potest deduci: &
quatenus priuatum commodum posset conside-
rari, inconueniens esset, vt postposita diuina
reuerentia illud præferretur. Immo lex habet
pro absurdo, vt ne dum priuata, sed publica vti-
13 litas anteponatur † diuinæ maiestati, & reueren
tiæ. *l. dies festos. & l. omnes. C. de fer. Alex.d.
cons.53.col.2.n.10. vers. quia respondeo. vsque
ad num.14.* vbi etiam concludit, quod statutum
generaliter disponens contrarium, non debet
14 intelligi † de ferijs in honorem Dei, ne sequatur
d. absurdum. Prout neque de ferijs coronatio-
nis, & creationis Pontificis intelligitur deroga-
tio generalis feriarum. *Mandos. in tract. com-
mis. 13. vers. primus erit. & vers. quod prima
clausula.*

15 Non obstat quod causa gabellarum † sit cri-
minalis. *Bertazz. consil.110.* Vnde peterat ex-
pediri diebus feriatis, vt in constitutione Mar-
chiæ. *cap. 20. lib. 6.* Qnia omisso, qnod etiam
per Iudicem à quo, fuit expedita causa ciuilis, vt
ex sententia apparet. Respondetur constitutio-
nem loqui in causis maleficiorum, quæ ipsis tem
poribus festiuis de iure communi permittun-
tur agitari; & clarum est de iure non esse proce-
dendum in huiusmodi causis, nisi necessitas, vel
16 pietas aliud suadeat † quæ non adest in casu no-
stro. *cap.fin.de fer. Nauarr. in c.cum contingat.
de rescript. caus. 12. nullitatis.* Et regulare est,
quod die feriata in honorem Dei non modo sen-
tentia ferri, quinimmo nulla potest fieri execu-
tio,

tio, etiam quod non interueniat causæ cogni-
17† tio, prout indistincte hanc esse communem
opinionem, & veritatem, dicit *Alex. cons. 53. n. 10. col. 2. lib. 5.* cum alijs per *Mand. commiss. 13. q. 15. Vant. de nullit. defectu iurisdict. n. 131.*

Secunda nullitas aderat, quia sententia fuit lata per Iudicem in ipso actu, vel per diem ante discessum ab officio: quo casu nullam habe-
18bat iurisdictionem, ex forma † litterarum Sacræ consultæ, in quibus mandatur, vt Iudices per mensem ante recessum non possint sententias proferre, neque ciuiles, neque criminales, mandando, vt Præsides Prouinciarum hoc diligentissime curent, prohibendo Iudicibus huiusmodi prolationes sententiarum ad euitandas nullitates actorum, quibus vult subiacere in casu contrauentionis: Vnde cum Iudex fit potissima
19pars iudicij, & eius Imperator, † & Dux. *Bal. in rubr. C. si à non comp. Iud. in fin.* non potest dici iudicatum ab eo, qui ius dicendi non habuit. *l. 2. in fin. ff. de pen. l. 1. §. hac autem verba. quod quis iur.* Ex quo enim omnis iurisdictio est penes Principem à quo fluit, & refluit, pront flumina ad mare. *Bald. in c. vnico. de pace iur. firm. §. ad hac. Alex. cons. 24. in princip. lib. 5.* & per Principem expresse fuerit prohibita omnis potestas, ex defectu iurisdictionis omnia corruent, etiam quod partes consentirent, tanquam facta contra huiusmodi prohibitionem. *Anchar cons. 271. de titulis. colum. fin. vers. constat enim. Alex. cons. 77. visis dubitationibus. in princip. lib. 3. Vant. de nullit. defectu iurisdict. num. 121. & 122.*

Non obstat quod dictæ literæ intelligantur de Iudicibus recedentibus ab officio vna cum Gubernatore generali; quia alias sequeretur absurdú, quod si ex improuiso remoueretur Iudex, sententiæ per eum latæ in illo mense discessus
20essent † nullæ, quod non est dicendum. *l. nam absurdum. de bon. libe Cephal. consil. 210. num. 12. lib. 2.* Verba enim quantumcunque generalia debent restringi ne absurdum sequatur. *glos. in clemen. litteras. de rescript. Aym. consil. 86. numero 8.*

Quia respondetur, quod dictę litteræ comprehendunt casum nostrum, cum generaliter loquantur prohibendo prolationes sententiarum per mensem ante discessum quibuscunque Iudicibus recessuris: Vnde non sunt restringendæ. *l. de pretio. de publ. in rem actio.* cum nulla hic
21adsit ratio restrictionis, quo casu potius† dispositio ampliatur. *Bald. cons. 48. quia verba. lib. 4. Aym. cons. 85. num. 13. & 14.* Neque discessus, de quo agimus fuit ex improuiso, sed notus tam ipsi Iudici destinato per multos dies ante ad nouum officium, quam alijs; vnde absurdum cessat. Immo sententia fuit lata postquam huiusmodi litteræ fuerunt deductæ in notitiam ipsi Iudici, & protestatum ne deueniretur ad eam stante discessu contra tot legitimas reclamationes, & itinere præparato ad discedendum, pront postea per modicum tempus secutum fuit.

Minus obstat, quod d. litteræ referant se ad alias, de quibus in actis non constat: Vnde non debent probare, nisi appareat de scriptu-
22ra † relata. *auth. si quis in aliquo. C. de edendo. Socin. cons. 266. col. colum. 1. vers. nec obstat. lib. 2.* Maxime cum adsint verba, prout,
23quæ stant limitatiue, † & conditionaliter. *Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verb. prout. Felin. in c. 2. num. 10. col. 5. de rescript. Dec. cons. 362. num. 1.*

Quia respondetur, quod ex quo in istis litteris narratur tenor aliarum, etiam quod aliunde dispositio nascatur, & fundamentum habeat, sufficit illius narratiua quando est clara, vt est
24hic sine † exhibitione principalis, & sumus in eo, qui habet facultaté disponendi. *Alex. in l. secundum. 30. de verb. oblgat. col. 2. num. 9.* & communem omnium sententiam dicit *Gallesi. ad form. Camer. oblig. p. 3. tit. de præambulis ipsius processus. versic. amplius nota.* Neque obstant verba, prout: quia quando præcessit
25certa dispositio, dictio, prout, stat † causatiue, non conditionaliter, & exponitur prout, idest quia apparet. *Bart. in l. eum qui. §. Iulianus. de constit. pecun. Natt. cons. 40. in fin. Aret. cons. 76. Decian. cons. 58. nu. 61. lib. 2. Menoch. cons. 791. n. 32. lib. 4.*

Non obstat quod sententia nulla ex defectu iu-
26risdictionis † possit confirmari. *Alex. cons. 111. viso themate suprascripto. in princip. lib. 5. Vant. in fin. tract. nullitatum. n. 132.* Quia omisso quiequid sit de veritate huius opinionis, quæ
27habet multos contradictores, † vt per *Rom. consil. 307. n. 3. Aym. cons. 270. ad fin. vers. pro hoc adduco. Ferret. cons. 336. lib. 2. Paris. cons. 107. n. 8. in fin. lib. 4.* Respondetur satis esse, quod in casu, de quo agimus per partes hinc inde fuit concorditer actum, & dubium acceptatum, vt prius super nullitate pronunciaretur, quam super facto principali. Tunc enim à iuris dispositione recessum est, prout videmus idem fieri, quando
28per † commissionem mandatur, vt prius super nullitate pronuncietur. *Put. decis. 60. lib. 3. Granut. theor. 17. num. 18. vers. limita secundo.* vbi etiam *sub n. 20. post med.* subdit non posse confirmari, quando agitur principaliter de nullita-
29te; ne † scilicet faciat numerum, hoc est ne pro vna in concursu trium conformium habeatur; & ibi testatur non consuetum fieri per Rotam, cum esset contra ius litigatoris; & ita dicit declarandum esse *Alex. cons. 181. nu. 15. lib. 6. & consil. 73. nu. 11. eod. lib. & cons. 53. n. 1. lib. 5.* vbi voluit, quod nedum Iudex enram quo petitur sententiam declarari nullam, possit eam confirmare, sed etiam ille pro quo esset lata sententia vellet eam fateri nullam, & illam peteret reformari ex eisdem actis, quod potest facere Iudex omissa causa nullitatis.

30 Tertia nullitas fuit † omissio registri contra formam *constitutionis Marchiæ. cap. 23. lib. 5.* vbi disponitur, quod Iudices non proferant aliquam sententiam, etiam criminalem, nisi prius confecto registro, & dato vtrique parti cum termino statuendo arbitrio Iudicis, sub pœna

cx-

excommunicationis, ſupenſionis officij, & nulli-
tatis ſententiæ, de qua nullitate ante omnia de-
beat diſcuti, & illa terminari. Vnde cnm ex pro-
ceſſu appareat de nimia celeritate expeditionis
huiuſmodi cauſæ, denegato regiſtro pluries, &
pluries petito; ſatis ex hoc colligitur manife-
ſta nullitas, quæ reſpicit defenſionem partis; Vn-
31 de percutit defectum † citationis. *Rota Diuerſ.*
deciſ. 105. p. 1. & ſic defectus, & nullitas inde
proueniens inter alias eſt potentiſſima. & ſupple
ri non poteſt. *Anchar. conſ. 167. viſis diligenter.*
col. 1. Dec. conſ. 603. viſo puncto. n. 11. Fel. in c. cum
olim. col. 9. de re iudic. cum defenſio nemini ſit
32 deneganda, quocunque † tempore per reum po-
ſtuletur. *l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæſt.* etiã
quod quis habeat liberam, & abſolutam pote-
ſtatem. *Alex. conſ. 65. habita. col. 1. lib. 1.* cum
illam tollere, omni æquitati, iuri naturali, ac di-
uino repugnet. *Doctor. in clem. ſape. de verb. ſign.*
Bartol. in extrauag. ad reprimendum. in verb.
figura.

Non obſtat quod fuerit petita expeditio cau-
ſæ per Gabellarium, nulla facta mentione regi-
ſtri. Qnia cum verba dirigantur ad iudicem, vt
ſcilicet ſine regiſtro ſententiam non proferat, &
33 per ſimilia † verba prohibitoria, non per hoc ex-
cuſabitur à nullitate: Maxime quando vlterius
proceſſnm eſt per ſtatuentes ad actus nullitatem,
prout in conſtitutione, de qua agimus. *gloſſ. in*
clem. 1. in verb. inhibentes. de iur. patr. Alexan.
conſ. 77. viſis dubitationibus. col. 1. lib. 3. Vant. de
nullit. defect. iuriſd. n. 122.

Præterea, licet pars petijſſet cauſæ expeditio-
nem; tamen ſtatim antequam illa fuiſſet intima-
ta alteri parti, prout iudex mandauerat fieri,
quando fuit de prædictis requiſitus, receſſit à di
cta petitione; & antequam eſſet acquiſitum ius
parti, pænituit petendo regiſtrum, vt poſſet ſe
34 defendere, quo caſu variatio † poterat fieri tan-
quam non ſecuto effectu. *Hoſtien. in c. cum in*
multis. de reſcript. in 6. Ioan. Andr. in cap. gra-
tia. eodem tit. Rom. conſ. 329. num. 5. Maxime
cum publicatio proceſſus fuerit facta inſcio ipſo
Gabellario, ad cuius notitiam cum poſtea perue
niſſet, non mirum, ſi illius copiam petijt ſtatim
reuocando expeditionem petitam.

Quarta nullitas fuit ex pendentia relationis
petitæ per Sacram Conſultam, vt in eius literis
ſub prima Martij. 1595. Qua relatione ſtante
non erat procedendum in cauſa, cum eſſet fini-
35 ta iuriſdictio referentis; & ſic omnia † erunt nul-
la. *c. licet. de offic. deleg.* ita vt neque requiratur
appellatio. *Franc. in c. intimaſti. nu. 10. verſ. tu*
aduerte. de appellat. Lancellot. de attentat. relat.
pend. num. 9.

Non obſtat quod in literis non mandetur ſu-
perſederi in cauſa; Vnde iudex potuit vlterins
procedere. Quia ſatis eſt, qnod petatur relatio,
cum in conſequentiam hoc intelligatur, alioquin
nihil operarentur dictæ literæ, cũ aliud poſſit po
ſtea diſponi per Principem, & aliud forſan per
iudicem reſolui: Maxime quia ad illius iuriſdi-
ctionem ſuſpendendam appellatio, recuſatio, &
36 relatio æquiparentur, † vt colligitur ex *rubr. de*
appellat. Vant. de nullitas. defectu iuriſdictionis.
num. 143.

Quinta nullitas aderat, quia ſententia fuit la-
ta pendente dilatione conceſſa per iudicem
vtrique parti ad opponendum contra proceſſum
ab ipſo publicatum: quod valde abſurdum fuit.
Nam non ſatis fuit dare tempus breuiſſimum,
videlicet duorum dierum tantum ad opponen-
dum contra proceſſum prolixum, & tot teſtes
examinatos, quod etiam voluit infra dictum
breue tempus cauſam expedire contra partem
iuſte proteſtantem, & dictæ dilationis inſciam,
& factam ipſo abſente. Vnde cum illa pendente,
37 † officinm iuſdicentis conquieſcat. *l. ſiue pars. C.*
de dilat. Franc. in cap. ſignificante. num. 15. de
appellat. Sententia, & omnia ſubſecuta erunt ipſo
38 iure nulla † *Rota deciſ. 37. num. 2. de appellat. in*
antiq. Pariſ. conſ. 106. num. 14. lib. 4. Vant. de
nullit. defect. iuriſdict. num. 157. Itaut neque de
39 partium conſenſu ratificari valeat. † *Bald. in di-*
cta l. ſiue pars. Lancellot. de attent. dilat. pend.
numero 5.

Neque obſtat quod Gabellarins dicta dilatio-
ne pendente petierit cauſæ expeditionem, & ſic
videtur ei renunciare; quo caſu acta non dicun-
tur nnlla, cum iudex videatur procedere de con-
ſenſu partium. *Gabr. de dilat. concl. 1. num. 15.*
& 16. Quia non conſtat de renunciatione, cum
vt dictum eſt, antequam fuiſſet intimata petita
expeditio cauſæ, prout iudex decreuerat, ſtatim
pars reuocauit petitam expeditionem, petendo
regiſtrum, vt ſe defenderet; quod potuit facere
antequam ius eſſet parti quæſitum. *Roman. cõ-*
ſil. 329. num. 5. Vnde res redierat ad primum
ſtatum dilationis: Maxime quia dilatio erat da-
ta etiam Fiſco, & alijs litigantibus; Vnde per
per iſtos etiã debebat renunciari dilationi: quod
cum non appareat factnm reſpectu Fiſci, non
poteſt negari quin dilatio debeat operari effe-
ctum ſuum; & ſic iuriſdictio iudicis eſſet in ſu-
40 ſpenſo. Vnde omnia acta † ſunt nulla. *Franc. in*
cap. ſignificante. num. 15. de appellat. cum alijs
per *Gabr. de dilat. concl. 1. in princ.* & ſunt nulla
ex defectu inriſdictionis, vt in dilatione conclu-
dit *Bald. in l. cum antea. col. 3. n. 8. C. de arbitr.*

Sexta nullitas aderat ex toto fere proceſſu, &
ex omnibus actis in huiuſmodi cauſa factis. Et
ommiſſis examinibus teſtium, & inramentis ab
illis præſtitis in diebus feſtiuis, & alijs multis,
ſufficiat decretum D. Iudicis à quo, ſub die 20.
Febrnarij, de reſtituendo dictas merces reis cõ-
uentis per Gabellarium, qui cum appellaſſet ad
Sanctiſſimum D. N. non ſolum non fuit admiſ-
ſus; ſed iudex nimis propere in die Cathedræ
S. Petri, 22. Februarij iterum decretauit, quod
dictæ merces remouerentur de Dogana, & con-
ducerentur in apotheca fideiuſſoris, & æſtima-
toris dictarum mercium, à quibus erat abſtinen-
41 dum ob reuerentiam tam † ſolemnis feſtiuitatis,
prout etiam vltra ius commune diſponitur in
conſtitutione Marchia. c. 23. lib. 6. vbi prohibetur
iudicibus, notarijs, procuratoribus, & aduoca-

tis

tis exercitium quarumcunque causatum etiam criminalium, & alicuius actus iudicialis, vel extra, etiam voluntariæ iurisdictionis in dicta dic sub pœna excommunicationis, & nullitatis actorum, vltra alias pœnas, præterquam † pro carcerato, vbi immineret in mora, vitæ seu personæ periculum, & necessitas; quæ quidem in casu de quo agimus non aderant, neque adesse poterant: Vnde omnia prædicta fuerunt nulla, tanquam facta per eum, qui carebat exercitio iurisdictionis tempore feriato. *Bald. in l.cum antea. col. 3. num. 8. C. de arbitr. Lanfranc. decis.* 253. *in verb. sententia nulla*. [Maxime quia stante appellatione prædicta, omnia sunt attentata; licet enim essemus in mera interlocutoria, in qua iudex procedendo † non attentat, donec sit inhibitus, *cap. non solum. de appellat. in 6.* Tamen fallit quando veritas causæ in appellatione expressæ fuerit probata per appellantem; & sic iustificata appellatione, prout est casus noster; cũ etiam sufficeret † probationem oblatam, nedum actualiter probatam. *Lancellot. de attent. appellat. pend. cap. 12. limit. 1. nu. 31. vsque ad nu. 45.* Vltra quod posset etiam dici nos esse in interlocutoria vim diffinitiuæ habente, quo casu dicitur attentatum. *Matthes. sing. 39. cum alijs per Lancellot. ibidem d.lim. 1. n. 51.*

42 (4)
43
44

Neque obstat, quod per comparitionem coram iudice à quo, factam per Gabellarios † post appellationem fuerit renunciatum appellationi, *cap. gratum. de offic. deleg.* [Quia respondetur illos redijsse cum protestatione, quod non intendunt renunciare appellationi per eos interpositæ; Vnde ipsa protestatio iuuabit, & poterunt † appellantes vtrumque facere. *Neguſ. de pignor. 4. p. num. 39. concl. 13. vers. Intellige tamen. post Alex. consil. 130. vol. 4. col. pen. vers. quia respondeo. n. 13. vbi in fin. sub n. 17.* dat rationẽ, quia protestatio contraria facto tunc non iuuat, quando ordinatur ad tollẽdũ factũ, sed si ordinaretur ad tollendũ mentẽ à facto, tunc † bene operatur. *Iaf. in l. 2. vers. numquid autẽ pendente iudicio. C. de iur. emphyt. Gabr. de appell. concl. 2. n. 24. lim. 10.*

45
46
47

Immo etiam quod redijssent sine protestatione, & sic diceretur renunciatum appellationi: Tamen iudex ad quem posset de attentatis post † appellationem cognoscere per viam nullitatis. *Io. Andr. & Imol. in c. cum venissent, de eo, qui mitt. in possess. Lanfranc. dec. 385.*

48

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Magistratus vetus quando possit ius dicere ante aduentum successoris, & cogatur expedire causas coram ipsis ceptas. n. 2. 3. & 4.*

5 *Mortuo Domino Maioratus an expiret iurisdictio iudicis per eum deputati, vel duret vsq. ad aduentum noui magistratus.*

6 *Iniustitia maior non est nullitate.*

7 *Sententia nulla an debeat sperni, quando cõstat de bono iure partis, & quomodo iudex hoc casu debeat iudicare. numer. 8. & 9.*

10 *Iudex, & alius, qui tenetur ad aliquid faciendum sub pœna, illam non incurrit, nisi requisitus. num. 11.*

12 *Variatio permittitur sine damno, & incommodo alterius.*

13 *Patronus laicus quando possit variare.*

14 *Variatio dicitur odiosa.*

15 *Dilatio, vt possit reuocari à Iudice requiritur expressa reuocatio, nec sufficit tacita.*

16 *Procurator an possit præiudicare domino, redeũdo coram iudice à quo, post appellationem. & numer. 17.*

¶ N. 21. *post verb.* secutum fuit.

Quidquid aliàs cessante huiusmodi prohibitione
1 de iure communi, † vetus magistratus possit ius dicere per duos dies, antequam successor prouinciarum ingrediatur. *§. fin.* & ibi *gloss. in verb. dies. authen. de administrator. l. meminisse. de offic. Proconf.* † Immo ab eo gesta indifferenter erunt valida, antequam sciat successorem aduenire. *l. si forte. de offic. præsid. Guid. Pap. quæst. 501.* Intelligendo in iurisdictione ordinaria, secus delegata, † quam si quis habeat cum temporis præfinitione, non poterit illam exercere post tempus, quamuis successor non aduenerit. *Bald. in dicta l. meminisse. in 1. lectur. ad fin. vers. extra quaro. de off. proconf.* † Cum in alijs iudices à primo Præside dati durent in tempus successoris, à quo poterunt cogi ad expediendum causas coram ipsis ceptas post litis contestationem. *l. venditor. 49. & ibi glos. in verb. & cogi. ff. de iudic. Eant. de nullit. defect. iurisdict. ordin. num. 113.* † Itaut etiam mortuo domino maioratus possit eius iudex, & vicarius exercere iurisdictionem vsque in aduentum successoris: Nisi vniuersitas ex consuetudine, aut priuilegio haberet iurisdictionem, quia tunc ad eam deuolueretur, & iurisdictio dicti Vicarij expiraret; quando tamen iurisdictio esset iure proprio, secus si solum per electionem, seu nominationem officialis, cum confirmatione facienda à possessore maioratus; tunc enim attenderetur iurisdictio confirmantis, quæ duraret in persona eiusdem Vicarij, vsque dum successor veniret, prout latè concordando opiniones post Roman. Montaluu. Auiles. Auendan. & alios per eum allegatos concludit *Ludouic. Molin. de Hispanorum primogenitur. lib. 1. cap. 25. num. 4. vsque ad num. 11.*

2
3
4
5

¶ N. 29. *post verb.* causa nullitatis.

Et quidẽ iudex debet aduertere ad huiusmodi nullitates, cum nulla maior iniustitia sit, quàm
6 † nullitas. *Aegid. decis. 343.* Itant iudex nulliter procedens dicatur spoliare. *Aym. consil. 140. nu. 3.* Et quamuis constet de bono iure in negotio principali, tamen non debent sperni nullitates
7 in præiudicium partium; † Ideo solent iudices pronunciare in eadem sententia super nullitate decla-

declarando nulliter iudicatũ à iudicem à quo, & ex capite iustitiæ sententiam confirmare. *Alexand. consil. 73. lib. 6. & consil. 81. lib. 7. Vant. de nullitat. cap. fin. num. 129. Achill. de Graff.*
8 *decis. 17. num. 2. de rescript.* † Immo esset noua nullitas, si opposita nullitate super ea non pronunciaretur. Caputaq. *decis.* 60. *p.* 1. *Put. decis.* 150. *libr.* 1. Et quod dicitur sententiam nullam esse confirmandam, si de illius iustitia constat: *Innocent. & Dec. in cap.* 1. *de confirm. vtil. vel*
9 *inutil.* † Intelligendum est parte non opponente. *Rota coram Card. Plato. Vercellan. pratensi spolij.* 1586. *& per R. P. D. Peni. Perusina nullitatis executionis.* 26. *Martij.* 1593. *& coram R. P. D. Litta. Esina restitutionis dotis.* 13. *Martij.* 1600.

¶ N. 33. *post verb.* defect. iurisd. n. 122.

Quidquid aliàs quando iudex arctaretur ad ali-
10 quid faciendum sub certa pœna, † in illam non incurreret, nisi fuisset requisitus. *Franc. in cap. cum ex ratione. in fin. de appellat. Cott. in memorab. in verb. statuto Mediolani. Surd. de-*
11 *cis.* 57. *Mandos. in inhibit. q.* 54. *num.* 3. † Quod etiam est in quocunque obligato ad aliquid faciendum. *Tiraqu. de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 10. *nu.* 109. Quamuis verba sint præcisa, & necessitatem inducant. *Butr. in cap. penult. de iud.* & multis similibus comprobat *R. sp. in l.* 4. *§. hoc autem iudicium. n.* 1. *de damn. inf. Surd. de alim. tit.* 7. *q.* 20. *nu.* 11. *vsque ad num.* 18. *Gonzal. ad reg.* 8. *cancell. glos.* 56. *n.* 48. *vsque ad n.* 109.

¶ N. 34. *post verb.* executionem petitam.

Et variatio permittitur, quando, prout in ca-
12 su nostro, fit sine damno, † & incommodo alterius. *Rol. cons.* 22. *nu.* 1. *lib.* 1. *Menoch. consil.* 62. *n.* 11. *Surd. de alim. tit.* 4. *q.* 4. *n.* 7. *Tiraqu.* qui multa adducit circa huiusmodi variationes, *in l. boues. §. hoc sermone. limit.* 1. *de verb. signific.*
13 † Ideò quando non est quæsitum ius præsentato ante institutionem canonicam, permittitur patrono laico variatio, cum saeus esset re integra; Itaut possit semel, & pluries, & toties quoties illi placuerit variare, dum tamen fiat intra quadrimestre. *clemen. plures. de iur. patron. Dec. in cap. quanto de iudic. Rocc. Nauarr. Calder. Bero.* & alij, de quibus *per Ceuall. q.* 693. *nu.* 5. vbi testatur magis communi, & vera opinione, & in praxi obseruata, quidquid contrarium sequatur *Guter. de iuram. confirm. p.* 3. *c.* 13. *nu.* 13. quasi
14 variatio sit odiosa, † & restringenda solum quo ad primam, non vlteriorem, *post Lamber. de iur. patron.* 2. *p.* 2. *lib. art.* 23. *q.* 7.

¶ N. 39. *in princ. post verb.* dilat. pend. n. 5.

Et licet possit iudex huiusmodi dilationem re-
15 uocare † *Bald. in d. l. siue pars. nu.* 1. *C. de dilat.* Tamen requiritur expressa reuocatio, quia aliàs non censeretur reuocata dilatio in prolatione sententiæ. *Rot. coram R. P. D. Brauo. Anconitan. terrarum.* 24. *Nouembris.* & *coram R. P. D. Iusto. Amerinen. hæreditatis.* 13. *Nouembris.* 1593.

¶ N. 45. *post verb.* e. gratum. de off. deleg.

Maxime quia sumus in principali, quidquid
16 aliud sit in procuratore, † qui redeundo coram iudice à quo, & petendo prorogationem, aut quid simile non potest præiudicare domino, neque censetur renunciasse appellationi, cum ista intelligantur solum, quo ad principalem.
17 Caputaq. *decis.* 29. *p.* 1. † Vbi etiam intelligit procedere, quando isti actus dilationis, seu prorogationis fiunt per iudicem sedentem pro tribunali. *l. à procedente. C. de dilat. Bart. in l. fin. col. vlt. ff. de seruit.*

EPITOME.

Iurisdictio data priuatiuè, quando adimat alijs cognitionem causarũ, tam in prima, quàm in vlteriori instantia.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio pertinet ad Rotam priuatiuè in tertia instantia.*
2 *Iurisdictio data priuatiuè adimit alijs cognitionem. Intellige, vt nu.* 3. 4. 5. *&* 6.
7 *Iurisdictio potest prorogari, fallit vt nu.* 8.
9 *Iudicem incompetentem qui adit, punitur. Intellige, vt n.* 10.
11 *Iurisdictio non prorogatur in appellatione. Intellige, vt nu.* 13. *&* 14.
12 *Appellatio debet esse gradatim, nec potest cognosci apud incompetentem.*
15 *Assessores funguntur officio magistratus impediti, dummodo non sit causa appellationis.*

Decisio CXLV.

Non potuit procedi coram D. Iudice, à quo tanquam incompetẽte in causa inter hæredes Floriani Sampsonis cum Bellardigia, & Ioanne Antonio de Gabrielis de anticis de Æsio: Vnde dictum fuit nulliter fuisse per eum iudicatum ad fauorem Bellardigiæ;
1 Quia sumus in tertia instantia, in qua † iurisdictio pertinet ad Rotam priuatiuè, quoad alios Iudices Prouinciæ Marchiæ, vt in *constitutione Rotali. cap.* 17. & vbi priuatiuè alicui datur iurisdictio, tunc de ea alius cognoscere, & se in-
2 tromittere † non potest. *glos. in l.* 1. *C. vbi, & apud quem. vbi Angel.* quem refert, & sequitur *Felin. in cap. pastoralis. col.* 2. *post med. versic. tertio limita. de offic. ordin. Rum. cons.* 7. *nu.* 7. *lib.* 4. *Menoch. de arbitr. Iudic. lib.* 1. *quæst.* 40. *num.* 2. [Et licet secundum aliquos non sufficiat sola taxatiua adhoc, vt excludatur iu-
3 risdictio † maioris magistratus. *Dec. consil.* 3. *nu.* 3. *col.* 2. *ad fin. Menoch. d. quæst.* 40. Tamen in casu, de quo agimus non est dubitandum, quia in tertia instantia conceditur cognitio solum ad Rotam;

Rotam; ita vt censeantur alij exclusi, prout in
constitutione rotali, in qua vltra dictionem pri-
4 uatiuè,† Summus Pontifex derogat priuilegijs,
& facultatibus aliorum magistratuum, ad effe-
ctum deuoluendi huiusmodi causas ad Rotam:
Vnde cum constet expressum esse in concessione,
quod Princeps voluit reseruare in dictis causis
iurisdictionem soli Rotæ, & ad illam deuoluere,
& alios priuare, tunc neque alij possunt se in-
5 tromittere. † *Capic. decis. 9. n. 14. & 15. Ludo-
uic. concl. 20. vers. quando autem. & vers. fallit
primo.* [Maxime stãte clausula annullatiua, quod
si secus fiat sit irritum, & inane, quæ adest in
bulla rotali: quo casu neque de consensu partium
6 poterit renunciari; ita vt acta † sint nulla, etiã
quod pars non alleget, & quamuis iustè proces-
sum sit. *glos. in cap. 3. in verb. processus. & in
cap. statutum. in princ. in verb. committantur.
de rescript. in 6. Felin. in cap. cæterum. volum.
11. ad med. n. 19. vers. secunda restrictio. eodem
tit. Capic.* qui loquitur in specie iurisdictionis. *d.
decis. 9. n. 17. & 18. Crescen. decis. 3. in fin. de
for. competen.*
7 Non obstat, quod fuerit prorogata † iurisdi-
ctio coram iudice à quo. prout potest fieri. *Card.
in c. p. g. de offic. deleg. Specul. in §. generaliter.
vers. & nota quatuor esse necessaria. de competen.
iud. adit. Bald. in l. si quis ex consensu. num. 8.
C. de Episc. aud.* Quia respondetur nos esse in iu-
risdictione solum, & limitate concessa Rotæ, &
8 omnimodo taxata; quo casu non datur † proro-
gatio de partium voluntate. *Bald. in l. testamen-
ta. in princ. vers. secundo nota. C. de testam. &
in l. certa ratione. nu. 4. C. quando prouoc. non
est necess. & in authen. habita. nu. 32. col. 3. C. ne
filius pro patre. Cardin. in c. p. g. quæst. 11. de
offic. delegat. Felin. in cap. pastoralis. col. 2. nu. 2.
de offic. ordin. in 2. limit. Dec. cons. 18. colum.
3. num. 15.* Immo etiam potest puniri, qui adit
9 iudicem incompetentem, & cadit † ab actione
sua. *Bald. in l. secundum. 32. in princ. C. de do-
natio. & ibi Barbat. in addit. Iaffr. decis. 229.*
[Licet secus sit in litigatore non perito, in quo
10 præsumitur error. † *Specul. in §. 1. vers. sed nū-
quid præsumitur de iud. comp. adit. Bald. in l. eos.
C. de appellat. in princ. col fin. Alex. cons. 12.
viso. col. 2. lib. 6.*
Præterea sumus in appellatione, in qua pro-
11 rogatur iurisdictio, † quia est mixti imperij, &
pertinet ad auctoritatem Superioris: Vnde etiã
vtraque parte consentiente non poterit cogno-
sci apud Iudices incompetentes. *Bald.* in specie,
*in §. hoc quod nos. in fin. in verb. secundum mo-
res ciuitatis. de pace constantia. Alexan. ad Bart.
in l. 2. de iudic. in verb. consensisse. Dec. in c. dile-
cti. il 3 de appellat. Felin. in c. p. g. colum. 3. nu-
mer. 7. vers. item nota. de offic. delegat.* vbi dat
12 rationem, quia † appellatio debet esse grada-
tim, ideò non potest cognosci apud iudicem in-
competentem. *Marant. p. 4. dist. 12. num. 22.
Gig. cons. 81. Francisc. Marc. decis. 639. num. 2.
p. 2.* [Licet etiam in causa appellationis habe-
ret locum prorogatio, quando essemus in iudi-
13 ce, qui posset adiri per viam † querelæ. *Franc.
Marc. decis. 419. p. 1. post Innoc. in cap. de cau-
sa. de offic. deleg. & Abb. in d. c. p. g. eodem tit.*
14 quamuis † propriè loquendo non dicatur vera
prorogatio, sed exceptionis omissio. *Francisc.
Marc. d. decis. 419. n. 10. p. 1.*
Vnde licet Consiliarij, & Assessores fungan-
tur partibus ipsius magistratus, quando est impe
ditus propter publicas occupationes, tamen in-
telligitur in causa principali, secus in causa ap-
15 pellationis, † in qua nullam habet iurisdictionem.
Bald. in auth. ad hæc. n. 1. in fin. C. de iud.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Clausula decreti irritantis ligat ignorãtes, si ap-ponatur à Papa, secus à Legato. nu. 2.*

¶ N. 3. *post verb.* Menoch, d. q. 40.

post *Bart. in l. viros spectabiles. C. de diuers. offic. lib. 12. Bal. cons. 233. n. 2. lib. 3. Gramm. cons. 2. num. 9. Rom. cons. 393.*

¶ N. 6. *in fin. post verb.* de for. compet.

Itaut dicta clausula decreti irritantis apposita
1 à Papa ad nullitatem actus † liget etiam ignorã-
tes. *Felin. in cap. cæterum, col. 10. ad med. versic.*
2 *tertia restrictio. num. 19. de rescript.* † Licet se-
cus esset, quando apponeretur à Legato. *Cassa-
dor. decis. 3. super regul. Caputaqu. decis. 1. in
fin. lib. 2.*

EPITOME.

Libri quando dicantur authentici, vt eis credatur. [Hæredes an conueniantur pro æquis portionibus. [Per solutionem partis debiti an compellatur quis ad soluendum reliquum.

SVMMARIVM.

1 *Libri quando dicantur authentici, vt illis fides adhibeatur.*
2 *Hæredes pro æquis portionibus debent conueniri. Amplia, vt nu. 6. & 7. Limita, vt nu. 8.*
3 *Hæres repræsentat personã defuncti pro ea parte, in qua est hæres.*
4 *Creditor non cogitur recipere particulares solutiones. Fallit, vt nu. 5.*
9 *Per solutionem partis debiti agnoscitur fides cautionis. Intellige, vt num. 10.*
11 *Soluens indebitè partem non cogitur ad residui solutionem.*
12 *Appellatio non permittitur post tres conformes.*

Decisio CXLVI.

EX libris productis per Iosephum, & Antonium Pellegrinum de Tolentino appa
ret Comitem Ioannem Mauritium esse
debi-

debitorem in diuersis partitis, & de credito nō dubitatur, cum sint libri authentici compagina-
1 ti, & habentes requisita † necessaria, ad hoc vt illis fides adhibeatur. *Decian. cons.* 100. *nu.* 16. *lib.*2. continent causam. *Roland. cons.* 42. *nu.*6. *lib.* 3. sunt de pertinentibus ad officium, seu exercitium, de quo tractatur. *Aretin. cons.* 33. *n.*1. *in fin. Rom. cons.* 204. *n.*3. *Aym. cons.* 3. *nu.*15. Maxime stante consuetudine, quæ probatur per testes, quod in d. Ciuitate creditur illorum libris. *Ceph. cons.* 374. *num.*53. *lib.* 3.

Secundo etiam constat de morte D. Comitis, & de aditione hæreditatis facta per D. Victoriā, & Isabellam Fanellam filias, & hæredes illius, & ex dispositionibus testium, de quibus in processu de partibus, fol.7. cum seq. tam super capitulis, quàm super interrogatorijs.

Tertio apparet etiam ex dictis libris, sub die 3. Octobris. 1593. & sub die 14. Iun. 1594. post obitum Comitis fuisse solutas summas pecuniarum ascendentes ad medietatem debiti, per manus Camilli Pauonij, & Petri Ferri ad computū illius, & de mandato D. Isabellæ vnius hæredis, & de pecunijs proprijs ipsius, vt ex depositione Camilli, & iuramenti in supplementum ipsius partis.

Quibus stantibus conclusum fuit recte actum extitisse pro altera medietate crediti contra D. Victoriam aliam hęredem D. Comitis; cum enim
2 sint duo hæredes, pro æquis † portionibus, & per vnam fuerit soluta medietas, ad aliud non tenetur, cum solum possit conueniri pro portionibus hæreditarijs, quia ipso iure est diuisa inter illos actio, & obligatio. *l.* 2. *C. de hared. action. l. in executione.*85. *in princ. versic. prima species. ff. de verborum obligat. Gomes. tom.* 2. *cap.*12. *de contract. tit. de indiuiduis. num.* 3. Vnde pro residuo debiti tenebitur Victoria altera hæres, cuius solutionem non poterit recusare, cum quilibet hæres repræsentet personam defuncti, pro
3 † parte, pro qua est hæres, nam in alia dicitur extraneus. *Bartol. post glos. in l.*2. *§. fin. colum. penult. versic. ad hoc respondet. nu.*3. *de prætor. stipulat. Gomes. d. tit. de indiuiduis. sub num.*3. *col.*4. *in princ.* vbi etiam subdit, quod licet creditor non cogatur recipere particulares solutio-
4 nes, † tamen intelligitur in principali debitore soluente, secus autem in hæredibus eius, quorum quilibet poterit soluere debitum pro sua
5 parte, & erit liberatus † inuito creditore: Et adeò tenetur pro sua parte solum, vt procedat, etiam si aliqnis eorum efficiatur non soluendo; quia
6 nec † alij cohæredes tenentur pro eo, licet secus dicat in foro conscientiæ, & de iure canonico. & ibi etiam ampliat prædicta, si testator grauet vnum ex hæredibus, vt ipse solus soluat totum, & integrum debitum creditoris; quia creditores non possunt insolidum agere contra eum; sed pro parte contra omnes, cum iam per le-
7 gem † fuerit obligatio diuisa; licet tali casu alij cohæredes possint agere contra grauatnm pro
8 suo interesse, vt soluat: quod tamen † secus esset in dote. *l. seruo legato.* 72. *§. si testator. de leg.*1. *l. cum ab vno.* 55. *de leg.* 2. quæ omnia declara, vt per *Gomes. ibidem.*

Non obstat, quod potius Isabella teneatur ad
9 huiusmodi solutionem, cum † soluendo partem debiti agnouerit fidem cautionis; Vnde poterit compelli ad soluendum reliquum. *Authent. sed cum testator.* C. *ad l. Falcidiam, l.* 2. *C. quod metus causa. l. cum fidem. C. de non numerata pecunia.* Quia respondetur, per eam solutam fuisse tantum portionem suam, neque ad aliud posse cogi, cum per alterum cohæredem debeat solui residuum. *l.* 2. *C. de hared. action.* Vnde non sumus in casu, in quo quis agnouerit fidem cautionis: & dato quod essemus, tamen
10 gratuita solutio † vnius partis non grauat in solutione alterius. *Baldus in l.* 4. *C. ne vxor pro marit. Aretin. cons.* 92. *visa consultatione. ad fin.* Immo soluens partem eius, quod non debebat, si ostendit indebitè solutum esse id, quod soluit,
11 ad residui solutionem vrgeri † non potest. *l. cum de indebito.* 25. *versic. sed si pro parte. de probat. Natta cons.*77. *num.*6. *Socin. cons.*143. *nu.*13. *lib.* 1. Et satis constaret indebite soluisse, cum tanquam cohæres non teneretur, nisi pro medietate soluere, existente alio cohærede; & sic posset repetere id quod soluisset vltra dictā medietatem, & non teneretur ad solutionem residui, cum solum fuerit soluta portio, quæ tangit Isabellam, & non alia spectans ad Victoriam, contra quam tanquam cohæredem fuit recte instituta actio. *l. in executione. de verborum obligatio.* prout etiam concessa executio in vim triū conformium latarum in huiusmodi causa, cum
12 † amplius non sit permissa appellatio. *l. vnic. C. ne lic. test. prouoc.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Soluens partem debiti confessati potest pro alia parte opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

2 *Voluntas tacita non debet extendi vltra id, quod ex actu infertur.*

3 *Immunis per vnam solutionem non sibi præiudicat in futurum.*

¶ N. 10. *post verb.* visa consultatione ad fin.

Glos. in l. non dubium. 16. *in verb. agnouerit. in fin. vbi Bart. C. de testam. Natt. cons.*446. *n.*19. *Saliect. in l. cum fidem. C. de non numer. pecun.*
1 † Vbi quod soluens partem debiti confessati potest pro alia parte opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. *Natt. cons.*77. *nu.*6. *Coll. in l. si ex cautione. limit.*2. *C. de non numer. pecun. Surd. de alim. tit.*8. *priuil.* 22. *num.* 16. Voluntas enim tacita, quæ ex actu colligitur, non
2 † debet vltra extendi, quàm ex ipso actu inferatur. *Natta consil.* 77. *num.* 14. *post Bartol. in l.* 1. *§. hoc interdicto. de itin. act. priuat. Becc.*
3 *consil.* 106. *numer.* 46. † Et immunis per vnam

solu-

solutionem non sibi præiudicat in futurum. *Alexand. consil. 33. numer. 2. libr. 5. post Cin. in l. voluntaria. quæst. 3. C. de excus. tutor. Cephal. cons. 58. num. 93.*

EPITOME.

Verba restituere, & reddere an requirant pecuniariam solutionem. [Vsusfructus in rebus mobilibus quomodo præstetur. [Fideiussor est seruandus indemnis, etiam quod non sit promissum.

SVMMARIVM.

1 *Confessio per verbum credo in positionibus plenè probat.*

2 *Legatarius simpliciter acceptando legatum, tenetur ad onus illi iniunctum.*

3 *Solui aliud pro alio, inuito creditore non potest. Amplia, vt nu. 4.*

5 *Verba restituere, & reddere, requirunt pecuniariam solutionem.*

6 *Verbum restituere idem est, quod soluere.*

7 *Mandatum non præsumitur, nisi probetur.*

8 *Vsusfructus constituitur in rebus mobilibus, & fit æstimatio cum cautione de restituendo finito vsufructu quantitatem æstimatam.*

9 *Vsusfructus si constituitur in vltima voluntate, satisdatio non remittitur.*

10 *Ius non competit ante completam conditionem.*

11 *Verba narratiua non probant electionem peritorum. & num. 12.*

13 *Potestas electi pendet ex auctoritate illi concessa.*

14 *Fideiussionis natura est, vt fideiussor seruetur indemnis.*

Decisio CXLVII.

SEmidea Gaucia de Asculo relicta à Baptista eius viro vsufructuaria omnium bonorum, & pecuniarum, rectè egit contra Felicem, & Eusebium de Bonamicis tanquam obligatos ad exigendum omnia credita Baptistæ testatoris, & sic exacta restituendum ipsi Semideæ, cum ex testamento appareat de legato facto dictis de Bonamicis, quibus committitur diligens cura exigendi omnia testatoris credita descripta tam in libris, quàm in apochis pertinentibus ad artem guadorum, & quocunque alio modo, quæ exacta teneantur reddere, & restituere eius vxori, & completa exactione valeant retinere de dicta summa pro ipsis scuta centum; quod legatum fuit per legatarios acceptatum, vt constat ex multis pecuniarum summis per eos exactis, & ex eorum confessionibus in respondendo positionibus per Semideam productis, quæ licet sint
1 per † verbum credo, tamen plenam probationem faciunt, ac si de veritate respõdissent; quamuis secus esset in teste. *Bald. in l. fin. in princip. col. 1. vers. sed quid si tutor. C. arbitr. tutel. Bauer. singul. 41. in verb. positio, & articulus. n. 2. Vestr. in prax. lib. 5. c. 14. nu. 7. vbi Grauat. nu. 28. in verb. secus in confessione. Seraph. priuil.* Decis. Marchiæ. *iuramen. 11. num. 1.* Vnde quoad hoc fuit confirmata sententia D. Iudicis à quo, cum declarauerit pecunias per prædictos exactas consignandas esse ab eis Semideæ iuxta formam legati: [Sed quia in sententia condemnantur ad huiusmodi restitutionem, non solum Felix, & Eusebius; sed etiam Theodorus, de quo nihil apparet in processu, vel quod exegerit, vel legatum acceptauerit: Ideò quoad illum fuit reuocata. Licet enim etiam ipse fuerit nominatus in legato, & ei iniunctum onus vna cum alijs exigendi credita, de quibus agimus: Tamen requirebatur probatio, quod legatarius simpliciter acceptauerit legatum, tunc enim tenebitur
2 † ad onus illi iniunctum per testatorem. *l. Imperator. §. si centum. vers. enimuero. de leg. 2. Castren. in l. si cũ dotem. §. si pater. vbi Alex. col. 2. vers. sed quid si pater. ff. solut. matrim. Dec. cõsil. 425. col. pen. num. 8. Aym. cons. 174. num. 9.* & hoc quoad personas in dicta sententia nominatas.

Quo verò ad quãtitatem exactam per DD. de Bonamicis dictum fuit colligi ex confessione, & partitis, de quibus in processu, ad eos peruenisse florenos mille, ad quorum restitutionem fuerunt condemnati in pecunia numerata iuxta formam testamenti non in censibus, quos præsupponebant fuisse factos de consensu Semideæ, de quo non cõstat cum aliud pro alio inuito cre-
3 ditore solui † non possit. *§. præterea. inst. de act. l. fin. ff. de vsu, & habit. auth. offeratur. vbi gloss. C. de lit. contest. Salic. in l. 1. C. de procur. Alex. & Ias. in l. 1. ff. qui satisd. cog.* etiam si melior
4 † conditio offeratur. *l. cum à quo. C. de solution. l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. pet. Bece. cons. 27. nu. 6. Thes. decis. Pedam. 153. n. 1. Cott. in memor. in verb. solui non potest.*

Maximè quia ex legato apparet testatorem vsum fuisse verbis restituere, & reddere, quæ re-
5 quirunt pecuniariam solutionem, ita vt † non satisfiat per alium modum soluendi, prout ita in specie concludit *Negus. de pignor. p. 5. memb. 1. in princ. n. 5. vers. & quod dictum est. post Socin. cons. 90. col. 5. vers. item promittit. nu. 21. vol.*
6 4. vbi quod verbum restituere † idem est, quod verbum soluere, & in eo qui tenetur soluere, requiritur pecuniaria solutio. *l. 4. §. ait prætor. de re iudic. l. item liberatur. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypo. solu. Socin. cons. 93. circa primum. col. 2. volum. 1.*

Accedat oblatio ipsiusmet Felicis, qui post responsiones factas per verbum credit, vel non credit, offert se restituturum quidquid recepit ex pecunijs hæreditatis, de qua agimus taxata, fideiussione per Semideam, vt in processu fol. 9. Vnde non poterit venire contra factum proprium, & sic tenebitur restituere in pecunia numerata, prout importat verbum restituere, vt dictum est.

Non obstant instrumenta dictorum censuum, tanquam nomine ipsius Semideæ; Quia ex illis satis constat, de absentia illius: Vnde cum pecuniæ fuerint datæ ad censum per alium, ad fauorẽ Semideæ, vt posset verificari consensus, debebat

 proba-

probari mandatum, quod regulariter non præſu
7 mitur, niſi † probetur. *Bald. in l. 1. n. 1. C. de reb.
alien. non alienand. Maſcardus concluſio.* 1004.
numer. 8. *de probat. Gabr. de procurat. concluſ.*
3. *num.* 1.

Non obſtat, quod Semidea fuerit relicta vſu-
fructuaria pecuniarum, de quibus agimus; Vn-
de cum habeat vſumfructum illarum, ſatis vide-
tur legatum adimpletum, etiam ſecundum men-
tem teſtatoris.

Quia reſpondetur, quod pecuniæ debent libe-
re conſignari vſufructuariæ per ordinationem
teſtatoris, vt eſt expreſſum in relicto, & per di-
ſpoſitionem legis, ſecundum quam vſusfructus
conſtituitur etiam in rebus mobilibus, quæ vſu
conſumuntur, vt vino, oleo, pecunia, frumento,
& alijs ſimilibus, & licet in eis proprie non ca-
dat vſusfructus, cum neceſſario debeat conſumi,
& quotidie alienari proprietas, aliàs non poſſet
vti vſufructuarius; Tamen tempore vſusfructus
8 conſtituti † fit æſtimatio rerum, & præſtatur cau
tio de reſtituendo finito vſufructu, quantitatem,
in qua fuit æſtimata. *l. 1. de vſufruct. earum rer.
quæ vſu conſum. §. conſtituitur. inſtitut. de vſu-
fruct. Gomeſ. variarum reſolutionum, de con-
tract. capit. 15. titul. de ſeruit. nume. 3. cum
ſequent.*

Et in hoc fuit confirmata ſententia Iudicis à
quo circa quantitatem florenorum mille; Verù
quia in ſententia fuit ſimpliciter dictum conſi-
gnandas huiuſmodi pecunias, viſum fuit adde-
re, quod per Semideam detur ſatiſdatio iuxta
diſpoſitionem legis, quæ in caſu, de quo agimus
eſt neceſſaria, cum fuerit conſtitutus vſusfructus
9 in vltima voluntate, in qua † neque poteſt ſatiſ-
datio remitti, licet ſecus ſit quando eſſet conſti-
tus per contractum inter viuos. *l. 1. vbi Bald. C.
de vſufruct. Gomeſ. variar. reſolut. tit. de ſerui.
ſub nu. 3. verſ. quidam eſt vſusfructus. in fine.
Aym. conſ.* 287. *num.* 7.

Inſuper quia apparet ex proceſſu, & ex con-
feſſionibus Felicis ipſum exegiſſe maiorem
quantitatem pecuniarum vltra ſupradictam
florenorum mille: Ideò fuerunt dicti rei con-
uenti condemnati, etiam ad reſtitutionem
florenorum ducentum, nulla habita conſide-
ratione ſcutorum centum, quos Felix præten-
debat retinere iuxta formam legati, cum
ex illo appareat retentionem eſſe faciendam
completa exactione, de cuius complemento non
conſtat. Quando enim in legato apponitur onus
conditionaliter, & illud impleri debet ante quæ-
ſitum ius, tunc oportet, quod conditio ad inte-
grum adimpleatur, quia ante adimpletam con-
10 ditionem † ius non competit. *Aym. conſ.* 174. *nu.*
9. *in fin. poſt Rip. in l. cum filio. col.* 4. *ad med.
ff. de leg.* 1.

Non obſtat calculus, qui prætenditur factus
per homines communiter electos, cui ſtandum
erit, quoad partitas in eo contentas, & ſic etiam
quoad cenſus, qui in eo ponuntur ad creditum
ipſius Semideæ; Vnde per eam non poterit am-
plius recuſari ſolutio facienda in cenſibus, qua-
ſi calculus ita fuerit acceptatus. *Aym. conſ.* 158.
numer. 1.

Quia reſpondetur non conſtare in actis, niſi
ex verbis narratiuis peritorum de electione in
ipſos facta; Vnde illis non eſt habenda fides, ni-
11 ſi aliter † de hoc appareat. *Socin. conſ.* 47. *n.* 15.
lib. 4. *Aym. conſ.* 48. *n.* 1. vbi etiam ſubdit aſſer-
12 tionem Iudicis factum partium † non probare.
Bald. conſ. 402. *lib.* 1. & ſic debebat apparere de
electione ipſorum, cum omnis poteſtas electi pē-
13 deat ex auctoritate † illi conceſſa. *l. non diſtin-
guemus. §. de offic. de arbitr. l. ſi cum dies. §. ple-
rumque. ff. eodem.* & compromiſſum debet præ-
cedere, & non laudum. *Anchar. quæſt.* 26. *lau-
do dato. n.* 9. *lib.* 1.

Neque obſtat, quod procurator Semideæ pe-
tierit ſententiam iuxta calculum factum per ho-
mines electos; Vnde ille videtur approbatus, &
ſic ſolutio erit facienda in cenſibus, prout ibi de-
ſcriptum eſt, cum paria ſint verbis, aut facto
quid approbari. *l. Paulus reſpondet. ff. rem rat.
hab.* Quia in petitione ſententiæ iuxta calculum
fuerunt reſeruata iura ſuæ principalis. Immo po
ſtea oppoſitæ contra calculum omnes exceptio-
nes, & nullitates, vt in proceſſu, fol. 25. Et qua-
tenus etiam eſſet calculatum per dictos homi-
nes communiter electos, tamen non erat in po-
teſtate eorum ponere ad creditum Felicis, & Eu-
ſebij d. cenſus, cum de iure ex ſupradictis appa-
reat non poſſe fieri in illis ſolutionem contra
mentem teſtatoris, & oblationem factam per ip-
ſummet Felicem de reſtituendo pecunias per ip-
ſum exactas: ex quibus verbis colligitur eſſe fa-
ciendam pecuniarum ſolutionem, non per alium
modum ſoluendi. *Neguſ. de pignor. p.* 5. *memb.* 1.
in princ. nu. 5. Ex quibus conſtat Felicem, & Eu-
ſebium condemnandos eſſe in ſumma ſuperius
narrata, ſiue accipiamus calculum, ſiue illorum
confeſsiones, in quibus ſemper remanet debitor
dictæ quantitatis: & in hoc fuit etiam reformata
ſententia Iudicis à quo, cum ex illa appareat cō-
demnationem factam non correſpondere quan-
titati expreſſæ, neque in calculo, neque in con-
feſſionibus, & probationibus, de quibus in
proceſſu.

Vltimo fuit confirmata ſententia Domini Iu-
dicis à quo, concernens caput releuationis in-
demnitatis faciendæ per Semideam propter fi-
deiuſsiones præſtitas per Felicem, ad fauorem
ipſius, cum appareat ex proceſſu de oblatione
facta per Semideam, quæ ſemper dixit ſepara-
tam illos releuare. Quod etiam eſt ſecundum
formam iuris; cum fideiuſsionis natura ſit, vt
14 fideiuſſor † ſeruetur indemnis, etiam ſi hoc non
ſit ſibi expreſsè promiſſum, quia hoc tacitè in-
eſt. *Baldus in l. conſtitutionibus.* 20. *in prin-
cipio. C. de vſur. per text.* quem dicit ſingula-
rem. *in capit. peruenit. de fideiuſſorib. Marſil.
in rubric. eodem titulo. de fideiuſſorib. columna*
73. *numero* 315. *quæſtio.* 44. *verſiculo item
etiam ſcias.*

EPI-

EPITOME.

Lex, vel statutum quando dicatur non esse in vsu, vt non liget. [Consuetudo quomodo probetur. [Denunciatio an sit facienda etiam in re non subiecta solutioni gabellæ.

SVMMARIVM.

1 *Gabella semel soluta non est amplius soluenda.*
2 *Identitas est probanda.*
3 *Qualitas debet probari.*
4 *Testes debent reddere causam scientiæ. & n. 5.*
6 *Ratio debet esse clarior dicto.*
7 *Testes non probant vbi tractatur de eorum commodo.*
8 *Lex, vel statutum tollitur desuetudine, quæ deuiat ab eo, non quod nullus vtatur. Intellige, vt num. 9.*
10 *Consuetudo debet esse præscripta, & quæ requirãtur, vt probet. n. 11. 12. 13. & 14.*
15 *Consuetudinis probatio est quasi impossibilis.*
16 *Testis non iuratus non probat.*
17 *Referenti non creditur, si non appareat de relato. & n. 18.*
19 *Testis sibi contrarius non probat, neque reducitur ad concordiam. num. 20.*
21 *Denunciatio est facienda, etiam in re non subiecta solutioni gabellæ, & n. 22. & 23.*

Decisio CXLVIII.

Sententia D. Iudicis à quo ad fauorem Alexandri Gritti, & Iosephi Gallichij de Macerata, contra Gabellarios, quod nõ potuerit subsistere, visum fuit verius. Nam in ea declaratur quantitatem ferri, de qua agimus, ablatã Ioseph non esse obnoxiam solutioni gabellæ, & fraudi, & propterea executionem factam per Gabellarios in dicto ferro nullam, & ipsos teneri ad restituendum; & tamen in processu apparet de fraude, cum Ioseph emerit ferrum ad reuendendum, nec assignauerit Gabellarijs, neque soluerit gabellam, prout tenebatur ex forma *statuti. lib. 6. c. 11. rubr. de gabella emptionis rerum mobilium*: Vnde merito poterat confiscari. *l. commissa. de publ. & vectigalibus*.

Non obstat, quod non sit locus confiscationi, quia per duos testes inductos à Ioseph. probatur, quod ferrum fuit per eum emptũ ab Alexandro Gritto, qui obtinuit illud auferri iã sunt sex anni pro assecuratione dotis suæ filiæ nuptæ Amico Pistafero, per quem fuit soluta gabella, quæ am-
1 plius solui † non debet, postquam est semel soluta. *l. fin. §. quoties de publican. l. fideicommissa. §. si quis decem. de leg. 3. Castrens. cons. 455. visis, & consideratis verbis. n. 3. lib. 1.*

Quia respondetur per testes non fuisse probatam identitatem ferri, de quo agimus, prout de-
2 bebat tanquam fundamentum suæ † intentionis. *Aym. cons. 198. nu. 4. Ruin. cons. 141. n. 4. lib. 5. Doct. in c. audítis. de præscript.* Vnde non sufficit, quod de ferro soluta sit gabella, nisi etiam probetur, hoc, de quo agimus esse illud met, quod fuit Amici, qui soluit gabellam narrando quantitatem, & qualitatem ferri, & illud describendo per signa, & probationes, ex quibus certa colligatur identitas, de quo tamen nullus testis aliquid dicit: & ita de panno, equo, & similibus loquitor *Alexan. consil. 119. viso processu. n. 3. & cons. 118. in causa, & lite. n. 4. lib. 1.* vbi dat rationẽ,
3 quia quoties † aliquid profertur cum aliqua qualitate, debet vtrunque probari, scilicet quod est impletum illud, & qualitas eius. *l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in flum. publ. Bald. in l. conuenticulã. colum. 3. C. de Episc. & Cler.* [Neque dicti testes reddunt causam scientiæ, licet interrogati, cum solum dicant scire tãquam informatos, per quæ verba non probatur ratio quod sit illud idẽ,
4 neque redditur † causa scientiæ. *Bal. in l. 3. nu. 2. C. de testibus.* Vnde eorum depositio nihil facit, cum testis interrogatus, debeat assignare cau-
5 sam sui dicti † sufficientem. *Bald. in l. cum hi. §. nihil autem. de transact. Felin. in cap. cum causam. colum. 1. num. 3. versic. fallit primo. de testibus. Specul. eodem tit. de teste. §. 1. nu. 60. versic. item quod interrogatus. colum. 18.* & quando testis dicit se scire, quia scit, vel quia ita est, non
6 probat. Nam † ratio debet esse clarior dicto non eadem. *Bart. in l. qui interrogatus. nu. 1. de petit. hared. Bald. in l. 3. num. 2. colum. 1. ad fin. C. de testibus.*

Præterea, quamuis probaretur identitas, & causa scientiæ, tamen non sufficit, quod ferrum sit illud idem, de quo Amicus soluit gabellam. Quia statutum *lib. 6. cap. 11.* disponit, vt etiam soluta gabella immissionis alicuius rei, tamen si postea contingat, quod dicta res vendatur, non debet amplius solui gabella per venditorem, sed solum per emptorem, pro rata suæ porrionis: Vnde debebat Ioseph emptor soluere gabellam, non obstante quod emerit rem, de qua alias illa fuit soluta iuxta formam statuti; quo stante non obstat quod supradictum est de gabella semel soluta vlterius non soluenda; quia secus est, quando aliter per constitutionem disponitur.

Neque obstat prætendi probatam consuetudinem, contra statutum, quod tempore aliorum publicanorum nunquam emptores soluerunt gabellam illius rei, de qua fuit soluta quando fuit intromissa. Quia omisso quod testes sunt mercatores, de quorum interesse agitur, quia non sunt idonei ad probandum consuetudinem, cum ex ea
7 oriatur † illis proprium commodum. *Alexand. consil. 45. num. 11. vol. 2.* & vnius tantum publicanus deponit, quod tempore triennij quo conduxit gabellam, non exegit illam stante vsu, seu consuetudine. Respondetur quod non probatur actus contrarius statuto, prout requiritur ad inducendam consuetudinem: Licet enim dicatur per testes statutum nõ esse in vsu quoad solutio-
8 nem gabellæ: Tamen hoc non facit, quia † bene tollitur lex, vel statutum desuetudine, quæ deuiat à lege, vel statuto, seu diuertit à vero intellectu; sed ex eo, quod nullus vtatur lege, absit à sæculo, vt dicatur tolli lex, vel statutum. ita dicit *Bart. in probem. digestor. §. & antea. Rocc. de consuet.*

sect.7.n.26. Alex.cons.45.nu.5. lib.2.Felin.in c.
1. col.4. in fin. vers.& in proposito.n.10.de treu-
9 *ga;* vbi † hoc intelligit, nisi iste non vsus ha-
beat in se tacitum actum contra dispositionem
iuris, seu statuti, vt per *Marian. in c.cum consue*
tudinis.de cõsuet. Host.in sum.eod.tit.§.fin. vers.
sed nunquid. Doct. in l.de quibus. de legib. & in
l.2.C. quæ sit longa consuetudo.

Præterea dato, quod prædicta non obstarent
non est probata cõsuetudo, de qua agimus, quia
testes non probant, quod sit præscripta, quia
10 de ea intelligimus cum loquimur † de consuetu-
dine. *Alexan. cons. 173. viso, & diligenter, col.*
1. lib. 6. Dec. cons. 483. nu. 26. Non probatur
vsus populi, frequentia actuum, & diuturnitas
11 temporis, † prout requiritur. *Rebuff.de consue-*
tud. in præfat. num.36. & num.41. [Maxime
quia non deponunt testes de aliquo actu affirma-
tiuo contrario legi, seu statuto, prout debent
deponere, cum non sufficiat probatio actus ne-
12 gatiui.† *Alexand.consil.45. visis attestationibus.*
num. 5. libr. 2. Nec sufficit dicere talem esse
consuetudinem, vel ita seruari; quia omnia re-
13 quisita ad probationem † consuetudinis debent
specificari: Præsertim quando fuerunt testes in-
terrogati; licet etiam alij velint, quod non præ-
cedente interrogatione teneantur reddere con-
14 gruam rationem † de prædictis. *Dec. consil. 214.*
in causa vertente. num. 3. Roce. de consuetudi.
sect. 8. num. 24. & num. 38. Masrard. de pro-
bation. conclus. 424. nu. 62. Neque est dubitan-
dum non esse probatam consuetudinem, cum
testes nihil deponant de his, quæ sunt necessaria
ad huiusmodi probationem, prout regulariter
non solet fieri vera probatio consuetudinis, cum
15 sit difficillima, & quasi † impossibilis. *Hostiens.*
in cap.vlt. ad finem vers. sed certè. de consuetud.
Bartol. in l. de quibus. de legib. Rolan. cons.53.
num. 33. lib. 2.

Adde, quod etiam cessantibus prædictis, ex
processu apparet, quod vnus ex duobus testibus
examinatis, videlicet Perius secundus testis, non
est iuratus, neque de illius iuramento constat,
dicitur enim solum iuratus in manibus notarij
curialis, & non specificatur quis sit iste notarius.
19 Vnde tanquam testi sine † iuramento non credi-
tur, *l.iurisiurandi. C. de testibus. cap.quoties.eo-*
dem titul. [Et si dicatur debere intelligi iuratũ
in manibus ipsiusmet notarij, Respõdetur quod
cum dicat idem notarius, testem esse iuratum
die vltima Octobris 1595. & de iuramento non
constat in processu, ista dispositio tanquam rela-
tiua ad id, de quo non apparet, non valet, cum
17 referenti † credi non debeat, si non appareat de
relato. *Authentic. si quis in aliquo. C. de eden.*
Aym. consil. 157. & illud dicatur contineri in
18 referente, quod est in scriptura, † ad quem fit
relatio. *Alexand. in l. ait prætor. §. si iudex, nu-*
mer.2. de re iudic. Felin. in c.2. de rescript.num.
11. vers. aliquando vero priuilegium. Dec. con-
sil. 63. num. 6.

Præterea dato, quod testis sit iuratus, tamen
nihil facit eius depositio, quia est sibi contrarius.
Nam cũ per Ioseph fuerit articulatum, quod fer-
rum, de quo agimus est illud idem, quod Ale-
xander emit ab Amico Pistaferro, subiungitur
postea in articulis, quod Alexander non habuit
aliud ferrum, quam supradictum, & super hoc
testis interrogatus ad 12. interrogatorium dixit
verum esse quod nunquam habuit aliud ferrum,
& tamen super 6. capitulo deponit de hoc nihil
scire, & sic est sibi contrarius; Maxime in eo,
quod est de esse, & substantia negotij, de quo red
19 dit testimonium; vnde † nihil probat. *l. qui fal-*
sa. de testibus. Leos. ff. de falsis. glos. in cap. in
nostra. de testibus. Ita vt neque sit reducendum
20 ad concordiam dictum vnius testis † sibi con-
trarij, saltem, vt probet. *Alexand. consil.43. vi-*
sis, & ponderatis. colum. 4. in princ. versic. se-
cundus. num.15. lib. 4.

Vlterius adest concessio S. D. N. facta Com-
munitati, quod omnes mercatores teneantur
soluere duo pro centenario, sub qua concessio-
ne fuit locata per Communitatem gabella istis
publicanis: Vnde non oberat consuetudo allega-
ta per Ioseph, cum in concessione fuerit deroga-
tum consuetudinibus, statutis, & alijs, prout la-
tius in ea continetur.

Præterea licet essemus in casu, in quo non es-
set soluenda gabella, tamen erat facienda denũ-
21 ciatio, quæ etiam requitur in re non † subiecta
solutioni, aliàs incidit in commissum. *Bart. in*
l.interdum. §. diuus quoque. in princip. de publi.
& vectigal. Bald. consil. 245. lib. 2. Roland.con-
sil.80. num.79. colum. fin. lib. 3. vbi quod alias
22 posset fieri fraus † appositis alijs rebus prohibi-
tis, vt per *Bald. consil. 79. in 2. dub. lib. 2. An-*
char. in clem. fin. de censib. Afflict. quæ sint re-
galia. §. vectigalia. cap. 1. num. 159. Firma. de
gabel. quæst. 29. p. vltim. Ferret. eodem tit. num.
309. Masrard. conclus. 834. num. 5. de probat.
Caphal. consil. 451. num. 259. lib. 4. Ludouic. con-
clus. 15. colum. 9. vers. isti tamen clerici. illatio-
ne. 10. 16. & 20. Vnde cum non constet de hu-
iusmodi denunciatione, merito poterat dici in-
cidisse in commissum ferrum, de quo agimus,
[licet *Becc. consil. 96. num. 10. Bertaz. consil.*
crimin. 193. lib. 1. & consil. 336. num. 9. lib. 2.
23 † teneant requiri dolum, & non incidere in
commissum, quando quis tenetur ad solutionem
gabellæ.

SVMMARIVM.

1 *Lex vt dicatur moribus non recepta, quid debeat probari.*
2 *Consuetudo aliquorum non soluentium non præiudicat publicano, vt non possit ab alijs exigere vectigalia.*
3 *Immunis à gabella quærens alios immunes facere, perdit res, & priuilegium.*
4 *Priuilegio abutens illud amittit.*
5 *Denunciatio quando sit facienda publicano per eum, qui non tenetur soluere gabellam. nu. 6. 7. & 8.*

¶ N. 9. *post verba.* longa consuetudo.

Neque enim sufficit probare, quod homines nõ
1 sunt vsi lege, † ad hoc vt illa non dicatur recepta moribus vtentium, sed necesse est vt fecerint actus contrarios: quia si hoc non fiat, non dicitur impugnari lex, vel statutum, cum etiam requiratur, quod superior id sciverit, quasi tolli non possit lex sine illius consensu; vbi enim superior ignorat, cessat facultas tollendi. *Natt. Bero. Ceph. & alij*, de quibus latè *Surd. cons. 46. n. 79 vsq; ad n. 82. lib. 3.*

¶ N. 15. *post verb.* cons. 53. n. 33. lib. 2.

Vlterius quo ad exemptionem solutionis vectigalium non attenditur consuetudo aliquorũ
2 priuatorum, † qui nõ soluerunt, quia ius domini conseruatur integrum per exactionem ab alijs. Ratio est, nam cum sit ius vnum exigendi ab omnibus, non diuersa iura contra singulos, immunitas non præscribitur. *Rol. cons. 5. colum. vlt. lib. 1. per tex. in l. vacuatis. 19. C. de decurion. lib. 10. l. qui fundum. & l. penult. & ibi Ang. ff. quem adm. seruit. amitt. Ruin. cons. 217. colum. 4. in princ. lib. 1. Peregr. de iur. fisc. lib. 6. titul. 8. num. 30.*

¶ N. 22. *post verb.* illatione 10. 16. & 20.

Immò licet quis sit immunis à solutione gabel
3 læ, si sub prætextu suæ immunitatis † alios quærat à tali solutione excusare, & cum rebus suis immunibus, aliorum res immiscendo, nitatur illas immunes facere, vltra res quas perdit, amittit etiam priuilegium. *Io. de Plat. in l. fin. C. de*
4 *annon. & tribut. libro* 10. † Exemplo abutentium priuilegio, qui illud amittunt. *l. qui fine. de negot. gest. c. fi. de rescrip. Menoc. de arbitr. cas. 511. n. 4.*

¶ N. 23. *post. verb.* gabellæ.

Verum esset, quod quando publicano liqueret
5 quod non debet solui, † vt si essent res, ex quibus non solueretur gabella ex forma statuti, vel quia nunquam fuit solutum, tunc non esset facienda aliqua denunciatio, neque haberet peti apodissa; cum aliud sit quando publicano non liqueret, quod quis portet pro vsu suo, puta si non constat quod sit scholaris. *Bart. in l. interdum. §. diuus. n. 2. de public. & vectigalib.* quam distinctionem sequitur *Anchar. in clem. fin. col.*
6 *1. versicul. vtrum saltem. de censib.* † Vbi quod quando res sunt prorsus exemptæ ab onere vectigalis, non nocet omissa denunciatio, secus in rebus, de quibus non est omnino certum, an solutio sit facienda, nec ne. *Cephal. cons. 451. n. 171. lib. 4.* Vbi si est certum personam esse immunẽ in omnibus suis rebus, non est amplius publicanus certificandus, secus quando illi esset igno-
7 tum. † cum enim omnia, & singula sunt immunia, nulla cognitio est necessaria, & sic non est opus consignatione, quasi cessante causa desinat effectus; Prout etiam est in re, pro qua notoriè
8 gabella non debetur, vt in libris scholarium, † & similibus. *Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 5. n. 31.* Idem si dictum sit, vt liberè possint transire sine solutione gabellæ, aut per similia verba; nam tunc etiam censeretur remissa denunciatio, quidquid aliud sit, quando esset simpliciter concessa exemptio gabellæ. *Rum. in specie cons. 112 col. 5. ad fin. lib. 5.*

EPITOME.

Venditor an appellet à sententia lata contra emptorem à die scientiæ, vel latæ sententiæ, etiã quod sciuerit causam agi, & emptor non appellauerit.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio permittitur à die scientia, non sententia lata.*
2 *Tertius veniens ad causam pro suo interesse potest appellare à sententia contra alium lata.* Intellige vt num. 8.
3 *Venditor potest appellare à sententia lata contra emptorem à die scientia, etiam quod sciuerit causam agi, & emptor non appellauerit.* Contrarium *n. 4. 5. 7. & 9.*
6 *Venditor veniens ad iudicium pro defensione emptoris, admittitur in statu, in quo causa reperitur.*
10 *Gesta per eum, qui non habet mandatum, non prosunt, neque obsunt.*
11 *Mandatum non præsumitur. & n. 12.*
13 *Procurator quãdo censeatur constitutus ad causas futuras.*
14 *Sententia in vno iudicio non parit exceptionem rei iudicata in alio.*
15 *Renunciatur rei iudicata, si illa non opposita pars patiatur procedi in causa.*

Decisio CXLIX.

CÆsar Bettanus de Auximo dedit titulo permutationis Guidobaldo Viuano domũ, quam emerat à Hieronymo del Sale, cum promissione de euictione, & alijs clausulis, de quibus in instrumento, vt in processu f. 83.

In d. domo cum Sebastiana Tullij Petri Augustini, & Hieronyma q. Francisci Falconi de Mõte Luponum prætenderent consequi suas dotes, egerunt Saluiano interdicto contra Guidobaldum, per quem fuit intimatum huiusmodi iudicium Buttano venditori; & seruatis seruãdis fuerunt latæ duæ sententiæ, in quibus cõceditur mulieribus mandatum de immittendo in possessionem d. domus, donec fuerint satisfactæ de earũ dotibus, declarando nullas, & illicitas iactationes, & impedimenta illata per Guidobaldum. A prima sententia appellauit Persanctes Amatus procurator Guidobaldi; non autem à secunda, licet esset præsens prolationi illius. Ex quo prætendebatur per mulieres adesse res iudicata contra Guidobaldum emptorem,

Decis. Marchiæ. A a 3 quæ

quæ debebat nocere etiam Cæsari Buttano venditori, ita vt non esset amplius audiendns in
prætensis melioramentis in ea factis,& in pecunijs per eum solutis anterioribns creditoribus
mulierum, pro quibus prætensionibus nouiter egit contra eas, & obtinuit sententiam fauorabilem, in qna declaratur nullum ius,nullamque
actionem cōpetere mulieribus super domo, nisi tantummodo offerendi restitutis pecunijs solutis per Cæsarem de pretio domns anterioribus
creditoribus, iuxta sententiam concursus, & restitutis florenis 400.pro melioramentis in eadem domo per ipsum factis, mandando, tam
Cæsarem ,quamGuidobaldum non molestari; A qua sententia cum esset appellatum per mulieres, & causa introducta in Rota, Dubitabatur an obstaret prædicta exceptio rei iudicatæ
ob non interpositam appellationem per Guidobaldum, ita vt inferretur præiudicium etiam CęsariButtano.Et pro negatiua opinione faciebat, quia licet non fuerit appellatum per Guidobaldum emptorem: Tamen Cæsar venditor
non habuit scientiam sententiæ latæ contra eū:
1 Vnde non debet excludi ab appellatione, † quæ
permittitur à tempore scientiæ, non autem à die latæ sententiæ. *Angel. consil.302.num.4.Felin. in cap. quo ad consultationem. colum. antepenult. de re iudic. Tiraquell. de retract. lignag. §. 9. glos. 2. num. 42. & glos. 4. §. 35. num. 9.* [Maxime quia tertius veniens ad causam pro
suo interesse,potest appellare à sententia contra
2 † alium lata. *cap. super eo. de offic. delegat. l. si parentes. C. de euict.* Et executionem impedire. *cap. veniens. il 2. de testib. Rota decis. 11. de senten. & re iudic. in antiq. Rimin. iun. consil. 445. num. 9. lib. 4.*

Et in specie quod à sententia lata contra em-
3 ptorem possit venditor appellare† intra decem
dies à die scientiæ, etiam si sciuerit causam agi, concludit *Cephal. consil. 106. lib. 1. per tot. & cōs. 279. lib. 2. Vrsil. ad Affl. decis. 15. n. 3. Lancell. de attent. appell. pend. limit. 50. num. 168.*

Contrarium tamen, quod stante re iudicata contra emptorem venditor non possit appella-
4 re, neqne requiratur ista scientia† sententiæ,
sed currat tempus à die latæ sententiæ, visum fuit verius, prout in specie tenet *Castren. in l. ab executore. §. alio. num. 2. versic. in secundo casu. de appellat. Couarr. pract. quæst. cap. 15. num. 4. versic. tertio deducitur.* quem sequitur *Carpan. ad constit. Mediol. cap. 131. num. 34. Gabal. de euict. §. 3. num. 145. quæst. 12. in fin.* vbi respondet ad *Cephal.* & alios,qui volunt attendi diem scientiæ sententiæ in venditore, vt possit appellare, intelligendos esse sano modo,
5 videlicet dummodo ipsi emptori † esset hoc per-
missum; & ita etiam cnnsuluit *Hond. consil. 25. per totum. lib. 1, Put. decis. 384. num. 5. lib. 2.* post *Angel. Aret. & Imol. in l. si perlusorio. ff. de appellat.* [Ratio est, quia venditor veniens pro defensione emptoris ad iudicium, non potest reddere defensionem actoris deteriorem, nec ex persona propria defensionibus vti; sed est
admittendus in terminis & statu, in quo causa
6 reperitur, & † excluditur ab illis, à quibus re-
pellitur emptor. *Felin. in cap. cum super. num. 7. de re iudic. Angel. in l. si suspecta. col. 2. de inoffic. testam. Vant. qui poss. dic. de nullit. nu. 15. Honded. d. cons. 25. num. 17. ad fin.* Alias si
7 posset appellare,† causæ status mutaretur, quod
non permittitur. *Put. decis. 71. lib. 3.*

Non obstat, quod tertius possit appellare à sententia, quæ transiuit in iudicatum contra
8 principalem: Quia procedit in tertio, † qui
principaliter venit ad indicium pro suo interesse, non pro defensione alterius, qno casu tenetur defendere in statu, & terminis, in quibus reperitur, ne faciat deteriorem cōditionem actoris. *Couar. pract. quæst. c. 15. nu. 5. Dec. cons. vlt. n. 7. Hond. d. cons. 25. n. 23. & 24.*

Adde,quia in casu, de quo agebamus, fuit per Guidobaldnm emptorem intimata lis Cæsari venditori: vnde sibi imputandum est quare non
9 venerit ad defensionem: nam præclusa † via prin
cipali, pręcluditur etiam tertio scienti causam agi. *Anchar. in c. 2. vt lit. pend. in 6. Imol. in. l. à sententia. q. 3. vers. & prædicta. de appell. Natt. cons. 457. lib. 2.*

Omissis tamen prædictis, conclusum fuit ex alijs ad fauorem Buttani, cum non constiterit legitime de præsupposita re indicata contra Guidobaldum: Nam licet eius procurator fuerit præsens secundæ sententiæ, & non appellauerit; tamen non constat, quod sit talis: Vnde
10 non prodest, nec † nocet actus vigore asserti
mandati factns. *glos. in cap. cum in iure. 31. in verb. caueat. ad med. de offic. deleg. l. 1. de pro-*
11 *cur. e. 1. eod. tit.* cum† mandatum non præsuma-
tur. *Bald. in l. 1. C. de reb. alien. non alien. Rebuff. de nominat. quæst. 13. nu. 98. ad fin. Felin. in cap. sicut. colum. 16. num. 31. versic. sexto ad-*
12 *uerte. de re iudic.* & satis dicitur † probari illud
non adesse, si de eo non appareat in processu. *Bartol. in l. 2. C. de error. aduoc. Bald. in l. si contra. 8. C. de appellat. Vant. de nullit. & defect. mand. num. 63. Mascard. de probat. concl. 1004. num. 14.*

Qua re iudicata cessante fuit confirmata sententia D. Iudicis à qno, cum ex testibus probentur melioramenta per Buttanum facta, & appareat, quod domus, de qua agimus, fuir per eum empta à Hieronymo del Sale, & illius pretium solutum anterioribus creditoribus, vt in sententia concursus bonorum Hieronymi; & sic mulieręs pro illarum dote non possunt aliquid in domo prætendere, cum sint posteriores in eorum credito; & si volunt offerre, fuit etiam ius offerendi reseruatum, si de iure competat.

Neque obstat mandatum productum, quia erat quo ad causas particulares: Immo etiam quod esset generale, intelligetur quo ad præsen-
13 tes, non futuras, ad quas non † extenditur.
Alex. in l. inuitus. n. 3. C. de procurat. cum declarationibus, de quibus per *Rot. decis. 31. eod. tit. in nou. & decis. 30. in antiq. eo. tit. Vant. de nullit. ex defect. mand. num. 97.*

Ne-

Neque obstat Guidobaldum elegisse homines ad æstimandum domum, sub prætextu quod mulieres essent immissæ in illius possessionem pro maiori quantitate, quam esset creditum ipsarum : Vnde ex hoc videbatur acceptata sententia. Quia respondetur non constare, quod electio fuerit facta virtute sententiæ prædictæ, & sic non plene apparet de illius scientia, ita vt intret res iudicata, & etiam quod fuerit acceptata per Guidobaldum, non debet nocere Buttano venditori, per superius allegata : quæ dicta sunt sufficere absque eo, quod videretur an posset Cæsar agere modo petitorio, ex quo primæ sententiæ ad fauorem mulierum videntur tangere possessorium, cum sententia in vno iudicio non
14 pariat † exceptionem rei iudicatæ in alio. *Doctor. in l. naturaliter. §. nihil commune. de acquiren. possess. Castr. in l. an eadem. §. fin. de excep. rei iud.* [Prout etiam illud, an ex quo ista res iudicata non fuit opposita in prima instantia corã Iudice à quo, & sic pars quæ habet rem iudicatã
15 passa sit procedi ad vlteriora, videatur † illi renunciasse ; itaut amplius in hoc iudicio non suffragetur illius allegatio. *Felin. in c. qualiter, & quando. col. 18. vers. quarto fallit. nu. 33. de accusat. Alex. cons. 63. stantibus bis. num. 21. lib. 4. Io. de Amic. cons. 33. num. 35. Afin. in prax. iud. §. 13. cap. 6. num. 7.* Et an iudicium motum per Buttanum sit nouum, itaut res iudicata posset allegari, quasi in causa appellationis non deductum possit deduci, iuxta *l. per hanc. C. de temp. appell.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor veniens ad causam quando possit appellare pro suo interesse.*
2 *Tertius veniens ad causam debet admitti tam in prima, quàm in alijs instantijs. Intellige, vt nu. 3.*
4 *Mandatum generale ad omnia debita recuperanda an comprehendat futura.*
5 *Mandatum ad vendendum non extenditur ad bona futura.*

¶ N. 2. in fin. *post verb. lib. 4.*

Late *Surd. cons. 271. n. 21. lib. 2.* vbi ampliat ad
1 fideiussores, tam contractuum, † quam iudicatum solui, dummodo non se obligauerint in iudicio apud acta. *Castr. in l. vlt. in fi. C. de vsur. rei iudic. Anchar. q. 19. nu. 6. lib. 2.* post *Bald. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. col. 1. vers. in contrarium. de pact. contra Boss. de carcerat. fideiuss. relaxand. num. 60.*

¶ N. 9. *post verb.* Natt. cons. 457. lib. 2.

Quare dicimus, quod licet quis debeat ad-
2 mitti ad causam pro suo interesse, † tam in prima, quam in secunda & tertia instantia, iuxta doctrinam *Oldradi consil. 255. contra prouisionem, num. 4. Sarnen. de trienn. quæst. 21. nu. 3.* Tamen veniens in tertia instantia, & succum-
3 bens, † si sciuerit litem agi in prima, vel secunda instantia, sibi præiudicat quo ad illam sententiam, quia dicetur tertia, à qua non licebit amplius appellare ; cum secus esset, quando ignorasset causam agi, quasi tunc debeat dici prima sententia, etiam quod venerit in tertia instantia ad causam. *Put.* & alij, de quibus per *Mandos. form. 9. commiss. in verb. in statu, & terminis. in fin.* vbi approbat huiusmodi distinctionem, quicquid dicat *Felin. in cap. cum super. in fin. de re iudic.*

¶ N. 13. *post verb.* ex defect. mand. n. 97.

Ideo mandatum generale ad omnia debita recuperanda non comprehendit futura post illud contracta, quæ non habent dependentiam
4 de præterito ; † & solutio facta huiusmodi procuratori, tanquam non vero, non liberat. *glos. in l. omnium. 37. in verb. non dantur.* & ibi *Bart. Ang.* & alij. *ff. de procurat. Quesad. q. 31. num. 35.* Exemplo mandati ad vendendum,
5 † quod neque comprehendit bona futura. *l. si ita legatum. de aur. & arg. leg. Ioseph. Ludou.* & alij, de quibus per *Ceuall.* qui ita practicari testatur. *q. 136. num. 12.* & quando mandatum procuratoris comprehendat futuras lites, *dixi c. 145. discept. num. 13.*

EPITOME.

Attentatorum reuocationi quando obstet exceptio possessionis nullæ, tanquam concessæ sine solemnitatibus requisitis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio datur in possessorio ratione mixturæ expensarum, & fructuum.*
2 *Exceptio tituli potest opponi contra attentata.*
3 *Verbum libere intelligitur, etiam sine facto Iudicis.*
4 *Beneplacitum apostolicum præsumitur spatio triginta annorum.*
5 *Præscriptio quadraginta annorum habet locum contra Ecclesiam.*
6 *Notorium quod dicatur. & n. 7. 8. & 9.*
10 *Titulus nouus potest allegari.*
11 *Meum quod non est ex prima causa, quando fiat ex secunda.*
12 *Monachus capiens possessionem, acquirit illam monasterio sine mandato.*
13 *Ratificatio appellationis debet fieri intra tempus, quo appellatio est facienda. Intelligo vt num. 14.*

Decisio CL.

SEntentia lata in causa inter RR. Canonicos regulares Sancti Ioannis Baptistæ, & DD. de Ferrettis de Ancona non est in-
sim-

simplici, & mero possessorio, sed mixto ratione meliorámentorum, fructuum, expensarum, & aliorum, in quibus fuerunt Ferretti condemnati; Quo casu datur appellatio à tota sententia, & suspenditur executio, tam ex forma consti-
1 tutionis Marchiæ lib. 6. cap. 2. quam † iuris cōmunis. Bald. cons. 141. num. 7. lib. 1. Contard. in l. vnica. C. si de moment. poss. limit. 2. num. 145. Vnde conclusum fuit bene fuisse actum per Ferrettos pro reuocatione attentatorum, cum per Canonicos statim post sententiam fuerit capta possessio bonorum, de quibus agimus, quasi pendente appellatione à sententia, quæ non merebatur exequi, nihil esset innouandum. toto tit. ff. nil. nou. appell. pend. Castren. cons. 43. videtur dicendum. lib. 1. num. 3. Dec. consil. 103. in princ. Lancellot. de attent. appell. pend. cap. 12. limit. 15. num. 34.

Non obstat constare de notorio nō iure DD. de Ferrettis, quo stante non est procedendum ad reuocationem attentatorum: cum detineant bona Ecclesiæ, de quibus agimus, nulla præuia licentia Sedis Apostolicæ, quam obtinere non potuerunt; Vnde concessio illis in emphyteusim facta est nulla, tam de iure communi extrauag. ambitiosæ. de reb. eccles. non alien. quam ex forma instrumenti celebrati inter dictas partes, in quo infra certum tempus Ferretti debent impetrare beneplacitum Sedis Apostolicæ, quo elapso, & non obtento, concessio illis facta sit nulla, & habeatur pro non facta; cum igitur constet de titulo infecto, quod peius est quam si nul-
2 lus adesset contra attentata, potest † opponi exceptio tituli; & sic actor excluditur. Aegid. decis. 393. Lancellot. de attent. p. 3. cap. 24. q. 21.

Maxime stante conuentione inter dictas partes, quod Ferretti in casu non obtentæ licentiæ cadant ipso facto, & bona dicantur deuoluta pleno iure cum melioramentis ad Ecclesiam, & cum ea consolidata, & quod possint propria authoritate capi; Vnde talia bona dicuntur ad Ecclesiam reuersa, etiam absque facto Iudicis.
3 d. extrauag. ambitiosæ. cum hoc importet † verbum libere. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. reuertatur. nu. 134. C. de reuoc. donat.

Vnde cum huiusmodi bona detineant absque licentia, subiacent excommunicationi quamdiu bona, fructus, & res occupatas restituerint. Cōcil. Trid. sess. 22. cap. 11. & per Iudices sunt compellendi ad restitutionem, alias esset confirmare peccatum in peccato, quod non est faciendum: & sic illis non est restituenda possessio, sed potius confirmanda quæ prætenditur attentata per Canonicos.

Quia respondetur multa adesse pro Ferrettis, ex quibus non potest dici constare de notorio non iure ipsorum; sunt enim hæredes & spatio 33. annorum semper huiusmodi bona pacifice possederunt, & per dictum tempus continuo canones persoluerunt; Vnde per tantum temporis spatium iuncta possessione, vel quasi, seu solutione canonis, præsumuntur solemnitates interuenisse. Rota diuers. decis. 179. num. 1.
4 p. 2. & ita in specie beneplaciti † Apostolici concludit Gabr. cons. 82. num. 7. lib. 2. vbi attestatur pluries fuisse in Rota decisum. Ita vt stante spatio triginta annorum non requiratur scientia, & patientia consentire debentis, cum secus sit in decem annis. Castren. consil. 202. in causa confinium. col. 2. in princ. vers. item obstat non solum. lib. 1. Tiraq. de præscript. glos. 3. §. 1. versic. 39. in fin. ibi alij item hoc intelligunt. cum alijs per Lambertengh. de contract. glos. 7. in verb. consensus. num. 55. licet ipse num. 56. contrarium sequatur, prout etiam tenet Affl. decis. 107. ad fin. Alex. cons. 9. viso themate. lib. 3. vbi loquitur etiam in spatio triginta annorum, licet postea subdat committi arbitrio Iudicis, quando factum dicatur antiquum. Dec. cons. 409. num. 13. Gabr. conclus. 1. de præsumpt. num. 8. Mascard. conclus. 1316. num. 30 Soarez in l. 13. fori. tit. quod mul. non contr. sine licentia viri. nu. 25. vers. est verum. [Maxime quia non sumus in casu in quo debuisset beneplacitum, & solemnitas requisita interuenire in ea scriptura, ex cuius facie dicitur non apparere quod interuenerit, sed est reseruatum in contractu, & instrumento emphyteusis, & sic de eis non potest constare, nisi separatim interuenerit. Roland. cons. 99. num. 34. lib. 2. [Immo ad fauorem ipsorum est considerabilis præscriptio allegata, quæ etiam contra Ecclesiam
5 dicitur † habere locum spatio quadraginta annorum. Castren. cons. 105. in fin. lib. 1. Menoch. remed. 15. num. 427. de recuper. poss. Tiraquell. de præscript. §. 1. glos. 10. Balb. eodem tit. 3. p. 4. p. principalis, & p. 4. q. 24. 4. p. Doctor. in c. sollicite. de restit. spoliat. licet Contard. in l. vnica, limit. 2. §. 4. num. 23. dicat per Rotam Romanam decisum contrarium. Et quamuis in prædictis nihil fuerit determinatum, cum hæc discutienda sint in negocio principali, tamen erat consideranda contra istud notorium non ius pro Canonicis allegatum. Nam cum con-
6 tingit, quod allegetur aliquid ex quo † notorium offuscatur, tunc illud non operatur effectus suos, vt in specie attentatorum dicit Lancellot. de attent. appell. pend. cap. 12. ampliat. 2. num. 48. & limit. 9. num. 5. Quoties enim aliqua adest dubitatio, & requiritur disputatio, non potest dici res notoria, quæ debet esse talis, vt nulla
7 † excusatione celari possit. Franc. in cap. dilecto. num. 155. ad fin. & num. 168. de appell. Cephal. consil. 201. num. 10 lib. 2. Felin. in cap. inter cæteras. num. 7. de re iudic. Milius in verb. possessorio recuperandæ agenti obstat proprietatis. fol. 335. Contard. in l. fin. C. si de moment. poss. limit. 9. num. 34. quia notorium est pro-
8 batio † indubitata, & finita quæ nulla eget discussione. Butr. in tract. de notor. art. 2. n. 1.

Immo cum simus in causa appellationis, in qua non probata possunt probari. l. per hanc. C. de temp. appell. non est dicendum constare de-
9 isto notorio non iure, de quo non † potest dici apparere, donec non fuerit in causa conclusum. Felin. in cap. significauerunt. num. 3. de testib.

Alex.

Alex. consil. 99. *visis processibus. num.* 8. *lib.* 5. *Lancellot. de except. contra attent. cap.* 24. *num.* 88. *quast.* 1. Addebatur multiplicatio tituli, de
10 quo per Ferrettos potest doceri, † & nouus titulus allegari ad defensionem. *Card. in cap. inter dilectos. ad fin. vers. in glossa fic. de fid. instrum. Felin. in cap. in nostra. colum.* 2. *vers. titulus multiplicatur. de rescript.* vbi etiam subdit, quod licet meum ex vna causa non possit fieri meum ex alia, tamen fallit quando est dubium de prima causa, ex qua dico aliquid meum; quia
11 tune ad † cautelam potest fieri meum ex secunda causa. *Ioan. Andr. post Monach. in cap. cum personæ. ad fin. num.* 10. *de priuil. in* 6. Vltra quod reuocatur attentata, licet constet notorie de non iure petentis reuocationem Iudicis officio. *Caputaq. decis.* 57. *p.* 1.

Ex quibus non obstant contraria quæ procedunt in veris, & violentis occupatoribus, & detentoribus rerum ecclesiarum, de qua occupatione hic non constat, neque sumus in causa spirituali, cum agatur de possessione bonorum, quę etiam quod sint Ecclesiæ, dicitur tamen causa prophana.

Non obstat, quod non apparet de mandato Sindici, qui præsupponitur attentasse; Vnde hoc non debet præiudicare monasterio, Quia contrarium constat ex processu de partibus, in quo Ioan. Chrisostomus tanquam Sindicus respondit positionibus, & illi tanquam tali fuit intimatum decretum Commissarij Apostolici, de mensuratione terrarum, cum alijs, de quibus in processu, qui postea fuit productus per procuratorem Conuentus, & Monasterij, vna cum tenuta capta per Sindicum; & sic illa fuit ratifi-
12 cata, licet monachus, qui capit † possessionem nomine monasterij sine mandato, acquirat illam monasterio absque ratificatione. *Alex. in l.* 1. *§. per seruum. de acquir. possess. Rota per Roman. in vna Feretran. beneficy.* 14. *Ianuarij* 1555. Immo procurator, qui modo agit pro monasterio, fuit factus ab Abbate, & alijs Canonicis, inter quos fuit etiam Ioannes Chrisostomus, & vti Sindicus cum alijs interuenit mandatum faciendo, & dictus procurator semper in Rota institit, vt inhiberetur Ferrettis ne Canonicos molestarent in possessione terrarum, de quibus agimus.

Neque obstat, quod appellatio non fuerit ratificata per Ferrettos infra decem, cum ille qui in Rota appellauit, fuerit factus procurator post decem dies interpositæ appellationis, & ratificatio appellationis, & aliorum actorum debeat
13 fieri † intra tempus, quo actus, & appellatio fieri debet. *Tiraq. de retract. lignag. §.* 1. *nu.* 88. *glos.* 10. Quia omisso, quod dictus procurator prosecutus est hic in Rota appellationem prius interpositam à partibus per procuratorem principalem DD. de Ferrettis, qui erat dominus litis, & illum substituit, etiam vigore facultatis sibi datæ; Respondetur, quod fuit ratificata
14 † appellatio, & ita præsumitur infra decem dies à die scientiæ DD. de Ferrettis, vt in specie post *Specul. Oldr. & Bald.* allegatos concludit *Rota Lucen. decis.* 6. *num.* 24. prout in dubio semper præsumitur appellatum infra decem dies à die notitiæ, nisi contrarium probetur; quia tempus decem dierum est vtile à principio, & nō currit ignoranti, & in dubio præsumitur ignorantia, nisi scientia probetur, prout in specie concludit *Franc. in cap. bona. colum.* 5. *vers. octauo debet appellari. nume.* 20. *de appellat.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Defectus beneplaciti Apostolici facit actum corruere, si ex conuentione partium esset adhibendum, quamuis aliàs non requireretur. n.* 2.

3 *Beneplacitum Papæ præsumitur spatio triginta annorum stante obseruantia actus, quamuis non enunciatum. Idem in confirmatione Apostolica. n.* 4.

5 *Scientia Principis, & eius officialium quando sufficiat quo ad solemnitates, & titulum vitiosum longo tempore obseruatum.*

6 *Dato titulo vno inualido præsumitur alius melior.*

7 *Acquisitum ex vna causa non potest ex alia acquiri.*

8 *Attentata per procuratorem sine mandato non reuocantur priuilegio attentatorum. Fallit n.* 9. *&* 10.

11 *Oblatio purgandi attentata cum deposito pro non liquidis, quando sufficiat. n.* 12. *&* 13.

¶ N. 2. *in princ. post verb.* c. 24. q. 21.

Itaut defectus beneplaciti Apostolici obstet
1 actui, & faciat illum corruere, † si non accedat ex partium conuentione, præsertim cum clausula, nec alias, nec alio modo, quamuis illud non esset necessarium. *Rot. coram Card. Pamphil. Comen. locationis.* 10. *maij.* 1600. *& per R. P. D. Ludouis. Camerinen. transactionis.* 19.
2 *nouembris* 1604. † Quicquid alias beneplacitum non sit adhibendum, cum intelligatur quando illud de necessitate requireretur. *Put. decis.* 42. *&* 96. *lib.* 1. *Rot. coram Card. Pamphil. Calagurritan. pensionis.* 4. *iunij* 1597.

¶ N. 3. *in fin. post verba.* decis. 179. n. 1. p. 2.

Et coram Cardin. Seraph. Mediolanen. S. Celsi. 5. *maij* 1597.

¶ N. 4. *in fin. post verba.* cons. 99. n. 34. lib. 2.

Amplius beneplacitum Papæ præsumitur spa-
3 tio † triginta annorum stante obseruantia actus, quamuis non fuerit enunciatum. *Put. decis.* 365. *n.* 4. *lib.* 2. *Rot. coram Cardin. Seraphin. Roman. casalis.* 28. *iunij* 1593. cum alijs, de quibus *per Felin. in c. albericus. n.* 4. *de testib.* Prout dicimus
4 de confirmatione Apostolica, † quæ etiam non enun-

enunciata præsumitur ex obseruantia triginta annorum. *Bald. in c. ex parte. n. 2. de testib. Dec. cons. 409. n. 12. Mobed. decis. 2. n. 1. de transact. Rot. coram Card. Seraph. Mediolanen. S. Celsi. 5. maij 1597. & coram R. P. D. Iusto. Tarragonen. sacristia 4. iunij* 1600.
5 † Et quod scientia Principis, vel eius officialium cum eorum tolerantia sufficiat quo ad solemnitates, & titulum vitiosum longo tempore obseruatum, & præscriptum, multa adducit *Peregr. de iur. fisc. tit. 8. lib. 6. n. 26 Ceuall. q. 45. & 46.* Vbi etiam ampliat ad iurisdictionem, pedagia, & similia, quando adesset immemorabilis, quę habet vim tituli, siue contra priuatum, siue contra Principem, tam in præscribendo iurisdictionem cumulatiue, quam priuatiue. *Parlador. rer. quotid. p. 2. c. 1. n. 13. Guter. pract. quæst. lib. 1. q. 85. num. 3. Garz. de hispan. nobil. glos. 7. n. 7.*

¶ N. 10. *in princ. post verb.* de fid. instr.

Lap. alleg. 132. in fin Caputaq. decis. 339. n. 4.
6 *lib. 1.* & dato vno titulo licet inualido, † præsumitur alius melior. *Put. decis. 356. lib. 1. Crescent. decis. 21. n. 4. de probat.*

¶ N. 11. *post verb.* priuil. in 6.

Alias acquisitum ex vna causa, & titulo non po-
7 test amplius acquiri ex alio titulo, † vel causa. *Ias. in l. quiuis. de verb. obligat. Felin. in c. inter dilectos. §. ex pluribus. nu. 17. de fid. instrum. Cassador. decis. 9. n. 1. de concess. prabend.*

¶ d. n. 11. *ad fi. post verb.* præiudicare monasterio.

Cum attentata per procuratorem non haben-
8 tem speciale mandatum † non veniant reuocanda per viam attentatorum, quasi in generali mandato non veniant illicita. *Doct. in c. cum generali. de off. vic. in 6. Rot. decis. 7. vt lit. pend.*

¶ N. 12. *post verb.* de quibus agimus.

Immo sufficeret nedum expressa, sed tacita
9 ratificatio Domini, † vt attentata per procuratorem, qui nō habebat mandatum, sint reuocanda. *c. cū quis absque. 23. de sent. excōmunic. in 6. Abb. in c. 1. n. 15. vers. oppono. & ibi Felin. 23. vt lit. non contest. Caputaq. decis. 53. lib. 1.* Cum ratificans habeatur pro mandante. *l. si quis mihi bona. §. iussum. de acquir. haredit. c. vlt. in fin.*
10 *de procur. in 6.* † Quare datur cautela, quod statim Dominus, habita notitia possessionis captæ per suum procuratorem generalem, declaret nolle eam ratam habere, & illi renunciet, tunc enim cessabit actio spolij, & attentatorum. *Aegid. decis. 551. Caputaq. decis. 179. p. 3.*

¶ N. 14. *in fin. post verb.* de appellat.

Fuit per Canonicos facta oblatio purgandi attentata, & quia prætendebatur fructus perce-
11 ptos non esse liquidos, † fuit factū per eos depositum pro non liquidis, quasi tunc illud sufficiat iuxta *decis. Mobed.* 311. Quod tamen dixi non esse admittendum, quia debet fieri realis, & actualis restitutio, secundum veriorem opinionem, de qua per *Bald. in c. conquærente. de re-*
12 *stit. spol.* † Quod procedit non solum in spolio, sed etiam in attentatis, quæ suspendunt omnia iudicia quantumuis priuilegiata. *c. non solum. in fin. de appellat. Rota decis. 1. de ordin. cognit. in antiq.* Et ita seruari contra *Mobed.* dicit *Rota coram Card. Seraph. Alerien. beneficij. 15. martij* 1596. post *Caputaq. decis. 150. n. 7. p. 1. &*
13 *decis. 270. p. 2. & decis. 185. p. 3.* † Licet quando attentata non sunt omnino clara, & ob imminentem fructuum recollectionem periculum est in mora, ex quadam benignitate, & stylo Rotæ Romanæ recedatur ab illo rigore non admittendi depositum, cum obligatione soluendi residuū postquam fuerit liquidatum: Quia tunc dicta obligatio, & depositum admittitur. *Rip. in l. admonendi. num. 103. de iur. iur.* Maxime in vltimis audientijs propter ferias, quod tunc magis conceditur. *Rota coram R. P. D. Gypsio. Asten. feud. 16. iunij 1597.*

EPITOME.

Statutum præfigens terminum ad dicendum de nullitate, an censeatur reijcere illam, quæ est ex eisdem actis, & ex defectu citationis, & iurisdictionis. [Et an procedat, tam agendo, quam excipiendo. [Commissa causa appellationis, & nullitatis, an deserta appellatione, censeatur etiam deserta causa nullitatis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum præfigens terminum ad dicendum de nullitate, non excludit illam ex defectu citationis. Intellige vt n. 2. 3. 4. & 5.*
6 *Statutum excludens nullitatem post tempus præfixum habet locum, tam agendo, quam excipiendo, & num. 8. Intellige vt numero 9. 13. 14. & 18.*
7 *Verbum, dicere, est commune, comprehendens etiam exceptionem.*
10 *Exceptio datur, licet non competat actio, & n. 11. Intellige vt n. 19.*
12 *Temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum.*
15 *Impetrans litteras ad agendum, non potest perpetuo excipere.*
16 *Excipere tenetur infra tempus, qui in illo debet ius suum proponere.*
17 *Exceptio compensationis non habet locum, si per viam actionis poterat principaliter intentari.*
20 *Verba, nullatenus audiatur, excludunt exceptionem.*
21 *Commissa causa nullitatis, & appellationis quando censeatur deserta nullitas ob desertionem appellationis. & num. 22. 23. & 24.*

Decisio CLI.

DE Statuto præfigente terminnm ad dicendum de nullitate, an nullitas ex eisdem † actis, & ex defectu citationis
1 censeatur reiecta, Doctores vidētur concludere affirmatiue; Licet enim simpliciter quando reijciuntur nullitates, quæ supra dictæ sunt, non censantur exclusæ: Tamen limitant in statuto lo-
2 quente, quod non possit dici de nullitate † post terminum assignatum, vt per *Achill. decis. 15. de constit.* iuxta doctrinam *Franc. in cap. dilecta. de appellat. quæst. 54. Alex. cons. 105. lib. 2. & cons. 225. lib. 6. Socin. consil. 121. lib. 3. Ias. consil. 220. lib. 2. Lancellot. de attent. nullit. pend. cap. 17. num. 128. tom. 5. fol. 398.* Licet per *Cæsar. de Grass. decis. 1. de constit.* dicatur non fuisse firmatam opinionem, propter pugnantes sententias *Doctorum*, an scilicet nullitas notoria comprehendatur in d. statuto.

Amplia, vt statutum quod non possit dici de
3 nullitate † post annum, habeat locum, etiam si principaliter nullitas deducatur in iudicio: *Put. decis. 192. lib. 2. Achill. decis. 8. de constit.*
4 Idem de nullitate ex defectu † iurisdictionis. *Achill. d. decis. 8. de constit.* & an habeat locum in interlocutorijs, *ibid. per Achill. decis. 9. eod. tit.*

Limita, quando nullitas habet admixtum
5 spolium, tunc enim poterit dici † de nullitate, etiam quod statutum præfigat certum tempus ad dicendum de ea. *Cæsar Grass. decis. 1. de constit.* Iudex enim procedendo nulliter, spoliat. *Aym. cons. 18. num. 8.* cum alijs in dicta decisione allegatis.

An autem d. statutum quod non possit dici de nullitate post annum, habeat locum, tam agen-
6 do, † quam excipiendo, videbatur dicendum affirmatiue, vt per *Achill. decis. 16. de constitut. iuxta cons. Castr. 288. in 2. dub. lib. 2. Papien. de execut. senten. in verb. sapiens. col. 4. versic. quaero quid sit statutum.* Vbi respondet ad *Bart. in l. 1. in prima oppositione. de except.* Ver-
7 bum † enim dicere est commune, comprehendens etiam exceptionem. *Rota diuers. decis. 941. lib. 3.* Et quod ita seruetur de consuetudine, tam agendo, quam excipiendo, dicit *Plot. consil. 63.*
8 *num. 4.* vbi loquitur in casu statuti † de re iudicata loquētis, & testatur de cōmuni opinione.

Prædicta tamen intelligunt secus esse quando statutum se restringeret ad actionem, tune enim
9 non excludit exceptionem. *Achill. decis. 5. de constitut. & decis. 6. eodem tit.* quod non est in verbo, dicere, cum sit commune, vt dictum est. *Rota diuers. decis. 941. lib. 3.* vbi ampliat in statuto dicente, quod nullatenus audiatur; nam si dicat, quod post annum non possit agi, intelliguntur dicta verba, nullatenus audiatur, scilicet agendo.

10 Et regulariter datur exceptio, licet† non detur actio. *l. pure. de dol. except. l. militis. §. veteranus. de testam. milit. l. pen. §. fin. de bonor. possess. secund. tabul.* sicuti etiam pactum nudum prodest ad excipiendum, licet non ad agendum. *l. iurisgentium. §. igitur nuda. de pact. Aym. de indemnit. mulier. num. 20.* & exceptio
11 † non continetur nomine actionis. *Bald. de statut. num. 37.* Licet habeat vim actionis. *Bald. in l. 1. C. si maior factus alienauerit.* & tempo-
12 ralia ad agendum sunt † perpetua ad excipiendum. *d. l. pure. §. vlt. ff. de dol. except.* & in nullitate non intentata intra decem dies, vt dispo-
13 nit statutum, quod possit perpetuo † opponi, quando intentatur per viam exceptionis, concludit *Paris. cons. 54. num. 41. lib. 3.*

Ex quibus dicebatur obstare in causa Francisci, & Bartholomæi de Monte Fortino exceptionem nullitatis propositæ, licet per viam actionis non posset amplius de ea dici, secundum dispositionem statuti, in quo præfigitur tempus anni, quod iam elapsum est.

Contrarium tamen visum fuit verius, quia exceptio in casu nostro habet ortum ab actione,
14 cum surgat ex eodem facto, siue fonte, † causa, & respectu; tunc enim non durat, nisi quantum actio; Vnde actione sublata, tollitur etiam exceptio. *Anan. per illum tex. in c. si autem. de rescript. in fin. & ibi Card. vers. quinto soluit. & Anchar. ibi quoniam ex eodem fomite potest agi, & excipi.*

Idem voluit *Hostien. in d. c. si autem.* vbi quod si ad agendum fuerunt litteræ specialiter impe-
15 tratæ; quia impetrans potuit † litteras perpetuare per citationem, sibi imputet; cum vigilantibus, & non dormientibus iura subueniāt; alias enim esset iniquum, si perpetuo posset excipi; & exceptio sequitur actionem, sicut accessoria, non è contra.

Idem dicit *Gomes. de success. contra testam. nu. 20.* vbi quando quis non potest proponere
16 agendo in iudicio ius suum, sed tantum † excipiendo; tunc potest perpetuo excipi, quia sibi non est imputandum, secus autem quando potest proponere in iudicio agendo infra aliquod tempus à lege limitatum; tunc enim infra illud tenetur excipere, quasi de negligentia sit imputandus.

Idem concludit *Guter. de contract. iurat. c. 1. n. 22. tom. 3. fol. 385.* vbi testatur de communi, ponendo exemplum in compensatione, de qua non poterit excipi; quia per viam actionis
17 † poterit principaliter intentari, sicut per viam exceptionum, cum alijs exemplis ibi per eum relatis.

Et ita in specie dicit *Card. in d. c. si autem. colum. 2. vers. sic etiam potest. de rescript.* vbi exemplificat in appellatione, quæ dum pendet parit exceptionem; Nam de ipsa potest opponi
18 † contra executionem sententiæ, & contra omnem processum, quem fecerit Iudex inferior. Et talis exceptio non durat, nisi donec durant fatalia ad prosequendum appellationem; & hoc ideo, quia non competit exceptio ex appellatione, nisi quia competit ius agendi ex ea, idest prosequendi appellationem; & sic extincta hac actione per desertionem appellationis, extin-

tinguitur etiam præmissa exceptio.

Non obstat, temporalia ad agẽdum esse perpetua ad excipiendum. *l. pure. §. vlt. de dol. except.* Quia intelligitur, dummodo actio nun-
19 quam fuerit † ab actore intentata: Nam si actor intentauit actionem, & reus non allegauit exceptionem, expirat ius excipiendi, sicut ius agẽdi. *gl*o*s. pen. post princ. in c. cum accessissent. de constit.* vbi ampliat hoc esse verum generaliter vbicunque imputari possit negligentia excipiendi. *Felin. in c. si autem. col. 4. in verb. temporalia. in princ. de rescript.*

Ex quibus cum in casu, de quo agimus, appellantis, & dicentis de nullitate, passus fuerit labi tempora statuti, non solùm nihil deducendo in prima instantia causæ appellationis, sed neque in secunda, & cum simus in exceptione, quæ habet ortum ab actione; non est dicendum, quod sit amplius locus exceptioni, præsertim cum statutum dicat, quod elapso anno nul-
20 latenus † audiatur; per quæ verba, si quis inchoauit dicere de nullitate, & sint lapsa tempora anni, non potest amplius de ea opponere, etiam per viam exceptionis. *Castren. consil. 288. ad primum. num. 2. lib. 1. Achil. decis. 15. de constit.* Quæ satis sunt absque eo, quod videretur an commissa causa appellationis, & nullita-
21 tis, & sic æque principaliter deserta † causa appellationis, censeatur etiam deserta causa nullitatis, de quo per *Bart. in l. si expressim. ad fin. num. 10. de appellat. Franc. in cap. dilecto. quæst. 58. num. 171. eodem tit. Ruin. cons. 34. visis omnibus. num. 10. vers. nec obstat etiam. volum. 5. Neuiz. consil. 41. colum. fin. Mandos. ad commiss. 17. in verb. nullitatis, & nullitatis. ad fin.* Licet quando ex forma statuti, in loco eodem est cadem instantia nullitatis, & appel-
22 lationis; † tunc dicendum est procedere opinionem Innocentij; quia ambo iudicia quo ad instantiam eodem tempore limitantur; aliàs secus; cum alia sit instantia causæ appellationis, alia nullitatis. *Franc. in d. cap. dilecto. quæst. 58 num. 173. ad fin. de appellat.* post *Imol. in d. l. si expressim. colum. 35. eodem tit.* Prout quan-
23 do nullitas est intentata † cum appellatione; tunc post annum non potest agi; secus si principaliter de per se. *Rota diuers. decis. 941. lib. 3.* sic etiam quando causa nullitatis est mixta causæ appellationis, post tempora fatalia non potest appellans prosequi causam nullitatis; quia perit ijsdem fatalibus, quibus perit iniquitas, *Felin. in cap. si autem. colum. 4. versic. limita sexto. de rescript.* Quod intelligit esset verum ex
24 ijsdem actis; secus de † nouo, quia tunc posset intentari nullitas, non obstante lapsu fatalium; prout idem voluit *Afflict. super constitut. Regni, appellationum tempora. nu. 37.* vbi quando appellatio est deserta propter lapsa fatalia, &
25 peremptam † instantiam, non potest dici de nullitate respectu instantiæ, sed bene potest respectu iuris, scilicet ipsius nullitatis sententiæ dici de nullitate, quæ incidenter venit in sententia; & tunc debent seruari ea, quæ sunt ordinis iudiciarij, nisi ex ijsdem actis appareat nullitas sententiæ.

EPITOME.

Solutiones tres vltimæ, & continuatæ quando faciant præsumi antea solutum esse.

SVMMARIVM.

1 *Solutiones tres faciunt præsumi retro fuisse solutum. Intellige vt n. 2. & 3. Et quid in exactoribus qui mutantur n. 7.*

4 *Promissio de soluendo centum quolibet anno vsque ad 30. est grauamen respiciens personam, & dicitur solutio irregularis.*

5 *Præsumptio l. quicunque. C. de apoch. publ. lib. 10. non procedit contra tertium.*

6 *Tituli & præstationis præsumptio, de qua in l. cum de in rem verso. de vsur. non habet locum contra tertium.*

Decisio CLII.

1 PEr tres solutiones vltimas, & continuatas dicebatur semper præsumi † probatum antea solutum esse. *l. quicunque. C. de apoch. public. lib. 10.* quam legem intelligunt *Doctores*, non solum in solutione census tributarij, sed canonis emphyteotici, etiam ecclesiastici, collectarum, pensionis, & similium. *Gig. de pension. q. 80. Gabr. concl. 11. de præsumpt.* vbi sub *num. 24.* declarat, dummodo solutiones sint factæ diuersis temporibus, non vnico
2 † contextu, & sint annales; secus si semestrales, seu trimestrales, licet quo ad hoc de semestri distinguat, concordando opiniones, *Mascard. concl. 1321. lib. 3. de prob. num. 12.*

In causa tamen Achillis, & Blasij de Monte Fortino, licet nihil fuerit conclusum, cum partes concordauerim; tamen contrarium videba-
3 tur verius; quia prædicta intelliguntur † in solutione regulari, quæ de natura rei præstari solet; secus autem in ea quæ est irregularis: Et ideo si promisisses mihi soluere centum quolibet anno vsque ad annos triginta, licet probares de solutione trium annorum præteritorum;
4 tamen non præsumeretur de alijs, † quia hæc præstatio non est canonica, neque illatio regularis respiciens, sed quoddam granamen contingens, quod respicit personam. *Bald. in d. l. quicunque. col. 1. vers. item quæro promisisti. C. de Apoch. public. lib. 10. Cremens. notab. 80. Cotta*, qui dicit magnam limitationem in *memorab. in verb. solutio.*

Secundo ad excludendam præsumptionem solutionis obstabat; quia supradicta habent locum, quando sumus in eo, cui est facta solutio; secus autem ad excludendum tertium, prout
5 est in casu, de quo agebamus. Et † præsumptio *d. l. quicunque. non procedit ad exclusionem tertij, Cott. in memorab. in verb. solutio*, vbi dicit ita fuisse iudicatum; quod approbat *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 139.*

in

in fin. Ratio est, quia tertius nullas recepit so-
lutiones, ex quibus dicatur consentire, & quo-
dammodo renunciare præcedenti credito. Pro-
6 ut dicimus de titulo, & causa † præstationis, de
qua in *l. cum de in rem verso. ff. de vsur.* quod
non præsumatur nisi cursu viginti annorum, vbi
agitur de præiudicio tertij. *Ias. in l. si certis an-
nis. num.* 15. *vers. quinto limita. C. de pact. Ale
xan. cons.* 11. *viso instrumento. n.* 8 *lib.* 4. *Menoc.
præsumpt.* 131. *nu.* 91. *lib.* 3. qui etiam in *d. præ-
sump.* 139. infert in exactoribus tributorum, &
7 canonum solitis mutari, cessare d. præsumptio-
nem, si vnus reciperet censum, vel tributum per
tres annos, si ignorant quid actum esset in præ-
teritum, cum sit probabilis ignorantia facti an-
tecessoris, neque in exactore considerari possit
negligentia, seu consensus.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Solutio decem annorum probat titulum quando quis pluribus vicibus soluit.*
2 *Præstatio alimentorum de tribus annis quando obliget in futurum.*
3 *Præsumptio solutionis trium annorum æquiparatur veræ, & propriæ probationi.*
4 *Statuta loquentia de dote verificantur in dote præsumpta.*
5 *Exceptio solutionis de qua constat vere, vel præsumptiue, impedit executionem. n.* 6. 7. & 8.

¶ N. 1. *post verb.* Gig. de pens. q. 80.

Peregr. de iur. fisc. lib. 5. *tit.* 1. *n.* 32.

¶ N. 2. *post verb.* de probat. n. 12.

Non enim vnica solutio tantum operatur, quā-
1 tum ea, quę fit diuersis temporibus: † vnde quā-
uis solutio decem annorum probet titulum, ta-
men non procedit, quando quis vnica vice sol-
uit pro decem annis. *Bart. in l. eum qui. de ann.*
2 *leg. Bald. in l. si certis annis. C. de transact. Surd.
de alim. tit.* 8. *priuil.* 22. *n.* 28. † Vbi idem con-
cludit in præstatione alimentorum, quæ est ma-
gis fauorabilis, Licet enim per præstationem
trium annorum quis cogatur in futurum solue-
re alimenta, tamen si præstatio facta est vna
vice pro tribus annis, non obligat hæredem
pro futuro tempore, quia plures actus strictius
operantur. *Doctor. in d. l. si certis annis. C. de tran
sact. Ias. in l.* 1. *n.* 4. *C. de fideicomm.*

¶ N. 7. *post verb.* seu consensus.

Quibus adde, quod adeo ista presumptio triū
3 annorum sufficit, † vt æquiparetur propriæ, &
veræ probationi, cum per eam præsumptionem
probetur solutio census tēporis præteriti: ideo
habebit locum, quamuis per statutum huiusmo-
di solutio esset probanda per publica docu-

menta, quasi hac præsumptio æquipararetur pro-
bationi factæ per eadem documenta, Prout di-
cimus de probatione instrumentali requisita
per statutum, quia sufficiet præsumptio ex in-
strumento, iuxta dispositionē *l. de in rem vers.
de vsur. Bald. in l.* 1. *n.* 18. *C. de fideicō.* Quidquid
ab eo dissentiat *Ias. in l. certi condictio. in princ.
n.* 12. *ff. si cert. petat.* Cum contra cum sit ve-
rior opinio, vt testatur *Menoch. cons.* 3. *n.* 22. &
23. Vbi multa, quando isti actus præsumptiui
habeantur pro veris.

Idem est in statutis loquentibus de dote, quæ
4 etiā verificantur in dote præsumpta. † *Abb. cons.*
46. *n.* 3. *lib.* 1. *Socin. cons.* 80. *n.* 24. *lib.* 3. *Paris. cō.*
54. *n.* 1. *lib.* 3. Itaut exceptio solutionis, de qua
vere, vel præsumptiue constat, impediat execu-
tionem, quæ tribuitur instrumentis ex vi statu-
5 ti, † vel pacti. *Roder. Soarez.* qui dicit multum
notandum, *in l. post rem iudicatam. post* 13. *no-
tab. in verb. secūdo extende hanc legem. n.* 4. *vers.
secus dicas vbi per statutum. ff. de re iudic. fol.*
526. Vbi *in fin. vers. melius exemplificabis.* lo-
quitur in specie de eo, qui tribus annis retro sol
6 uit censum, † & de hoc habet apocham credito-
ris, præsumitur enim soluisse omnes census, etiā
priorum annorū. *l. quicūque,* 3. *C. de apoch. publ.
lib.* 10. Adeo vt isto casu denegetur parata exe-
cutio creditori, cum contra confessionem in
7 scriptis † admittatur alia probatio in contra-
rium saltem præsumptiua per aliam scriptu-
ram. *l. generaliter.* 13. *C. de non numer. pecun.*
& sic exceptio solutionis census per tres annos
8 retro, † impediet executionem pro censu præ-
teritorum annorum, sequitur *Matth. Coler. de
process. execut. p.* 4. *c.* 1. *n.* 129. & 130.

EPITOME.

Legatum quando dicatur sub conditione, seu modo relictum, & transmittatur ad hæredem mortuo legatario ante implementum.

SVMMARIVM.

1 *Legatum conditionale, seu sub modo, quando dicatur, & num.* 11. & 17.
2 *Dies incertus facit conditionem in testamentis.*
3 *Legatum non transmittitur ad hæredes legatarij, moriente illo ante hæredem legantis.*
4 *Conditio antequam extiterit, facit vt legatum ad legatarium non spectet.*
5 *Conditio adiecta executioni legati, quando illud reddat conditionale, itaut non transmittatur, & num.* 6. 22. 24. & 25.
7 *Dominium rei legatæ transit recta via in legatarium.*
8 *Dies legati cedit à die mortis testatoris, etiam moriente legatario ante solutionem factam per hæredem, & aditam hæreditatem. num.* 9.
10 *Transmittitur quod potest cedi, & obligari.*
12 *Legatum modale transmittitur ad hæredes ante modum impletum.*
13 *Verba, ne molestet, quomodo intelligenda sint, & num.* 14.

15 *Transmittitur legatum alias non transmissibile ex coniecturis.*

16 *Conditiones negatiuæ in non faciendo quomodo adimplendæ.*

18 *Modus in dubio potius debet intelligi, quam conditio, & num. 19.*

20 *Conditio momentanea, & successiua quando impediat transmissionem.*

21 *Legatum cum conditione, si stet cum filijs, vel donec nubat, an transmittatur si decedat legatarius antequam aliquid sequatur.*

22 *Legatarius dicitur magis dilectus in re legata quam hæres.*

23 *Legatum ad vitam quando debeatur hæredibus.*

Decisio CLIII.

D. Ioseph de Gratianis Maceratensis iure legati reliquit D. Manenti Costæ prædium ipsius testatoris, cum conditione, pacto, ac prohibitione expressa, quod viuente D. Clara ipsius Testatoris matre, & hærede Legatarius non possit, neque ex quauis causa, seu quæsito colore valeat ipsam hæredem molestare, seu molestari facere in proprietate, neque in fructibus d. possessionis.

Dictus Legatarius matre testatoris, & hærede adhuc viuente decessit, legando d. prædium Ecclesiæ S. Ioannis, seu Collegio RR. PP. Iesuitarum Ciuitatis Maceraten. Vnde dubitabatur an legatarius potuerit de dicto prædio, vt præfertur sibi legato valide disponere,

Et dubitationem faciebat, quia dictum legatum videtur conditionale, & consequenter nisi eo viuente purificata fuerit conditio per legatarium, transmitti non potuit. *l. vnica. §. sin autem aliquid. C. de caduc. toll.* Conditionale autem esse legatum, patet ex illis verbis, cum
1 conditione, per quæ verba constat de † animo testatoris, qui sub conditione legare voluit, etiamsi forte de sui natura legatum conditionale non esset. *l. in conditionibus. in princip. & §. hæc scriptura. de condit. & demonstr.* Alias ista verba essent superflua, & nihil operarentur, vt post *Bald.* explicat *Castren. in l. 3. in fin. versic. pone etiam. de legat.* 1. & ibi *Ias. n. 38. cum præced. Socin. in d. l. in conditionibus. §. hæc scriptura. in fin.*

Præterea, huiusmodi legatum est in diem incertum; quo casu æquiparatur legato conditionali: Immo dies incertus facit conditionem
2 in † testamentis. *l. dies. de condit. & demonstr.* & ibi *glos.* dicit hoc procedere ad effectum transmissionis legati. *l. talis. §. sed etsi sub condit. de leg. 1. & d. §. sin autem aliquid.* [Maxime cum sit in diem mortis hæredis, quod est conditio-
3 nale, & transmitti † non potest ad hæredes legatarij, moriente legatario ante hæredem legantis. *l. 1. §. dies autem incertus. l. hæres meus. de condit. & demonstrat. l. si cum hæres. l. huiusmodi. ff. quando dies leg. ced. l. si pecunia. §. quod ita. de legat. 2.* [Ratio est, quia licet certum sit hæredem decessurum: Tamen incertum est, an viuo legatario moriatur, & sic an ante mortem dies legati cedere debeat, & legatum ad legatarium sit peruenturum: Vnde cum huiusmodi legati dies viuo legatario non cesserit, per eum transmitti non potuit, quia antequam dies aduenerit, vel conditio extiterit, ad
4 legatarium pertinere † non potest. *l. si ita scriptum. §. si sub conditione. de legat. 2.* & ibi *glos. l. si dies. ff. quando. dies leg. ced.*

Neque obstat, quod hic à principio videatur pure legatum, ex quo non fuit dictum, si hæres, vel cum hæres morietur, do, lego, sed simpliciter fuerit legatum, petitio autem prohibita sit sub conditione, vel in diem donec viueret testatoris hæres, quo casu magis videtur voluisse testator demonstrare quando legatum debere-
5 tur, quam † conditionem legato inserere, vt dicitur in *l. in conditionibus. §. hæc verba. de condit. & demonstrat. l. ex his verbis. C. quan. dies leg. ced.* Quia respondetur, quod etiam quando conditio adiecta est executioni, & petitioni, seu solutioni legati, vel petitio, & exe-
6 cutio legati † dilata est in diem omnino incertum, qualis est dies mortis tertij, seu hæredis, legatum redditur conditionale, & transmitti nõ potest; secus si non esset dies omnino incertus, vt tempus ætatis, vel respectu honorati esset appositus, vt dicit *glos.* reputata singularis *in l. Seius Saturninus. vers. in diem. ff. ad S. C. trebel.* & declarat late *Paul. de Castr. in l. ex his verbis. num. 2. & 4. Salicet. num. 3. Corn. num. 6. C. quando dies leg. ced. & est text. in l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de condit. & demonstrat.* & ibi *not. Castr. num. 3. & seq. Socin. nu. 4. & 8.* & ponit idem *Castr.* post *Bart. in l. si cui legetur. §. hoc autem. ff. de legat. 1.* & ibi *Ias. num. 6. & 7.* dicens hanc communem. *Illustriss. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 20. num. 3. Peregr. de fideicommiss. artic. 31. num. 19.*

Præsertim, quia cum prohibitus fuerit hic legatarius molestare matrem hæredem in proprietate, & fructibus prædij, apparet voluisse proprietatem, & fructus esse hæredis, non legatarij viuente matre. Nihil igitur habuisse videtur hic legatarius, de quo disponere potuerit. *arg. tex. in l. 2. C. de vsufr. & habit.*

Et ita fere in eadem facti specie quod, legatarij simile legatum non transmittant, consuluit *Capra cons. 79. per tot.*

Contrarium tamen in huiusmodi causa mihi commissa dixi verius esse; quod scilicet potuerit legatarius de hoc prædio disponere, etiamsi ante mortem testatoris prædecesserit: Quia dominium rei legatæ recta via transit in legata-
7 riũ à die mortis † testatoris. *l. à Titio. ff. de furt.* seu saltem ab adita hæreditate vere, quo ad acquisitionem. *l. si tibi homo. §. cum seruus.* & ibi *Bart. Ias. num. 6.* & alij. *de legat. 1.* de communi. post. *Crot. in l. si is, qui pro emptore quæst. 5. de vsucap. Couarr. in repet. c. Rainaldus. §. 1. in princip. de testam.* Vnde potuit tãquam de re propria hic legatarius disponere,

cum

cum prædij legati esset dominus. *l. in re mandata. C. mandati.* Et ad effectum transmissionis, communis est conclusio, quod dies legatorum
8 cedit † à die mortis testatoris, etiam moriente legatario ante solutionem, seu restitutionem factam per hæredem de legato, seu fideicom-
9 misso: Immo etiam† ante aditam hæreditatem. *l. vnica. §. cum igitur & §. in nouissimo. C. de caducis tollen. Bartol. in l. cum filio familias. vbi Alexan. colum. 11. Ias. num. 118. Ripa num. 76. de leg. 1. Couar. in d. cap. Rainaldus. §. 1. num. 3.*

Vnde cum testator in casu proposito legauerit, & reliquerit prædium, de quo agitur iure legati, & ius legati sit, vt transeat recta via in legatarium, & possit legatarius illud ad hæredes transmittere; Consequens est, vt potuerit etiam de eo disponere. Quod enim transmitti
10 potest, cedi, & obligari potest. † *l. ex pluribus.* vbi *Bart. ff. de admin. tutor. l. non solum. §. si puella. de rit. nupt. l. si stipulatus fuerit. in princip. ff. de verb. oblig. Cagnol. in l. 2. num. 38. C. de pact. inter empt. & vend.*

Neque obstat prædicta procedere in legato puro, non autem conditionali, quod transmitti non potest ante purificatam conditionem; Quia verius est nos versari in legato puro, non autem conditionali, ex quo testator pure legauit, licet postea legatarium grauauerit, vt matre ipsius testatoris viuente legatarius permitteret ipsam vti frui prædio; per quæ verba non potest dici datum legatum, sub conditione quæ ipsius acquisitionem suspenderet, & à qua legati confirmatio ex futuro euentu penderet, quod
11 facit † legatum conditionale, vt declarat *gloss. in rubr. ff. de condit. & demonstrat. Bart. Socin. & alij in l. 1. eodem tit.* plura *Ant. Gomes. in comment. var. resolut. tom. 1. cap. 12. num. 59. cum sequen.* Sed potius videtur modale, cum legato puro adiecta fuerit per testatorem moderatio, grauando eum, qui legato fuerat honoratus. *gloss. in d. rubr. de condit. & demonstrat. Bart. in l. quibus diebus. §. terminius. de conditio. & demonstrat. gloss. & Doctor. in l. 1. C. de his quæ sub modo. Gomes. d. cap. 12. num. 70.* Quo casu non est dubium, legatum modale, quamuis ante modum imple-
12 tum peti nequeat, † transmitti tamen posse ad suos hæredes, vel alios. *l. à testatore.* vbi *gloss. de condit. & demonstrat. l. si post diem. vbi gloss. in verb. eisdem. quando dies leg. ced. Bartol. Castren. Socin.* & alij communiter *in d. §. terminius. de conditio. & demonstrat.* late *Gomes. d. cap. 12. num. 71.* & de communi *Phanuc. de inuentar. hæred. p. 6. num. 86.* Maxime cum modus est talis, qui per hæredem possit impleri, vt *ibid. per Bart. n. 13.*

Nullum autem verbum in hoc legato adiectum est, per quod appareat voluisse testatorem legati substantiam, & acquisitionem suspendere; sed solum apparet voluisse grauare legatarium, vt fineret hæredem frui re ipsa legata donec viueret, & interim ipsum hæredem non molestaret, nec molestari faceret. Ex quibus verbis potius patet, quod voluit perfecte acquiri legatum ipsi legatario. Nam vltra quod dixerat se iure legati relinquere, prohibendo ne hæredem molestet in proprietate, & vsufructu, arguitur, quod proprietas, & vsus fructus apud legatarium erat. Cum enim illa verba, ne molestet, nec molestari faciat, per se, vel per alium, cum alijs clausulis, & geminationibus sint amplissima, intelligi debent, ex com-
13 muni Doctorum interpretatione† de omnibus molestijs, siue de iure, siue de facto, siue in iudicio, siue extra, agendo, vel resistendo, vt est *tex. in l. fin. C. de fund. patrim. lib. 11. authen. de fideiuss. in princip. l. Lucius. §. tres hæredes.* & ibi *gloss. in verb. mouerit. ff. ad S. C. trebell. Ias. in l. stipulatio ista. §. 1. num. 2. & sequen. de verbor. obligat. Abb. in cap. in nostra. num. 3. Felin.* & alij *de rescript. Afflict. decis. 319. num. 4. Dec. consil. 425. numer. 12. & 20. Ruin. consil. 77. num. 2. & 6. volum. 2.* vbi etiam considerat talia verba prohibitionis,
14 † molestiarum non esse apposita in dispositione, & substantia legati. Si igitur de iure poterat legatarius ab hærede prædium vendicare quo ad possessionem, & proprietatem, & de hoc dubitans testator grauauit legatarium, prohibendo ne molestiam hæredi, per se, vel per alium inferret, legando censetur totum ius, tam in proprietate, quam in vsufructu transtulisse, alioquin non potuisset grauare, nisi honorasset. *l. ab eo. C. de fideicom.*

Quare cum appareat noluisse testatorem suspendere acquisitionem legati respectu legatarij, sed solum consulere hæredi, vt rem legatam retineat, sua vita durante; non debet impediri legatarius, quin iura legati transmittere
15 possit: ex coniecturis † enim transmissibile fit legatum, quod alias transmissibile non esset, quoties apparet conditionem impositam, vim suspendendi acquisitionem non habere. *Doctor. in l. ex his. C. quando dies leg. ced. Phanuc. de inuent. num. 77. p. 6.* eum possit testator facere transmissibile quod non est, & è contra. *l. in conditionibus. §. hac scriptura. de condit. & demonstr. Bald. in l. si pater. quæst. 4. C. de institut. & substitut.* Vbi intelligit de coniecturis, quæ ex ipso testamento leguntur, non de alijs extra illud sumptis. *Pereg. de fideicommiss. artic. 31.*

Quod etiam confirmatur. Nam si in hoc casu legasset prædium huic legatario, & mandasset testator ab eo non debere molestari hæredem super aliqua alia re, eius vita durante; sine dubio potuisset legatarius per cautionem Mutianam de non molestando, statim legatum consequi, ex quo huiusmodi conditiones negatiuæ, quæ in non faciendo consistunt, adimpleri
16 † nequeunt, nisi post mortem legatarij. *l. Mutiana.* vbi *Bartol. num. 3. Socin. num. 7. de condit. & demonstr.* Ergo cum mandauerit testator in re ipsa legata, legatarium hæredem molestare non posse ipsa hærede viuente, non

fuit opus cautione, sed ipsa hæredis possessio pro cautione est: Vnde quemadmodum transmissibile fuisset legatum ad hæredem legatarij, si locus fuisset cautioni, ita transmissibile esse debet in hoc casu: quia dilatio data à testatore vim cautionis habet, & semper ex bono, & æquo mentem testatoris interpretari debemus. *l. in his.* & ibi *gl. &* *Doctor. de condit. & demonstrat.*

Non obstat quod legatum sit conditionale, attentis illis verbis, eum conditione; Quia d.
17 verba cum hac conditione † adiecta legatis non faciunt conditionem, sed modum. *l. meuia. & l. libertas quæ. §. hac scriptura. ff. de manumiss. test. l. 2. §. fin. de donat. Bartol. in d. §. terminlius. num. 5. Gomes. d. c. 12. nu. 70. Simon de prat. de interpret. vltim. volunt. lib. 4. p. 2. interpret. dub. 8. Phanuc. de inuent. p. 6. nu. 80.*
18 ¶ Vtra quod in dubio potius † verba interpretanda sunt vt significent modum, quam conditionem. *Gomes. vbi supra num. 72. Mantica de coniect. lib. 10. tit. 5. nu. 12.* ubi de communi. *Simon de Prat. loco proxime allegato.* Maxime cum in casu nostro subiunxerit testator cum pacto, & prohibitione, ex quibus videtur pro sinonimis accepisse pactum, & conditionem, siue
19 prohibitionem, quæ sunt potius † grauamina, quam conditiones. Neque doctrinæ allegatæ *Bald. & Castr.* applicari possunt, quia aliter ibi concepta erant verba, scilicet per dictionem, si, quæ importat conditionem; secus in casu nostro, in quo non adest dictio, nec aliqua eiusdem potentiæ, & virtutis, sed dictio, quod, seu, vt, quæ non habet vim reddendi dispositionem conditionalem, vt bene declarat *Ias.* conciliando opiniones ibidem.

Immo etiam si conditionaliter disposuisset testator (quod nonn fecit) ex quo non est conditio momentanea, quæ vna vice impleatur, sed
20 est successiua, non haberet impedire † transmissionem; nam eo ipso, quod est incepta habetur pro impleta, & non dicitur pendere ad effectum transmissionis. *Mantica lib. 10. de coniect. tit. 20. num. 6. Simon de Prat. lib. 3. interpret. 1. dub. 5. solut. 4. num. 55.* & est *cons. Io. Anan.* 8. Vbi ponit casu de eo, qui ducenta vxori legauerat, apposita conditione si staret cum
21 filiabus † suis donec nuberent, monachatentur, aut morerentur; & concludit, quod si, antequam istorum aliquid sequatur, legataria decedat, tale legatum transmittit ad suos hæredes.

Neque obstat, quod conditio, aut dies incerta adiecta solutioni, & executioni impediat etiam transmissionem, perinde ac si esset adiecta substantiæ, & dispositioni legati. Quia debet intelligi hęc communis conclusio, quando
22 adsunt dictiones † suspensiuæ executionis in diem incertum, adeo quod constat testatorem noluisse pręstari legatum prius pure factum, nisi in casum euentus diei, aut conditionis purificatæ; quod colligitur, si appositæ sint dictiones suspensiuæ, vt colligebat *Bald. in l. 1. C. de his qui ante aper. tab. & in l. ex his. num. 2. C. quan. dies leg. ced. & Socin. in d. §. quidam Titio. num. 2. & 3. & Couar.* qui poni intellectum ad *d. §. quidam Titio. in 2. par. relect. cap. 4. §. 1. num. 10.* Quod non est in casu nostro, in quo nihil suspensiuum, nihil conditionale legitur: Immo legatum purum est, sed fauore hæredis rogatus est legatarius, vt vellet, durante vita hæredis permittere hæredem legato frui. In quo quemadmodum hæredem quo ad tempus prædilexisse apparet, ita quo ad effectum consecutionis prædij legatarium prædilexisse videtur, cum in re legata videatur ma-
22 gis † dilectus legatarius, quam hæres. *l. publius. de condit. & demonstrat.* Et ideo magis fauendum in dubio legatario, quam hæredi quo ad acquisitionem legati. *Ioan. de Mont. Sperel. cons. 105. num. 5.*

Et quemadmodum potuisset testator relin-
23 quere legatum ad tempus legatario † ad vitam ipsius, & rogare, vt post mortem hæredi restitueret, quo casu etiam si ante legatarium decessisset hæres eius, tamen hæredibus deberetur legatum, vt declarat *Couarr. in d. cap. Rainaldus. num. 3. vers. ex his. de testam.* Ita in casu contrario, eũ rogatus sit legatarius, vt permittat hæredem frui re legata, hæredis vita durante, debebitur hæredi legatarij, si legatarius ante hæredem moriatur, vt idem operetur propositum in proposito, quod oppositum in opposito. *l. fin. §. qui. de leg. 3.*

Et ita intelligendus est *Capr. d. consil. 79.* quia in casu suo ideo non transmittitur legatum ad hæredes legatarij, qui ante hæredem decesserat, quia constabat, quod testator nolebat ac-
24 quiri legatum legatario ante mortem † hæredis, ex quo dictum fuerat, quod legatarius non posset, nec deberet petere, nec habere legata vsque ad obitum cohæredis, & post mortem omnium prædictorum; & sic erat adiecta dies, nedum præstationi, sed etiam substantiæ legati, vt se declarat idem *Capr. in 3. solut.* quia dixerat testator vt habere non posset, quod verbum, significat cum effectu peruenire, vt dicitur in *l. nomen filiarum. §. habere. de verbor. significat.* quod non est in casu nostro,
25 in † quo nihil substantiæ legati adiectum est, sed potius rogatus legatarius, vt permitteret hæredem frui legato; & in casu *Capræ* erat prohibitus legatarius aliquid habere, vel petere ab hærede; ita vt hic grauamen, & conditio non dationi legati, sed restitutioni apposita esse dicatur, vt considerat *glos. in l. in causa, la seconda. §. pomponius. in verb. conditio. ff. de minoribus.*

ADDITIO.

¶ N. 15. *post verb.* ff. de minor.

Cum de prædictis iterum fuisset dubitatum in sacra Rota Romana, prævaluit opinio supra firmata ad fauorem Collegij Societatis Iesu. vt in de-

decisione R. P. D. Coccin. Maceraten. legati. 27 *Februar.* 1606. quam posui. *c.* 136. *disceptat.* vbi etiam multa addidi ad materiam præsentis decisionis.

EPITOME.

Iudicium quando possit incipere à procuratore. [Ciuitatis appellatio an comprehendat comitatum quoad citationem. [Producens iura quando dicatur factus procurator, ita vt veniat appellatione procuratoris.

SVMMARIVM.

1 *Causa grauis qua dicatur.*
2 *Iudicium non incipit à procuratore in causa grau. Declara vt n.* 3.
4 *Ciuitatis appellatione continetur comitatus.*
5 *Citatio est facienda in loco vbi quis moratur, etiam quod sit villa.*
6 *Mandatum quando comprehendat causas futuras.*
7 *Procurator citatur vbi mandatum esset generale. Intellige si dominus posset conueniri in illo foro. nu.* 8. *&* 9.
10 *Procurator producens iura ad causam facientia, præsumitur habuisse mandatum, & admittitur cum cautione de rato. Intellige vt numero* 11.

Decisio CLIV.

Causa cœpta contra procuratorem D. Federici erat grauis, quia super interesse, quod quando est magnum, & adest præ-
1 iudicium, facit illam grauem. *Afflict. decis.* 150. *n.* 5. *post Hostien. in c.* 2. *in verb. cogi. de procurat.* Ex quibus declaratum fuit acta facta in huiusmodi causa fuisse nulla: Non enim est lici-
2 tum incipere † iudicium à procuratore in his, quæ sunt grauis præiudicij. *Bart. in l. quamuis. de damn. infect. Abb. in cap. causam. num.* 11. *de dol. & contum. Ias. in l.* 3. *num.* 1. *C. de procurat.*

Non obstat, quod dominus esset absens, quo
3 casu poterat citatio incipere † à procuratore, secus si sit præsens in ciuitate, quia tunc ab illo incipit. *l.* 1. *§.* 1. *de liber. agnos. l. aut qualiter. §. etsi forte. ff. quod vi, aut clam.* Quia cum probatum fuerit dominum esse in comitatu tempore cœpti iudicij, non poterat dici absens; Nam ciuitatis appellatione venit comi-
4 tatus, neque dicitur abesse à ciuitate, qui est in comitatu, prout in specie citationis concludit *Roman. cons.* 454. *in re præsenti. colum.* 2. *num.* 6. *Abb. cons.* 43. *num.* 3. *lib.* 2. & si citatio esset facienda de eo, qui est in ciuitate, de-
5 bet fieri † perquisitio, non solum in ea, sed in quolibet loco, vbi consueuit commorari, siue sit ciuitas, siue castrum, vel vicus. *c. ex parte. de for. compet. Card. in cap. fin. colum.* 2. *vers. quæro circa hoc. de eo, qui mittit. in possess.* vbi etiam dicit, quod quando causa esset ardua, fiet perquisitio in Prouincia. *argumento c. causam. & cap. cum olim. de dol. & contum.*

Adde, quia mandatum procuratoris non vi-
6 debatur, nisi ad causas præsentes, prout † in dubio non intelligitur procurator constitutus, nisi ad eas. *glos. in l. omnium. de procur. Alex. in l. inuitus. num.* 13. *C. eod.* [licet *Vant. de nullit. ex defect. mand. num.* 97. distinguat, quod si aderant aliæ lites, quando fuit factum mandatum, non extendatur ad futuras; secus si adessent, quia tunc extenditur; de quo tamen *Rota decis.* 31. *alias* 395. *de procur. in nou. & decis.* 30. *alias* 563. *eod. tit. in antiq.* [si enim
7 esset mandatum generale, posset cita † ri procurator, secundum *Castrens. in l.* 3. *de procurat. Cardin. in cap. fin. de eo qui mitt. in poss. Socin. de citat. artic.* 5. *n.* 5. Quod intellige quan-
8 do potuisset dominus † citari in illo foro: Nam antequam citatio fiat domi, prius conuenitur procurator. *Doctor. in l.* 4. *§. prætor. de damn. infect. & in cap. causam. de dol. & contum.* cum satis sit quod habeat mandatum ad causas: sed quando dominus ibi non posset conueniri, neque etiam poterit procurator, nisi habeat
9 † mandatum speciale: Verba enim illa generalia, ad omnes causas, rediguntur ad intellectum iuris, hoc est ad omnes causas, in quibus poterat dominus conueniri. *Bal. cons.* 167. *verba, dicunt. in princ. lib.* 3. & ita prædictos Doctores intelligendos esse, dicit *Laderch. Imol. cons.* 15. *numero* 6.

Non obstat, quod videbatur adesse mandatum, etiam in huiusmodi causa, cum fuerint per procuratorem producta multa iura ad cau-
10 sam facientia; quæ licet non probentur † tradita per Dominum; tamen præsumptiue videtur factus procurator, ita quod admittatur cum cautione de rato, quando sumus in extraneo, & non domestico. *c. coram. vbi Felin. de offic. delegat. Roman. singu.* 643. *numquid per productionem. n.* 3. *& consil.* 446. *primus propositæ. nu.* 10. *Caputaq. decis.* 185. *p.* 2.

Quia respondetur secundum statutum requiri in huiusmodi causis grauibus, & magni præiudicij, quod mandatum producatur per procuratorem; Vnde dicendum est hoc intelligi de
11 mandato expresso, † non autem ficto, aut præsumpto, prout est illud, quod inducitur ex productione dictorum iurium; vbi enim fit mentio de mandato, seu de procuratore, intelligitur de solemni, & legitimo. *Guido pap. quæst.* 40. *& cons.* 84. *incip. circa diffinitionem. num.* 1. *in fin. Laderch. Imol. cons.* 15. *num.* 11. & est *tex. in l. ædiles. §. procuratoris. ff. de ædil. edict.* quem in specie ad hoc inducit *Bald. in l. si predium. colum.* 4. *in princ. vers. & nota quod dominus. num.* 17. *C. de ædil. action. & in tract. de statut. in verb. procurator. in princ.*

EPITOME.

Beneficium cum onere celebrandi missam an requirat personalem residentiam. [Consuetudo retinendi plura beneficia simplicia in eadem Ecclesia, quando valeat.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia simplicia requirunt de iure residentiam. Secus de consuetudine n.2. qua est valida n. 3. Intellige vt n.22.*

4 *Beneficium non efficitur residentiale propter onus impositum celebrandi missam, neque in hoc est electa industria personæ.*

5 *Beneficium cum onere celebrandi missam non est incompatibile cum alio curato, & potest per minorem vigintiquinque annis haberi, & n.6.*

7 *Consuetudo deseruiendi per alium valet.*

8 *Natura & status beneficij non debet mutari.*

9 *Seruitus nō dicitur acquisita in gerente actum gratuitum.*

10 *Subrogatus assumit naturam eius, pro quo subrogatur, ita vt idem dicatur n. 11. etiam quo ad præeminentiam n.12.*

13 *Conditio debet impleri in forma specifica. Intellige vt n. 14.*

15 *Industria personæ quando censeatur electa.*

16 *Canonicatus in Ecclesia Collegiata, & beneficium cum onere celebrandi missam, potest absque dispensatione simul obtineri.*

17 *Consuetudo valet, vt quis obtineat duo beneficia simplicia, vel dignitatem cum Canonicatu, seu personatu, vel capellania.*

18 *Beneficia vniformia quamuis simplicia, sunt incompatibilia, & quid in hoc operetur consuetudo, & vbi sunt exigui redditus. numero 19. & 20.*

21 *Incompatibilitatis, & residentiæ species est triplex.*

Decisio CLV.

Beneficium de quo fuit prouisus Petrus Fettus, cum sit simplex non habens curam animarum, dictum fuit non requirere personalem residentiam; Licet enim de iu-
1 re omnia † beneficia illam exigant. *Abb. in d. cap. cum ad hoc. num. 5. de cler. non resid. cap. nonnulli. eod. tit. c. preterea. de preb.* etiam si esset beneficium viginti solidorum. *c. conquerēte. eod. tit. de cler. non resid.* Tamen de genera-
2 li † consuetudine mundi, obtinens beneficia simplicia non tenetur residere. *Felin. in cap. dilecto. il secondo, col. 1. de rescript. Alex. cons. 4. volum. 1. Mil. in verb. beneficium curatum, vel non. Rebuff. in praxi. in tit. de dispensat. de non resid. num.*8. à qua consuetudine non est recedendum,
3 cum illa valida sit in † simplicibus. *Gemin. in c. fin. de rescript. in 6. Mand. ad reg. 1. Cancell. q. 13. num.* 8.

Non obstat, quod ex mente, & verbis fundatoris beneficij videatur colligi, prouisum de ista capellania arctatum esse ad residētiam, propter onus in illa celebrandi officia diuina, cum testator ad hoc mandauerit capellam construi, & presbyterum eligi, relinquendo ei dotes, & alia, vt possit viuere, & singulis diebus officiare pro anima ipsius; quę quidem sine personali, & continua residentia fieri non possunt: Nam per hu-
4 iusmodi onus celebrandi † non est effectum beneficium residentiale, cum sufficiat, quod in tali Ecclesia missæ, & diuina officia celebrentur per alium; neque ob id est electa industria personæ, cum possit per quemlibet sacerdotem explicari, prout ita in specie concludit *Lap. alleg. 35. incip. vtrum absque dispensatione. & allegat. 116. col. 3. vers. st.bitur igitur. & allegat. 117. col. 2. vers. quod autem d. capellania. Cardin. in cap. de multa. circa fin. de preb.* vbi te-
5 net, † quod dictum beneficium non est incompatibile cum alio curato, & quod minor vigintiquinque annis potest illud habere, quia non
6 tenetur † per se celebrare. *Felin. in c. cum omnes. de constit. colum. 18. num. 32. circa fin.* dicens valere huiusmodi consuetudinem non residendi,
7 & deseruiendi † per alium, etiam si ex ordinatione testatoris Ecclesia deberet conferri vni, qui ibi quotidie celebraret. *Dec. in cap. cum omnes. in 2. lect.* subdens non esse in iure cautum, quod ipse debeat per se deseruire: & late istam opinionem sequitur *Alphonsus Hoieda de incompatib. benef. p. 2. c. 1. num. 2. Mand. in add. ad Lap. alleg. 35. & 116.*

Non obstat, quod præsentatus ad beneficium cœperit residere, & sic natura, & status illius non possit modo mutari. *Dec. cons. 139. n. 3. Gabriel cons. 185. num. 2. lib. 2. Cephal. cons. 358. num. 8. lib. 3.* Quia non per hoc beneficiatus poterit cogi ad continuandum residentiam, quam prius nulla necessitate cogente, & nulli alio beneficio curato astrictus, susceperat. Quæ quidem ratio cessat, stante collatione illi facta de secundo beneficio curam animarum habente, & personalem residentiā requirente: ex quo enim
9 iste gerit actum gratuitum in eius † libertate consistens, nulla potest dici acquisita seruitus residendi. *Cin. in l. 2. q. 3. C. qua sit longa consuetudo. Bal. in l. 1. C. de seruit. & aqua. Abb. in c. quo ad translationem. colum. 2. de offic. delegat. Natta cons. 106. num. 9. lib. 1.*

Non obstat obedientia, quam præsentatus tenetur præstare priori loci; vbi situm est beneficium, cum illam possit exhibere per eum, per quem Ecclesiæ deseruiet, qui tanquam subro-
10 gatus assumet † naturam illius, in cuius locum subrogabitur. *l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caution. Felin. in cap. cum accessissent. col. 8. de constit. Dec. consil. 50. num. 2. colum 1.* Ita
11 vt † illud, quod subrogatur, vere idem dicatur. *Barbat. consil. 2. colum. fin. vers. præterea facit.*
12 *lib. 2.* etiam quo ad præeminentiam, † & honorem. *Anchar. in cap. grandi. in 3. notab. de suppl. neglig. prælat. Bertran. cons. 73. col. 1. lib. 1. Felin. in c. mandata. n. 1. de præsumpt.*

Neque obstat, quod non sit recedendum à proprietate verborum per testatorem prolatorum. *cap. in nostra. de iur. iur.* & quod condi-
13 tio † debeat impleri in forma specifica. *l. mænius. de condit. & demonstrat.* Nam respondetur, quod quando considerando effectum conditionis, dispositio, & voluntas testatoris impletur, † sufficit illi effectualiter, & per æquipol-

pollens satisfieri, licet verba improprientur,
& lædi videantur. *Oldrad. consil. 257. incip. factum tale est. colum. 3. Alex. cons. 100. num. 6. lib. 4. Aym. cons. 59. num. 5.* prout sumus in casu, de quo agimus, quia satisfit testatori, si cum
effectu per alium diuina celebrantur; Maxime
cum hic non committatur faciendum aliquid,
quod sit ingenij, naturæ, doctrinæ, & institutio-
15 nis; quo casu † censetur solum electa esse industria personæ. *l. inter artifices. ff. de solut.* Et
non sit causa grauis, & ardua, neque committatur factum variabile, & non determinatum,
quæ requiruntur ad hoc, vt actus per alium non
possit explicari. *c. 15. cui. de offic. delegat. in 6. Ias. in l. mora. num. 5. de iurisdict. omn. iud. c. vlt. §. fin. de offic. delegat. Menoch. de præsumpt. lib. 2. q. 21. n. 4.*

Minus obstat, quod in assecutione huiusmodi
beneficij fuerit declaratum per D. Iudicem à
quo, prouisum teneri ad dimittendum canonicatum, qui requirebat residentiam tanquam
incompatibilem cum beneficio: Nam istud decretum de iure non subsistit, quia non sumus in
casu, in quo sit electa industria personæ, cum per
quemlibet Sacerdotem id munus possit explicari. *Lap. alleg. 35.* qui in specie decidit quem
posse absque dispensatione habere canonicatum
16 † in Ecclesia collegiata, & simplex altare in plebe rurali, in quo testator iussit ibidem diuina
celebrari pro anima sua, & suorum præmortuorum, & in quo mandauit dimidiam suorum bonorum dari Presbytero eligendo pro missis ibidem celebrandis, prout etiam non esse incompatibile, tenet *Cardin. in d. cap. de mulcta. circa fin. de præb.* cum alijs per *Hoied. de incompatib. benef. d. par. 2. cap. 1. num. 2.* Stante præsertim consuetudine præsupposita, secundum
quam semper prouisus de canonicatu habuit
aliud beneficium, cum onere celebrandi missas
in altera Ecclesia: [Immo etiam valeret consue-
17 tudo, vt quis in eadem Ecclesia † possit obtinere duo beneficia simplicia, vel vnam dignitatem, cum Canonicatu, seu Canonicatum
cum personatu, & multo magis cum capellania. *cap. 1. vbi Gemin. num. 5. & 12. Anchar. nu. 3. Franc. num. 7. de consuet. in 6. Nauarr. consil. 32. de præben.* [quamuis ad validitatem talis
consuetudinis necesse sit, quod beneficia ipsa
sint difformia; nam vniformia licet sint simpli-
18 cia, † sunt incompatibilia. *Nauar. cons. 18. nu. 1. de præb. Hoied. de incompatib. benef. cap. 20. num. 25.* [& dummodo non sit triplex, quia in
19 hoc non suffragatur † cõsuetudo sine dispensatione Papæ. *glos. in clem. fin. in verb. vacabit. de præb. Gemin. in d. cap. 1. de consuet. in 6.* [Licet etiam quando beneficia essent exigui red-
20 ditus, † saluari forte posset dicta consuetudo,
cum tenuitas etiam in curatis excuset ab incompatibilitate. *Specul. de dispensat. §. dicendum. num. 7. Dec. reg. 71. limitat. 1. Hoied. d. cap. 21. num. 13. post glos. in cap. in summa. 21. quæst. 1. Nauar. cons. 22. de præb. & cons. 16. eodem tit.*

Ex quibus etiam dictum fuit, impetrationem
de secundo beneficio curato, & requirente residentiam, esse validam, neque potuisse habere
locum priuationem de primo simplici, cùm non
sint incompatibilia per supradicta, & possint simul retineri, non obstante onere celebrandi,
cum in istis non militent pœnæ, de quibus in
cap. de mulcta. de præb. & in extrauag. execrabilis eod. tit. vt ibi notant *Doct.* Neque in secunda impetratione fuit necesse facere mentionem de d. onere: Nam satis est, quod exprimatur esse simplex beneficium, cum mentio de eo
sit facienda, vt sciatur valor, & an sit incompatibile, ad quod nihil refert dicere, an habeat
d. onus nec ne, quia per hoc non redditur incõ-
21 patibile: cum enim triplex sit † incompatibilitatis species. *Cardin. consil. 3.* & triplex species
residentiæ. *Innoc. in cap. fin. vbi Abb. num. 4. de cler. non resid.* nulla viget in his simplicibus,
quamuis habeant aliquod onus annexum, per
quod sit electa industria personæ, nec de iure,
vel consuetudine, aut dispositione Concilij esset effectum requirens residentiam, neque de
istis simplicibus aliquid disponit Concilium,
22 nisi † vbi adest statutum Ecclesiæ, vel consuetudo, vt in *Conc. Trid. cap. 2. sess. 6.*

EPITOME.

Procurator tam necessarius, quàm voluntarius, quando obligetur. [An valeat obligatio per litteras, & quando præsumantur traditæ de mandato scribentis.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ probant contra scribentem. Intellige vt num. 2. Secus in tertio num. 3.*
4 *Procurator voluntarius, & necessarius non obligatur, vbi persona domini fuit in contemplatione. & nu. 6. Intellige vt nu. 8. & 10.*
5 *Causa limitata producit effectum limitatum.*
7 *Agens cum administratore debet agere, tam proprio nomine, quam administratorio.*
9 *Coniecturæ habent locum in incertis.*
11 *Stipulatio est nulla si promittatur factum alienum.*
12 *Obligatio per litteras valet si adsit animus obligandi.*
13 *Promittens factum alienum, tenetur vbi obligatur ad indemnitatem.*
14 *Verba prolata more aulicorum nõ obligant. Intellige vt n. 16.*
15 *Verba ad futurum non obligant in præsens. Intellige vt n. 17.*
18 *Pactum correspectiuum parit actionem.*
19 *Litera debet esse tradita de mandato scribentis, & hoc debet probari, & num. 20. Intellige vt num. 23.*
21 *Confessio tacita operatur sicut expressa.*
22 *Epistola præsumitur præsentata de manu scribentis.*

Decisio CLVI.

EX litteris productis contra D. Antonium
declaraui probatam fuisse intentionem
D.Flaminij, & competere actionem pe-
1 titam, cum † literæ probent contra scribentem,
& illum obligent. l.Publia. in fin. ff. depositi. §.
si quis igitur. vbi gloss. in verb. facimus. authen.
de instrum. caut. & fid. Bartol. in l. nuda. ff. de
donat. Alexan. consil. 191. visa scriptura. col. 1.
2 num. 25. Quod procedit † inter scribentem, &
3 cum cui scribitur: nam epistola † scripta tertio
non prodest alteri. Boir. cons. 25. num. 18. Card.
cons. 153. in princ. vers. item quod dicitis. Rota
Ianuens. decis. 14. n. 28. 97. & 123. Menoch. de
arbitr. iud. cas. 94. in fin.

Non obstat, quod D. Antonius in nullo teneatur, cum fuerint tractata negotia domini, non ipsius, & sic persona domini fuit in contemplatione, quo casu procurator, & administrator,
4 tam † voluntarius, quàm necessarius non obli-
gatur. Bart. in l. procurator, qui pro euictione.
ff. de procurat. Dec. cons. 510. in casu, de quo agi-
tur. col. 3. in 2. dub. vers. si contraho. nu. 4. post
Angel. in l. si pupilli. §. 1. ff. de negot. gest. [Ob-
ligatio enim videtur limitata respectu domini;
5 Vnde limitatum † effectum debet producere. l. in
agris. de acquir. rer. dom. Angel. in l. eandem. in
princ. ad fin. de duob. reis. vbi concludit, quod
factores licet in mille literis scribant se debito-
res, non propterea poterunt conueniri, quia vi-
6 dentur scribere, vt factores, & factorio † nomi-
ne. l. fin. ff. de institor. Dec. dicto cons. 510. col.
3. in fin. vbi Addit. in verb. nullo modo. subdit
stultum esse eum, qui tractat cum administrato-
7 re, nisi agat duplici nomine, † tam administra-
torio, quàm proprio. Gul. de Cun. in l. si man-
dante. C. vbi caus. fiscal.

Quia intelliguntur prædicta, quando aliquid fit tantummodo contemplatione domini; secus in casu nostro, in quo ex multis literis apparet
8 negotia tractata fuisse contemplatione † ipsius
Antonij procuratoris, tunc enim ipse etiam te-
netur, cum videatur fidem suam adstrinxisse, &
obligatur, licet procuratorio nomine contraxe-
rit, & officium finitum sit. l. procurator, qui pro
euictione. vbi Angel. ff. de procurat. Socin. cons.
154. consultationem. col. 2. num. 6. vers. primus
casus. lib. 2. vbi testatur de communi omnium
9 opinione. Coniecturæ enim habent locum † in
incertis, non autem certis. l. continuus. §. cum
ita. de verbor. oblig. Bald. in l. si pupilli. §. 1. ff.
de neg. gest. per text. in l. quicunque. §. sed cum
filio. ff. de institor. [Immo etiam tenebitur, quã-
do contemplatione vtriusque celebratus esset
10 contractus, nedum nomine † ipsius tantum pro-
curatoris. Socin. d. cons. 154. n. 10. versic. quin-
tus casus est. col. 2. in fin. Ex quo enim apparet
eum voluisse obligari, & tanquam procuratorẽ,
& vti principalem, dicendum est illum teneri,
cum contractus ex conuentione legem accipiãt.
l. 1. §. si conuenerit. ff. de depos. & ex intentione
agentis actus operatur effectum. l. non omnis. ff.
si cert. pet. Natt. cons. 641. col. 1. n. 1. ad med. & n.
2. lib. 3. Gabr. cons. 71. col. 1. lib. 1. post Cin. in l.
3. §. quod obseruari. col. 1. in fin. vers. generali-
ter enim. C. de iur. iuran. Bald. in dicta l. procu-
rator. ff. de procurator. Salic. in l. seruum Titij.
ff. mand.

Non obstat, quod fuerit promissum factum
11 alienum, & sic stipulatio nulla. † l. stipulatio ista
habere licere. in princ. de verbor. obligation. §.
si quis alium. instit. de inut. stipul. Quia respon-
detur fuisse promissum factũ proprium, licet pro
expeditione negotiorum alterius, quod potest
fieri, & obligat. d. l. plautius, & l. procurator,
qui pro euictione. de procurat. & valet obligatio
12 † per literas quando scribens habet animum obli
gandi. l. quidam ad creditores. de constit. pecun.
[Immo etiam quod esset promissum factum alie-
num, tamen apparet quod promittens se obliga-
uit ad indemnitatem ex tot assecurationibus fa-
13 ctis in literis, † de releuando Antonium, & de
soluendo suos labores; quo casu etiam promit-
tens factum alienum, tenetur adimplere, & obli-
gatur. Socin. cons. 488. col. antepenult. num. 33.
versic. quarto confirmatur. libr. 2. Paris. consil.
110. num. 9. libr. 1. Cagnol. post Dec. in l. im-
possibilium. n. 4. vers. infertur. de reg. iur.

Non obstat, quod verba in dictis literis con-
14 tenta non obligent, cum potius videantur † pro-
lata more aulicorum. Ang in l. si vi. C. de seruit.
& magis liberalitatem quandam, quam obliga-
tionem præseferant. cap. cum venissent. de instit.
Alexan. in l. ita stipulatus. n. 5. vbi Ias. nu. 45.
de verbor. obligat. Paris. cons. 89. lib. 3. Alexan.
cons. 135. n. 3. lib. 1. Bero. cons. 175. lib. 3. Rom.
15 sing. 154. Maxime quia sunt verba † ad futurum
quæ in præsens non obligant. Castrens. in l. Titia.
§. Titia. ad fin. de legat. 2. Decian. cons. 55. n. 14.
lib. 2. Alex. cons. 77. n. 7. lib. 1. & sic promissio tan-
quã nudo pacto nixa non parit actionem. l. iuris-
gen. §. igitur. de pact. Masc. de prob. concl. 628.

Quia respõdetur verba in dictis literis cõten
ta non esse generalia, & confusa, quo casu nihil
operantur, & ita procedunt contraria, sed sunt
16 specialia, & certa, & sic obligant. Bart. in l. si
pupilli. §. 1. de negot. gest. & in l. Lucius. vbi
Castrens. de fideiussor. Boer. decis. 282. num. 2.
Maxime quando sunt geminata, quæ debent pa-
17 rere † obligationem, etiam quod sint in futurũ,
vt dicimus de promissione facta pacto nudo. Ias.
in rubr. de verborum obligat. nu. 10. Socin. Iun.
consil. 31. numer. 6. volum. 1. Riminald. iun.
cons. 9. n. 54. lib. 1. Cum præsertim sit pactio cor-
respectiua, quia scilicet refertur ad futurum ne-
18 gotium, quo casu † solet actionem parere, vti trã-
siens in contractum innominatum. Castrens. in l.
si pecuniam. num. 14. vbi Alexand. num. 6. de
condit. ob caus. Vnde cum negocium gerens pro-
bauerit negotium gestum, & eius contemplatio-
ne factum, actio debet competere. Capic. decis.
180. num. 4. & cum fuerit adimpletum, & puri-
ficatum, habebitur, ac si purum, & præsens fuis-
set ab initio. l. si pupillus. ff. de condit. instit. Ias.

in l.

in l. pecuniam. col. 2. ff. si cert. pet. Cephal. conf.
272. n. 5. lib. 2.

Non obstat, quod non fuit probatum literas
19 fuisse traditas de mandato † ipsius scribentis, cũ
non sequatur, scripsit, ergo misit. *Roman. sing.*
643. & conf. 446. in fin. post *Bart. in l. Labeo. de*
pact. Felin. in cap. coram. de offic. delegat. qui lo-
quuntur de instrumentis ad causam facientibus,
in quibus requiritur probatio, quod fuerit tra-
dita à domino; prout in instrumento cancellato
20 reperto pęnes debitorem, & † in specie de lite-
ris; ita concludit *Ladereb, Imol. conf.* 101. *n.* 14.
post *Bald. in rubr. C. de dot. promis. in fine. &*
Put. decis. 116. lib. 1. in manuscript.

Quia non fuit negatum in recognitione lite-
rarum per scribẽtem, illas fuisse de eius commis-
21 sione missas; quæ tacita † confessio operatur, ac
si esset expressa. *l. cum quid. si cert. pet.* & ita in
specie dicit *Cephal. conf. 272. nu.* 87. *lib. 2.* [Vltra
quod epistola vbi est præsentata, videtur præsen-
tata de volũtate scribentium, cum ad illũ effectũ
22 fuerit † scripta, vt illi mitteretur, nec pręsumitur
scribentes voluntatem mutasse; stante maxime
geminatione tot literarum. *Cephal. d. conf. 272.*
n. 90. Rimin. Iun. conf. 9. nu. 30. Et contraria
23 procedunt in domestico, † & cohabitante cum
domino; tunc enim non inducitur mandatum,
nec plene, nec per præsumptionem, neque po-
test dici adesse præsumptiue probatio liberatio-
nis debitoris, ne occasio detur furandi ea instru-
menta, & sic ex malignitate quis probet se libe-
ratum; secus in casu nostro, cum simus in extra-
neo, in quo inducitur probatio mandati, & so-
lutionis. *l. si chirographum. de probation. Rom.*
conf. 446. in fin. Felin. in cap. coram. col. 3. ad
med. vers. secundo limita. num. 9. de offic. deleg.
post *Iacob. de Aren. & Cin. in l. de possessione.*
C. de probationib. Bartol. in l. fullo. §. qui tabu-
las. de furt.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Literarum recognitio quando sufficiat, quam-*
uis testes non deponant se vidisse scribere.
numer. 4.

2 *Recognitio manus alterius est fallax, & non*
sufficit si non reddatur causa, quod viderit scri
bere, ad effectum l. scripturas. C. qui pot. in
pign. hab. & num. 3.

¶ N. 23. *in fin. post verb.* qui tabulas. de furt.

Ex quibus Dixi competere actionem petitam, cũ
1 sit probata intentio actoris, † & fuerint litteræ
sufficienter recognitæ, quamuis testes non depo-
suerint vidisse scribere, cum in istis literis hoc
non requiratur; Quidquid aliud obseruetur in
cæteris scripturis, in quibus solent testes adhi-
beri, prout in casu *l. scripturas. C. qui potior.*
2 *in pign. hab.* & in similibus. † In istis enim erit
necesse, quod testes dicant vidisse scribere, nam
aliàs non deponerent respectu scripturæ per ali-
quem sensum corporeum, neque dicerentur te-
stificari, sed iudicare per experientiam, quam
habent de illius manu, quæ sæpè est fallax, cum
plurimi inueniantur, qui similem scripturam fa-
3 ciunt; † Ideò non redderent sufficientem cau-
sam, & per consequens non esset inducta plena
probatio. *Ruin. consil. 79. quo ad primum du-*
bium. num. 1. vsque ad num. 5. col. 1. & 2. lib 4.
Corn. conf. 63. in hac consultatione. lib. 3. Aret.
conf. 64. diligenter, & maturè. Socin. conf. 174.
in causa dolisa. lib. 1. post *Bart. in auth. & si con-*
tractus. C. *de fid. instrum. & in l. nuda ratio. de*
donat. Ruin. conf. 70. n. 4. lib. 4. Grammat. decis.
34. *nu.* 15. Et secundum prædictam distinctio-
4 nem † sæpe iudicauit *Rot. coram Card. Seraph.*
Bononien. beneficij. 27. Nouembris. 1595. *&*
per R. P. D. Oradin. Auenionen. 1560. *& co-*
ram R. P. D. Ortolen. Barchinon. matrimonij. 31.
Ianuar. 1565. *& per R. P. D. Lancellot. Valent.*
mercedis. 3. *Iun.* 1602.

EPITOME.

Executor beneficialis cum gratia sub forma dignum, quan-
do possit subdelegare, etiam quod adsit clausula, super
quo conscientiam tuam oneramus.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Papæ potest subdelegare.*
2 *Vicarius facit idem tribunal cum Episcopo.*
3 *Filius potest expedire ea, in quibus est electa*
industria patris.
4 *Baldus substituit filium ad legendum.*
5 *Delegatio sub nomine dignitatis transit ad suc-*
cessorem.
6 *Executor beneficialis datus cum gratia sub for-*
ma dignũ potest subdelegare etiam si adsit clau-
sula, conscientiam oneramus. n. 7. & 8.
9 *Clausula, conscientiam tuam oneramus, non mu-*
tat naturam negotij, & potius denotat moni-
tionem, quam conditionem.
10 *Industria personæ vbi est electa, non potest res*
per alium explicari. Intellige, vt numer. 11.
12. & 13.
14 *Electus ad aliquid faciendum potest substitue-*
re, si ita solitum sit.
15 *Doctor legens in studio non potest substituere,*
nisi contrarium seruetur de consuetudine. In-
tellige, vt num. 16.

Decisio CLVII.

NVllitas opposita non fuit visa releuans,
licet per Episcopum fuerit facta dele-
gatio executionis, & examinis sibi cõ-
missi eius Vicario generali. Ratio est, quia cum
1 fuerit delegatus Papæ, & sic eius † iurisdictio sa-
piat de via ordinaria. *Bart. in l. legatus. in 2. lect.*
circa fin. ff. de offic. proconf. Ias. in l. à Iudice. nu.
11. C. *de iudic.* poterat subdelegare. *cap. pasto-*
ralis. §. 1. cap. sane. c. super quæstionum. & cap.
fin. de offic. deleg.

Præ-

Præsertim quia in casu, de quo agimus, subde-
2 legatus fuit Vicarius, qui facit idem † tribunal
cum Episcopo. *cap. Romana. de appellat. in 6. & cap. 2. de consuet. eodem lib.* Vnde subdelega-
tio valet, sicut dicimus, quod licet sit electa in-
3 dustria personæ patris, tamen illud poterit† per
filium expediri, cum pro vno reputentur, vt in
terminis dicit *Ludouic. in l. 1. ff. de in ius voc. per l. sciendum. §. legati. ff. de legation.* vbi dicitur,
quod legati alium non mittant, nisi filium. *Mascard. de probat. concl. 1151. num. 16.* vbi exem-
4 plificat de Baldo, qui filium ad legendum substi-
tuit Papiæ, post *Roman. sing. 670. incip. ille, cuius industria. n. 2.*

Eo magis, quia huiusmodi delegatio facta Episcopo, est solum sub nomine dignitatis; Vnde sequitur, quod non sit electa industria personæ, quod secus esset, quando sub vtroque nomine, dignitatis, & proprio facta esset; prout dicimus transire ad successorem istam delegatio-
5 nem, quæ est facta sub solo nomine † dignitatis.
Panor. in cap. vlt. §. fin. n. 7. de offic. deleg. cap. quoniam. Abb. vbi glos. Bald. in princ. Dec. n. 3. & alij eodem tit. cap. si gratiose. de rescript. in 6. Dec. in l. more. num. 54. & ibi *Ias. nu. 65. ff. de iurisdictio. omnium iudic. Menoch. de arbi. iud. lib. 1. quæst. 68. n. 21.*

Et in nostris proprijs terminis in executione
6 beneficiali dato cum gratia† sub forma dignum,
est *decis. Rot. 18. de concess. præb. in nou. alias 443. de rescript. gratios. & offic. deleg.* vbi ampliatur, etiam si adsit clausula illa, super quo
7 conscientiam tuam oneramus, † attestando in
fine de generali obseruantia, & de communi cōsuetudine omnium executorum in prædicta forma datorum, à qua non esse recedendum dicit *Anchar.* referens dictam decisionem, *in clemen. 1. col. fin. notab. 15. de for. compet.*

Et quod nō obstent dicta verba, conscientiam
tuam, quando sunt apposita in vim executionis,
8 & monitionis, vt in casu nostro, † concludit *Abb.*
in cap. fin. §. si autem. in fin. de offic. delegat. vbi dicit se ita consuluisse. *Angel. in authen. ad hæc. C. de iud.* vbi se in facto expertum testatur. Idem *Abb. in cap. cum in veteri. n. 4. de elect. Anchar. in d. clem. 1. in fin. Castr. in l. à iudice. C. de iud.* vbi *Ias. col. 4. vers. istam conclusionem,* dicens esse multum notandum, & magnam auctoritatem Abbatis, licet ipse videatur contrarium sequi; & ita concordat opiniones contrarias *Feln. in dicto cap. fin. §. si autem. num. 2. in fin. vers. dic tu, quod circa hæc. de offic. deleg.* [Quamuis *Menoch. præsumpt. 21. lib. 2. nu. 17.* teneat indistinctè contrarium, quod tamen non videtur admittendum per supradictas auctoritates; Quia in specie casus nostri dicta clausula,
9 super quo tuam conscientiam † oneramus, non
mutat naturam negotij, super quo literæ conceduntur; tacitè enim inest omnibus commissionibus, quod iudices, & executores cuncta agant secundum bonam conscientiam. *cap. 1. de re iud. in 6.* expressio ergo eius quod tacitè inest, nihil operatur, & sonat potius in monitionem, & excitationem, quàm conditionem. *Innocen. in cap. fin. de præsumpt. & cap. licet. de offic. ord.* & ita omnia prædicta considerat *Anchar. in d. clemen. 1. in 15. notab. de for. compet.*

Non obstat, quod quando est electa industria
10 personæ ad aliquam rem, non † potest illa per
alium explicari. *l. inter artifices. de solut. Menoc. de arbitr. lib. 1. quæst. 54. & 68. Vant. de nullit. iurisd. deleg. n. 21.* Quia cum non simus in re, quæ sit ingenij, naturæ, doctrinæ, & institutionis, poterit negotium delegari; non enim censetur electa industria personæ, nisi quando esset
11 causa grauis, † & ardua, & vbi esset factum
variabile, & committeretur res non determinata. *Ias. in l. more. num. 65. de iurisd. omn. iud. Menoch. de præsumpt. lib. 2. quæst. 21. num. 4. Doctor. in cap. is, cui. de off. deleg. in 6.* [Immo etiam quòd essemus in negotio arduo, quia fuit illud commissum cum causæ cognitione, non ta-
12 men † videtur Papa eligere industriam personæ;
& ideò habebit locum subdelegatio, quod secus
13 esset si committeretur † nudum ministerium.
Abb. in c. fin. §. is autem. n. 6. de off. delegat. per text. in c. venerabilis. eod. tit. Ias. qui dicit notandum *in l. à Iudice. col. fin. lim. 12. C. de iud.*

Adde quod de consuetudine substitutio, seu delegatio erat solita fieri in huiusmodi examinibus: quo stante, licet quando est electa industria personæ non sit locus substitutioni, tamen declaratur prædicta non habere locum, quando
14 electus ad aliquid faciendum, esset † solitus sub-
stituere: Videbitur enim id tacitè actum, & ex conditione personæ recipere interpretationem. *Feln. in c. 1. de sum. Trin. num. 4. col. 2. ad med. vers. & aduerte.* vbi ex hoc infert, quòd Doctor
15 legens in studio, licet non possit † alium substi-
tuere, poterit tamen hoc facere, quando esset in eo talis consuetudo; dummodo ille, qui de-
16 putatur esset talis, † qui ab initio potuisset eligi,
secundum *Bald. per illum text. in l. parabolani. C. de sacros. Eccles.* vbi reprehendit Iudices, & Assessores, qui recedentes à Prouincia domum reuertendo, in locum suum subrogant vnum de Aduocatis eiusdem Prouinciæ, qui non possunt esse à principio. *l. 3. de offic. assessor.* & sic non poterit subrogari, neque gesta per eum valebūt.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Verba, confidentes de fide tua, an inducant industriam personæ, & excludant substitutionem. num. 2.*

3 *Industria personæ non dicitur electa per clausulam, conscientiam oneramus, & non impeditur subdelegatio. Intellige, vt num. 4.*

5 *Lex loquens de Episcopo nō excludit Vicarium.*

6 *Episcopus an possit committere Vicario dispensationem sibi delegatam, aut iniunctionem pænitentiæ. n. 7.*

8 *Consuetudo facit vt subdelegatus possit subdelegare.*

9 Pra-

9 *Prætor an possit substituere notarium, aut aliū qui non sit doctor. & eiusdem qualitatis.*
10 *Vicerector non potest deputari, qui non poterat esse rector.*
11 *Quod non licet nomine proprio, neque licebit alieno. Intellige, vt n. 13.*
12 *Qualitas requiritur in subrogato, quæ in subrogante.*
14 *Factio testamenti pro alio non potest committi ei, qui non poterat testari.*
15 *Canonicus committens vices suas ad eligendum Prælatum, debet deputare Canonicum.*
16 *Parochus concedens facultatem subdito confiten di peccata alteri Sacerdoti, intelligitur de habente curam animarum.*
17 *Officialis impeditus, quando possit substituere, & teneatur de culpa substituti. n. 18.*
19 *Doctor legens an substituat filium suum.*

¶ N. 1. *in fin. post verb.* de offic. deleg.

Siue si datus ex officio, siue de consensu partiū.
1 *Mandos. reg. 4. quæst. 11. num. 3.* † Quidquid aliud sit quando adessent verba, confidentes de fide tua, vel similia, per quæ videretur esse electa industria personæ. *Butr. cons. 48. absque diffusione. post n. 3.* Licet neq. per dicta verba esset
2 prohibita facultas substituēdi in negotio, † quod posset retardari, vel differri, si non fieret substitu tio, vt in Collectore, & similibus *Crescent. decis. 1. de offic. deleg. Mandos. d. q. 11. nu. 5.*

¶ N. 9. *in fin. post verb.* de foro compet.

Sequitur *Rot. coram R. P. D. Penia. Auellian. Archipresbyteratus. 6. Aprilis. 1590.* & ibi quod
3 per clausulam, conscientiam oneramus, † non est electa industria personæ, itaut censeatur impedita subdelegatio. *& coram Cardin. Pamphil. Legionen. S. Fecundi. 1591. Nauar. cons. 6. de off. deleg.* latè *Flor. pract. quæst. lib. 1. q.*
4 *4. nu. 67. vsque ad num. 71.* † vbi quod satisfactum est dictæ clausulæ, dummodo committatur cognitio, & examen personis in dignitate constitutis secundum formam *cap. statutum. de rescript. in 6.* & ita seruari de stilo Rotæ testatur
5 † *Idem Flor. d. quæst. 4. in princ. num. 2. & 3.* Cum etiam quando lex, aut Canon loquitur de Episcopo, aut Diocesano, non excludat Vicariū, & alium Ordinarium. *Abb. in cap. cum olim. in 4. notab. de præscript.*

¶ N. 13. *post verb.* C. de iudic.

Menoch. cons. 17. num. 3. iuncto num. 12. Vbi ex
6 hoc concludit non potuisse Episcopum, † cui fuit per Papam commissa dispensatio cum causæ cognitione, delegare Vicario actum dispensationis, quamuis potuisset committere causæ cognitionem. *Paul. de Leazar. in clem. iudices. de*
7 *off. deleg.* † Prout neque delegare iniunctionem pœnitentiæ tanquam actum nudi ministerij, per quem censetur esse electa industria personæ. *cap. vlt. §. fin. ibi pœnitentias iniungere. de offic. deleg. Menoch. cons. 17. n. 7. vers. secundo adducor. Flor. pract. quæst. lib. 1. quæst. 4. num. 69.*

¶ N. 14. *post verb.* solitus substituere.

Item etiam subdelegatus posset stante consuetu-
8 dine deputare subdelegatum, † & Collector subcollectorem. *Mandos. reg. 4. quæst. 3.* per text. *in l. prætor. §. is quoque, de iud. Franc. in c. cum causam. col. 6. quæst. 10. de appell.*

¶ N. 16. *post verb.* gesta per eum valebunt.

Prout aliàs cum de hoc quæreretur, Dixi fuisse nullam deputationem Notarij factam per Præ-
9 torem, † tanquam de eo, in quo non aderat qualitas doctoratus in officio præturæ requisita, ob illam rationem, quia subrogatus debet esse eiusdem iuris, & conditionis, sicut est ille, in cuius locum subrogatur. *gloss. in l. si eum. §. iniuriarum. in verb. danda. post med. ff. si quis caution. Mandos. reg. 4. quæst. 8. num. 3.* post *Bart. in l. 1. C. de mancip. & colon. patri. lib. 11. Angel. in l. stipulationes commodissimum. de verb. obligation.*

Quare dicimus, quod non potest esse Vicerector gymnasij, qui impeditur fungi munere Re-
10 ctoris. † *Felin. in cap. 1. num. 4. de summ. Trinit. & fid. cathol. Ruin. cons. 148. n. 2. lib. 4. Menoch. cons. 17. num. 8.* Cum enim hoc ei non liceat nomine proprio facere, multo minus licebit nomi-
11 ne alieno. † *cap. post cessionem. de probat. c. sicut non suo. 46. distinct. l. 1. ff. de administr. rer. ad ciuit. pertin.* Et generaliter hoc verum est, vt habilitas, & qualitas requisita in aliquo princi-
12 pali requiratur etiam in eius Vicegerente. † *cap. statutum. §. in nullo quoque. de rescript. in 6. c. fin. §. vices suas. de off. delegat. eodem lib.* Si enim quis non est habilis ad exercitium, ad quod deputatur, neque ex commissione poterit hoc facere:
13 re: Quidquid aliud fit in eo, † qui constituitur tanquam nudus minister ad exercendum certum, & determinatum actum, qui poterit nomine alieno exercere, quod per se non posset. *cap. 1. de procurat. in 6.* & multis similibus comprobat *Spin. de testam. glos. 5. princip. num. 30.*
14 *vsque ad num. 46.* † vbi ex hoc concludit, quod in casibus, in quibus cōmittitur alicui factio testamenti, debet esse talis, qui nomine suo posset testari, aliàs commissio illi facta. & testamentum subsecutum non valeret; Exemplo Canonici committentis vices suas ad eligendum Præla-
15 tum, † vel alium; requiritur enim, vt ille, cui committitur, sit eiusdem Capituli Canonicus, & habeat easdem qualitates. *cap. quia propter, & cap. si quis iusto. de elect. in 6.* Quod etiam est in Parocho concedente alicui subdito facultatem
16 confitendi sua peccata alteri Sacerdoti, † nam intelligetur de eo, qui habeat exercitium curæ animarum actu, & habitu, prout habebat committens. *Spin. de testam. d. glos. 5. num. 31. in princ. vers. similiter etiam.*

In ca-

In casibus tamen, in quibus huiusmodi substi-
tiones essent admittendæ, deberet constare de
17 rationabili causa, † Itaut officiali impedito per
mensem, saltem liceat substituere, quo elapso si
duraret impedimentum, fieret noua substitutio,
in quo stabitur assertioni impediti, & si substi-
tuens intra illud tempus non veniat, tamen
substitutus tenetur eum expectare, & si mortuus
fuerit, perseuerabit in officio. Mut. super con-
18 suetudin. Panormit. c. 68. num. 83. † vbi etiam
quod substituens tenebitur de culpa, & defecti-
bus substituti contra Nicas. in §. nulli. n. 7. inst.
de auctor. tutor. vt concludit Boniorn. super cap.
28. & 419. regu. reg. alph. quem refert Mut. ibi-
dem num. 85. in fin.

Idem est in Doctore legente, qui potest substi-
tuere filium suum, licet sit minoris doctrinæ, ex
19 causa tamen, † & ad modicum tempus, aliàs non
posset sine consensu eorum, quorum interest.
Rebuff. in l. sæpè ita compertum. 53. colum. 5. ad
med. vers. dare vicarios. de verborum signif. Ia-
cob. Ben. de priuil. iurisconsult. priuileg. 13. n. 5.
post Cardin. in cap. fin. de offic. delegat. M. Mā-
tua. apophtegm. 32.

EPITOME.

Pensio quando succedat loco beneficij, & possit extingui sine auctoritate Summi Pontificis.

SVMMARIVM.

1 *Pensionum extinctio aperit viam vendendi beneficia, & n. 10.*
2 *Pensio non potest extingui sine auctoritate Papæ, & ita de stilo seruatur. num. 3. Intellige. vt num. 11. 12. & 13.*
4 *Stilum Romanæ Curiæ debemus sequi.*
5 *Pensionarius non tenetur ad aliquod onus. Intellige, vt n. 6.*
7 *Pensio confertur cum clausula, postquam charactere clericali fuerit insignitus.*
8 *Simonia committitur quando adest connexio spiritualitatis.*
9 *Simoniæ suspicio purgatur, si accedit auctoritas Papæ.*
14 *Extrauag. 2. de simon. non extenditur ad simoniam commissam super pensione.*
15 *Pensio an veniat appellatione beneficij.*
16 *Pensio solet assignari in titulum, & succedit loco beneficij.*
17 *Simonia an cadat in pensione.*

Decisio CLVIII.

CAssatio pensionis, de qua in actis, fuit
declarata nulla, & simoniaca; ex quo
enim per extinctionem pēsionum vide-
1 tur esse aperta via † vendendi beneficia, & in ea
versetur magnum periculum. Gigas de pens. q.
96. n. 4. necessaria erat auctoritas summi Pon-
tificis, sine qua huiusmodi extinctiones non po-
2 terunt fieri, prout † in specie concludit Paul. de
Roma in tract. pens. Eccles. in 6. quæsito n. 34.
ante fin. quæstion. vers. concluditur ergo quod nul
lo pacto. quem sequitur Gig. quæst. 87. n. 5. circa
med. eodem tractat. de pens. vbi testatur ita ser-
uari de stilo. Idem Gig. d. quæst. 87. n. 6. ad me-
dium. & quæst. 99. n. 3. & 14. in fin. vbi quod
si alias fieret, esset fetida simonia; quem stilum
3 † debemus sequi, cum faciat ius, & seruetur pro
lege. Specul. de appell. p. 3. §. de offic. num. 14.
per text. in c. pastoralis. de fid. instrum. cap. bonæ.
§. fin. de confirm. vtil. vel inutil. Maximè in sti-
4 lo † Romanæ Curiæ. Felin. in cap. ex parte. vers.
stilus. de rescript. Gig. de pens. quæst. 58. num. 2.
Rebuff. de nomin. quæst. 5. num. 30. [Ratio est,
nā licet Doctores dicant Ecclesiam pensionatā
teneri ad solutionem pensionis, secus in pensio-
5 nario, qui non ad † residentiam, non ad vllum
onus, neque ad nihilum tenetur. Gig. de pens. q.
45. n. 7. & q. 30. Caccialup. eodem tit. q. vlt. in
fin. Tamen hodie prædicta non procedunt, cum
adsit onus recitandi officium Beatæ Mariæ Vir-
ginis, ex constitutione Pij Quinti, de qua in Bul-
lario, num. 134. Anni 1571. 12. Kal. Octobris,
6 & videatur requiri † ordo clericalis: Quando
enim pensio alicui non clerico confertur, solet
responderi cum illa clausula, si & postquam cleri-
7 cali † charactere fuit insignitus, prout testatur,
& considerat Redoan. de simon. p. 2. cap. 14. nu.
17. Ex quibus videtur, quod adsit aliqua conne-
xio spiritualitatis, in quibus etiam simonia com
8 mittitur. † c. quæsitum. de rer. permut. c. præte-
rea. de transact. cap. quaerelam. de simon. Re-
doan. eodem tit. p. 2. cap. 36. n. 18. Vnde non mi
rum si requiratur Papæ auctoritas, quia illa ac-
9 cedente purgatur omnis suspicio † simoniæ. glos.
in cap. cum pridem. in verb. illicitè. de pact. Gig.
de pens. q. 99. n. 14. in fin. & quod tanquam an-
nexa beneficio non possit vendi, & per talem
10 venditionem quis posset † de facili induci ad de-
linquendum, dicit Rebuffus de pacific. possession.
numer. 134.

Non obstat, quod recipientes huiusmodi pen
siones, possint illas sola voluntate remittere ad
tempus, vel in perpetuum, illisque renunciare,
11 & absque † Superioris auctoritate cassare, & ex-
tinguere, prout concludit Præpos. in cap. agatho-
sa. 63. dist. n. 4. vbi in specie docet non esse simo-
niacam huiusmodi remissionem. Hieron. Paul.
in libello, qui inscribitur prouinciale Eccles. seu
practica Cancellariæ. fol. 48. Sarn. in reg. de in-
firm. quæst. 16. num. 4. & in compendio signat.
num. 87. & ibi sæpiùs in Rota hoc approbatum
fuisse testatur Gig. de pens. quæst. 45. per tot. q.
87. num. 3. quæst. 100. num. 8. & cons. 112. num.
7. & cons. 125. num. 6. Caccialup. in fin. tract. de
pens. num. penult. Guil. Redoan. de simon. p. 2.
c. 13. n. 15. Io. Nicol. Delfinat. in tract. qui inscri
bitur, flores de pens. nu. 77. fol. 55.

Quia respondetur, prædicta procedere quan-
do gratis fieret ista remissio, renunciatio, & cas-
12 satio: Secus vbi pensio extingueretur † median-
te pecunia, prout in casu, de quo agebamus, in
quo illa interuenit, licet non appareat fuisse so-
lutam tempore, quo fuit pensio remissa; cum
tamen

tamen per testes probetur postea pecuniam in-
teruenisse occasione prædicta: & ita distingnit
concordando opiniones, *Gamb. de legat. libr. 6.
tit. de pens. num. 619. vsque ad num. 634. tom.
13. p. 2. fol. 199. & Nauar. in manuali. cap. 23.
numer. 111.* vbi concludit gratis remitti posse
absque auctoritate constituentis: non tamen
13 quando redemptio fieret † occasione pretij; illa
enim non obstante potest peti, & est simonia,
subdens tamen *in fin.* non inducere excommuni-
cationem ipso iure: quia *Extrauag. 2. de simon.*
excommunicat simoniacum in ordine, & benefi-
cio, quorum neutra est pensio; & ideò tanquam
14 pœnalis, & restringenda † non extenditur ad si-
moniam super ea commissam; & ita dicit se de-
fendisse, multis rationibus, referendo se ad suam
disputationem insertam in *cap. finali. de simon.*
Quæ sufficient pro declaranda nullitate extin-
ctionis dictæ pensionis, absque eo, quod quære-
15 retur, an pensio sit beneficium, vel eius appel-
latione veniat; de quo per *Abb. Felin. & alios
in cap. ad audientiam. il 2. de rescript. Silua de
benef. p. 1. q. 3. nu. 30. Gig. de pens. quæst. 28. per
tot. Doctor. in cap. quamuis. de præb. in 6. Re-
buf. de pacif. poss. n. 114.* Et an procedat illa di-
stinctio pensionum, vel quando consistunt in me-
ra temporalitate, vel vbi dantur in titulum, pro-
ut hoc secundo modo esse omnes ferè pensiones,
16 quæ † assignari solent, testatur *Mand. regul. 19.
de infirm. q. 11. n. 11. circa med.* & hodie quasli-
bet pensiones succedere loco beneficij, dicit *Re-
buf. de nomin. q. 9. n. 36. & de pacif. poss. nu. 115.*
17 Et an cadat simonia † in pensione, prout conclu-
dit *Redoan. de simon. p. 2. c. 14. per tot. post Boer.
decis. 116. in princ. & Gig. de pens. q. 41.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Pensio ecclesiastica quando possit nullo consen-
su pensionarij extingui, sine consensu superio-
ris. num. 2.*
3 *Pensio non venit nomine beneficij ecclesiastici.
Intellige, vt n. 9.*
4 *Pœna de confidentijs beneficiorum non habet lo-
cum in pensione.*
5 *Committens simoniam in beneficijs non commit-
tit in pensione.*
6 *Habens pensionem an gaudeat priuilegio fori,
& Canonis si quis suadente diabolo. & nu-
mero 10.*
7 *Clericus non incedens in habitu, & tonsura,
gaudet priuilegio Canonis si quis suadente.
numer. 8.*

¶ N. 14. *post verb.* in cap. fin. de simon.

Amplius quamuis pensio constituta super ali-
quo beneficio Ecclesiastico possit remitti nudo
1 consensu pensionarij, † vt dictum est; Tamen
quia in casu nostro erat expresse reseruata pro
alimentis, nec in totum, nec ad tempus poterat
remitti sine auctoritate superioris argumento,
text. in l. cum hi. de transact. & in terminis ita
concludit *Gig. de pens. q. 45. nu. 9. & 10. tom. 15.
2 tract. f. 240.* † Maxime quando remissio pensio-
nis reseruatæ pro alimentis fieret sine iuraméto,
quidquid illo extante posset dubitari, an valeat
etiam sine auctoritate superioris, prout valere
tenet *Guter. de iuram. confirm. p. 3. c. 3. num. 5.
vers. præterquam si remissio.*

¶ N. 17. *in fin. post verb.* Gig. de pens. q. 41.

Et quidem secundum veriorem opinionem
pensio non dicitur beneficium Ecclesiasticum,
3 nec venit illius appellatione. *Gemin. in c. quam-
uis. il 1. de præb. in 6. Hoed. de incompatib. be-
nefic. p. 2. c. 7. nu. 5. Gomes. de infirm. resignant.
quæst. 12. Nauar. cons. 2. nu. 6. de constit.* Vbi ex
hoc concludit pœnam de cõfidentijs beneficio-
4 rum, † non habere locum in translatione pensio-
nis. *Paris. in tract. de confiden. q. 23.* cum alijs
per *Gonzal. ad regul. 8. cancell. glos. 5. §. 5.* Vbi
per multa similia comprobat pensionem non
comprehendi nomine beneficij.
Ideò constitutio contra committentes simo-
niam in beneficijs, non extenditur ad pensiones.
5 † *Nauar. cons. 16. in princ. de simon.* Vnde neq.
habens pensionem gaudet priuilegio fori, sicut
qui habet beneficium ecclesiasticum, in terminis
6 *Concilij Tridentini. session. 23. cap. 6.* † prout de-
clarauit *Sacra Congregatio eiusdem Concilij.*
Quamuis quo ad effectum *Canonis si quis sua-
dente*, sufficeret pensio; Immo etiam si clericus
7 non habeat pensionem, neque deferat † habitum
aut tonsuram, habet priuilegium dicti Canonis,
iuxta decretum *eiusdem Congregationis Conci-
lij*, quod refert *Gonzalez. dicta glos. 5. §. 5. n. 7.*
8 Et voluit *Nauar. cons. 44. de priuileg.* † Quid-
quid contrarium dicant *Soto. de censib. lib. 1. c. 6.
& vlt. n. 14. & Enriq. in summ. lib. 1. c. 80. nu.
17. & Rebuff. in repet. c. si quis suadente diabo-
lo. 17. q. 4. ampliat. 5.*
Quibus adde, quod quando beneficium capi-
9 tur amplo, & fauorabili nomine, † tunc etiam
pensio poterit comprehendi illius appellatione.
Gomes. in reg. de trienn. q. 50. prout etiam quan
do pensio confertur in titulum, Maxime hodie
stante motu proprio *Sanctiss. Pij V.* vbi pensio-
nario iniungitur onus singulis diebus recitandi
Officium Beatæ Mariæ, & sic pensio habet anne-
xum onus spirituale, per quod magis potest dici,
vt beneficij appellatione veniat. *Diaz*, qui, tam
in vno, quàm in alio casu loquitur *in prax. cri-
min. cap. 64.* quod est nouiter impressum in secũ-
da editione. *nu. 10. vers. procedit tamen superior.*
10 Vbi etiam ex prædictis tenet, † Clericum prima
tonsura, vel minoribus ordinibus initiatum, qui
pensionem in titulum obtinet, frui debere priui-
legio fori Ecclesiastici.

EPITOME.

Contractus nominatus quando rescindatur ex capite implè-
menti non secuti, vel sit agendum ad interesse.

SVMMARIVM.

1 *Contractus nominati non resoluuntur ob defe-
ctum implementi.*
2 *Modus appositus in contractu nominato ope-
ratur, vt possit ab eo discedi modo non impleto.
Intellige, vt num. 3. & 4.*
5 *Verba, ex quibus arguitur causa finalis, faciet,
vt recedatur à contractu nominato ob modum
non impletum.*
6 *Modus in dubio præsumitur appositus pro causa
impulsiua.*
7 *Demonstratio falsa non inducit dispositionem.*
8 *Dispositio se referens restringitur ad illud, ad
quod se refert, & si constat de errore nihil ope-
ratur. num. 9.*
10 *Iuramentum obligat præcise. Intellige, vt n. 11.*
12 *Per pactum non impletum agitur ad interesse.*
13 *Vtens contractu post purificatam conditionem
rescissiuam censetur illi acquiescere. & n. 14.*
15 *Non obseruanti non est obseruandum, quomo-
do intelligatur.*
16 *Taciturnitas arguit dolum.*
17 *Error potius præsumitur, quam dolus.*

Decisio CLIX.

EX capite implementi non secuti per vnũ
ex contrahentibus dictum fuit nõ rescin
di contractum locationis, de quo age-
1 batur, cum contractus† nominati non resoluan-
tur ob defectum implementi. *l. ea conditione. vbi
Bald. C. de rescind. vend. l. 2. C. de cond. ob caus.
Bald. in l. in ciuile. in princip. C. de rei vendic.
Corn. cons. 25. num. 4. lib. 2. Socin. cons. 26. col.
fin. lib. 3.*
Non obstat, quod etiam in contractibus no-
2 minatis modus appositus operetur† vt possit ab
illis discedi modo non impleto. *l. cum te fundum.
vbi glos. C. de pact. inter empt. & vend. Corn.
cons. 101. num. 1. lib. 3. Aym. cons. 192. num. 14.*
Quia respondetur, quod quando modus apposi-
tus est causa finalis ipsius contractus, videlicet,
3 † quòd aliàs nõ esset cõtracturus, tunc possumus
recedere à contractu nominato, modo illo non
impleto, & ita procedunt supradicta: secus autẽ
quando id, quod erat implendum, non esset causa
finalis, sed impulsiua, vt in casu, de quo agimus:
tunc enim nõ potest agi ad ipsius contractus re-
4 solutionem propter modi † inobseruantiam.
*Aym. consil. 246. num. 2. Becc. cons. 45. num. 30.
Bald. Nouel. de dot. priuileg. 30. num. 1. circa
med. p. 6.* Et quod non simus in causa finali ap-
paret; nam etiam conductor absque illa causa
contraxisset, cum in eius arbitrio sit, an velit no-
lit conducere partem prædij, quæ fuit reserua-
ta per triennium durante prima locatione aliis
facta; & sic ista reseruatio non respicit totalem
dispositionem, nec ad illam generaliter influit,
5 neque adsunt illa verba, ex quibus † possit argui
causam fuisse finalem, prout requiritur. *glos. in
l. dominus sticho. in verb. pro quibus. ff. de pecul.
legat. Alexand. consil. 131. colum. penult. vers.
fortificantur prædicta. lib. 7. Ias. in l. 1. in 3.
notab. C. de iur. emphyt. Aym. consil. 192. nu-
mer. 21.* Neque locationes sunt factæ sub vnica
mercede, sed noua locatio requiritur de parte
prædij reseruati, quæ sunt consideranda ad co-
gnoscendam causam impulsiuam, & finalem.
Beccius consil. 45. num. 30. Et in dubio semper
præsumendum est in contractibus nominatis mo
6 dum appositum esse† causam impulsiuam, non
finalem, licet secus in contractibus innomina-
tis. *Baldus Nouel. de dot. priuileg. 30. num. 1.
par. 6.*
Præterea verba illa, finita locatione facta ad
triennium, sunt relatiua ad instrumentum primę
locationis, & fuerunt prolata per modum demon
strationis propter illam dictionem, prout. *l. edi-
ta. C. de edend. Alexand. cons. 46. numer. 8. post
med. lib. 1.* Vnde cum illa demonstratio sit falsa,
7 non debet inducere † dispositionem. *Bartol. in l.
ex hac scriptura. de donat.* Et cum sint relatiue
prolata, relatio debet esse in referente cum om-
nibus suis qualitatibus. *Bald. in l. si defens. §. in-
terrogatus. de interrog. actio.* post *Bart. in l. 1. in
princip. ff. de receptat. Felin. in cap. 2. nu. 11. de
rescript.* Quare cũ constet in relato de quinquen
8 nio, & non triennio, debet deficere dispositio † se
referens, & solum restringi ad illud, quod in pri
ma locatione reperitur, prout ita in specie con-
cludit *Alex. cons. 46. col. pen. in fin. num. 8. lib. 1.
Dec. cons. 63. n. 6. col. 3. vers. sed tamen prædictis
non obstantibus. & col. pen. vers. & ita in casu isto
videtur.* vbi etiam subdunt, quod istæ dictiones,
prout & secundum, quãdo referuntur ad aliquid
de præterito, de quo appareat, ponuntur restri-
ctiue, ita vt contractus regulari debeat secũdum
formam primæ dispositionis. *Bart. in extrau. ad
reprimendum. in verb. prout.* & dispositio refe-
rens nõ attenditur, quia ex errore facta videtur,
9 cogitans, quod † locatio, ad quam se refert, ita
loqueretur, vt post *Alexand. cons. 9. ponderatis
bis. nu. 12. lib. 5.* comprobat *Dec. d. cons. 63. col. 3.
vers. confirmatur hoc. & col. 4. vers. & licet re-
ferens. & cons. 349. num 6.*
Non obstat, quod simus in contractu iurato,
in quo propter non implementum est locus illius
10 resolutioni, cum iuramentum obliget † præcise
ad factum. *l. si quis maior. C. de transact. Rolan.
consil. 33. num. 2. lib. 2. Becc. consil. 45. numer.
14.* Quia respondetur, quod quando præcise fa-
ctum à iurante, non potest impleri, prout in
11 casu nostro, tunc iurans † excusatur ab imple-
mento. *Aym. consil. 12. volum. 1. vers. sed posito.
Barbat. in addit. ad Bart. in l. vnica. C. de sent.
quæ pro eo, quod interest. Gabr. de iur. iur. concl.
8. in fin.* Tunc enim per pactum non impletum
12 agi poterit ad interesse reficiendum, † non autẽ
ad rescissionem contractus. *Cephal cons. 589. nu.
4. & 7. lib. 4.*
Adde quia conductor perseuerauit per annum
in locatione, postquam cessit dies triennij: Vn-
de cum vsus fuerit contractu post purificatam
13 conditionem rescissiuam, † censetur illi acquie-
scere.

fcere. *Castr. in l. si merces. §. si à vicino. ff. locat.* vbi conductores admonet, vt ftatim proteftētur. Exceptio enim ifta non impleti contractus cenfe
14 tur remiffa † per eum, qui in illo perfeuerauit, *Aym. conf. 151. n. 8. Becc. conf. 45. n. 4.* vbi etiā *nu. 45.* concludit quod quando executio contractus eft perfectè facta, vt in cafu, de quo agimus, tunc non licet pœnitere fub prætextu implementi non fecuti. *Bald. in l. in ciuile in princ. C. de res vendit.* vbi ait, ita limitari omnia iura, quæ
15 dicunt † non obferuanti, non obferuandum, vt procedant poft factam executionem, fecus ante.

Non obftat, quod locator fciebat locationem fuiffe factam ad quinquennium, non autem triennium, cum in facto proprio non cadat ignorantia. *l. fin. ff. pro fuo.* Vnde per iftam taciturnita-
16 tem † arguitur dolus. *l. quaeritur. §. si venditor. de ædil. edict.* Immo cum falfum affeuerauetis præfumitur in dolo. *Aym. confil. 282. num. 7.* Quia refpondetur potius præfumendum effe er-
17 rorem, † quàm dolum ftante præfertim iuramento. *l. quoties. §. qui dolum. ff. de dolo. Alciat. præsumpt. 4. reg. 3. n. 1.* Maxime propter illa verba prout, quæ cum fint relatiua potius facient præfumi factum ex errore, quàm ex dolo, cogitando, quod locatio, ad quam locator fe referebat, ita loqueretur. *Alexan. conf. 9. ponderatis his. n. 12. lib. 5. Dec. conf. 63. col. 3. & conf. 349. n. 6.* vbi loquitur etiam in facto proprio, & quando adeft præfumptio doli; præfertim quia adeft etiam aliqua culpa conductoris in non perquirendo inftrumentum locationis, & fe de omnibus certiorando. *Alexand. confil. 14. num. 3. in fine lib. 5.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Dolus locatoris afferentis locationem fuiffe pro minori tempore, quando præponderet culpæ conductoris non inueftigantis dictum tempus, & num. 5.*
2 *Dubius comparatur ignoranti.*
3 *Scientia debet effe fpecialis, non generica.*
4 *Dubius habetur pro fciente, quando poteft de facili certiorari.*

¶ N. 17. *poft verb.* in fin. lib. 5.

Non obftat, quod dolus commiffus per locatorem afferentem rem fuiffe pro minori tempore locatam, debeat præponderare culpæ condu-
1 ctoris † non inueftigantis veritatem locationis, & pacta in ea contenta. *l. item si obftetrix. 9. & ibi glof. in verb. tenebitur. ff. ad l. aquil. l. homo liber. §. item de acquiren. rerum domin.* Immo licet conductor effet dubius de tempore locatio-
2 nis, † Tamen dubius comparatur ignoranti. *Bartol. in l. fin. §. vlt. num. 2. C. de furt. Bald. in rubr. C. de probat. num. 4. in fin. Natt. conf. 162. num. 32. Tiraq. in l. si vnquam. in præfat.* Decif. Marchiæ.
3 *nu. 99. C. de reuoc. donat.* Vnde † fcientia debet effe fpecialis, non generica, & confufa, aliàs non obligat. *Alex. conf. 114. col. 1. & 2. lib. 1. Matth. Coler. in c. illud. in fin. de præscript.*

Quia verius eft, quod dubius, & ignorans non æquiparentur, quando de facili dubitans poteft
4 certificari, † & non curauit; tunc enim habetur pro fciente, neque poteft imputari dolus ei, qui indicauit fubftantiam actus, prout eft in cafu, de quo agimus, cum locator fecerit mentionem de inftrumento locationis; Vnde facillimè poterat inueftigare omnes qualitates, & pacta in ea appofita, notificando etiam eum, cui fuit res locata, itaut ex hoc poffet conductor certificari de omnibus ad locationem fpectantibus; neque enim eft neceffaria, fingularis, & indiuidua notificatio, fed fufficit fpecialis, quæ facit ceffare
5 dolum. † Quare non eft quærendum an ille præponderet culpæ conductoris; nam tunc dicitur dolus, quando fallendi caufa fuit aliquid expreffum: Cum etiam potuerit locator credere, quod nihil, aut parum referret, vt locatio fuerit ad triennium, vel quinquennium, prout in fpecie omnia prædicta comprobat latè *Surd. decif. 265. num. 45. & nu. 62. vfque ad 69.*

EPITOME.

Teftes quando reducantur ad concordiam, fi vnus deponat aliquid factum effe ante ftipulationem, alter verò poft.

SVMMARIVM.

1 *Teftes contrarij non admittuntur, & n. 2.*
3 *Teftis deponens ante calendas, non eft contrarius alteri deponenti poft calendas. Intellige, vt nu. 4. & 5.*
6 *Cōtrarietas manifefta facit ceffare reductionem teftium ad concordiam.*
7 *Interpretatio vbi fit inter teftes, procedit vt excufentur à pœna, non vt probent.*

Decifio CLX.

VLtra pacta, de quibus in inftrumento cōductionis furni celebrato inter D. Antonium Frofium, & Mandricardum, & litis confortes piftores de Ancona, prætendebatur per Frofium facta conuentio, licet non expreffa in inftrumento, quod præfati piftores tenerentur accipere quantitatem farinarum, de qua in proceffu: Vnde dubitabatur an effet probata eius intentio; & negatiue refponfum fuit. Nam teftes inducti per Frofium funt contrarij, cum primus deponat de pacto ante ftipulationē inftrumenti, fecundus poft ftipulationem, & difceffum notarij, vt in proceffu fol. 13. cum fequ.
1 Vnde tanquam contrarij † non admittuntur. *c. follicitudine. de appellat. l. fcriptura. C. de fide inftr. Abb. in c. cum tu. num. 2. de teftib.* & depofito teftium difcordantium in tempore non
2 † valet. *Afflict. dec. 240. n. 4.*

Non obftat, quod poffint teftes reduci ad concordiam, interpretando, vt vnus intelligatur

ante finitam stipulationem, alter post ceptam stipulationem, vt dicimus de teste, qui deponit aliquid factum ante calendas, alter post, cũ debeamus intelligere, † vt primus deponat ante finitas, secundus post ceptas. *Bart. in l. si ante calendas. in princ. ff. de verb. oblig. Angel. cons.* 275. *ex themate. num.* 7. *col. fin.* & faciunt tradita per *Grammat. cons. crim.* 33. *num.* 3. vbi consuluit quando vnus testis deposuerat de eo, quod factũ est ante executionem, alter vero post. Quia respondetur prædicta habere locum in actu habente tractum successiuum, & duraturo † per notabile temporis spatium, non in momentaneo, & breui interuallo, vt in casu, de quo agimus *Bald. in c. cum tu. de testib. nu.* 2. *in fin. vers. considera.* vbi etiam intelligit illa procedere, quando verba habent duplicem intellectum, & possent verisimiliter vtroque modo intelligi, † non quando sunt clara, & habentia vnam interpretationẽ tantum. *Dec. in l.* 2. *§. creditum. col.* 2. *in princip. n.* 6. *vers. & ista concordia. ff. si cert. pet.* Stante enim manifesta contrarietate cessat reductio testium ad concordiam, † quæ est facienda, quando potest fieri, aliàs secus. *Castren. in dicto §. creditum. num.* 7. *col.* 2. *vers. si ergo. Dec. in l. vbi repugnantia. num.* 4. *de regul. iur. Alexan. consil.* 141. *viso testamento. colum.* 4. *num.* 5. *libr.* 2. & ita est in casu nostro, quia vnus testis deponit de pacto post stipulationem finitam, & postquam notarius discesserat; alius autem deponit de eõ. uentione, antequam notarius inciperet stipulationem; Vnde cessat concordia, & contrarietas est clara. [Maxime quia vbi sit interpretatio inter testes productos ab eadẽ parte, † procedit, vt excusentur à pœna, & reatu periurij, non vt probẽt. *Butr. ind. c. cum tu. & ibi Abb. n.* 5. Quia non potest negari, quin sit dubia probatio; ideò contra producentem, *c. in præsentia. de prob.* quæ magis procedũt cum hic agamus de vnico actu, ex quo allegatur solum vnum factum, non autem geminatum. [Vltra quod testes discordant in notario cum alius deponat de vno, alter de alio; non sunt informati de loco, vnus est socius, & creditor Frosij, sunt pauperes, & viles, nesciunt quantitatem salmarum farinæ, ignorant pretium ad cuius rationem debebat in vim allegati pacti per pistores fieri solutio dictarum salmarum; & multa alia ex processu colliguntur, ex quibus non potest dici esse probatam intentionem D. Frosij.

3

4

5

6

7

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Promittens soluere ante mensem februarij intelligitur ante inceptum non finitum.*

2 *Concordia testium est facienda, quando testes sunt numero inæquales. Intellige, vt n.* 3.

¶ N. 6. *post verb.* contrarietas est clara.

Cum etiam stante communi vsu loquendi ista verba, ante stipulationem, exponantur, ante inceptam, † prout dicimus de promittente soluere ante mensem februarij; nam intelligitur promisisse ante inceptum mensem, propter communẽ vsum loquendi, quamuis de iure posset intelligi ante mensem scilicet finitum. *Felin. in prohem. Gregor. glos.* 1. *col.* 3. *nu.* 10. *in fin.*

1

¶ N. 7. *post verb.* Abb. num. 5.

Alber. qui de communi, *de testibus. p. vlt. n.* 16. *tom.* 5. *tract. Crimil. q.* 87. † qui etiam *quæst.* 86. subdit faciendam esse concordiam, quando testes sunt numero inæquales, & non aliter. *Felin. in cap. cum contingat. nu.* 17. *de offic. deleg.* vbi de recepta opinione testatur. Aliàs reducẽdi sũt ad concordiam. *Bald. in l. item videndum. de petit. heredit. Ias. in l. si petitor. §. item si iuramento. n.* 30. *de iure iuran.* † Nisi in casu *l. fin. de reb. credit. vt per Alciat. lib.* 4. *paradox. c.* 13. *& in l.* 1. *§. si quis stipulanti. num.* 37. *de verbor. obligat. & de præsumption. regul.* 3. *præsumpt.* 16. *num.* 4.

2

3

EPITOME.

An, & quando possit corrigi error notarij, qui omisit apponere in instrumento consensum propinquorum, & curatoris requisitum iuxta formam statuti, & quid in alijs casibus.

SVMMARIVM.

1 *Notarius post instrumentum datum parti, & item motam non potest aliquid addere, vel minuere, & nu.* 2. *Intellige secus de mandato iudicis. n.* 3. *& n.* 15.

4 *Iudicis præceptum corrigendi debet fieri cum causa cognitione.*

5 *Correctio erroris potest fieri post mortẽ notarij.*

6 *Notarius si omisit illa, quæ non sunt de concomitantibus necessarijs, quando sunt capita principalia instrumenti, an possit corrigere.*

7 *Error in ommittendo facilius corrigitur.*

8 *Error solemnitatis instrumenti quo ad filiorum institutionem, an possit corrigi.*

9 *Error potest corrigi etiam post biennium, & numero* 11.

10 *Error latens, non patens requirit causæ cognitionem, & iudicis auctoritatem.*

12 *Omissio nominationis requisita à statuto potest corrigi.*

13 *Correctio fit etiam si instrumentum esset productum in iudicio sine certa solemnitate.*

14 *Solemnitas decreti, vel curatoris per notarium omissa, potest corrigi, si probetur error. Intellige, vt n.* 24. *&* 25.

16 *Bona fama notarij operatur, vt Iudex facilius det licentiam corrigendi errorem.*

17 *Bonitatis præsumptio facit, vt per errorem præsumatur accidisse, quod aliàs falsum diceretur.*

18 *Iudicis auctoritas, & veritas fidei excusat notarium, vt possit corrigere errorem.*

19 Er-

19 *Error notarij non debet nocere partibus. Amplia, vt n. 20.*
21 *Error potius præsumitur in notario, quam falsitas, & dolus. Intellige, vt n.22.*
25 *Notarius, qui non registrauit bannum secundum statutum, non potest postea corrigere registrando, & num.31.*
26 *Præiudicium parti non debet fieri in his, quæ in rei veritate interuenerunt.*
27 *Correctio fit quando est quæstio erroris notarij, non fidei, & num.30.*
28 *Notarius non potest corrigere seipsum.*
29 *Notarius non potest corrigere, quando est actus nouus, secus quando interuenit solemnitas, quæ non fuit scripta.*
30 *Error notary quomodo corrigatur, & an iuretur contra eum super interesse.*

Decisio CLXI.

DIcebatur non esse locum correctioni erroris facti per notarium in committendo solemnitatem consensus consanguineorum, & curatoris, qui vere intetuenerunt, licet ab eo nō fuerit adnotatus in causa inter Comitissam Eufredutiam, & Ioannem Franciscum Marchesinum de Ancona: quia instrumentum erat iam datum parti, quo casu notarius adeò
1 functus † est officio suo, vt aliquid addere, vel minuere non possit. *Bart. in l. Imperator. de stat. homin. Bal. in c. ex literis. n.8. de fid. instrum. Fran. Marc. decis.163. n.5. lib.* 1. de communi. *Gabr.*
2 *de consuetud. concl.3. n.43.* [Maxime † post litē motam. *Socin. cons.277. visis publico instrumento. col.4. vers. ex quo infero. sub num. 6.*

Contrarium tamen visum fuit verius, quia
3 vbi de mandato iudicis fieret† correctio erroris, vel mutatio, prout in casu, de quo agebamus, licet consignatum fuerit vni partium instrumentum authenticum, & etiam quod simus circa substantialia contractus, coram iudice probabitur per testes, vel alias probationes de errore; & si de eo constet, iudex poterit committere correctionem, quæ quidem valebit, tanquam de eius mādato facta. *Bal. in l. Imperator. in 2. lect. in fin. de stat. homin. & in l. ambiguitates. in fin. C. de*
4 *testam.* [itaut d.† præceptum iudicis fiat notario cum causæ cognitione, & citatis citandis, & probato errore, aliàs secus: Tunc enim Iudicis auctoritas illum non excusaret. *Bald. in l. cum proponebatur. 66. ante fin. vers. vel narrauit aliter factum. de legat.2. & in l. vnica. C. de Iustin.* C. *confirm. in fin. Cardin. in procem. clemen. in verb. data. in fin. & in dicto cap. ex literis. nu.2. de fid. instrument. & ibi Felin. colum.2. num.6. versic. quarta conclusio. Franc. super data sexti.*
5 *num.* 6. † Vbi etiam *nu.* 7. ampliat id fieri posse post mortem notarij; dummodo de errore per probationes fiat fides. *Franc. Marc. decis. 743. numer. 2. & 664. num. 5. & 671. num. 2. par. 1. & decis. 163. num. 5. par. 2. Gemin. in cap. Abbate sanè. §. præfatus. numer.12. versic. sed est dubium si tabellio. de senten. & re iudic.*
Decis. Marchiæ.

in 6. vbi loquitur quando omisit illa, quæ non
6 † sunt de concomitantibus necessarijs, vt puta quia non apposuit testes, quod non est de concomitantibus necessarijs, licet sit de validantibus instrumentum, cum potuerit fieri sine testibus præsentibus; tunc enim inquit correctio fiet iudicis auctoritate. *Alex. in l. si quis ex argentarys. 6. §. prætor ait. de eden. num.4. Mandel. Alben. cons.* 10. *numer.* 18. & 19. vbi indistincte probato errore etiam in pertinētibus ad partes, & quæ sunt de substantia, & veluti capita principalia instrumenti, dicit faciendam esse correctionem, & multo magis, si error esset in omit-
7 tendo; † & ibi de communi testatur *Socin. cons. 98. colum. 7. num.11. lib.* 3. vbi de errore circa
8 solemnitatem testamenti, † quo ad filiorum institutionem, concludit etiam post datam copiā posse corrigi, dato tamen prius libello super correctione, probato errore, & parte citata. *Socin. cons. 177. lib.2. col.5. nu.6.* vbi loquitur etiā
9 post † biennium, & quo ad substantiam instrumenti cum iudicis auctoritate, & docto de errore posse corrigi. *Socin. iun. cons.127. lib.3. n.25.* vbi quando est error latens, requiritur causæ co
10 gnitio, & iudicis † auctoritas, secus si sit patens, quia notarius ex se poterit corrigere. *Ruin. consil. 16. lib.5. nu.* 2. vbi loquitur in correctione
11 ex interuallo in his, quę ad partes† pertinēt posse cum iudicis licentia. *Paris. cons.61. n.8. vsque*
12 *ad* 18. *lib.* 3. vbi de notario omittente † nominationem quandam requisitam iuxta formam statuti, quia poterit fieri correctio, & seruata postea erit forma illius secuta correctione. *Natta consil. 146. num. 10. ad finem.* vbi dicit posse corrigi cum iudicis auctoritate, & parte vocata post datam copiam parti, & quando instru-
13 mentum † esset productum in iudicio sine sua solemnitate, & hoc fuisset oppositum. Tunc enim iudicis auctoritas intercedit, vt notarius suppleat, dicens hanc opinionem veriorem de iure, & ita esse tenendum, & mirandum de *Felino*, qui ausus fuit dicere, quod omnes *Doct.* tenent illud quod *Io. And.* & tamē illi nihil dicunt. *Caputaq. dec. 247. p.* 2. vbi concludit, quòd mandato iudicis fiet correctio, etiam circa substantialia, & post copiam datam, docto de errore. [Et in specie casus nostri, quando fuit omissa per notarium solemnitas decreti, vel curatoris, quod
14 possit† corrigi si probetur error, concludit *Bald. in tract. de tabell. q.13. nu.53.* vbi etiam omnes alios casus explicat quando possit error corrigi per notarium, *numer. 41. vsque ad 54. tom. 3. par.1. fol.* 366.

Quæ quidem nō solum habent locum post da-
15 tam copiā parti, sed etiam post † litem motam, & ortam quæstionē inter partes; poterit enim corrigere de iudicis mandato, non aliàs, cū quæstio erroris ad notionem superiorum delata sit. *Bal. in rubric. C. de fide instrumentorum, numer. 25. colum. 13. versic. sed pone quod tabellio. Additio ad Specul. de instrument. edition. §. postremo. numer. 7. in fine. versicul. reficiat. Gemin. in capit. Abbate sane. §. præfatus. numer.* 12.

de re iud. in 6. Mandel. Alb. consil. 10. *nu.* 18. *&* 19. *Natt. cons.* 146. *num.* 10.

16 Verum est, quod hoc † casu Iudex in dando huiusmodi licentiam debet considerare bonam famam notarij, & alias coniecturas, & præsumptiones, ex quibus facilius, vel difficilius mouebitur ad concedendum dictam correctionem, vt post *Io. Andr. concludit Gemin. in d. §. præfatus. num.* 12. *in fin.* Quæ quidem præsumptio bonitatis notarij tantum operatur, vt etiam in
17 casibus, in quibus † præsumatur aliquid falso fecisse, tamen præsumendum sit per errorem hoc accidisse, vt post *Hostien. & Bal. concludit Tiraquel. de pen. tempor. caus.* 51. *num.* 145. [Ra-
18 tio autem omnium † supradictorum est, quia Iudicis auctoritas, & veritas fidei notarium excusat; itaut possit errorem suum corrigere. *Bal. in l. cum proponebatur.* 66. *ad fin. de legat.* 2.
19 Maxime cum † non debeat error notarij partibus nocere. *Socin. iun. cons.* 71. *num.* 20. *vol.* 3. *Castan. cons.* 52. *num.* 18. *Grat. cons.* 16. Præser-
20 tim quando constat de substantia actus † *Menoc. cons.* 42 *num.* 36. *lib.* 1.

Immo in dubio præsumitur potius error in
21 notario, quam dolus, & falsitas, † maxime quando aliquid in instrumento omittitur. *Ruin. consil.* 145. *num.* 13. *lib.* 5. *Cuman. cons.* 136. *num.* 3. *Ias. in l. errore. num.* 2. *C. de testam. Gram. de-*
22 *cis.* 60 *num.* 6. [Licet secus † esset in casu testamenti, & *l. nulli. C. de nu. lib.* 10. In quibus omittens solemnitates præsumitur dolosus, & tenetur de falso, & parti læsæ. *l. iubemus. in fin.* 29. *C. de testam. Luc. de Penn. in l.* 2. *C. de numer. & actu. lib.* 10. *Bece. consil.* 102. *nu.* 3. *Felin. in cap. ex litteris. colum.* 2. *num.* 4. *de fide instrument. Mascard. de probat. conclus.* 644. *num.* 14.

Non obstat *cons. Bero.* 5. *lib.* 2. vbi conclu-
23 dit non posse corrigi per † notarium quando omisit solemnitatem statuti, quæ requirebatur pro forma, quia tunc actus est nullus: Vnde cum contractus sit vitiatus, non habet locum correctio, ad exemplum testamenti, in quo error solemnitatis non potest corrigi; & hoc etiam voluit *Bal. in l. Imperator. in* 1. *lect. in fin. de stat. hom. & in l. ambiguitates. circa fin. C. de testam. post Din. consil.* 13. ex quibus idem videtur dicendum in casu, de quo agimus, cum fuerit omissus consensus consanguineorum, qui est de solemnitate actus, itaut contractus factus non seruata forma, in totum sit nullus, & inualidus, vt per statutum Anconitanum, de quo in processu.

Quia respondetur *Bero.* loqui in casu, in quo
24 notarius per errorem † non fecit illud, quod ad suum officium spectabat, cum ibi non apposuerit solemnitatem, & formam in actu requisitam à statuto, quæ per notarium debebat poni: Cum enim iã actus sit explicatus sine dicta solemnitate, & sic nullus ob defectum ipsius notarij, nõ mirum, quod non possit se corrigere, cum debuisset tunc illam solemnitatem apponere, quando actum explicauit, prout requirebat statutũ: & ita loquitur *Bal. in d. l. ambiguitatis. in fin. & d. l. Imperator. in* 1. *lect. ad fin.* ponens exē-
25 plum de notario, qui † non registrauit bannũ, vt requirebat statutum, alias non registratione facta, sit nullum; quia cum non registrauerit, non poterit postea se corrigere registrando: secus autem quando sumus in correctione eorum ad partes pertinentium, quæ vere interuenerunt, licet notarius per errorem non scripserit, prout est in solemnitate de qua agimus. quæ vere interuenit, cum consanguinei consenserint, quamuis iste consensus non fuerit scriptus à notario. Vnde cum constet quod erratum fuit, iste error cum Iudicis auctoritate probatis proban-
26 dis poterit corrigi, ne fiat per alterum † præiudicium parti in his, quæ in rei veritate interuenerunt, & per contrahentes apposita sunt, ad quos spectabat secundum formam statuti huiusmodi solemnitatem adhibere; & ita se ipsum declarat *Bero. consil.* 5. *in fi. lib.* 2. ibi, *nec obstant ea quæ volunt. & num.* 5. *&* 8. & per totum consilium, prout etiam loquitur *Bal. in d. l. ambiguitates. in fin.*

Ratio est, quia d. casu non est quæstio erro-
27 ris notarij, sed fidei, † cum per solemnitatem à notario omissam instrumentum dicatur falsum, vel falso fabricatum: tunc enim etiam de mandato Iudicis non posset corrigi; cum propter delictum sit priuandus auctoritate scribendi, pronuntiando, annullandum esse instrumentum falsum: Vnde super eodem instrumento est impositum silentium corrigendi: ita explicat *Bal. in rubr. C. de fid. instrument. num.* 26. *versic. unum scias. colum.* 7. *per tex. in l. si aliquid. C. de suscept. & arcb. lib.* 10. Aliud est enim cor-
28 rigere se ipsum, aliud corrigere scripturam, *Bald. in d. l. ambiguitatis. in fi.* qui loquitur, quod non potest corrigere se ipsum, vere enim tunc non apposuit solemnitatem notarius, vt in casu *Bero.* Vnde non poterit postea de nouo apponere, quod prius non fecit, quia esset actus
29 nouus; † secus vero quando interuenit solemnitas, licet non fuerit scripta, prout loquuntur omnes supra allegati, qui concedunt correctionem erroris posse fieri. Idem sequitur, & melius explicat *Bero. consil.* 1. *num.* 73. *lib.* 2. vbi est quæstio de fide instrumenti, non de errore, tunc
30 notarius † non potest aliquid addere, cum à principio per imperitiam, & negligentiam illud omiserit, quia dicebatur testamentum non esse factum, neque lectum, neque perfectum, vel solemnitatem non adhibitam: quibus casibus, cum sit quæstio instrumenti non datur correctio, per rationem *Bald. in rubr. C. de fide instrument. num.* 26. quem ita declarat *Bero. consil.* 1. *num.* 73. *volum.* 2. Idem voluit *Felin. in d. cap. ex litteris. colum.* 3. *vers. tertia declaratio. num.* 10.
31 vbi dicit, quod † quando est actus, dependens ab ipso notario, & cui non conuenit rogitus, prout in exemplo de registratione banni, si notarius illam formam non ponat, non poterit postea ponere, & sic corrigere quod omisit, cum vere non interuenerit, & sic solemnitas fuit ne-

gle-

glecta, vel per errorem, vel per dolum, quia non valet quod scriptum est, tanquam imperfectum; secus quando ille, qui conficiebat actum rogauit notarium, ve scriberet, quia si ille omisit per errorem, non debet nocere veritati; hoc
32 enim casu est emendare errorem † surgentem ex inaduertentia, cum in alio sit error insurgens ex falsitate. *Felin. in cap. ex litteris. vers. secunda declaratio. de fid. instrum. Alex. in l. ambiguitatis. in fin. C. de testam.*

33 Adde ad materiam † correctionis erroris, *Dec. consil.* 105. *Barbat. cons.* 209. *colum.* 4. *lib.* 1. *& in cap. fin. colum.* 6. *de constitut. Bald. in l.* 2. *C. de fideicommiss. Gabr. consil.* 65. *num.* 5. *& cons.* 169. *num.* 34. *lib.* 1. *Doctor. in l. Paulus. de re iudic. Bart. in l. fin. §. si essent. de tabul. exhib. & in l. fin. colum. vlt. vbi Bald. C. de eden. Castrens. cons.* 420. *lib.* 2. *Cepoll. cons. ciuil.* 23. *Socin. iun. cons.* 101. *num.* 10. *lib.* 1. *& cons.* 150. *num.* 6. *lib.* 3. *Calderin. cons.* 1. *de fid. instrum. Bertrand. consil.* 39. *&* 321. *lib.* 3. *Ias. consil.* 62. *colum.* 2. *& cons.* 28. *lib.* 1. *Corn. consil.* 28. *colum.* 1. *lib.* 2. *&* 304. *num.* 2. *lib.* 1. *Gram. consil. crim.* 24. *Simon. de Praet. consil.* 103. [Ecquod incontinenti possit notarius corrigere errorem, *Tiraquell. de retract. conuent. §.* 1. *glos.* 5. *num.* 19. [Et quod non requiratur citatio partis quo ad correctionem, *Calcan. consil.* 69. *Gabr. de citat. conclus.* 1. *num.* 496. *&* 506. *Bertrand. consil.* 141. *lib.* 2. *Menoch. consil.* 37. *lib.* 1. *Seraph. priuil. iuram.* 22. *&* 42. *Angel. cons.* 341. *pater emit domum. in fin. Alexand. & Barbat. ad Bartol. in l. quoties. §.* 1. *de hered. instit. Alexand. cons.* 190. *plura narrata. lib.* 6. *& consil.* 70. *num.* 4. *lib.* 1. *& consil.* 175. *lib.* 7. *& cons.* 8. *num.* 13. *lib.* 3. *Roman. consil.* 170. *num.* 13. *Cuman. consil.* 23. *Mantic. de coniect. lib.* 3. *tit.* 13. *num.* 5. *Menoch. de acquir. possess. num.* 724. *remed.* 4. late *Bertaz. consil. crim.* 543. *&* 544. *& ibi additio Claudij Bertazzoli.*

Et stante errore tenetur ad interesse partis. *l. fin. C. de magistrat conuen. l. vlt. si mens. fals. mod. dix. Bart. in l. fin. de tabul. exhib. Bald. in rubr. de poena Iudicis, qui male iudicauit. Barbat. in rubr, de fid. instrum. Felin. in cap. ex litteris. colum.* 2. *num.* 5. *eodem tit.* [Non tamen tenetur, nisi in subsidium. *Bart. sing.* 180. *Natta cons.* 545. *num.* 6. [Neque iuratur in litem contra notarium errantem, sed plene debet cōstare de errore. *Seraphin. priuil. iuramenti.* 31. *num.* 39. [Neque iuramentum suppletorium defertur in probando errore instrumenti. Idem *priuil.* 33. *num.* 17. [Et quid si errauit omittendo substitutionem, an possit error probari per duos testes, *Neuiz. cons.* 26. *num.* 24.

EPITOME.

Legitima quando sit deducenda ante legatorum, & fideicommissorum solutionem. [Hæres an teneatur ad legata, etiam pro rata trebellianicæ.

SVMMARIVM.

1 *Legitima deducitur ante legatorum, & fideicommissorum solutionem, & n.* 3. *etiam quod legata sint pia num.* 4.
2 *Legitima non debet continere grauamen.*
5 *Hæres non tenetur ad legata etiam pro rata trebellianicæ, sed fideicommissarius, & si soluerit competit repetitio. num.* 6.
7 *Legatorum conditio non debet esse melior quam quarta trebellianicæ,*
8 *Legata pure relicta præstantur integra, & veniente conditione fideicommissi, deducitur trebellianica de eo quod superest. Intellige vt n.* 9. *&* 10.

Decisio CLXII.

STante validitate testamenti, & declaratione facta esse locum trebellianicæ, & legitimæ in causa filiorum, & hæredum q. Federici de Asculo, prout in alia decisione, quo ad dictas quartas quomodo debeant detrahi, fuit confirmata sententia D Iudicis à quo, dum de-
1 clarauit legitimam esse deducendam † ante legatorum, & fideicommissorum solutionem, prout de iure debebat fieri, cum computentur omnia legata, & fideicommissa ex rebus paternis relicta in cumulo patrimonij partis ad metiendum legitimam: aliter daretur occasio, quod
2 filij in ea grauarentur, contra † *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam. Alexan. consil.* 175. *contingit. colum.* 1. *lib.* 6. Legitima enim
3 est remota ab omni onere † legatorum, & illis est potentior, cum debeatur tanquam æs alienum. *Bald. in auth. hoc amplius. oppos. vlt. C. de fideicommiss. Roland. cons.* 39. *colum. fin. num.* 24. *lib.* 3. vbi ampliat etiam quod legata sint ad
4 pias causas, † cum in hoc magis faueatur filijs, quā piæ causæ. *Ias. in l. tale pactum. §. fi. col.* 3. *de pact. Alex. cons.* 45. *habita super his. in fin. lib.* 1. *Ancharan. consil.* 46. *num.* 3. *Dec. consil.* 426. *num.* 6.

Quo vero ad deductionem trebellianicæ, bene etiam iudicauit D. Index à quo: Quia cum legata sint pura, prout etiam fideicommissum, & simus in casu, in quo est restituta hæreditas non tenetur hæres ad legata, etiam pro rata
5 † trebellianicæ; sed fidicommissarius, in quem transeunt actiones hæreditariæ actiuæ, & passiuæ. *l. fin. C. ad trebell.* Ratio est, quia hæres in trebellianica est potior legatarijs, & fideicommissarijs. *l. titia in fin. ff. ad leg. falcid.* Immo si hæres conuentus soluisset de suo proprio, in restitutione retinebit quatenus soluit, vel si re-
6 stituerit † non facta detractione, poterit repetere à fideicommissario. *Roman. consil.* 276. *visis dubijs. num.* 6. *colum. penult. vers. quo ad septimum. Grauet. consil.* 16. *in princip. Pereg. de fideicommiss. artic.* 24. *num.* 22. vbi dicit esse veram determinationem.

Vnde cum simus in fideicommisso puro, trebellianica bene fuit statim deducta, computatis

etiam

etiam legatis, & ante illorum detractionem;
alias esset melior conditio legatorum, quam
7 quartę † trebellianicæ, quod esse non debet,
*Aym. cons. 16. num. 1. per text. in l. titia. & in
l. seius, & augerius. ff. ad leg. falcid. Rip. in l.
1. §. fin. in 1. notab. ff. ad trebel.*

Non obstat *Bart. in. l. Marcellus. §. idem
pomponius. ad trebellian.* Quia procedit, quando
testator pure legat, & relinquit fideicommissum
post mortem hæredis, aut sub alia condi-
8 tione; tunc enim pure relicta † præstantur inte-
gra; eueniente autem conditione fideicommis-
si, deducitur quarta trebellianica de eo quod
superest; secus quando fideicommissum est pu-
rum, & legata sunt pura, quia tunc statim de-
9 betur † trebellianica, vt per *Aym. consil. 16.
num. 1. & 2.* & ita de consuetudine seruari te-
statur *Ang. in d. §. idem pomponius. Gabr. cons.
121. num. 57. Cephal. cons. 189. num. 29. & consil.
322. n. 10.* [licet *Roman. Ias. Cuman.* & alij in
d. §. idem pomponius. contrarium sequantur.

Quia hęres trebellianicus præualet legatarijs
in deductione quartæ, vnde non deberet esse
melior conditio legatariorum ad diminuendam
quartam. *Oldrad. consil. 158.* [Tamen magis
10 recepta est prior opinio, † & consuetudine per
totum mundum approbata, vt post *Angel.* &
alios allegatos testatur *Peregrin. de fideicommis. artic. 4. num. 40. in fin.* vbi dicit se pluries
pro legatarijs practicasse, & ita passim seruari:
Ideo non esse recedendum ab ea *l. minime. ff.
de legib.*

EPITOME.

Per dictum notarij, & vnius testis an probetur error instrumenti. [Quando sufficiat semiplena probatio cum iuramento in causa correctionis erroris notarij. [In decreto an requiratur scriptura.

SVMMARIVM.

1 *Dictum notarij, & vnius testis sufficiunt in correctione erroris, & est verior opinio. numero 2.*
3 *Tabellioni soli quo ad errorem non creditur.*
4 *Assertio tabellionis est optimus modus corrigẽdi.*
5 *Veritas scripturæ potest probari per auctorem.*
6 *Coniectura & indicia probant errorem notarij, & num. 9. & 10.*
7 *Iudicis decretum facit præsumi omnia solemniter acta.*
8 *Depositio testis per verbum, videtur, facit præsumptionem.*
11 *Plena probatio est necessaria in causa erroris, tam respectu partium, quam notarij. Intellige vt num. 12. 13. & 14.*
15 *Correctio erroris non fit neque cum licentia Iudicis, quando contractus requirit necessitatem scripturæ.*
16 *Appellatio & sententia semel absoluta non est emendabilis.*
17 *Scriptura in decreto requiritur. Contrarium est verius. num. 18.*
19 *Sententia debet esse in scriptis ad differentiam decreti.*
20 *Solemnitas decreti, vel curatoris omissa per notarium potest corrigi probato errore.*
21 *Correctio non daretur in decreto, si requireret necessitatem scripturam.*

Decisio CLXIII.

CVm præsupposito, quod assertio notarij fuerit facta seruatis seruandis, quo
ad errorem prætensum in causa inter
D. Ioannem Franciscum Marchesinum cum D.
Comitissa Eufredutia de Ancona, conclusum fuit
constare de errore per dictum notarij, & vnius
1 testis, qui regulariter † sufficiunt ad probatio-
nem erroris instrumenti, secundum *Bart. in l. si
librarius. in fin. de reg. iur.* [Et licet contra
Bart. renuerit *Bal. in l. Imperator. num. 2. in
1. lect. de stat. homin. Vitalin. de clause. in claus.
& non errore. versic. restat videndum, qualiter
error notarij. tom. 24. num. 1. & idem Bal. in
l. cum proponebatur. ad fin. 66. de leg. 2. Bero.*
2 *d. consil. 5. num. 2. lib. 2.* Tamen non est † re-
cedendum à d. opinione *Bart.* tanquam verio-
re, cum *Doctor.* maioris auctoritatis illum se-
quantur, prout *Castrens. consil. 364. num. 2.
volum. 2. Alexand. consil. 105. in causa correctionis erroris. num. 4. colum. 3. versic. secundo
principaliter probatur. lib. 2. Rimin. sen. cons.
403. num. 11. & consil. 456. num. 1. lib. 3. Ias.
consil. 28. lib. 1. Mascard. de probat. conclus.
644. nume. 20. p. 1.* & videtur esse de mente
Cardin. in procem. clem. in vers. data. in fin.
3 vbi dicit, quod non debet credi † soli tabellioni
quo ad errorem: ergo potest colligi secundum
eius opinionem credendum vna cum dicto te-
stis. Et esse optimum modum corrigendi per
4 † assertionem tabellionis dicit *Socin. consil. 94.
num. 5. lib. 1. Bart. consil. 197. reperitur instrumentum. num. 2. lib. 1.* quia veritas scrip-
5 turæ potest probari per ipsum † auctorem, qui
fecit. per *l. si quis decurio. C. ad l. Cornel. de
fals. Bart. cons. 208. ex facto proposito. num. 2.*
6 *lib. 1.* Error enim notarij † probatur etiam per
coniecturas, & indicia. *Bald. in d. l. cum proponebatur. 66. ad fin. de leg. 2. Socin. d. cons. 94.
n. 8. in princ.* Bursat. *cons. 317. n. 3. lib. 3. Menoch. præsump. 22. nu. 8. lib. 6.*

Maxime cum in casu nostro vltra dictum notarij, & testis adsint multæ coniecturæ, ex qui-
bus potest credi, & verificari d. consensum in-
teruenisse; videlicet auctoritas, & decretum
Iudicis, quem credendum est non interposuisse
decretum, nisi fuisset seruata forma statuti quo
ad consensum consanguineorum: Quod quidem
7 decretum † facit præsumi omnia solemniter acta.
Cephal. cons. 34. num. 3. [Depositio Cæsaris,
8 qui licet deponat † per verbũ videri, tamen prę-
sumptionem facit. *Mascard. concl. 1357. nu. 22.
volum. 3.* [Schedula, & copia reposita in ar-
9 chiuio, in qua à tergo sunt adnotata † nomina
consanguineorum, qui dicuntur per testes in-
ter-

teruenisse; Vnde tanto magis videtur probatus
error. *Aym. consil.* 255. *num.* 2. quæ quidem
10 † omnes præsumptiones † vtique debent confir-
mare dictum notarij, & testis, itaut error sit pro-
batus. *Bart. in l.* 1. *§. idemque Cornelio. ff. de quæ-
stion. Aym. cons.* 35. *n.* 6.

Immo etiam videbatur verius, quod esset lo-
cus delationi iuramenti suppletorij, quatenus
non esset concludenter probatus dictus notarij
error. Licet enim dicant *Doctor.* quo ad ca-
sum erroris necessariam esse plenam probatio-
nem, non solum respectu notarij, sed etiam
11 respectu † partium, vt concludit *Bald. in d. l.
Imperator. colum.* 2. *num.* 2. *Felin. in cap. ex
litteris. colum.* 3. *num.* 9. *de fid. instrum. vers.
tertia declaratio. Vitalin. vbi supra, de clausul.
vers. restat videndum qualiter error.* Tamen
posset dici prædictam opinionem habere locum,
12 vel † quando tale instrumentum esset de natu-
ra, seu de substantia debiti contracti in scriptis,
puta quia partes expresse conuenissent, quod de
isto debito fieret publicum instrumentum, iuxta
l. contractus. C. de fid. instrumen. Vel essemus
13 in casibus, in quibus † requireretur scriptura,
de quibus per *gloss. in cap.* 1. *de consib.* in 6. Vel
quando per statutum, seu consuetudinem loci
requireretur instrumentum publicum, tunc pro-
cedit dictum *Baldi*. [Sed vbi instrumentum
non esset de natura, vel essentia debiti, sed es-
set voluntarie confectum, prout est regulariter,
tunc non per hoc grauandus esset pleniori pro-
14 batione, † sed sufficeret semiplena probatio cũ
iuramento, ad exemplum creditoris, qui lace-
rans instrumentum publicum sui crediti, non
per hoc perdit ius illius, sed debet probare per
manifestas probationes istud suum ius, itaut
non habeat iuramentum suppletorium, etiam
quod probauerit per vnum testem: quod tamen
intelligitur in dictis tribus casibus; secus quan-
do esset instrumentum voluntarie confectum,
quia tunc erit etiam locus dicto iuramento sup-
pletorio. ita singulariter dicit *Gerard. de Petr.
Sanct. sing.* 16. *num.* 3. quam dicit esse limita-
tionem mirabilem, & de mente *Salic. in l.* 1. *ff.
de fid. instrum.* & multum notandum dicit *Ias.*
qui etiam illam sequitur *in l. admouendi. colum.*
78. *num.* 258. *C. de iur. iur.* [licet videatur
aliqualiter obstare generalitas rationis adductæ
per *Bald. in l. Imperator. ff. de stat. hom. colum.*
2. *num.* 2. Et per hoc etiam non est tutum fir-
mare, quod dictum est de errore, eum habea-
mus præcisas decisiones Doctorum supra alle-
gatas, quod in probando errore instrumenti
non sit locus iuramento suppletorio, prout etiã
concludit *Ias. in d. l. admouendi. colum.* 80.
num. 295. *C. de iur. iur. vers. quarta fallen-
tia sequitur.*

Non obstat, quod non debeat, neque fieri
15 possit † correctio etiam cum licentia Iudicis,
quando contractus fuit celebratus in scriptis,
itaut necessitatem scripturæ requireret, prout
in appellatione, & sententia, quæ ante omnia
debet esse dictata, & postea lecta; Ex quo enim
16 semel est absoluta, inemendabilis est, vt dicit
Bald. in l. contractus. num. 13. *C. de fid. instru-
ment. Felin. in d. cap. ex litteris. versic. prima
declaratio. colum.* 3. *num.* 9. *Bart. in d. l. con-
tractus. in princip. Add. ad Bartol. in l. si libra-
rius.* 93. *de regul. iur. in littera d*; quæ quidem
militant in casu nostro, cum decretum non pos-
17 sit † interponi, nisi in scriptis. *Menoch. consil.*
80. *num.* 60. *lib.* 1. Quia respondetur, quod om-
nes *Doctor. allegati per Menoch.* ne verbum
18 quidem dicunt de scriptura: Immo † verius
est in decreto illam non requiri, cum hæc sit vna
de differentijs inter sententiam, & decretum,
19 quia illa debet esse in scriptis, † decretum au-
tem non, prout dicit *Natt. cons.* 631. *num.* 31.
& cons. 162. *num.* 12. *& post Bal. Imol. & Rom.
per eum allegatos*, concludit *Alex. in l. iuste pos-
sidet. colum.* 3. *vers. secundo iuxta prædicta.
num.* 11. *in fin. de acquiren. possess. Simoncell.
de decret. in præfat. num.* 28. vbi respondet ad
Innoc. qui contrarium sequutus est in *cap. dudũ,
de reb. eccles. non alien.*

Adde *Bald.* in specie casus nostri, *in tract. de
tabell. quæst.* 13. *num.* 53. vbi concludit esse lo-
20 cum correctioni quando fuit † omissa per nota-
rium solemnitas decreti, vel curatoris, si pro-
betur error: ex quo colligitur decretum non
requirere scripturam, vt supra dictum est, quia
alias non daretur in eo correctio, si requireret
21 † necessitatem scripturæ. *Bald. in l. contractus.
num.* 13. *C. de fid. instrum.* post *Bart.* ibi *in
princip. Felin. in cap. ex litteris. n.* 9. *vers. pri-
ma declaratio. eod. tit.*

EPITOME.

Exceptio non numeratæ pecuniæ an possit perpetuo opponi de iure canonico, & an habeat locum in dote, & promissione facta per tertium.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numerata pecunia habet locum in dote, prout in mutuo. Intellige vt num.* 2.
3 *Exceptio non numerata pecunia potest perpetuo opponi de iure canonico. Contrarium est verius. numero* 5. *concorda vt num.* 6. *&* 19.
4 *Iuri ciuili statur etiam in foro canonico, si per illud non reperitur immutatum.*
7 *Exceptio doli, & non numerata pecunia æquiparantur, & num.* 8.
10 *Excipiens debet probare exceptionem.*
11 *Locupletari quis non debet cum alterius iactura.*
12 *Exceptio non numerata pecunia non habet locum in promissione dotis per tertium. Intellige in extraneo, secus patre aut administratore. n.* 15. *Contrarium num.* 16.
13 *Delegans dicitur soluere.*
14 *Exceptio non numerata pecunia non procedit, vbi aliquid acceptatur loco solutionis.*

DE-

Decisio .CLXIV.

1 Exceptio non numeratæ pecuniæ, licet habeat locum in dote, † prout in mutuo, quantum ad transferendum onus probandi in creditorem. *Bal. in l. pecunia. C. de solution. Alex. in l. 1. colum. 15. in princ. ff. solut. matrim. Roland. conf. 4. num. 1. lib. 4.* Tamen in causa Camerinensi mihi commissa declaraui non esse locum d. exceptioni non numeratæ pecuniæ, seu dotis, cum essemus vltra tempora, de quibus in *l. fin. cum auth. C. de*

2 *dot. caut. non num.* quo casu † non datur d. exceptio. *l. in contractibus. C. de non num. pecu. l. si ex cautione. C. eod. tit.*

Non obstat, quod de æquitate iuris canonici exceptio non numeratæ pecuniæ, non excluda-

3 tur tempore, sed perpetuo † possit opponi. *Din. in cap. locupletari. in fin. de regul. iur. in 6. Roman. conf. 44. ex supra narrato. colum. 1. num. 2. & consil. 445. colum. 3. in princip. num. 5.* vbi loquitur in specie non numeratæ dotis. *Seraph. de priuil. iuramen. priuil. 60. in fi. Angel. conf. 156. domina Angelina. Marsil. singul. 463. rigor. num. 1. Io. de Imol. in cap. fin. de solut. nu. 32. Iaf. in l. qui pecuniam. num. 7. in fin. col. 2. in princip. verf. vltra istas fallentias. ff. si certi petat. Felin. in cap. si cautio. num. 61. de fide instrumen. Dec. in l. iure natura. num. 4. de reg. iur. Boer. in addit. ad Din. in d. cap. locupletari.* vbi testatur de communi. *Salic. in l. in contractibus. in princ. C. de non num. pecun.*

Quia respondetur, quod immo lapsus temporis induceit totale silentium, etiam de iure canonico. Nam quando aliquid est decisum de iure ciuili, quod non reperitur immutatum

4 de iure † canonico, stamus iuri ciuili, etiam in foro canonico. *cap. 1. & 2. de nou. oper. nunciat. gloss. in cap. per venerabilem. qui fil. sint legit. & in cap. licet ex suscepto. de for. competen.* & ita

5 per supradictam rationem † concludit *Iaf. in l. cum quis. colum. 6. in princip. num. 18. versic. concludendo.* vbi *Bald. nu. 22. C. de iur. & fact. ignor.* post *Specul. de in integ. restitut. §. 1. nu. 25.* vbi refert, quod Clemens Papa Quartus ita pronunciauit. *Archidiac. in cap. si quis Episcoporum. in fin. 3. quæst. 6. num. 10. Anton. in cap. quia plerique. de immunit. Eccles. Archiepiscop. Florent. in Summa. in tit. de reg. iur. d. cap. locupletari*; & ista est magis communis, & vera opinio, vt testatur *Duenn. reg. 261. in verb. exceptio non numerata pecunia. in fine.* prout etiam dicit *Rimin. inn. consil. 272. num. 20. lib. 3.* subdens contrariam sententiam non esse tutam. *Ludou. Bologn. in l. 1. in secundis interpretationibus. C. de condit. ob turp. cauf. Diaz. reg. 249. Fachin. lib. 2. controu. iur. c. 82.*

Præterea prima opinio habet locum in exceptione doli, quæ est perpetua, & semper potest opponi, posterior autem in exceptione non numeratæ pecuniæ, quæ finitur. d. tempore. Me-

6 rito enim † hæc est temporalis, quoniam intra biennium potuit proponi per modum agendi, sed exceptio doli est perpetua, quoniam non fuit in potestate debitoris agere de dolo creditoris. *l. pure. §. fi. de dol. exceptione*, & ita concordantur opiniones per *Doctor. in c. fi. de solut. & in c. si cautio. de fid. instrum. Marsil. sing. 277.* [Licet hæc concordia non videatur tuta, cum ex-

7 ceptio doli, & non numeratæ pecuniæ † æquiparentur, & vna succedat loco alterius. *l. si cum. §. insinuarum. ff. si quis cautio. c. magna. versic. cum igitur. de voto. Zabar. in cap. fin. col. 4. in fin. de solut.* & ita in specie concludit *Costa in l. si ex cautione. in vltima fallen. num. 3. C. de non num. pecun.* vbi quod nulla est differentia inter istas exceptiones, nisi quod cum

8 maiori honore creditoris potius appellatur † exceptio *non num. pecun.* quam exceptio *doli*; in effectu enim idem sunt. *l. 2. §. generaliter. & l. ad celsum. §. aduersus. ff. de dol. except. Bart. in l. rem quandam. eod. tit.*

Vlterius prædicta procedunt quo ad transferendum probationem in debitorem; nam elapso

9 biennio † illi incumbit onus probandi se pecuniam non recepisse, cum ante biennium non haberet hoc onus, sed creditori incumbebat quod fuerit pecunia numerata; & sic dicetur perpetua huiusmodi exceptio de æquitate, ne creditor lucretur cum iactura alterius. Nec mirum

10 si excipiens, debet probare † cum per eum allegetur. *l. in exceptionibus. de probat.* quia post tempus præsumitur pro creditore: & sic videtur concludere *Cardin. in cap. vlt. colum. 4. in fin. verf. nec mirum. de solut. & colum. 5. in princ. verf. opposito ad idem.* & ita etiam notat *Addit. ad Dec. in cap. locupletari. de regul. iur. in 6.* Vbi etiam *Dec. num. 5.* dicit hoc esse, non solum de iure canonico, sed etiam ciuili, quia potest probare post biennium, cum militet ra-

11 tio, ne locupletetur † cum alterius iactura. *glos. in l. in contractibus. in princ. C. de non numer. pecun. Alexand. conf. 158. in causa, & lite. colum. penult. lib. 2.* & hoc etiam dicit esse æquissimum *Costa in d. l. ex cautione. fall. vlt. in princ. num. 3. in fin.* licet *num. 4.* dicat de stricta ratione disputandi contrarium posse defendi, cum lex fingat numerationem, vt latius ibi per eum.

Adde in casu nostro factam esse promissionem dotis per tertium, tunc enim si illam mari-

12 tus acceptauit, vxori, vel eius hæredibus † non obstabit amplius in repetitione dotis exceptio non numeratæ pecuniæ. Ratio est, quia licet ex promissione sequenti appareat dotem non esse numeratam, tamen videtur confessio facta, non spe numerationis, sed promissionis, & ideo sequuta promissione, ac illa acceptata, ita habetur dos pro soluta, ac si mulier aliunde promisisset animo delegandi. *l. dotem. la seconda, &*

13 *l. vir. ab eo. de iur. dot.* qui enim † delegat, soluit. *l. quamuis. §. interdum. ad Vellejan.* & non

14 opponitur de non numerata † pecunia, vbi aliquid acceptatur loco numerationis. *l. pretij. C. de rescind. vend.* & licet quis non delegetur, vt de-

debitor, sufficit vt expromissor. *l. inter causas. §. abesse. ff. mandati*: Et ita in specie concludit *Bald. in l. pollicitatione. nume.* 3. *C. de donat. ante nupt. Felin. in c. si cautio. num.* 83. *col.* 21. *in princ. vers. fallit quinto. de fid. instr.* vbi intelligunt in extraneo promittente nomine mu-
15 lieris, secus in patre, † quia cum actio de dote sit communis patri, ac filiæ reputantur pro vna, & eadem persona, & sic non potest peti dos, Et idem in eo qui fit curator, vel negotiorum gestor mulieris, quia ille reputatur eadem persona ratione officij. Idem etiam voluit *Campeg. de dote q.* 93. *in fin. p.* 2. post *Ias. in §. fuerat. num.* 89. *Instit. de action. Marsil. singul.* 345. *maritus. Socin. consil.* 130. *nu.* 18. *colum.* 4. *ad med. lib.* 4. [licet prædicta non videantur tuta *per text. in §. si autem, neque. auth. de tempor. non solut. pecun.* super dote, ibi *in nullo differ-*
16 *entibus nobis siue mulier, siue pater,* † *siue alter quispiam pro ea*, prout concludit *Couar. lib.* 1. *variar. resolut. lib.* 7. *vers. est & alia in hac re*, quem sequitur dicens verius esse, *Menoch. lib.* 3. *præsumpt.* 12. *num.* 79. de quo etiam per *Cost. in l. si ex cautione. in* 15. *fall. nu.* 3. *C. de non numer. pecun.* vbi nu. 8. *in fin.* remittit se ad *Felin. in cap. si cautio. de fid. instrum.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ an possit perpetuo opponi. & n.* 2.

3 *Lex si excludat exceptionem, non aufert probationem ex delatione iuramenti partis, & num.* 4.

5 *Executio an impediatur per exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

6 *Recognoscens chirographum quando sibi præiudicat, vt non possit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. n.* 7. *&* 8.

¶ N. 3. *in fin. post verb.* in princ. C. de non num. pecun.

Menoch. conf. 47. *nu.* 9. Vbi intelligit genera-
1 liter, quamuis non simus in terris † Ecclesiæ, non distinguendo forum à foro, & tam in creditore clerico, quam laico, cum æquitas vnum, & alterum tueri debeat, & tam in foro conscientiæ, quam contentioso. *Cappell. Tholos. q.* 318. *Menocb. ibid. n.* 9. *in fi.*

¶ N. 5. ad fin. *post verb.* controu. iur. cap. 82.

Vbi intelligit quando abest mala fides, nam si
2 de ea constaret, † non prodesset ista biennalis præscriptio, cum ius Canonicum tollat omnem præscriptionem stante mala fide. *cap. si. de præscript. Franc. in c. possessor. n.* 7. *de reg. iur. in* 6. Et ita practicari quod ista exceptio sit biennalis, tam de iure canonico, quam ciuili, testatur *Ceuall. q.* 83. *in princip.* Quamuis de æquitate canonica admitteretur debitor ad dan-
3 dum positionem creditori, † quod pecuniam non numerauit, super qua creditor esse cogendus iurare. Nam cum lex solum excludat exceptionē, non aufertur probatio ex delatione iuramenti partis. *Bart. in l. in contractu. nu.* 51. *C. de non numer. pecun. Ceuall. d. q.* 83. *n.* 6. late *Me-*
4 *noch. conf.* 47. *n.* 8. *&* 9. † Prout in causis executiuis, in quibus lapsis decem diebus non admittuntur probationes, tamen exceptio per iuramentum creditoris non est exclusa. *Parlador. rer. quotid. c. fin. p.* 5. *§.* 10. *n.* 26.

¶ N. 16. in fin. *post verb.* cap. si cautio. de fid. instrum.

Ex quibus patet non potuisse impediri exe-
5 cutionem, de qua agebatur; † Quidquid alias executio impediatur, quando opponitur exceptio non numeratæ pecuniæ; prout alias cum de hoc quæreretur, Dixi verius esse. *Duen. reg.* 260. *n.* 6. *Gom. s. tom.* 2. *c.* 6. *n.* 3.

Neque obstabat recognitio simplex chirographi, per quam videbatur esse sublata exceptio nō
6 numeratæ pecuniæ, † vnde per consequens non poterat impediri executio, quasi requiratur quod debitor à principio recognoscens chirographum, neget etiam pecuniam fuisse numeratam, tunc enim impedietur executio; cum aliud sit quando simpliciter recognoscitur, & postea excipitur de non numeratione, prout in specie distinguit *Parlador. rer. quotid. lib.* 2. *c. fin. p.* 1. *§.* 5. *num.* 12.

Quia verius est posse reum simpliciter reco-
7 gnoscentem chirographum, † allegare dictam exceptionem non numeratæ pecuniæ. Nam illa recognitio procedit respectu chirographi, non debiti, & sicut contra instrumentum publicum potest allegari ista exceptio; Ita etiam poterit contra chirographum recognitum, cum respectu impediendæ executionis idem debeat operari scriptura publica, seu priuata: Vnde tam in vno casu, quam in alio executio impedietur,
8 Dummodo † recognoscens non fateatur debitum, quia tunc esset plus, quam simpliciter fateri recognitionem. Quare contra confessionem factam in iudicio non admitteretur exceptio non numeratæ pecuniæ. *l.* 1. *de confess. l. generaliter. C. de non numer. pecun.* Et ita in terminis de veriori opinione contra *Parlador.* testatur *Ceuall. q.* 39. *n.* 4.

EPITOME.

Citatio quando requiratur in absolutione à iuramento, & an iudicium debeat agi coram iudice laico. [Propter læsionem an concedatur dicta absolutio.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio iuramenti ad effectum agendi, non requirit citationem, & conceditur etiam inuita parte. num.* 2. *& num.* 4.

3 *Abso-*

3 *Absolutio à iuramento non conceditur sine citatione, vbi tolleretur obligatio ex eo contracta.*

5 *Absolutio à iuramento petitur coram Iudice Ecclesiastico, sed iudicium agitatur coram laico.*

6 *Absolutio à iuramento ad effectum agendi sufficit ne quis possit agere contra illum contractum declaratum illicitum.*

7 *Læsio excessiua facit vt possit peti absolutio à iuramento, & num. 8.*

9. *Læsio enormis facit præsumere metum reuerentialem.*

10 *Maior propter enormem læsionem absoluitur à iuramento.*

Decisio CLXV.

FVit producta absolutio à iuramento per D. Contessam Eufredutiam, in qua licet diceretur requiri citationem ad eius validitatem, de qua non constabat: Tamen con-
1 trarium declaratum fuit, cum simus † in absolutione petita ad effectum agendi; & de communi post alios testatur. *Gabr. concl. 1. de citat. n. 96. in fin.* subdens *n. 97.* ita de stylo seruari. *Nicol. de concord. glosar. n. 259. fallen. 21. glos. 42. Galles. de oblig. cam. q. 2. p. 6.* Immo etiam inuita
2 parte † potest concedi d. absolutio, nedum non citata. *Afflic. decis. 220. n. 10. Couarr. variar. resolut. lib. 1. cap. 4. num. 5. circa fin.* de communi. *Alciat. in cap. cum contingat. num. 225. de iur. iur.* & causa non cognita. *Becci. cons. 63. numero 3.*

Secus autem, si per absolutionem iuramenti
3 tolleretur obligatio ex toto, non vt † tantummodo ageretur de habilitanda persona, quæ iurauit, vt non obstante iuramento possit dicere contra instrumentum, & deceptionem detegere; tunc enim requiritur citatio. *Galles. d. q. 2. p. 6. nu. 4.* quæ est necessaria, vbi petitur absolutio, vt simul etiam tollatur obligatio ex iuramento contracta, & prorsus ius ipsius contractus euanescat; tunc enim tractatur de iustitia, & veritate contractus, cum agatur de eo dissoluendo; Vnde nil mirum si est citanda pars de cuius interesse agitur. ita declarat *Couarr. var. resol. lib. 1. c. 4. n. 5. vers. nec vbi dubium.*

Et eo magis in casu nostro, cum fuerit concessa sine citatione, quia valet, etiam quod citatio requireretur. *Gabr. conclus. 1. num. 96. de citation.*

Non obstat, quod sumus in obligatione camerali, in qua de stylo etiam ad effectum agendi, non datur absolutio à iuramento, vt post
4 *Staffil.* dicit *Couar. d. c. 4. num. 6.* Quia † contrarium est verius secundum vsum modernum: vel si non datur, intelligitur, vt non detur ad effectum retardandi executionem. *Galles. p. 6. q. 2. per tot. de oblig. camer.*

Item conclusum fuit, quod licet absolutio prædicta debeat peti coram Iudice ecclesiasti-
5 co, non tamen iudicium erit agitandum † coram eodem Iudice, sed solum sufficiet coram laico; quidquid enim sit de iure, vt per *Bald. in l. ordinarij. C. de rei vend.* hoc nunquam in practica seruatur. *Imol. & Felin. in c. 1. col. 1. num. 22. de iur. iur. Corn. cons. 220. volum. 4. colum. 2. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 60. num. 19.* & late contra *Bald.* tenet hanc opinionem *Couar. var. resol. lib. 1. c. 4. n. 8.*

Tertio etiam dictum fuit non requiri aliam
6 absolutionem: si enim prius † in iudicio summario fuerit præstita absolutio ad effectum agēdi, tandem in plenario iudicio contractus iudicetur vsurarius, etiam quod prior absolutio fuerit præstita solum ad effectum agendi, tamen habet hunc sensum, vt libere agat contra illum contractum, etiam si probauerit esse vsurarium, vel illicitum, & solutus sit à vinculo illius contractus, & iuramenti. *Castrens. cons. 259. lib. 2. col. pen. Felin. in cap. 1. de iur. iur. col. penult. Couarr. variar. resolut. cap. 4. lib. 1. num. 5. vers. secundo è contrario.* licet ibi subdat tutius esse petere iterum absolutionem à iuramēto, quamuis per supradicta non sit necessaria.

Quarto conclusum fuit mulierem, stante ex-
7 cessiua læsione posse petere absolutionem à † iuramento, & venire contra renunciationem, vt de magis communi testatur *Gabr. conclus. 1. n. 11. de iur. dot. Guald. de arte testandi. titu. de acquir. vel repud. hared. caut. 19. nu. 4.* Etiam quod in tali renunciatione interuenisset consensus consanguineorum, & Iudicis decretum. *Gabr. ibidem num. 15. & 16.* Sicuti etiam potest peti in casu quo mulier consentit alienatio-
8 ni rei dotalis, † cum iuramento, propter enormem læsionem. *Campeg. post Feder. & Ancharan.* per eum allegatos *de dote. quæst. 15. in fin. p. 4.* Ratio est, quia propter læsionem enor-
9 mem, † præsumitur metus reuerentialis mariti, & iuramentum esset relaxandum. *Alciat. in cap. cum contingat. num 9. de iur. iur. Guter. de contract. iur. cap. 55. num. 7. in tit. de obligat. vxor. pro mar.* Enormis enim læsio facit præsumere dolum. *Bartol. in l. vlt. in fin. de prætor. stipulat. Bald. in l. 3. C. de dot. promiss. Ancharan. cons. 205.* & ideo ratione doli iuramentum redditur inefficax. *cap. si vero. il primo. de iur. iur. Felin. in cap. in præsentia. num. 8. de probat.* subdens etiam maiorem propter enormem
10 læsionem absolui † à iuramento. *Bald. in l. pen. C. de arbitr. Abb. in c. quintauallis. colum. 25. de iur. iur.* cum declarationibus, de quibus per *Gualdens. cautel. 19. num. 4. de art. testan. tit. de acquir. hæred. Gabriel de minor. conclus. 5. in fine.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio à iuramento solum habilitat personam ad exercendum actionem suam sine metu periurij, nec ex ea oritur aliquod præiudicium parti. num. 2.*

3 *Abso-*

3 *Absolutio iuramenti requiritur, quamuis statutum annullet iusiurandum interpositum in actu sine certis solemnitatibus.*

¶ Ante N. 1. *post verba.* de qua non constabat.

Auebar. cons. 282. *Bertrand. cons.* 42. *lib.* 1. *Felin.* qui de magis tuta opinione testatur *in c.* 1. *de iur. iur.*

¶ N. 1. *post verba.* ad effectum allegandi.

Oldrad. cons. 120. *Rolan. cons.* 63. *n.* 3. lib. 1.

¶ N. 2. *post verb.* cons. 63. num. 3.

Ratio est, quia in relaxatione iuramenti non
1 agitur de causa principali dirimenda, sed † solum de habilitatione personæ, vt qui iurauit exerceat actionem suam sine metu periurij. *Rip. in rubr. de iudic. n.* 29. *Aym. cons.* 7. *num.* 7. *Gabr. cons.* 17. *n.* 33. *lib.* 1. Neque enim ex ista relaxa-
2 tione fit præiudicium creditori, † qui semper habet ius ad defendendū contractum: Vnde non debet citari, cum eo inuito possit fieri, & sic multo magis ipso ignorante, & absente. *l. qui potest. de reg. iur. Rol. cons.* 2. *n.* 6. *lib.* 2.

¶ N. 3. ad fin. *post verb.* conclus. 1. nu. 96. de citation.

Post *Butr. in c. debitores. de iur. iur. Ias. in l. à patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. Tiraq. in tract. res inter alios acta. limitat.* 30. *vers. hoc primum.*

¶ N. 10. *post verb.* concl. 5. in fin.

Et huiusmodi absolutio iuramenti requiritur, quamuis statutum annullaret iusiurandum interpositum in contractu sine certis solemnita-
3 tibus, † vt in specie *constitutionis Marchia, & Statuti Vrbis lib.* 1. *c.* 149. est decisio *Rot. coram R. P. D. Ludouisio. Segnina castrorum.* 26. *Iunij* 1602. Vbi quod prius debet constare notorie, & euidenter, quod simus in terminis dictæ con-
4 stitutionis † & statuti. *Rot. coram R. P. D. Bubalo. Romana legitima de Vrsini.* 20. *Maij* 1588. Vbi quod statutum Vrbis annullans iuramentū, stante læsione vltra tertiam partem, intelligitur, quando adest sententia, vel notorie constat de læsione: Ideo antequam de ea appareat, si obijciatur de periurio, necesse est docere de absolutione.

EPITOME.

Iuramentum quando requiratur vbi est standum dicto alicuius: & quid in correctione erroris notarij per eum facienda.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum requiritur vbi standum est dicto* Decis. Marchiæ. *alicuius etiam ex voluntate testatoris. n.* 2. *& ex consensu litigantium. n.* 3. *&* 6.

4 *Testimonium veritatis non committitur libero arbitrio, & voluntati alicuius.*

5 *Fides rei gestæ non potest legitime cognosci, nisi prius assertione iurata.*

7 *Statutum seu lex disponens stari assertioni alicuius, intelligitur cum iuramento.*

8 *Sententia in casibus, in quibus licet secundum propriam conscientiam iudicare, non valet sine iuramento. Intellige vt n.* 9. *&* 10.

11 *Iuramentum requiritur in notario asserente errorem, & an fecerit ex interuallo, vel in continenti. nu.* 12. *&* 13.

14 *Assertioni notarij statur in scriptura & publicatione instrumenti.*

15 *Notarius quando non iurasset, loqueretur vt priuata persona.*

16 *Notarius conficiens instrumentum mutui, & asserens quod heri in sua præsentia fuit numerata pecunia, non probat numerationem, neque punitur si falsum diceret. n.* 17.

18 *Notarius deponendo non facit maiorem fidem, quam alius testis. Intellige vt n.* 19.

Decisio CLXVI.

Assertio notarij, de qua agebatur in causa Comitissæ Eufreduciæ cum Ioanne Francisco Marchesino, super probatione prætensi erroris non erat iurata: Vnde conclusum fuit non esse probatam intentionē Marchesini; nam quando debet stari assertioni alte-
1 rius, semper † debet præcedere iuramentum, prout dicimus in testatore mandante, quod stetur dicto alicuius: nam tali casu debet iste depo-
2 nere † iuratus. *Felin. in c. veniens. col. fi. num.* 18. *vers. & primo in quantum. de testibus. Gabr. eod. tit. conclus.* 1. *n.* 29. *&* 30. [Præterea vbi ex
3 consensu litigantium standum † est assertioni actoris, vel rei de veritate alicuius actus, oportet iuramentum præmitti, nec aliter res expediri poterit. *Bald. & Ias. in l. iusiurādum, quod*
4 *ex conuentione. col.* 2. *de iur. iur.* Ratio est, † quia hoc est testimonium veritatis, quod non cōmittitur libero arbitrio, & voluntati alicuius, sed
5 fidei ipsius rei gestæ, quæ † secundum iuris regulas, non poterit legitime cognosci, nisi prius assertione iurata. *Couarr. var. resol. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 3. *vers. secunda conclusio.*

Immo iuramentum requiritur etiam quando
6 à litigantibus sponte † quis eligitur, nullo mandato iudicis, vel legis, vt rem dubiam aperiat iuxta sententiam suæ professionis, & peritiam suæ artis; prout hanc opinionem dicit cautiorem, & frequenter seruari, *Couarr. d. cap.* 17. *n.* 3. *vers. tertia conclusio.* licet *Felin.* contrarium sequatur *in cap. quia iudicanti. de præscription. colum.* 1.

7 Et regulariter quando est standum † assertioni periti, vel alterius, qui debet aliquid explicare, & eligitur à Iudice secundum præceptum legis, vel à litigantibus secundum præceptum

Iudicis, quod debeat omnino iurare, alias eius assertioni non sit standum, est communis opinio, de qua testatur *Crotus de testib. p. 7. per text. in l. hac edictali. §. his illud. C. de secund. nupt. Bart. in l. Theopompus. num. 7. de dot. prælega. & in proœm. ff. colum. 5. Abb. in cap. propofuisti. de probat. & ibi Dec. colum. penult. Doctor. in cap. fraternitatis. de frigid. & malef. Couarr. d. cap. 13 lib. 2. var. resol. n. 4. vers. quarta conclusio.* vbi de communi.

Et quando lex, statutum, pactum, aut quævis alia dispositio vult stari dicto, & assertioni alicuius, intelligitur iurata, & non alias. *Tiraquel. in tract. de præscript. §. 1. glos. 8. per tot. Alex. cons. 11. volum. 3. Angel. in l. si vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10. Bauer. de virtut. iuram. effect. 56. num. 104. Marsil. sing. 214. & 401. Seraph. priuil. iuram. 30. num. 34. & priuileg. 9. n. 2. Ias. in l. apertissimi. in fin. C. de iudic. per glos. in l. comparationes. §. ideoque. in verb. deponentibus*, quæ exponit, *iurantibus. C. de fid. instrum.*

8 Immo in † casibus, in quibus licet iudicare secundum propriam conscientiam, talis sententia, seu declaratio non valet sine iuramento. *Seraph. priuil. 2. iuram.* vbi tamen *in fine* limitat in
9 nobili viro, & magnæ † excellentiæ, cuius declarationi standum erit sine iuramento. *Specul. de testib. §. restat. vers. 9. Bellon. cons. 49. n. 13.*
10 Maxime quando sumus in eo, qui debet † referre quod verum est, quia tunc multo magis iuramentum requiritur. *Bauer. effect. 56. de virtut. iuram. Mand. ad Rom. cons. 20. viso. puncto. in vers. tabulam. ad med.*
11 Et in specie, quod † requiratur iuramentum in notario afferente errorem, dicit *Fehn. in cap. ex literis. colum. 5. in princ. versic. & istis adde. de fid. instrumen.* quem sequitur *Seraph. priuil.*
12 *iuram. 42. num. 4.* vbi dicunt, quod † quando conceditur notario correctio erroris instrumenti, an fecerit hoc in continenti, vel ex interuallo, statur assertioni ipsius notarij, quod correxit in continenti, dummodo tamen id afferat medio eius iuramento. Quod tamen intellige in no-
13 tario † bonæ conditionis, & famæ, secus si sit suspectæ vitæ, quia tunc eius iuramento non erit standum, quod correxerit incontinenti, vt declarat *Seraph. d. priuil. 42. n. 5. ex doctr. Bal. in l. ambiguitatis. C. de testam.*
14 Vnde videmus, quod statur notario † asserenti se scripsisse, & publicasse instrumentum. *Alciat. reg. 13. n. 13. Seraph. de priuil. iuram. 28. n. 20. glos. in §. hinc nobis. auth. de hæred. & falcid. Salicet. in l. si quis decurio. oppos. 4. C. de fals. Alciat. d. regu. 3. præsumpt. 13. n. 17. Seraph. priuil. iuram. 46. nu. 2.*

Hoc enim casu, quando non iurasset, loquere-
15 tur † vt priuata persona, non vt iurata, vnde ei credi non debet. *Bald. in l. ex his verbis. C. de testam. mil. num. 3.* vbi quod si notarius con-
16 fecit instrumentum mutui, & asserit, † quod heri in sua præsentia fuerit numerata pecunia, nihil probat de numeratione, nisi aliter de ea legiti-
17 me appareat. Immo etiam † quod falsum diceret non puniretur, cum loquatur vt diximus tanquam priuata non vt iurata persona. *Idem Bald. in l. iusiurandum. ad fi. de testib. Ias. cons. 62. col. 3. in fin. Natt. ad cons. Alex. 70. lib. 1.*
18 *n. 5.* Et regulariter notarius † respondens super aliquo casu nō facit maiorem fidem, quam vnus testis. *l. domitius labeo. de testam. c. cum Ioannes. de fid. instrum.* dummodo tamen deponat
19 in † forma aliorum testium, nempe citata parte, & præstito iuramento. *Abb. cons. 16. n. 3. lib. 1. Aluar. Valas. decis. Lusitaniæ 89. n. 3. lib. 1.*

ADDITIO.

¶ N. 7. *post verb.* C. de fid. instrum.

Vnde quamuis dicatur in instrumento standum esse simplici verbo creditoris circa damna, & interesse, tamen creditor tenebitur iurare de calumnia, si à debitore hoc petatur, non obstantibus verbis scripturæ. *Bald. in l. 2. de iur. iuran. & in c. cæterum de iuram. calumn.*

EPITOME.

Ex imbreuiatura notarij mortui carente signo, & subscriptione, quando possit fieri instrumentum publicum. Forma statuti non seruata an dicatur actus nullus.

SVMMARIVM.

1 *Signum & subscriptio notarij sunt de substantialibus instrumenti.*
2 *Ex imbreuiatura notarij mortui carente signo & subscriptione potest fieri instrumentum publicum. Intellige vt num. 3. 4. 5. 6. & 7.*
8 *Abbreuiatura reperta inter protocolla notarij defuncti, quando possit perfici.*
9 *Scriptura posita in protocollo post mortem notarij non probat si non habet signum, & subscriptionem. Intellige vt num. 11. & est arbitrarium Iudicis. num. 12. & qua coniecturæ sufficiant. num. 13.*
10 *Testis singularis non probat.*
14 *Arbitrium facit præsumi scripturam publicam.*
16 *Forma est seruanda, vt nullitas euitetur. Intellige vt num. 16.*

Decisio CLXVII.

TEstamentum in quo se fundabat D. Franciscus, declaratum fuit esse authenticū, & illi fidem adhibendam: Licet enim non adsit in eo signum, & subscriptio notarij
1 quæ sunt de substantialibus instrumenti † secundum magis communem opinionem, de qua per *Boer. decis. 37. n. 10.* Tamen cum notarius rogatus de testamēto sit mortuus, ex eius imbreuiatura potest fieri instrumētum publicum per aliū notarium subrogatum loco notarij defuncti, &
2 sic † auctoritate Iudicis perficietur. *Cin. & Salic. in l. si contractus. C. de fid. instrum.* vbi dicunt

ita

ita seruari de consuetudine. *Alex.cons.14. visis & consideratis. col.1. in fin. nu.9. vers.sed præmissis. lib. 6.* vbi licet *Additio* dicat esse falsum, & contrarium seruari: Tamen quando constat, prout in casu nostro, scripturam per notarium
3 prædefunctum † fuisse scriptam manu ipsius, & de ea tanquam notarium rogatum, verissima est conclusio per *Alexandrum* firmata, vt testatur *Grauet.cons.216.n.6. & 7. & cons. 148. nu. 7.* dicens esse singulariter notandum. *Rolan.cons. 32.n.35. lib.2.* vbi dicit hanc opinionem esse veram, dũmodo non adsit aliud vitium in proto-
4 collo, † prout etiam est in casu, de quo agimus; tunc enim cum sit in mundum redacta, perficitur auctoritate Iudicis. *Ruin.cons.159.nu.11.& 12.lib.4.* post *Bald.in l.fideicommissa.§.t. de leg. 1. Dec.cons.447.n.8.Gram.decis.106. n.18. cum seq.* cum alijs per *Natt.ad cons.Alex.14.lib.6.in verb. cum eius signo.*

Non obstat, quod non solum protocolla de-
5 beant esse scripta, vel subscripta manu † ipsiusmet notarij rogati, vt per *Menoch. de arbitr. casu 187.n.5.* sed etiam abbreuiatura debet habere omnes solemnitates requisitas ad instrumentum publicum, prout est signum, & subscriptio, alias non poterit sumi ex ea instrumentum. *Bald. in l.Lucius. ff. de testam.milit. Angel.cons. 220.Castren.cons.195. visis quæ narrantur. col. 2. post med. lib.2. Dec.in c.1.col.5.vers. & talem signum. de fid. instr.*

Quia respondetur aliud esse, quærere an abbreuiatura probet sine solemnitatibus; & tunc procedunt prædicta, quia debet habere illas so-
6 lemnitates † signi, & subscriptionis. Aliud est an talis abbreuiatura possit fieri authentica; & in hoc dicendum est, quod antequam leuetur instrumentum, abbreuiatura debet fieri publica, & authentica per appositionem solemnitatũ; & quemadmodum viuo notario recurritur ad eum, vt ipse apponat signum, & subscriptionem; ita illo mortuo recurritur ad Iudicem, vt apponi faciat, & sic erunt necessariæ solemnitates, vt abbreuiatura carens signo, & subscriptione authenticetur per Iudicem, quando notarius est mortuus. *Roland.cons.44.n.41.lib.1. Aym.cons. 216. num. 6.* vbi dicunt ita esse distinguendum,
7 & debere † intelligi Doctores, qui de ista materia loquuntur. Huiusmodi enim notæ, & protocolla fidem non faciunt in iudicijs, sed opus est, vt ex illis instrumentum authenticum desumatur, & exempletur, quod deinde in iudicium producitur. *c.cum p. tabellio. de fide instrumẽt. Natt. consil.224.num.1.lib.2. Menoch. de arbit. iud. casu 187. num.4.* post *Cin. in l. contractus. C.de fid.instrum. Peregr.cons.64.num.1.* vbi la-
8 te distinguit omnes † casus, concludens abbreuiaturam repertam inter protocolla notarij defuncti posse leuari in vim publici instrumenti, non solum quando aderat signum, & subscriptio; sed etiam quando non adesset, & tam si adsit clausula, actum, & publicatum, quam si non adsit, quia, inquit reperitur inter rogitus solemnes, à quibus supplentur solemnitates deficientes. *Felin. in cap.1. col. fin. vers. & ista habent locum. de fid. instrum. Paris.cons.28. in fin. lib. 2.* post *Card.cons.133.col.3. vers. ex his. num.5.* cum declarationibus tamen, de quibus per *Peregr.cons.64. colum.1.*

Non obstat, quod d. scriptura fuerit posita in prothocollo post mortem notarij, cum antea es-
9 set † in folio de per se, quo casu si deficiat signum & subscriptio, non probat, licet habeat cętera solemnia, etiam cum clausula actum. & publicatum. *Angel. in l.Lucius. de testam.milit. Alex.cons.153. videtur prima. colum.3. in fi. nu. 13. lib. 2. Curt. iun. consil.162. colum. fi. vers. nec etiam obstat.* Quia prædicta non proban-
10 tur, cum vnus tantum † deponat, cui non creditur tanquam singulari, & nullam causam scientię reddenti. *l. vt iurisiurandi. C. de testib. c.cum à nobis. eodem tit. Paris.cons.27. num.22. lib.2.* ¶ Immo cum notarius obierit de recenti aderit iusta causa concedendi per Iudicem, vt talis
11 abbreuiatura possit in instrumentum † leuari, quasi credendum sit illum morte præuentum non potuisse eam ponere in libro protocolli, prout in specie concludit *Aym.cons. 216. num. 8. in fi.* In huiusmodi enim casibus residet in arbitrio Iudicis diligenter inquirere, & quid æ-
12 quum visum fuerit statuere. *Castren.consil. 195. visis his quæ narrantur.colum.3.lib.2.* & in dubio debet Iudex adhærere opinioni, vt leuetur. *Peregrin.consil.64.num.5. ad fi.* & quod hæc omnia remittantur arbitrio Iudicis, concludit *Menoch.de arbitr. casu 187. num. 19.* & de multis
13 coniecturis, & circumstantijs propter quas † huiusmodi abbreuiaturæ debeant leuari nec ne. *Paris.cons.27.nu.15.& 46.lib.2.Corn.cons.226. colum.2. lib. 3. Alex. consil.153. colum.2. lib.2. Ang.cons.220.Castr.cons.307. ad primum quæsitum. lib. 1.*

Adde, quia in casu nostro scriptura fuit etiam
14 reperta in archiuio publico, † quod facit præsumere illam solemnem, & publicam. *authẽt. at si contractus. C. de fid. instrum. Alex. consil.138. opportune consideratis.num.5.colum.3.lib.1.Gabriel.de probat.conclus.5.n.1.*

Non obstat, quod huiusmodi testamentum non fuerit scriptum à notario in libro separato ab alijs, seu in codice particulari, prout disponit statutum; vnde tanquam factum contra illius
15 formam debet esse † nullum. *Bald.in l. fin. §. & hoc quidem. C. de iur. delib. & in cap.significante. colum.2. de appellat.* & in dubio videtur substantialis forma data à statuto. *Roland. consil. 43.num.14.lib.2.* post *Bald. in l. comparationes. col 3. C.de fid.instrum.* Quia omisso quod non constat de validitate statuti; Respondetur prædicta habere locum quo ad pœnam, quam incurrit notarius contrafaciens, prout legitur in statuto, non quo ad nullitatem actus, cum statuentes vlterius non processerint illum annullando,
16 quo casu † diceretur data forma, à qua non esset recedendum, & tunc actus aliter factus haberetur pro nullo, alias secus. *Bald. in l. humanum. vers.secundo quæro.C.de legib.vbi Castren.in fi.*

post Bar. in l. omnes populi. col. 8. de iust. & iur. Dec. cons. 10. n. 2. col. 1. in fin. & nu. 3. col. 2. vers. non obstat ergo.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Signum notarij est de substantia de consuetudine, non de iure.*
2 *Notarius principalis debet subscribere instrumentum, non eius substitutus, quamuis etiam sit tabellio.*
3 *Tempus est probandum quo ad scripturas repositas in archiuio.*

¶ N 1. *post verb.* Boer. decis. 37. n. 10.

Quod est de consuetudine. *Bart. in l. si quis ex argentarij. n. 6. & 32. de edend.* vbi Cagnol. n. 104. 1 *Aym.* † *cons. 72. Roland. cons. 44. n. 40. lib. 1.* Quidquid aliàs de iure signum non fit de substãtia. *Abb. in rubr. de nou. oper. nunciat. num. 14. Bertrand. cons. 133. lib. 3. Bart. in rub. ff. veter. col. 2. n. 6. vers. secundo aduerte.* & ibi late *Add. in verb. signum apponi. Gesuald. q. 32. vers. sed contrarium.*

¶ N. 5. *post verb.* tale signum. de fid. instrum.

Itaut etiam notarius principalis debeat sub-2 scribere, non autem eius substitutus, † quamuis ipse quoq; esset tabellio legalis; quia intelligitur, vt valeat eius subscriptio quo ad ea, quæ ipsi rogantur tanquam principales, non quo ad alia, in quibus ipsi interuenerunt tanquam substituti, nisi concurrant ea, de quibus per *Castr. cons. 209. n. 2. lib. 1. Rot. coram Card. Pamphil. Ferrarien. bonorum. 9. maij. 1594.*

¶ N 14. *post verb.* conclus. 5. n. 1.

Cum præsertim constet de tempore, in quo fue-4 runt repositæ in archiuio, † cum alias nulla probatio posset deduci, quasi ibi potuerint esse dimissæ tempore litis pendentię. *Corn. cons. 142. n. 6. vers. restarent. lib. 3. Caputaq. decis. 41. n. 3. lib. 1.*

EPITOME.

Filij ex primo, & secundo matrimonio quo modo vocentur ad successionem ascendentium. [Vxor cui fuit legatum sub conditione, si vitam viduilem seruauerit, an possit variare petendo aliud legatum relictum, si nupserit, & teneatur illud conseruare filijs primi matrimonij. [Legatum primi viri an perdat vxor secundo nubens.

SVMMARIVM.

1 *Liberi primi, & secundi matrimonij vocantur ad hæreditatem ascendentium in capita, & n. 3. Intellige vt n. 2.*
4 *Inuidia occasio est tollenda inter fratres.*
5 *Nepos intrat in locum patris.*
6 *Per non adimplementum conditionis si vitam viduilem seruauerit tanquam perpetuæ, reputatur vxor indigna legato, & restituit eum fructibus.*
7 *Mulier eligens vitam viduilem, vt habeat legatum sub ea conditione sibi relictum, non potest postea variare nubendo, vt consequatur aliud legatum in casu nuptiarum relictum. Intellige vt n. 8.*
9 *Acquisitum per vxorem de bonis viri conseruatur filijs primi matrimonij. Fallit in vxore, cui maritus legauit mille, si vitam viduilem seruauerit, & quingentos si nupserit n. 10. Intellige vt n. 13.*
11 *Pana secundo nubentium post annum excluditur per voluntatem viri permittentis nubere, secus in panis infra annum n. 12.*
14 *Legatũ primi viri an perdat vxor secũdo nubẽs.*

Decisio CLXVIII.

Liberi tam primi, quam secundi matrimonij vocantur ad hæreditatem patris 1 in capita, & idem est † in successione, quæ fit ascendentibus per lineam fœmininam, vt matri, & auiæ, & similibus: licet enim non sint in potestate talium parentum, nec in tales descendentes fiat continuatio dominij, sicut in descendentibus ex masculis; tamen eorum parentibus hodie per lineam fęmininam succedũt, quemadmodum descendentes parentibus per lineam masculinam. *l. æquissimum. C. ad senat. cons. orphi. §. si quis igitur. auth. de hæred. ab 2 intest. venient.* Ita vt filius succedat † matri, etiã ipso iure in hæreditate materna, cum distinctione tamen, de qua per *Bald. in l. si matre. C. de suis & legitim. Nicol. de Vbal. de success. ab intest. in princip. in verb. successionem. num. 18. col. 5. ad med.* & quod non sit facienda differen-3 tia † inter filios primi, vel secundi matrimonij, est *tex. in l. eum alijs. ad fin. vers. ad maternas.* vbi *Salic. in princip. C. de secund. nupt. & §. nec illud. auth. de nupt.* vbi *Bart. num. 1.* quibus iuribus cauetur, quod omnis posteritas ex quocunq; suscepta viro, percipiet proprias res matris intestatæ morientis ex æqua, & simili diuisione; & hoc ratione vitandæ inæqualitatis, & 4 propter † inuidiam tollendam, quæ maxime oritur inter fratres, vt declarat *glos. in d. §. cum illud. in verb. secundis. ad fin.* Et in hoc bene iudicauit D. Iudex à quo, diuidendo bona matris in capita, quo ad filios ex ambobus matrimonijs, quo vero ad nepotes, & vlteriores, in 5 stirpem, quia ipsi nepotes † patris locum intrant *§. si quis igitur. vers. tantam partem. auth. de hæred. ab intest. venient Nicol. de Vbald. de successio. ab intesta. in princip. num. 17.*

Non tamen conclusum fuit prædicta intelligenda esse de omnibus, de quibus in sententiam: Nam debent detrahi ex præfatis bonis duo prędia, de quibus in actis, quorum vnum fuit relictũm per primum maritũ vxori, si vitam viduilẽ seruauerit: Vnde cum nõ fuerit adimpleta dicta

con-

6 conditio, tanquam perpetua, & † perseuerantiam actus exigens, retro declaratur indigna, & amittit legatum prædij, & illud restituit, vna cum fructibus. *Bal. in auth. cui relictum. nu.10. col.2. ad fin. vers. secundo vides. C. de ind. vid. toll. Paris. consil. 95. num. 53. lib. 2. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 19. num. 22. ad med.* & sic prædium remanebit apud filios primi matrimonij tanquam hæredes eorum patris. *Peregr. de fideicomm. art. 52. n. 124.* post *Castren. cons. 451. legatum istius domus. lib. 1.*

Idem dictum fuit de alio prædio legato vxori si transierit ad secunda vota; postquam enim à
7 principio elegit vitam viduilem, & fructus † percepit ex alio prædio sibi relicto cũ d. conditione dummodo non transiret ad secundas nuptias, non potest petere huiusmodi legatum; debebat enim à principio deliberare, quod ex duobus legatis vellet acceptare, vel alterum de primo prædio maioris redditus, casu quo voluisset esse vidua, vel aliud minoris valoris volens secundo nubere; Vnde acceptando primum videtur elegisse vitam viduilem, prout elegit exigendo fructus legati. Ideo non potest amplius variare, & velle consequi alternm legatum. *Socin. in l. serui electione. 5. in princ. ff. de leg. 1. Ruin. cõsil. 166. n. 8. lib. 3. Socin. iun. cons. 122. n. 10. lib. 1.* & in specie casus nostri testatur ita fuisse decisum per *Rotam Florentinã Caualc. de vsufruc. num. 117. & 134.* Maxime quia ex testamento,
8 de quo in actis, constat ex mente testatoris † noluisse deberi vtrumque legatum: quod secus esset, si de contrario appareret. *Ruin. cons. 53. de duobus lib. 2. Paris. cons. 67. num. 6. lib. 2.*

Adde, quia etiam quod esset permissa variatio, & mulier acquisiuisset, tamen debebat conseruari filijs primi matrimonij, tanquam acqui-
9 situm † de bonis eorum patris. *l. fœminæ. § illud. C. de secund. nupt. Dec. cons. 87. col. 2. n. 3. vers. restat. Socin. cons. 34. in princip. lib. 1. Ruin. consil. 20. lib. 3.*

Non obstat *Cremens. sing. 75. si maritus.* vbi post *Bald.* per eum allegatum concludit, quod si vir legauit mille vxori, si vitam viduilem seruauerit, & quingentos, casu quo nupserit; si mu-
10 lier transit † ad secunda vota, non tenetur illa conseruare filijs primi matrimonij, sed erunt propria ipsius vxoris, quia videtur data licentia per maritum de nubendo, quo casu cessant pœnæ secundo nubentium, prout idem esset, si à filijs primi matrimonij data fuisset licentia: & prædicta sequitur *Ias. in l. filium quem habentem. nu. 13. colum. 4. ad med. vers. pone maritus. C. famil. erciscund.* & ibi testatur ita conclusum fuisse per *Doctores Bononienses* secundum *Bald. in l. 1. in 1. lectura. colum. 3. in fin. n. 6. vers. sed*
11 *pone prior maritus. C. de secund. nupt.* Et † facit quod dicunt *Doctor.* de voluntate viri tacita, vel expressa permittentis nubere, per quam excluduntur pœnæ secundo nubentium post annum luctus; licet secus in pœnis impositis contra nubentes infra annum, quas maritus non po-
12 test † remittere. *Roman. cons. 219. ex themate. Decis. Marchiæ. num. 1. & sing. 251. tu scis. Capoll. caut. 138. si mater. Bald. in d. l. filium. colum. 2. in princip. num. 4. Gabr. de secund. nupt. conclus. 1. num. 29. versic. sexto limita. & num. 32. versic. primo sublimita.*

Quia respondetur prædicta procedere, quando non constaret mulierem elegisse legatum de
13 seruanda † viduitate; cum enim non sit permissa variatio, non acquisiuit secundum legatum: Vnde non est quærendum, an de licentia mariti nupserit, nec ne, & an sit proprium ipsius vxoris; tunc enim in effectu esset illins, neque teneretur præseruare filijs primi matrimonij, si prius non petijsset legatum prædij sibi debiti, cum conditione seruandæ viduitatis, per quam electionem non poterit petere aliud legatum. *Bart. in l. huiusmodi. § stichum. de leg. 1. Ias. in l. quidquid adstringendæ. col. 3. C. de codicil. Capic. decis. 119. n. 6. Ruin. cons. 166. n. 8. lib. 3. cum alijs supra allegatis.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Legatum mulieri si peruenerit ad viduitatem quãdo amittatur, & fructus debeant restitui.*
2 *Relictum alicui seruando viduitatem, amittitur statim quod nubit, non tamen restituuntur fructus. Intellige vt n. 3.*
4 *Conditionem sufficit esse adimpletam, quamuis implementum non duret. & n. 5.*
6 *Matrimonium cum impotente quando valeat.*
7 *Variatio magis prohibetur in vltima voluntate.*
8 *Legatum quandiu vixerit, & in domo testatoris habitare voluerit, an debeatur, si mulier nubat infra annum luctus, & ducat maritum secundum in domum prioris viri. n. 9. & 10.*

¶ N. 6. ad fin. *post verb.* istius domus. lib. 1.

Neqne obstat *Castren. in l. fin. C. de indict.*
1 *vid. toll.* Quia loqnitur, † quando testator dixisset, si peruenit ad viduitatem, tunc enim perdit legatum, non autem restituit fructus; prout quando diceretur, donec, & quousque, acquirit enim fructus pro tempore præterito, & amittit legatum pro futuro. *Bald. in l. cum filius. § mutianam. de leg. 3. Surd. de alim. tit. 5. q.*
2 *3. num. 33.* Vbi etiam *n. 40.* † ampliat idem esse, quando testator reliquisset aliquid vxori seruando viduitatem: quia si aliquo tempore fuit vidua, licet postea nubat, non restituit fructus, sed solum perdit legatum, ob illam rationem, quia gerundium illud seruando, exponitur, pro donec, vel quamdiu seruauerit. *Bald. cons. 267. proponitur. num. 4. lib. 5.* Dummodo non appareat de contraria mente testatoris. *Ruin. consil. 170.*
3 *n. 5. lib. 3.* † quasi tunc potius resolnatur in conditionem, quando iungitur verbo futuri temporis. *Dec. cons. 433. num. 6. Socin. iun. consil. 122. num. 20. lib. 2.*

Amplius legatum amittetur, & fructus restituentur, quamuis in casu, de quo agimus matri-
4 monium non durauerit, † eum sufficiat conditionem momentaneam fuisse adimpletam, licet implementum non duret. *l. rogo. de fideicommiss. libertat. Oldrad. conf. 21. n. 1. Surd. conf. 157. n. 20 lib. 2. & de alim. tit. 5. q. 3. n.* 30. cum alijs quos
5 adduxi *cap. 137. disceptat.* † Statim enim, quod fuit contractum matrimonium, est purificata conditio, cum sit momentanea, si nuptię sequantur. *l. cum fuerit. de cōdit. & demonstrat. Dec. in l. si quis haeredem. 7. n. 2. C. de instit. & substit.* Licet matrimonium fuerit factum cum impoten-
6 te, † cum illud teneat à principio, sed veniat ex post facto dissoluendum, vel saltem, quod declaretur nullum. *Host. in summ. de frigid. & malefic. n. 3. Abb. in c. puberes. nu. 4. de desponsf. impub. Rot. coram Card. Seraph. Romana executionis. 6. Marty* 1581. Vbi etiam, quod illud tenet volentibus coniugibus.

¶ N. 7. ad fin. *post verb.* de vsufruct. num. 117. & 134.

7 Sequitur *Surd. de alim. tit. 5. q. 3. nu.* 38. † cum magis prohibeatur variatio in vltima voluntate. *l. huiusmodi. §. stichum. de leg.* 1.

¶ N. 13. in fin. *post verb.* supra allegatis.

Quo vero ad aliud legatum relictum vxori quandiu vixerit, & in domo testatoris habitare
8 voluerit, † Verius est illud deberi quamuis mulier nupserit, & ducat secundum maritum in domo prioris viri, & insimul habitent etiam infra annum luctus, quasi nubat iure permittente, vnde non debet pœnam mereri. *Bald. conf.* 381. *lib. 5. Castr. conf. 366. lib. 1. Aym. conf. 36. Rolan.*
9 *conf. 93. nu. 14. lib. 1.* † Quicquid contrarium sequatur *Oldrad. conf. 213. ad quaestionem. argumento l. qui concubinam. §. vxori. de leg.* 3. cum alijs per *Praepos. in c. fin. col. penult. de secund. nup.* vbi quod tanquam ingrata debet vxor priuari legatis sibi à viro factis, si secundo nupsit. *Alex. ad*
10 *Bart. in l. 1. C. eod. tit.* † Quia contraria opinio est verior, & ita seruari testatur *Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 17. n. 4. Surd. conf. 135. n. 20. lib. 1. & de alim. tit. 9. q. 30. num.* 1.

E P I T O M E.

Per venditionem factam à tribus ex socijs, An censeatur praeiudicatum alteri, ita vt debeat sequi factum aliorum tanquam numero plurium, & maiorem partem habentium, & quando minor pars cedat maiori.

S V M M A R I V M.

1 *Factum à maiori parte non valet in his, quae sunt communia pluribus vt singulis, secus vt vniuersis. num. 3.*
2 *Venditio facta à maiori parte sociorum, non praeiudicat alteri socio.*
4 *Libertatis fauor facit vt vnus sequatur voluntatem aliorum consortium.*
5 *Libertas non recipit separationem, & est actus pietatis. num. 6.*
7 *Fiscus ratione partis, quam habet cum socijs, potest totum vendere illis inuitis. Intellige vt num. 8.*
9 *Socius potest alienare partem suam alio irrequisito. Intellige vt n. 10. & 11.*
12 *Venditio rei alienae valet, secus obligatio. Intellige respectu contrahentium non domini. n. 13. & quid si fiat praesente, & tacente domino. num. 19.*
14 *Dominus habet rei vendicationem contra emptorem rei alienae post traditionem, secus ante.*
15 *Socij possunt prouocare ad diuisionem, vel adiudicationem, si vendatur ab vno res communis, & quod pretium sit taxandum. n. 16. & 17.*
18 *Aestimatio quomodo sit facienda. & n. 19.*
20 *Emptor rei communis potest offerre alteri aestimationem reliquae partis, & totum possidere. Intellige vt n. 21. & 26.*
22 *Minor pars cedit maiori fauore donationis & fisci, cum alias committatur iudicio fortunae, aut licitatione, vel arbitrio iudicis, vel contiguitati loci. & num. 23.*
24 *Diuisibile dicitur, quod potest diuidi sine deterioratione, vel vbi non fit ad iniuriam socij.*
25 *Socius non cogitur accipere aestimationem suae partis in re communi.*

Decisio CLXIX.

PEr venditionem factam à tribus ex quatuor socijs, dictum fuit non fuisse praeiudicatum alteri socio, ita vt teneatur sequi factum aliorum tanquam numero plurium, & maiorem partem habentium. In his enim quae sunt communia pluribus, vt singulis, non valet
1 factum à maiori parte, † etiam si essent mille, nisi omnes consentiant; Immo vnius prohibitio caeterorum actum impedit. *l. per fundum. ff. de seruit. rust. praedior. glos. 1. in cap. cum omnes. de constit.* vbi *Card. colum. 3. in fin. oppos. 8. vers. quaero in eo. Din. in c. quod omnes tangit. de reg.*
2 *iur. in 6.* [Et in specie de venditione ita concludit *Oldr. conf. 34. quaestio talis est. n. 1.* quem sequitur *Felin. in d. c. cum omnes. col. 8. in princip. num. 15.* & facit *text. in l. sabinus ff. comm. diuid. l. parietem. ff. de seruit. vrban. praedior. l. haeredes. §. si incerto. ff. famil. erciscund. l. quod autem. §. vltim. cum duab. seqq. ff. de in diem adictio.*

Non obstat *l. quod maior. ff. ad municip.* quia procedit in rebus Collegij, Vniuersitatis, & Cōmunitatis, & regulariter in his, quae pertinent
3 ad † plures vt vniuersos, non autem vt singulos. *Bartol. in l. nulli. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Doctor. in cap. 1. de his quae fiunt à maior. part. capit. Afflict. decis. 1. Iacobat. de Concil. lib. 5. artic. 7. colum. 1. Felin. in cap. cum omnes. de constitut. num. 17. colum. 9. in princip. Lap. alleg. 85. colum.* 1.

Non obstat *l. 1. C. de communi seruo manum.*
4 vbi vnus de necessitate † sequitur voluntatem alte-

alterius, siue aliorum consortium: Quia illud
procedit fauore libertatis, quæ secundum natu-
5 ram non recipit † separationem. *Bald. in d.l.1. col.1.n.2.vers.in textu ibi necessitas.& n.7.vers. item nota.Oldr.cons.34.n.2. in fi.vers.est enim*
6 *speciale*. Nam libertas est actus† pietatis. *l. proxime.ff.de his quæ in testam. del.*

Non obstat *l. multum interest.* C. *commun. rerum alienat.& l. vnica.* C. *de vendit. rerum fiscal. lib.*10. Quia dicta iura loquuntur in fisco,
qui ratione partis hæreditatis, quam habet cum
7 socijs, † potest vendere totam hæreditatem, &
illis inuitis alienare etiam partem illorum vendendo; secus in alio, qui non nisi partem suam
vendere potest. *Abb. in c. ratio nulla. num.2.de præb.Franc.Luca de priuil.fisci. casu* 35. & 47. late *Duen. reg.*296. *limit.*3.& *reg.*375.*Dec.cõs.* 234. *in casu magnifici domini. colum fin. nu.* 5.
8 [Licet requiratur† quod fiscus etiam interpellet primo socios, an velint emere partem suam,
ad hoc vt alienatio valeat;si enim illi volunt dare quantum alij, debent præferri. *Bald.* qui dicit esse æquum. *in l.2. num.2.vers.tu autem nota. C. commun. rerum alienat. per l. necesse.ff.de in diem adiect.& l.1. ff.de priuil. credit. Ripa in l. serui electione. §. labeo. num.*15. *de leg.* 1. *Ias. in l.fi.nu.*11.*C.de iur.emphit.Duen. reg.*376. *incip. fiscus ratione. in fi. limit.*2. [Prout etiam
idem erit faciendum, stante consuetudine,quod
socij vendant irrequisitis alijs socijs;licet enim
9 vnus consortium possit alienare partem † suam
altero irrequisito. *l.dudum.de contrahen. empt. l.portionem.C.de donat.Thom. Ferrar. caut.* 59. *incip. tu scis. Afflict.de iur.prothom.in princ.n.* 4. [Tamen hoc non procedit si esset prohibi-
10 tum† à statuto, seu cõsuetudine, quæ in hoc dicitur valida, & obseruanda. *cap. constitutus. de restit. in integr. Bald. in l.1. in princ. vers. nota primo. C. communi diuid.* [Ita vt requisitio de-
11 beat fieri etiam ei, qui † habet minimam partem, quamuis alij essent plures, & maiorem
portionem haberent; hic enim est vnus casus,in
quo minimum trahit ad se maximum.*Bald.in l.1.C.de comm.seru.manu.col.1.n.2.vers.in text. ibi quantamcunque*.

12 Non obstat, quod valeat † venditio rei alienæ. *l. rem alienam. de contrab. empt. Bald. in l. si fine. C. ad Vellean. col.1.num.*2. vbi ex hoc
infert posse præscribi, licet secus sit in obligatione rei alienæ, etiam possessæ titulo hypothecæ longi temporis;quia,inquit,cum res aliena
venditur,aut donatur,adest titulus ordinatus ad
præscribendum, qui ortus fuit à promissione,
ex contractu celebrato inter partes. Quia respondetur esse licitam à principio venditionem
13 respectu contrahentium, non autem † respectu
domini. *Bald. in l.1. in fin.C. comm. rer. alien.* Recte igitur fuit actum aduersus emptorem per
socium; quia contra eum debet proponi hoc iudicium, non contra venditorem, cum sequatur
rem ipsam. [Quod intelligitur post traditio-
14 nem, quia ante † traditionem esset proponendum contra venditorem. *l. iulianus. §. idem celsus.ff.de act. empt. Bald. in l.1.vers.secundo nota. n.2. C. commun.diuid.& in l.2.num.1. C.eo. tit.* [cum enim sit dominus portionis suæ pro
indiuiso; Ideo datur ei rei vendicatio, quia indiuisa est. *l. quæ de tota. in princ. §. incerta. de rei vend. Old. cons. 34. quæstio talis est. num.* 1.
[vbi subdit quod postea etiam contra inuitos
15 posset prouocari † ad diuisionem, vel adiudicationem, secundum quod natura rei pateretur. *l. ad officium. vers. ad licitationem.* C. *comm. diuid. Bald. in l.1. num.2. vers. tertio nota.eod.tit.*
[vbi quod ei fiet adiudicatio, qui plus offert;
16 Vel† stabitur æstimationi pretij in prima venditione taxati,secundum *Old. cons.34.in fi.per tex. in l.vlt.C.de iur.emphyt.vers.& tantum præsta-*
17 *re quantitatem.* Vel iterum æstimabitur † arbitrio Iudicis. *Menoch. de arbitr. iud.casu* 143.*n.* 2.*Tiraq.de retract.consang.glos.*1.*num.*27. §. 2. & §.30. *glos.2.num.*1. [Ita tamen,vt non æstimetur sola pars rei quantum valet pro indiuiso,
18 sed tota res, & sic præstetur † pars æstimationis pro rata debita, tunc enim plus æstimatur. *l.maeuius. §. in fundo.ff.de legat.* 2. *l.maeuius. §. fin. ff. famil. erciscund. Bald.in l.1.n. 3. versic. quinto nota. C. communi diuid.* Hoc enim casu
consideratur valor rei, & habetur par respectus
19 hinc inde ad ipsam rem † non ad quantitatem
debiti, sicut quando agitur inter comproprietarios. *Bald.in l.2.in fin.C.comm.diuid.*

Non obstat, quod emptor tanquam habens
20 maiorem partem possit offerre alteri † æstimationem reliquæ partis,& totum possidere. *Ioan. Andr.in c.in re communi.*56.*n.*1.*de reg.iur.in* 6.
cum maiorem partem habẽs habeat maiorẽ potestatem.*l.quæritur. ff.de stat.hom.l.2.C.de metat.lib.*10.*l.maiorem.ff.de pact.* Nam illud est spe-
21 ciale † in donatione, cuius ratione, si incidatur in communionem, quia est donata pars pro
indiuiso, datur facultas ei, qui habet maiorem
partem,offerendi æstimationem partis suæ cum
socio;quo non offerente,fiet diuiso, si commode
fieri potest, alias propter moram transferetur
electio in aduersarium. *l.sancimus. §. ne autem.* vbi *glos.in verb.ampliorem.in fi.Salicet.n.9.Cin. col.2.vers.quarto oppono.& Petr.de Bell. Perti. col.1.vers.volumus.C.de donat.* & ibi *Bal. col.* 2. *in fin.n.*8. concludit esse speciale,vt minor pars
22 † cedat maiori ratione validioris potentiæ quãtum ad illum articulum donationis, & in alijs
casibus, vt puta ratione fisci; cum alias vel com
mittatur iudicio fortunæ, aut per licitationem,
vel arbitrio Iudicis,aut ex loci contiguitate, vt
per eundem *Bald.in l.iubemus. col.2.vers.quæro iste iudex.* vbi *Additio in verb. maioritate.C.de sacros. Eccles.* [Et quod sit speciale in illo casu
cum sit diuisio inter donantem, & donatarium,
23 cum † aliud sit in cæteris rebus communibus,
post *Ang.* & alios, quos allegat,concludit *Tiraquell.de iur.primog.q.*60.*n.*15. & 16.

Præterea, quia in casu de quo agimus, sumus
24 in prædio diuisibili,quod iudicatur † tale,quando potest diuidi sine deterioratione. *Bald.in d. l.sancimus.nu.*8. *in fin.* Vel quando diuisio
non

non fit ad iniuriam alterius ex consortibus. *Ias. in §. quædam. num. 58. instit. de act.* Tunc in
25 re † communi non cogitur socius accipere æstimationem suæ partis. *l. 1. vbi gloss. Bart. & Bald. C. comm. diuid.* [Immo etiam quod commodè diuidi non posset, ad licitationem peruenitur; quo casu posset habere locum *d. l. sancimus*, vt
26 videlicet cum socij † sunt pares licitatione, is præferatur, qui habet maiorem partem. *Ias. in §. quædam. colum. 13. num. 59. vers. & quo modo debet iudex. instit. de act.* vbi ita intelligit *Baldum in dicta l. sancimus.* dum loquitur de hospitio communi: *Tiraquel. de primogen. quæst. 60. in fine*.

Ex quibus colligitur bene fuisse actum rei vẽdicatione contra emptorem per alterum ex socijs, neque per venditionem fuisse translatum dominium totum, & vltra legitimam summam, cum lex resistat consensui, seu fingat abesse consensum; & ideò remansisse rem communem. *Bald. in l. sancimus. in princ. col. 2. in fin. num. 7. & 8. vers. etsi statutum. C. de donat. post Bart. in l. modestinus. ff. eodem.* & per consequens esse locum diuisioni, nec posse cogi ad accipiendam æstimationem partis suæ, per superius allegata, prout ita fuit conclusum.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus quando possit in totum vendere, & infeudare rem, quam habet communem cum alio.*
2 *Datio in solutum de re aliena valet, & societas.*
3 *Venditio rei alienæ an præiudicet domino, & socio, si præsens sit, & non contradicat. n. 4.*
5 *Prohibentis conditio melior est.*
6 *Locatio rei communis inuito socio, quando valeat, & num. 7.*
8 *Venditio rei communis non valet, quamuis facta à pluribus, si vnus socius contradicat etiam habens minimam partem.*
9 *Locus Plauti in Penulo an intelligatur de venditione domus communis, vel qualiter debeat declarari. num. 10.*

¶ N. 7. *post verb.* col. fin. num. 5.

Quod procedit etiam si Fiscus modicam partem in re habeat, & quamuis res sit indiuidua,
1 † modo intersit Fisci rem totam vendi respectu maioris pretij, tam in contractu venditionis, quàm in alijs translatiuis dominij, vel vsus: vnde Fiscus poterit in totum infeudare, & dare in emphyteusim rem, quam habet communem cum priuato. *Bald. Felin. & alij*, de quibus per *Peregrin. de iur. fisc. lib. 6. tit. 4. n. 23. vers. amplia autem*. Vbi etiam extendit quando fiscus haberet ius hypothecæ pro parte.

¶ N. 12. *post verb.* de contrah. empt.

l. si emptione. §. item si emptor. ff. eod. Bart. in l. si quis pro emptore. §. vltimo. de vsucap. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 2. numer. 16. post.

¶ d. n. 12. *post verb.* celebrato inter partes.

Sicut etiam valet datio in solutum de re aliena.
2 *Afflict. decis. 369. nu. 1.* † & idem in societate, quæ potest fieri super re alterius, & in alijs casibus, quos adduxi *discept. c. 38. n. 16.*

¶ N. 19. *post verb.* C. comm. iud.

Et licet præsupponatur huiusmodi venditionem fuisse factam præsente, & tacente socio, qui mo-
3 do contradicit, † quo casu præiudicaret venditio rei alienæ vero domino, secundum *gloss. in l. cum proponas filios. 16. C. de pact. & in cap. 1. §. præterea. in verb. regressum. in fine. versic. item consentire. quibus mod. feud. amittat.* Tamen ista præsentia, & taciturnitas non probatur; quæ licet fuisset probata, nihilominus non operaretur validitatem venditionis in præiudicium socij, & domini, secundum magis veram opinio-
4 nem, † de qua per *Bald. in l. 1. num. 12. C. de bon. matern.* & de communi testatur *Ias. in l. filiusfamilias. §. diui. in 2. lect. nu. 85. de legat. 1. Tiraq. de retr. lignag. §. 1. glos. 9. nu. 154. Guilel. Bened. in c. Rainutius. in verb. si absque liberis. il 2. n. 114. de testam.* Quidquid senserit *gloss. in d. l. cum proponas*, quam non esse approbatam testatur *Ceuall. q. 202. num. 8.*

¶ N. 26. *in fin. post verb.* ita fuit conclusum.

Idem aliàs cum de hoc quæreretur, Dixi in lo-
5 catione, quæ non potest fieri inuito socio, † cum melior sit conditio prohibentis. *l. Sabinus. 28. cõmun. diuid. c. in re communi. 56. de reg. iur. in 6.* Itaut neque tertius frater teneatur stare locationi factæ per duos. *Bald. in cap. 1. §. si quis de manso. in fin. si de inuestitur. feud. fuer. cont. Socin. cons. 58. colum. penult. vers. circa tertium casum. lib. 4. Ias. in l. quominus. num. 58. ff. de*
6 *flumin.* † Licet quando locatio esset vtilis, & res esset solita locari, valeret locatio rei communis, etiam inuito socio, ob illam rationem, quia in vtilibus socius censetur habere mandatum à con socio. *gloss. in l. nemo ex socijs. in verb. alienare. ff. pro soc. Castren. in l. in re communi. num. 3. de seruit. vrban. prædior.* & in specie locationis latè ita concludit *Surd. cons. 43. num. 8.* vbi ampliat quamuis negotium non esset damnosum, dum verè illius intersit, & quamuis vnus ex socijs vellet pro se retinere; quia præfertur qui vult locare, si res sit solita locari; cum enim sit ad huiusmodi vsum destinata, quilibet socius potest locare. *Rum. cons. 65. num. 7. versic. nec pro dictis. lib. 5. Alexand. Dec. & alij, de quibus per Petr. Sanz. de diuis. bonorum. cap. 4. libr. 2.*
7 *numer. 17.* † Quamuis æquius esset deuenire ad diuisionem, interim impediendo socium locare. *Socin. cons. 58. colum. penult. lib. 4.* Prout etiam quan-

quando vnus ex socijs vellet locare, præferendus esset consocius in locatione tam in prædio vrbano, quàm rustico. *Bald. in l. 1. n. 6. C. qui testam. facer. poss. Ruin. cons. 143. n. 18. lib. 4.*

Et adeò prohibetur alienatio, seu locatio inni
8 to socio, vt neque sit considerandum, † quod alij, qui volunt alienare, habeant maiorem partem, & sint plures, cum etiam habens minimam portionem possit impedire: hic enim est vnus casus, in quo minimum trahit ad se maximum. *Bal. in l. 1. C. de comm. seru. manum. col. 1. nu. 2.*

Ex quibus colligitur, vt hoc obiter annotetur, non esse admittendam vulgarem illam interpre-
† tationem † ad *Plaut. in panulo, in illis versibus.*

Quid nunc mihi es auctor Milphio? Mil. vt me verberes,
Atque auctionem facias; nam impunissime
Tibi quidem herele vendere hasce ædes licet;
Ag. Quid iam? Mil. Maiorem partem minore habitas mea.
Ag. supersede istis verbis.

Quos versus ita interpretatur Turnebus. Tibi licet impune hasce ædes vendere in auctione, nā maior est pars tua, minor mea, itaut aeceſſiuncula mea non possit impedire venditionem; Quæ
10 quidem † declaratio non subsistit, cum ex superius allegatis appareat esse contra ius, vt habens maiorem portionem alicuius rei, possit innito socio vendere, quamuis in ea minimam partem habeat. Quod etiam multis comprobat *Muret. lib. 11. var. lect. c. 19.* vbi quoque concludit legendum esse, Maiorem partem in ore habitas meo; vnde erit sententia; licet tibi has ædes impunè vendere, cum illis amplius tibi opus non sit; Ita enim mihi sæpè os contundis pugnis, & calcibus, vt non in ædibus, sed in ore meo maiorem temporis partem habitare videaris.

E P I T O M E.

A sententijs conseruatorum an appelletur ad metropolitanum, & ordinarium, legatum natum, vel de latere, & an operetur in hoc consuetudo. [Qui sint deputandi in conseruatores.

S V M M A R I V M.

1 *Conseruatores cognoscunt de causis ecclesiasticis tanquam iudices ordinarij.*
2 *Conseruatorum iurisdictio est extraordinaria.*
3 *A sententijs conseruatorum non appellatur ad Metropolitanos, nec ad legatos natos, vel de latere, neque consuetudo in contrarium valet.*
4 *Conseruatores debent esse in dignitate.*
5 *Conseruatores non possunt esse Canonici.*
6 *Plus est esse Conseruator, quàm Delegatus.*
7 *Obtinens dignitatem in Ecclesia collegiata potest esse Conseruator.*
8 *Vicarius Episcopi, an possit esse Conseruator.*
9 *Qui possint esse Conseruatores, & de eorum officio.*

Decisio CLXX.

IN causa Bartholomæi Righi conclusum fuit appellationem interpositam à sententia conseruatoris deputati per monasterium non subsistere; Nam licet conseruatores in pri-
1 ma instantia possint cognoscere de causis Ecclesiasticis, vti iudices ordinarij. *Nauar. cons. 3. de off. deleg. n. 2. p. 1. lib. 1.* Et probabile sit conseruatores esse ordinarios, quoad effectum, vt comprehenditur sub dispositione, *Concil. Trid. cap. 20. de reform. sess. 24.* In se tamen eorum
2 iurisdictio est † extraordinaria, & restringibilis, & conseruatores sunt delegati. *Nauar. d. cons. 3. num. 3. de offic. deleg. p. 1. lib. 1.* Et ab eorum
3 † sententijs non appellatur ad metropolitanos, & ordinarios, prout factum fuit in causa, de qua agimus. Immo neque ad legatos natos, vel de latere, ita vt consuetudo in hoc non sit valida, nec aliquid operetur. *Add. ad Spec. in tit. de iud. deleg. §. fin. nu. 24. in ver. Vbertum.* late *Ancbar. cons. 132. in 1. dub. per tot. Ruin. cons. 3. lib. 4. Mand. in prax. sign. in verb. conseruatoria, fol. 101. Natt. in addit. ad Alexand. cons. 12. lib. 6.* [Ratio est, quia cum sint delegati, sunt maiores quolibet ordinario etiam legato de latere. *cap. studuisti. de offic. deleg.* vnde appellatio non permittitur de maiore ad minorem. *cap. 2. de consue tud. in 6.* nec minor iudex potest facta maioris corrigere, nec de ipsis se intromittere. *cap. cum inferior. de maior. & obed.* ita vt nec consuedine possit hoc introduci. *Præpos. in cap. dilecto. col. 10. de appellat. Gozad. cons. 76. col. 2. Aym. cons. 148. numer. 4.* quæ tamen intellige secundum ea, quæ dicit *Dec. in cap. referente. num. 8. de præbend.*

Adde quod circa deputationes huiusmodi conseruatorum multi abusus fiunt, maximè in deputando personas vxoratas, non existentes in dignitate, neque vllam iurisdictionem habentes, prout passim fit in omnibus causis; & præsertim in ista, de qua modo agimus: quod non esset fa-
4 ciendum, cum isti † conseruatores debeant esse in dignitate; & ideò non possunt esse canonici.
5 *Ant. Burg. in † cap. cognoscentes. n. 133. de const. p. 2. fol. 114.* Immo plus est esse conseruator, quā † delegatus. *gloss. in cap. statutum. de rescript. in 6. in verb. canonicis. in prine.* & ibi *Gomes. num.*
7 88. *p. 5. fol. 86.* ex quo infert, quod qui est in dignitate etiam in Ecclesia collegiata potest esse conseruator; ergo eodem modo est delegatus Papæ, contra illos, qui tenent quod requiratur dignitas in Ecclesia cathedrali, non in collegiata, vt quis possit esse delegatus.
8 Immo est dubium, an Vicarius † Episcopi possit esse conseruator, vt per *Pauin. de offic. & potest. cap. sede vac. cap. 10. p. 2. num. 16. tom. 13. p. 2. fol. 429. Doct. in cap. 1. & vlt. de off. deleg. in 6.* licet *Iacob. Sbroz. in tract. de vicar. Episc. q. 27. num. 9. lib. 2.* dicat verius esse quod possit esse, quamuis sit Vicar. *cap. sed. vacan. Io. de Lign.*
9 *in clem. & si principalis. de rescript.* Et qui † possint

sint esse conseruatores, & de eorum officio, *Spec. de iud. deleg. §. fin. nu. 24. vbi Io. And. Marg. Baldi in verb. conseruator. Ang. & Milius.ibidē. Doctor. in clem. 2. de rescript. Franc. de Plat. de excom. §. 57. tom. 14. fol. 424. Beatius eodem tit. de excommun. cap. 37. tom. 14. fol. 375.* Ex quibus colligitur non posse deputari eos, qui deputantur; circa quod vtile esset prouidere, ne postea dubitari occurreret circa eorum sententias, & nullitates.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Conseruator dicitur ordinarius, vel delegatus ad vniuersitatem causarum. n. 2.*
3 *Canonici an possint esse conseruatores, & an habeant dignitatem, & de honore illis præstando, num. 4.*
5 *Clerici seculares, aut regulares extra monasterium degentes coram quibus debeant conueniri in causis mercedum, & miserabilium personarum, & an coram conseruatore. n. 6.*
7 *Conseruatores de quibus causis cognoscant.*

¶ N. 1. *post verb.* p. 1. lib. 1.

Et quæ dicuntur de ordinario, habent locum in
1 Conseruatore, † qui habetur tanquam ordinarius, vel delegatus ad vniuersitatem causarum. *cap. fin. de offic. deleg. in 6.* Ideò in eis habent
2 locum, quæ disposita sunt de ordinarijs, † & talibus delegatis. *gloss. in cap. statutum. §. insuper.* vbi *Franc. col. 2. de rescript. in 6. Surd. de alim. tit. 1. q. 79. n. 10.*

¶ N. 9. *in fin. post verb.* sententias, & nullitates.

Quibus adde, quod licet Canonici non pos-
3 sint esse conseruatores, vt dictum est, † secundum opinionem *Ant. Burg. in cap. cognoscentes. num. 133. de constitut.* Tamen in compendio priuilegiorum Mendicantium hoc eis conceditur, quia saltem largo sumpto vocabulo veniunt appellatione dignitatis. *Felin. in cap. pastoralis. nu. 12. de offic. deleg. Caputaq. decis. 257. p. 1. Achil. decis. 1. de rescript.* Et quamuis Canonici Ecclesiæ cathedralis, non dicantur proprie habere dignitatem; Tamen quo ad delegationes æquiparantur dignitatibus. *cap. statutum. de rescript. in 6.*
4 † Et de honore illis præstando multa *Doct. in d. c. pastoralis. de offic. deleg. & in c. Episcopos. dist. 18. & in c. 2. de iudic. Cardin. Paleot. in Archiepiscop. Bononien. p. 7. fol. 513. Gonzal. ad reg. 8. cancell. glos. 2. num. 37.*

Item adde, quod in ciuilibus causis mercedū, & miserabilium personarum, clerici seculares,
5 aut regulares extra Monasterium † degentes, quomodolibet exempti, etiam si certum iudicem à Sede Apostolica deputatū in partibus habeant, In alijs vero, si ipsum iudicem non habuerint, coram locorum ordinarijs, tanquam in hoc ab ipsa Sede delegatis conueniri, & iure medio ad soluendum debitum cogi, & compelli possint, priuilegijs, exemptionibus, conseruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduersus præmissa nequaquam valituris. *Concil. Trident. sess. 7. cap. 14. de reformat.* Si verò regulares degunt intra claustra, conueniuntur coram suo Superiore regulari. *Abb. in cap. cum contingat. de for. compet.*

Ex priuilegio tamen *Gregor. XIII.* conces-
6 sum est omnibus regularibus, † vt in ciuitatibus Italiæ eligant sibi conseruatores, coram quibus conueniuntur; & semel electi non mutantur, & eorum nomina infra mentem Episcopis ordinarijs indicantur, alioquin coram ipsis ordinarijs poterunt conueniri. *Hier. Sorb. in compend. priuileg. ordin. mendic. in verb. conseruatores. Concil. prouinc. Mediolan. 5. p. 3. tit. de Episcop. & Episcop. for.*

Et de conseruatoribus Capitulorum, Cleri-
7 corum, aut similium, † & vniuersitatum generalium, & religiosorum, de quibus causis cognoscant, vltra causas violentiæ, & manifestæ iniuriæ, late *Gundisal. Mendez Vasconcell. libr. 3. varior. iur. argum. cap. 18.* Vbi etiam multa, quod possint cognoscere de causa renouationis emphyteusis.

EPITOME.

Quæ requirantur, vt quis habeatur pro confesso nō respondendo positionibus secundum formam statuti, ita vt possit ex contumacia condemnari, & excludi ab appellatione, & moræ purgatione.

SVMMARIVM.

1 *Recusans respondere positionibus licet possit tanquam confessus condemnari, tamen ab huius condemnatione potest appellare; & an sit verus contumax, & possit moram purgare. num. 2. & 12.*
3 *Sententia, quæ fertur contra contumacem habitum pro confesso iuxta formam statutorum, non transit in iudicatum, & n. 4.*
5 *Sententia non transit in iudicatum, si fertur ex præsumptiuis, seu priuilegiatis probationibus.*
6 *Statutum habens pro confesso non respondentem positionibus, intelligitur si qualitas causæ patitur.*
7 *Non respondens positionibus ad præceptum iudicis habetur pro confesso, si detur terminus ad deliberandum, positio sit pertinens. n. 8. cum alijs requisitis, vt n. 9. 10. & 11.*
13 *Positiones non debent esse sine tempore, vt respondens habeatur pro confesso.*
14 *Venditor probans venditionem sine tempore, succumbit.*

Decisio CLXXI.

STatutum mandat non respondentem positionibus haberi pro confesso, prout secundum illius dispositionem iudex declarauit

recu-

recusantem illis respondere haberi pro tali; & tanquam confessum condemnauit ex causa, de qua in actis: ex quo dicebatur huiusmodi sententiam ob contumaciam non respondentis transire in iudicatum, itaut ab ea non possit appellari, vt in specie concludit *Bald. cons. 269. quidam. num. 1. lib. 1.*

Contrarium tamen conclusum fuit in causa Basilij Pice, & Francisci de Appignano, quod
1 immò recusans respondere† ad mandatum iudicis, licet habeatur pro confesso, & tanquam confessus, possit condemnari; tamen potest appellare, & in causa appellationis iustificare suam recusationem; non enim est verus † contumax, si
2 citatio eum non apprehendit, & posito quod esset talis, non tamen in sententia audienda; quia tunc non admittitur appellatio, sed in processu, quo casu non est iure cautum, vt appellatio denegetur. *Castren. cons. 141. visa quadam inquisitione. in princip. lib. 1.* vbi etiam subdit, quod in causa appellationis licet purgare moram, & contumaciam; cum appellatio reponat appellantem ad statum, in quo erat ante litem contestatam: idem voluit *Baldus cons. 257. Titius. libr. 1. in fin. Moron. de treug. & pace. quaest. 35. num. 1. & 11. tom. 11. fol. 424.* Immò sententia, quae
3 † fertur contra contumacem habitum pro confesso, & conuicto ex forma statuti, non transit in iudicatum. *Anan. in cap. de his. ad fin. de accusat. Felin. in cap. consanguinei. ad fin. de re iudicat. Cephal. cons. 241. num. 77. lib. 2. Roland. cons. 60. num. 33. lib. 2. Marsil. in praxi.*
4 *§. ordine. num. 2. vers. & in quantum.* † & sic sententia poterit quandocumque retractari. *Bolognin. cons. 34. in fin. Natt. cons. 444. num. 5.* Ratio est, quia sententia non transit in iudica-
5 tum quando fertur † ex praesumptiuis, seu priuilegiatis probationibus, poterit enim retractari ex nouis, & fortioribus. *Innoc. in cap. tua nos. de cohabitat. cleric. & mulier. Angel. in l. 1. C. senten. rescin. non posse. & in l. sub specie, C. de re iudicat.*

6 Praeterea † etiam quod statutum habeat pro confesso non respondentem positionibus, intelligitur, si qualitas causae patitur, alioquin ex sola contumacia non poterit condemnari, nec habetur tunc pro confesso, vel negante, vt dicit statutum. *Plot. cons. 52. n. 29.* vbi exemplificat, si libellus est ineptus, vel non concludens, vel manifestam continens rei defensionem. *Franc. Curt. de position. n. 16. col. 3. Marsil. sing. 625. materia positionum. ad finem.*

Secundo, quia ad iudicis praeceptum non re-
7 spondens habebitur pro confesso, † siue super facto defuncti, siue alieno, dummodo tamen detur terminus ad deliberandum. *Baldus consil. 225. lib. 1.*

8 Tertio requiritur, †quod positio sit pertinens. *Moron. de treug. & pace. quaest. 35. nu. 6.*

9 Quarto intelligitur, quod † contumax in respondendo positionibus, habeatur pro confesso super positionibus sibi lectis, vel aliter editis, vt quia sunt traditae; nam ista sunt aequipollentia. *Bald. cons. 215. statuto cauetur. lib. 2. post vers. & pramitto ad euidentiam.*

10 Quinto quod habeatur † pro confesso, procedit, quando ad iudicis praeceptum non respondit; itaut requiratur citatio ad allegandam causam, quare non habeatur pro confesso. *Alexand. cons. 212. nu. 11. lib. 6.* & ibi *Addit. in litera c. Guido Pap. cons. 7. Moron. de treug. & pac. q. 35. num. 5.* [Dummodo tamen in prima citatio-
11 ne † non adsit comminatio, quod habebuntur pro confessis. *Alexan. d. cons. 212. num. 12.* prout per dicta verba non esse locum disputationi, an mora possit purgari, dicit *Mandos. de inhibit. quaest. 46. in fin. post Alexand. in l. si insulam. num. 36. de verb. oblig.*

12 Sexto etiam monitus † à iudice, vt respondeat positionibus, poterit moram purgare, maxime re integra. *Natt. cons. 364. num. 10.* quod est inter *cons. Siluan.* vt ipse dicit, *in fin.* Idem *Natt. cons. 53. num. 5. Neuizzan. cons. 6. nu. 12. Osasc. decis. Pedamon. 5. num. 4. & decis. 71. num. 56.* & quod in causa appellationis licita sit purgatio morae, & contumaciae, dicit *Castrens. cons. 141. visa quadam inquisitione. in princip. lib. 1.* [Licet *Bald. cons. 182. incipiente, statuto cauetur.* relatus per *Mascard. de probation. conclus. 1176. num. 53.* teneat, quod contumax in respondendo positionibus in termino sibi praefixo à iudice, vel à statuto, non possit moram purgare. *Idem Bald. cons. 315. statuto lib. 2.* Vbi tamen dicit, quod ex causa excusabitur. *Guido Pap. consil. 7. Moron. de treug. & pace. quaest. 35. numer. 7.*

Ex quibus omnibus requisitis patet, nullum ex eis verificari in processu, maxime illud de citatione, termino dato ad deliberandum, & traditione positionum: itaut appareat de manifesto grauamine illato ei, qui per iudicem fuit condemnatus ob dictam praetensam recusationem, quod videbatur sufficere, vt posset audiri in causa, ob quam dicebatur non potuisse declarari conuictus, & confessus.

Adde non potuisse sequi huiusmodi condem-
13 nationem, quia positiones, † de quibus agimus sunt sine tempore; quo casu etiam quod quis non responderit, non habetur pro confesso, neque contumax. *Celsus ad Lanfranc. in cap. quoniam contra. in tit. de respon. n. 195. in verb. pro confesso. de probat. tom. 3. fol. 149.* per doctrinam *Bal. in l. 1. C. si plur. vna senten. Crem. singul. 110. statuto cauetur. vbi Additio.* Ratio est, quia esto quod probares, non vinceres, quando non adest tempus, prout est in mutuo, cum sic probatio non esset concludens. *Neuiz. cons. 30. nu. 18.* & facit *Crem. sing. 18. pone quod egi*: vbi vendi-
14 tor probans † venditionem factam sine tempore succumbit. *Cott. in memor. in verb. probatio sine tempore. Plot. in l. si quando. §. septimo principaliter. num. 46. C. unde vi.* maxime quia sumus in casu, in quo de necessitate erat probatio temporis.

ADDI-

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Positionum copia quando sit mittenda.*
2 *Contumax in non comparendo, an excommunicetur.*
3 *Tempus quando sit pracise probandum.*

¶ N. 9. *post verba* ad euidentiam.

Et quod debeat omitti copia positionum, dummo
1 do non respiciant proprium factum, † & quate-
nus petatur, cum alijs requisitis multa adducit
Surd. cons. 361. *per tot. lib.* 3. Vbi *etiam num.*
25. quod contumax in non comparendo in causa
2 lcui potest excommunicari, † quidquid secus sit
in non parendo.

¶ N. 14. *post verb.* probatio temporis.

Tunc enim præcisè illud probandum est. *Bart.*
3 *in l. eum actum. de neg. gest.* † *& in l. non solum.*
§. sed vt probare. de nou. oper. nunciat. Felin. in
cap. auditis. num. 33. *vers. secunda conclusio. de*
probat. Angel. cons. 297. *visis actis. num.* 3. cum
alijs per *Mandos. reg.* 32. *quæst.* 14. *num.* 8.

EPITOME.

Restitutio in integrum an impediat executionem sententiæ, & rei iudicatæ, [Et quando dicatur cepta executio.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum conceditur per Auditores Rota Marchia.*
2 *Per restitutionem in integrum impeditur executio rei iudicata.*
3 *Executio iam cœpta non impeditur per restitutionem in integrum, & quando dicatur cœpta. numer.* 5.
4 *Executori creditur in pertinentibus ad eorum officium.*
6 *Executio non censetur concessa per causa commissionem, & num.* 7.
8 *Casus, in quibus censetur commissa executio.*
9 *Auditores Rota possunt exequi quascunque sententias per quemcumque iudicem, etiam superiorem latas.*

Decisio CLXXII.

1 Licet fuerit cōcessa restitutio in integrum,
quæ † etiam per iudices huius tribuna-
lis potest dari, vt in *constitut. rotali. §.* 21.
2 propter quam† impeditur executio rei iudicatæ.
l. 1. *C. de in integr. restitut. Dec. cons.* 436. *num.*
3. *Cephal. cons.* 116. *num.* 4. *Cassad. decis.* 5. *in*
fin. de appellat. Tamen dictum fuit non posse im-
3 pediri executionem iam† cœptam vigore senten
tiæ, & rei iudicatæ, productæ ad instantiam Pe-
tri Pauli de Serra. *Bald. in l. fin. col.* 2. *C. si ex*
fals. instrum. Alex. cons. 62. *aliàs* 223. *num.* 6.
lib. 6. *Rip. in l.* 4. *§. condemnatum. num.* 30. *in*
fin. ff. de re iudic. Put. decis. 285. *die prima. lib.*
2. *& decis.* 10. *de restit. in integr. Gabr. de execut.*
rei iudic. concl. 1. *n.* 17. *vers. concorda. Caputaq.*
decis. 330. *p.* 1. *num.* 2.

Non obstat, quod literæ executoriales fuerũt
solum decretæ, & relaxatæ, & nihil vlterius pro-
cessum: quia etiam constat in actis, quod fuit
progressum ad vlteriora, vt ex fide executoris,
4 seu nuntij † cui creditur in his, quæ pertinent ad
eorum officium, & executionem per eos cœptã.
Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. per
nuncios. in fin. Bald. in l. 1. *C. de priuil. fisc. Gabr.*
5 *de citat. concl.* 4. *n.* 10. † Licet etiam sufficeret di-
ctas literas fuisse relaxatas ad hoc, vt dicatur
cœpta executio, non obstante dicta restitutione
in integrum, vt est *decis. R. P. D. de Bubalis, in*
vna Cartaginen. Decanatus. 18. *Decembr.* 1587.
& in vna Burgen. decimarum. de Scalante. 29.
Octobr. 1586. *coram eodem.*

Neque obstat nullitas executionis, quasi fue-
rit relaxata per iudicem non habentem faculta-
6 tem: cum enim ei solum fuerit commissa † causa,
non censetur cõcessa executio, seu exequendi fa-
cultas. *Bart. in l. diuo Pio. de re iudic. Innoc.*
in cap. cum ecclesiarum. de off. ordin. & ex verbis
7 rescripti non potest colligi † quod illa sit com-
missa, prout dicta verba sunt attendenda circa
executionem in causis iudicibus commissis. *Mã-*
dos. cons. 95 *nu.* 9. vbi testatur de communi.

Quia quicquid sit de iure, vt per *Franc. in c.*
sæpè. 44. *de appellat. post Bald. in authen. si quis*
8 *litigantium. C. de Episc. aud.* vbi multi † casus
distinguuntur, & latius per *Lap. in cap. per ve-*
stras, not. 2. *§.* 1. *vers. sed est pulchra dubitatio.*
fol. 291. *de donat. inter vir. & uxor.* Responde-
tur satis esse, quod ex priuilegio speciali conces-
9 so Auditoribus huius tribunalis statuitur† quod
possint, & debeant exequi quascumque senten-
tias definitiuas, & interlocutorias vim rei iudi-
catæ sortitas in Rota, vel extra ipsam, per quem-
cumque etiam superiorem iudicem latas, vt in
constitut. rotali. §. 48. Ex quibus constat de vali-
ditate executionis, & facultate exequendi, prout
conclusum fuit.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio an retardet executionem iam cœptam, & quando dicatur cœpta. num.* 2. 3. 4. *&* 5.

¶ N. 5. *post verb.* coram eodem.

Et quando fuit præuentum in petitione execu
1 tionis, quod restitutio illã non retardet.† *Castr.*
in auth. quæ supplicatio. num. 3. *vers. vel dic me-*
lius. C. de prec. imper. offerend. Cæsar de Graff.
decis. 1. *n.* 14. *de restit. in integ. Rot. coram R. P.*
D. Ludouis. Bononien. pecuniaria. 9. *Iun.* 1603.
Vbi quod magis esset stante obligatione came-
rali,

2 rali, † quæ per eam non impeditur. *Rot. coram R.P.D.Orano. Rom. executionis de Anguillara. 6. Martij 1592. & coram R.P.D. Penia. Roman. executionis cameralis. 2. Aprilis 1593.* Itaut sufficiat decretum, & mandatum execu-
3 tiuum relaxatum, † vt executio dicatur cœpta. *Put. decis. 285. lib. 2. Rot. coram Cardin. Pamphil.* Cornetan. *pecuniaria. 4. Iulij* 1601. Quamuis etiam simus in restitutione concessa minori,
4 per † quam neque retardatur executio iam cœpta. *Alexand. consil. 223. num. 6. lib. 6. cum alijs per Cardin. Pamphil. ibid.* Quidquid restitutio ad appellandum impediat executionem inchoatam. *Odd. de restitut. in integr. quæst. 42*
5 *art. 7. num. 39.* † Dummodo is qui restituitur ad appellandum, appeller infra decem dies post obtentam restitutionem. *Vestr. in prax. lib. 8. c. 3. num. 18. Lancell. de attent. appell. pend. limit. 50. num. 109. Rot. coram* Card. *Pamphil. d.* Cor*netan. pecuniaria.*

EPITOME.

Compromisso pendente quando non currant fatalia in causa appellationis; & quid in termino dato ex forma statuti.

SVMMARIVM.

1 *Compromisso pendente dormit cursus fatalium, eo vero absoluto reassumunt illum, & computantur vltima tempora cum prioribus.*
Per compromissum prorogatur instantia.
3 *Compromissum sufficit esse de negotio principali, non de causa appellationis ad hoc, vt non currant fatalia.*
4 *Statutum si assignat terminum ad finiendam causam per compromissum, non inducitur prorogatio instantia.* Contrarium *num. 5.*
6 *Compromissum etiam in arbitratorem impedit cursum fatalium.*
7 *In tempore decem dierum ad appellandum non potest fieri prorogatio, per pactum, vel compromissum.*
8 *Decem dies ad appellandum dantur parti grauata ad suspendendum effectum grauaminis, & transferendum causam ad superiorem, non ad litigandum. num. 9.*
10 *Fatalia non currunt post compromissum, nisi secuta acceptatione ipsius. Contrarium num. 11.*
12 *Compromisso facto, vt duret per tempus limitatum à die compromissi computandum, currunt fatalia etiam ante acceptationem. Fallit vt num. 13.*

Decisio CLXXIII.

NOn potuisse per iudicem à quo declarari desertam appellationem interpositam per magistrum Regium Tessarium de Ancona, conclusum fuit, ex quo in actis constabat de compromisso facto per Regium cum eius aduersario; vnde etiam quod lapsa es-

Decis. Marchiæ.

sent tempora, de quibus in constitutione, tamen quia impedimentum surgit ex facto mixto appellantis, & appellati, ipso iure impeditur cursus fatalium, & subducitur illud tempus quo durauit compromissum de medio, quo finito tempus præcedens coniungitur cum tempore post
1 illud expiratum, & sic eo pendente † dormit cursus fatalium, quo absoluto reassumit suum cursum, & computantur vltima tempora cum prioribus. *auth. si tamen C. de temp. appell. clem. quãdiu.* vbi *glos. in verb. currere*, & ibi *Cardin. in princip. eod. tit.* Ratio est, quia semper dictæ par
2 tes litigant, vnde non mirum, si per † compromissum prorogatur instantia, vt post *glos.* dicit *Bart. in authent. si tamen. in fin. C. de appellat.* C*assad. decis. 9. eodem tit. Guido pap. decis. 115. & 240. Lanfranc. decis. 479.* C*apic. decis. 11. n. 14. Matthes. not. 24. Mandos. ad formam* 8. C*õmiss. prò remissoria. glos. vlt. in verb. proroget. q. 1. fol. 98.*

Eo maxime, quia in casu de quo agimus, victus qui appellauit, non solum compromisit negotium principale, sed etiam negotium appel-
3 lationis, licet ad hoc, vt † non currant fatalia, sufficeret fuisse compromissum solum de negotio principali, secundum *Bart. in l. eos. §. apostolos. in fin.* C. *de appellat.* vbi dat rationem, quia de consensu vtriusque partis satis dicitur suspensa iurisdictio, cum in effectu causa principalis sit deuoluta in causa appellationis, & satis differtur tempus ad prosequendum si compromissum fiat in causa principali. *Franc. in cap. ex ratione. num. 21. de appell.*

4 Non obstat, quod simus in termino dato † ex forma statuti in causa appellationis, in qua assignatur terminus ad finiendam causam; vnde ex quo taxatur tempus per compromissum, non videtur posse induci prorogatio instantiæ. *Anchar. consil. 284. incipien. Ioannes Andreas. Bald. in addit. ad Specul. de appellat. in fin. in verb. constitutio Episcopi*; Quia contrarium
5 est † verius etiam in tempore dato ex forma statuti, cum æquiparetur terminus iuris, & terminus hominis; & contraria procedunt, quando prorogatio fieret ad maius tempus, tunc enim instantia statuti limitati non posset prorogari; secus autem est, quando dicitur quod tempus interim non currat, non prorogando tempus, sed suspendendo; hoc enim fieri potest pacto, vel compromisso, quasi hoc tempus statutarium subrogetur termino legali, prout ita dicit esse tenendum post *Bald.* & alios allegatos, *Franc. in d. c. ex ratione. num. 24. de appellat.* vbi etiam sub *num. 25.* ampliat, quod poterit suspendi tempus in ordinatorijs iudicij ex compromisso, non autem prorogari.

6 Non obstat quod simus in † compromisso facto in arbitratorem, ad *consil. Ancharan.* 284. Quia *clem. quamdiu. de appellat.* habet locum in pacto extra iudicium; ergo multo magis in compromisso arbitratoris, in quo etiam dictum tempus non curreret, prout contra *Anchar.* concludit *Franc. in dicto cap. ex ra-*

tione. num. 35. & Roman. in l. 2. de re iudic. vbi idem tenet *Nicell.* & hæc est verior opinio, cum in vtroque casu sit eadem ratio. *Lanfranc. decis. 479. incipien. per compromissum. Socin. cons. 39. n. 46. lib. 4.*

7 Minus obstat, quod in tempore † decem dierum ad appellandum, non possit fieri prorogatio pacto, vel compromisso partium; cum immo currat spatium decem dierum, qui dantur ad appellandum, illo non obstante. *glos. in auth. offeratur. C. de lit. contest. Butr. in c. licet causam. de probat. col. 6. in fi. Rot. in nouis. decis. 2. de dilat. Milius in verb. appellationis prosequen. tempus. Guidop. q. 115.* Nam ex prædictis tanquam diuersis non potest inferri ad casum nostrum; quia

8 decennium datur parti grauatæ ad suspendendum effectum grauaminis, sed tempus prosecutionis datur vtrique; ideo communis consensus vtriusque facit cursum dormire. [Præterea de-

9 cennium datur ad transferendum causam ad superiorem remedio appellationis, non ad litigãdum; sed accedens ad arbitros, nõ appellat, nec facit aliquid, quod succedat loco appellationis; tempus vero prosecutionis datur ad litigãdum, quod faciunt euntes ad arbitrum, ideo tempus non currit; & ita declarat *Card. in elem. quamdiu. n. 6. de appell.*

10 Neque obstat, quod non † currunt fatalia post compromissum, nisi post secutam acceptationem, secus ante. *Dec. in c. ex ratione. n. 8. vers. & prædicta conclusio. de appellat.* & veriorem opinionem dicit *Gabr. de arbitr. concl. 4. n. 2.* vbi in fine testatur de magis communi, vt non solum requiratur acceptatio, sed etiam vt causa cœpta sit agi corã arbitro. *Anchar. cons. 284. n. 3. vers. item ex verbis. Lanfranc. de arbitr. par. vlt. q. 94. in fi. Natt. in clem. sæpe. in princ. col. 22. de verb. signif. Hyppolit. sing. 679.* Ratio est, quia non potest dici compromissum, nec aliquid operari ante acceptationem secutam. *glos. in l. si cum dies. de arbit. Alex. cons. 87. col. penult. lib. 5.*

Quia respondetur constare in actis de prosecutione causæ per compromittentes coram arbitris ex multis iuribus productis: Vltra quod

11 non ita simpliciter † dicta opinio est admittenda, cum contrarium vt habeat locum etiam ante secutam acceptationem compromissi, teneat *Fulgos. cons. 168.* vbi dicit hoc procedere de iure canonico, secus de Iure ciuili. *Socin. cons. 39. n. 38. & 41. vol. 4.* vbi reprobat contrarium sequentes, dicens multum aberrare à veritate: Nã *clem. quamdiu. de appell.* æquiparat compromissum, & expressum consensum partium, vnde videtur se referre ad actus inter ipsas partes initos. Et *auth. si tamen. C. de appellat.* loquitur post electionem arbitrorum, non autem acceptationem, cum alijs rationibus per eundem *Soc.* allegatis, vbi etiam *n. 47.* reprobat *Anch. d. cons. 284.*

12 Præterea † compromissum de quo agimus, est factum, vt duret per tres menses ex nunc, vel ab hodie computandos; quo casu currit statim, etiã ante acceptationem. *Socin. cons. 39. num. 44. lib. 4.* vbi exemplificat, quando dictum est in compromisso, vsque ad tale tempus, quia tunc statim currit. *Gabr. conclus. 2. in princip. & concl. 4.*

13 *n. 17. de arbitr.* vbi limitat † in compromisso facto sine temporis præfixione, quo casu currit tempus primæ instantiæ præfinitum. *Specul. de arbitr. § differt. colum. fin. vers. item vt infra. Felin. in cap. venerabilis. num. 22.* & ibi *Bald. colum. fin. de iudic.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Tempus compromissi, & tractatus compositionis subducitur ad impediendum desertionem.*

2 *Interruptio præscriptionis non fit coram arbitratore, secus in arbitro.*

¶ N. 2. *post verb.* q. i. f. 98.

Itaut non solum sit subducendum tempus com-

1 promissi, sed etiam tractatus † compositionis. *Mandos. reg. 34. quæst. 41. num. 6. in fin.* vbi testatur ita fuisse resolutum in *Rota coram Archiepiscopo Rossanen. Eluen. prioratus. vltima Aprilis 1548.*

¶ N. 6. *post verb.* Anchar. 284.

Cum enim ista amicabilis compositio, quæ arbi-

2 tratori conuenit, teneat locum † transactionis, non debet obesse; pront etiam dicimus, quod coram arbitratore nõ fit interruptio præscriptionis, quicquid secus fit coram arbitro. *Io. And. ad Speculat. de lit. contest. § effectus autem. Bal. in l. penult. n. 11. vers. item habes quod citatio. C. de arbitr. Affl. decis. 39. Oldrad. Abb. & alij,* de quibus per *Mandos. regul. 34. q. 41. nu. 4. colum. penult. vers. an autem idem.*

EPITOME.

Emphyteota ob deteriorationem, & arborum incisionem an cadat ab emphyteosi, vel agatur contra eum ad interesse, & sit necessaria sententia declaratoria. [Et an possit vtrumque peti, vt cadat, & teneatur ad solutionem canonis.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota priuatur ob deteriorationem ipso iure absque Iudicis sententia. Contrarium num. 8.*

2 *Idem in incisione arborum fructiferarum, & quando incultam rem relinquit. num. 3. & quid in vinea, in qua non expectatur biennium num. 4.*

5 *Deterioratio debet esse magna, vt priuetur quis emphyteosi, alias tenetur ad interesse.*

6 *Deterioratio debet esse dolo malo, culpa lata, vel leui, & ad perpetuum fundi detrimentum non curam fructuum. & num. 14.*

7 *Et statur in hoc Iudicis arbitrio.*

9 *Dominus emphyteosis potest deijcere, vel canonem*

nonem petere, & per electionem vnius, non potest alterum facere. Idem in pœna, si adsit in instrumento, nu. 10. Fallit in ecclesia, num. 11.

11 *Iuramentum operatur vt quis priuetur ob modicam deteriorationem, & cessationem in minimo. Fallit de aequitate iuris canonici. num. 13.*

15 *Iuratur in litem contra emphyteutam super interesse.*

Decisio CLXXIV.

Ex incisione arborum fructiferarum facta per emphyteotam dicebatur illum
1 esse priuatum emphyteusi,† à qua cadit ob rei deteriorationem ipso iure domino volente, itaut neque requiratur iudicis sententia. *Ias.* qui de communi in *l. 2. nu. 99. C. de iur. emphyt. Cagnol. in authent. qui rem. num. 38. in 3. not. C. de sacros. eccles.* Non enim permittitur
2 emphyteotæ † dictas arbores cædere. *Doctores in l. diuortio. §. si fundum. solut. matrim.* ad exemplum vsufructuarij. *l. sed si grandes. & l. aequissimum. §. fructuarius. ff. de vsufruct.* late *Tiraquell. de retr. conuent. §. 3. glos. 1. num. 24.* vbi ampliat ad maritum in re dotali, colonum, conductorem, patrem, administratorem, creditorem in re pignorata, debitorem, emptorē, cum pacto retractus, & alios, cum distinctioni-
3 bus, de quibus ibi per eum: † [prout etiam quando emphyteota rem incultam relinquit, priuandus est. *d. auth. qui rem. Cepoll. cons. 25.* Ma-
4 xime † si esset vinea, à qua expellitur etiam non expectato biennio. *Corbul. de caus. priuat. ob rem incult. relict.*

Contrarium tamen declaraui: quia prædicta intelliguntur quando ex præfata incisione sequeretur magna deterioratio, quæ non apparet in casu de quo agebamus; alias secus esset, quia
5 solum compelleretur emphyteota † ad refundendum interesse. *Roland. cons. 49. num. 20. lib. 2. Clar. in §. emphyteosis. q. 16. per text. in l. scio. de in integr. restitut.* vbi non datur rescissio, contractus, nisi quando est notabilis deterioratio, *Ias. cons. 17. num. 2. lib. 1.* qui etiam vult re-
6 quiri, quod † deteriorationem præcedat dolus, lata culpa, vel leuis ipsius emphyteutæ, & quod fit ad perpetuum detrimentum fundi, non ad curam fructuum. *Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. casu 78. num. 6.* subdens standum esse iudi-
7 cis arbitrio † circa huiusmodi deteriorationem propter incisas arbores, vt per *Bald. in l. ede. C. locat. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. omnia. n. 31. C. de reuoc. donat.*

Neque obstat, quod non requiratur iudicis sententia: quia verior est opinio, vt præcedat decla-
8 ratoria, † si negetur per emphyteotam, rem esse deuolutam, non ad effectum vt res cadat in commissum, quia hoc cōtingit ipso iure facta domini declaratione, sed ad hoc vt emphyteota remoueatur à possessione. *Ferret. cons. 121. num. 6. Cagnol. in l. si quis maior. nu. 107. C. de transact.* Decis. Marchiæ. *Corbul. de caus. priuat. ob deterior. num. 19.*

Non obstat alia priuationis causa, ob non solutionem canonis: quia cum fuerit actum, vt soluatur dicta pensio, seu canonis præstatio, non
9 potest emphyteota deijci; † nam alternum duorum poterat dominus facere, vel deijcere, vel pensionem petere. *§. si vero quis locator. auth. de alienat. & emphyt. glos. in l. 2. in verb. repellere. C. de iur. emphyt.* Ratio est, quia eligendo vnam viam, alteri videtur renunciasse. *l. post diem. de leg. commiss.* ad exemplum pœnæ
10 appositæ † in contractu emphyteotico propter cessationem solutionis canonis; si enim emphyteota cessauerit, poterit nihilominus expelli, non obstante tali appositione pœnæ, ita tamen vt possit eligere quod ei magis placuerit; non enim poterit vtrumque petere, scilicet pœnam, & expellere, nisi quando esset actum, vt vtrumque possit fieri. *glos. in d. l. 2. in verb. repellere.* vbi *Ias. num. 139. C. de iur. emphyt. Clar. in §. emphyteosis. q. 8. vers. vlterius quaero, pone.* [Quę procedunt in casu, de quo agimus, cum fi-
11 mus in emphyteosi priuata, secus † enim esset in ecclesiastica, in qua speciale est fauore ecclesię, vt consequatur vtrumque, vt post *Dec. in auth. qui rem. C. de sacros. eccles.* concludit *Cephal. cons. 18. in fin. lib. 1. Clar. in §. emphyteosis. q. 10. vers. quaero nunc. Ludouic. decis. Perus. 54. n. 2. lib. 1. Menoch. de praesumpt. lib. 3. q. 112. n. 26.*

12 Non obstat iuramentum, † per quod emphyteota cadit à iure suo, etiam quod deterioratio non sit notabilis, sed modica. *Natt. cons. 481. nu. 10.* [prout etiam quando cessauit quid minimū soluere, propter promissionē iuratam cadit ab emphyteosi. *Cast. in l. in executione. §. pro parte. ff. de verb. oblig. Rum. cons. 167. col. 3. n. 10. vol. 1. Gozad. cons. 57. n. 15.*

13 Quia respondetur, de † æquitate iuris canonici, etiam non obstante iuramento, emphyteotā propter minimam cōtrauentionem non cadere à iure suo, vt testatur *Seraph. de priuil. iuram. priuil. 84. n. 11. in fi.* quod inquit est inspiciendum, quando sumus in terris ecclesiæ, subdēs propter hanc rationem ita fuisse decisum in *Rota Bononiensi decis. 6.* & dictam opinionem non esse admittendam in modica deterioratione propter iuramentum, dicit *Ludou. decis. Perus. 22. n. 19. p. 1.* vbi dubitat de dicto *cons. Natt.* cum Doctores remittant hoc iudicis arbitrio, quando deterioratio sit talis, vt faciat priuari emphyteotam, vt per *Ias. in l. diuortio. §. si fundum. num. 4. versic. istam communem. ff. solut. matrim.*

Secundo quamuis iuramentum obstaret, etiā
14 requirebatur † deteriorationem esse ad perpetuum detrimētum fundi, non ad curam fructuū, & per dolum malum, culpam latam, aut leuem, vt emphyteota priuetur. *l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commod. Roland. cons. 49. nu. 22. lib. 1. Menoch. de arbitr. d. casu 78. num. 6.* quæ non poterant considerari in casu, de quo agebamus: Ideo satis fuit visum, illum teneri ad in-

15 interesse. *Iaf. conf.* 17. *num.* 3. *lib.* 1. de † quo etiam iuratur in litem. *Plot. in l. si quando. nu.* 190. *C. vnde vi*.

EPITOME.

Vendens iure creditoris, & promittens de euictione an teneatur vt principalis, vel iure creditoris.[Arbitri quando possint declarare laudum per eos latum.

SVMMARIVM.

1 *Creditore vendente rem sibi obligatam, si euincatur ab emptore, non competit actio contra illum, sed solum contra debitorem.*

2 *Vendens iure creditoris, & promittens de euictione, tenetur vt principalis, non iure creditoris. & num.* 6.

3 *Verbum etiam minimum debet aliquid operari.*

4 *Obligans se cum iuramento, habetur, ac si de euictione se obligasset.*

5 *Cauere debens bona sua tenetur obligare.*

7 *Copula, &, coniungit praecedentia cum sequentibus, cum omnibus qualitatibus.*

7 *Copula, &, stat ampliatiue, & coniungit diuersa.*

9 *Electus in casu discordia non iudicat, nisi constet de discordia.*

10 *Arbitri possunt declarare eorum laudum.*

11 *Declaratio nihil de nouo inducit.*

12 *Declaratio non fit, vbi verba sunt clara.*

13 *Declaratio non admittitur, vbi alteratur subiectum.*

14 *Correctio non permittitur, vbi fit mutatio, & postquam actus est perfectus, & post oppositionem. num.* 15.

Decisio CLXXV.

DEcisum fuit D. Ioannem Baptistam Mariannm, & D. Guerrerium Rosinum teneri promittere de euictione simpliciter, vti principales, & de eorum proprio, non autem iure creditoris, ad fauorem monasterij S. Augustini de Ausida: Nam creditore ven-
1 dente iure creditoris rem sibi obligatam, † quæ postea emptori euincitur, non competit aliqua actio de euictione contra creditorem, sed solum contra debitorem. *l.* 1. *&* 2. *C. credit. euict. pignor. non deber. Papien. in forma respons. libell. in act. hypothec. in verb. satisfacere. num.* 5. *Bal. in d. l.* 1. *quæst.* 1. *&* 2. *Bartol. in l. periculum.* 30. *de pignor.* Vnde cum appareat in transactione de qua agimus, quod per supradictos fuit promissa euictio, debet intelligi per eos principali-
2 ter faciendam esse euictionis † promissionem, non iure creditoris, cum alias ad nihilum tenerentur: quod non est dicendum, ne sub illa promissione deludatur, qui vigore pacti voluit in casu euictionis se tutum reddere, & expresse de ea sibi prouidere, vt vbi non tenebantur ex natura rei, tenerentur ex pacto, per quod sibi de ea prospexerunt. *l.* 2. *C. cred. euict. pign. non deber. Afin. de exec. §.* 7. *cap.* 288. *fol.* 246. alias pactum esset frustratorium, si illud redu-
3 ceretur ad ius creditoris, cum ad nihilum † tenerentur, & in contractu quodlibet verbum, etiam minimum non debet esse sine virtute aliquid operandi. *Bal. in rubr. C. de contrah. empt. q.* 9. *nu.* 9. *colum.* 2. Immo tale pactum tanquam conuentionale, & voluntariũ, debet aliquid operari vltra naturam actus, & sic non solum iure creditoris, sed etiam tãquam principales. *Ruin. conf.* 81. *sub n.* 8. *verf. sed vbi stipulatio. lib.* 1. *Rimin. iun. conf.* 282. *vol.* 3. *n.* 93.

Adde, quia promiserunt se obligare cum iu-
4 ramento; vnde idem est, ac si se obligassent † promittere de euictione omni meliori modo, & efficaciori. *Doctores in l.* 1. *§. si quis ita. de verb. obligat.* vbi *Galliag.* de communi *num.* 17. *verf. octaua fit conclusio. Bart. in l. cum pater. §. filius matrem. de leg.* 2. *Seraph. priuileg. iuram.* 98. Tenebantur igitur vti principales, & de eorum proprio, quia iste est melior modus, quam iure
5 creditoris; & † regulariter debens cauere, bona sua obligare debet. *Rebuff. de senten. execut. art.* 1. *glof.* 16. *n.* 10.

Et in specie, quod stante dicta promissione, etiam quod bona vendantur per creditorem,
6 vendens † teneatur de euictione vti principalis non vti creditor, dicit *Negus. de pign. q.* 6. *mẽb.* 1. *n.* 62. *verf. sexto fallit regulare, per glof. iuncto tex. in l.* 1. *& l. fin. in verb. creditore. C. creditor. euict. pignor. non deber.*

Ista autem promissio euictionis ad duo est extendenda; videlicet ad floren. 800. in hæreditate Desiderij, & etiam pro medietate hæreditatis Peræ, non autem vt per Marianum, & Rosinum prætenditur, solum pro floren. 800. in vtraque hæreditate, itaut solum euictio intelligatur promissa in summa floren. 800. tam pro vna, quam pro alia hæreditate: Quod colligitur ex verbis ipsius conuentionis, quæ sunt concepta, videlicet: vt Rossinus & Marianus promittant de euictione pro florenis 800. in hæreditatẽ Desiderij, & pro medietate Peræ, quæ intrat in legitima, & trebellianica; & sic ista verba continent duas diuersas promissiones euictionis, & pro diuersis personis, & hæreditatibus. Nam
7 copula, &, coniungit † præcedentia cum sequentibus, & eius natura est repetere omnes qualitates præcedentis sermonis, & copulare cum omni qualitate. *Alex. conf.* 100. *visa inquisitione. num.* 2. *lib.* 6. *post Bart. in l. seia. §. caio. de fund. instruct. Decian. consil.* 17. *nu.* 9. *lib.* 1. *Mascard. de probat. conclus.* 1265. *num.* 32. *de probat.* Immo eius natura est coniungere diuersa, & au-
8 gere, non diminuere, & stare potius † ampliatiue, quam restrictiue. *Miltus. in verb. & ibi Addit. Corn. consil.* 104. *licet in hac consultatione. colum. fin. verf. attento. lib.* 1. *Nouell. de iur. prothom. in princip. num.* 39. Vnde merito debemus interpretari conuentionem, vt teneantur promittere de euictione pro floren. 800. quo ad hæreditatem Desiderij, & vlterius pro medietate hæreditatis Peræ pro legitima, & trebellianica.

Ma-

Maxime, quia prius promittit pro flor. 800. in hæreditate Desiderij, postea subdit, & pro medietate hæreditatis Peræ, neque dicit in medietate hæreditatis: vnde colligitur, quod pro vtraque promisit, videlicet, pro prima pro floren. 800. tantum, pro secunda, pro medietate illius, ad excludendum ne pro tota teneretur; eo magis, quia dixit pro medietate hæreditatis; vnde ex hoc constat, quod vltra flor. 800. primæ hæreditatis, voluit etiam promittere pro medietate alterius, alias si voluisset promittere solum pro flor. 800. pro vtraque hæreditate, dixisset simpliciter, hæreditatis, sine illa dictione, dimidiæ, & sic illud verbum, debemus interpretari, vt non sit frustratorium. *Bald. in rubr. de contrahen. empt. q. 9. n. 9. col. 2.*

Non obstat, quod Rota non potuerit in hac
9 causa pronunciare, tanquam electa tertia † in casu discordiæ, de qua non constat. *Alexand. conf. 124. in causa, & lite. nu. 9. lib. 2. Dec. conf. 475. num. 39. colum. vlt. in fin. Paris. consil. 24. num. 143. lib. 2.*

Quia ex voto vtriusque arbitri, de quo in actis, constat de discordia, & sic per consequens intrat iurisdictio Rotæ, in qua fuit compromissum illis discordantibus; Nam vnus declarat, quod DD. Ioannes Baptista, & Guerrerius teneantur, non solum iure creditoris, sed vt principales promittere de euictione, de eorum proprio pro floren. 800. de hæreditate Desiderij, & vltra d. floren. 800. pro medietate hæreditatis Perij, scilicet, pro legitima, & trebellianica debita Peræ suæ nepti; Alter vero dicit Ioannem Baptistam, & Guerrerium teneri promittere de euictione pro 800. floren. tantum, tam respectu hæreditatis Desiderij, quam respectu legitimæ, & trebellianicæ, iuxta tenorem transactionis: ex quibus patet de discordia; quia primus dicit vltra floren. 800. teneri etiam pro medietate alterius hæreditatis: Secundus declarat solum pro floren. 800. respectu vtriusque hæreditatis.

Non obstat declaratio arbitrorum, postea facta, in qua vnus declarat, quod in totum pro vtraque hæreditate promittat de euictione pro summa floren. 1600. & non aliud, ita quod in casu euictionis veniat promissio limitate pro dicta summa flor. 1600. & nō plus, & non veniat duplum, cum declaratione etiam, quod pro dicta summa Guerrerius, & Rossinus teneantur ad interesse & expensas, prout etiam declarauit alter arbiter, secundum quarum declarationum tenorem fuit lata sententia concorditer per eosdem; ex quo videbatur colligi nullam adesse
10 discordiam inter eos, cum arbitri † possint declarare eorum laudum, siue sententiam. *Bald. in l. ne in arbitris. col. vlt. in fin. vers. finaliter ex dictis. num. 11. C. de arbitr. Felin. in c. qualiter & quando. num. 28. in fin. colum. 15. in princip. versic. tertio nota quod arbiter. de accu-*
11 *sat.* [Declaratio enim nihil de † nouo inducit, & non immutat sensum declarati, & ad declaratum retrotrahitur. *l. hæredes palam. §. sed si*

notam. de testament. Decian consil. 8. num. 211 libro 1.

Quia respondetur, quod non opus erat dicta declaratione, quia verba primi voti erant clara: nam in eo per D. Octauium arbitrum dictum fuit, vt promissio euictionis debeat esse pro floren. 800. circa vnam hæreditatem, & quo ad aliam pro medietate; vnde non poterat postea declarari, vt pro vtraque hæreditate promittatur solum pro floren. 1600. tunc enim declaratio admittitur, quando verba sunt du-
12 bia, secus † vbi sunt clara. *Bald. in l. voluntates. 7. colum. fin. vers. quaero si statutum. num. 9. C. de fideicomm. Castrẽs. cons. 338. quia exceptiones. colum. 1. vers. pro declaratione. lib. 1. Socin. consil. 214. in causa Honofrij. colum. penult. num. 8. vers. ad hoc potest. lib. 2. Gabriel de regul. iur. conclus. 3. num. 25. & num. 63.* Maxime quia per arbitrum additur qualitas, quæ non apponitur loco demonstrationis, sed ea,
13 quæ alterat † subiectum, quo casu non admittitur declaratio. *Bald. in l. hæredes palam. §. sed & si notam. in fin. de testam. Gabr. ibid. num. 48. vers. tertio amplia.* [Vltra quod non sumus in declaratione, sed in totali mutatione laudi lati; nam in primo dicitur debere promitti euictionem pro floren. 800. quo ad vnam hæreditatem, & quo ad aliam pro medietate hæreditatis; postea in prædicta declaratione dicitur euictionem debere esse pro vtraque hæreditate in floren. 1600. tantum; & sic apparet clara mutatio quo ad medietatem alterius hæredita-
14 tis; quo casu † non permittitur ista correctio. *Felin. in cap. qualiter, & quando. num. 23. col. 12. vers. secundus principalis. & colum. 13. vers. secundo limita. num. 25. de accusat. Doct. in l. iudex postquam. de re iudic.* Maxime quia sumus in correctione non facta incontinenti, antequam actus sit habitus pro perfecto, sed post multos
15 dies, & post † oppositionem partium dictam discordiam allegantium. *Felin. ibid. n. 29. col. 15. vers. fallit secundo.*

EPITOME.

Fructus pendentes tempore reemptionis an spectent ad reementem, vel debeant diuidi pro rata temporis inter emptorem, & venditorem.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei venditæ spectant ad emptorem post venditionem, quamuis sint maturi, numero 2.*
3 *Venditor præsumitur vendere cariori pretio fundum plenum fructibus.*
4 *Fructus pendentes tempore reemptionis debent diuidi pro rata temporis inter primum venditorem, & emptorem, secundum communem opinionem. Intellige si sit pro eodem pretio secus si currenti. num. 5.*

Decisio CLXXVI.

FVit facta venditio per Troylum Marini,
cum pacto de retrouendendo; & quo-
niam tempore reemptionis aderant fru-
ctus pendentes: dubitabatur ad quem spectarẽt;
an ad primum venditorem; an vero ad Bartho-
lomæum Spatum emptorem, qui se obligauit ad
retrouendendum: Et pro reemente, quod ei in-
solidum debeantur fuit conclusum: Nam regu-
1 lariter post venditionem, † fructus rei venditæ
spectant ad emptorem. *l. fructus.* & ibi *Bald.* C.
de actio. emp. Afflict. decis. 188. *nu.* 2. & fructus
pendentes sunt pars fundi. *l. fin. §. fructus. ff.
quæ in fraud. cred.*

2 Immo etiam si † fructibus iam maturis ager
distractus sit, emptori cedunt. *l. Iulianus. §. si
fructibus. de act. empt.* vbi *glos.* ampliat ad om
nes alienationes. [Ratio est, quia in venditio-
3 ne † fundi pleni fructibus præsumitur, quod pro-
pter illos venditor cariori pretio vendiderit. *l.
si quod ex Pamphilo. de legat.* 2. *Ias. in l. diuor-
tio. §. ex contrario. ff. solut. matrim. Roland.
cons.* 27. *nu.* 20. *lib.* 2. vbi dat aliam rationem,
quia venditor vtitur pecunia, & ea fruitur; vn-
de etiam emptori concedendum est vti, & frui,
re per ipsum empta.

4 Non obstat, quod fructus † pendentes tem-
pore reemptionis debeant diuidi pro rata tem-
poris inter primum venditorem, & emptorem,
qui se obligauit ad retrouendendum. *Ias. in l.
diuortio. §. quod in anno. ff. solut. matrim. Cu-
man. in l. qui Romæ. in princ. ff. de verb. oblig.*
& de magis communi testatur *Roland. consil.*
27. *in* 2. *dub. lib.* 2. & quomodo fiat diuisio, *Lu-
dou. decis.* 79. *p.* 2.

Nam respondetur prædicta procedere quan-
5 do † retrouenditio esset facienda pro endem-
met pretio; secus in casu nostro, in quo debet
fieri pro pretio currenti declarando arbitrio
boni viri: tunc enim æstimantur fructus cum ip-
sa proprietate, quos lucrabitur emptor. *Socin.
in l. qui Romæ. in princip. num.* 20. *de verb. obli
gat. Couar. lib.* 1. *var. resolut. cap.* 15. *num.* 7.
Caualc. de vsufruct. n. 204. *in fin.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Emptor an consequatur fructus pendentes etiã
respectu partis coloni, siue sciat, siue ignoret
fundum coli per colonum. n.* 2. 3. 6. *&* 8.
4 *Venditor censetur tantum vendidisse ius suum.*
5 *Expensæ facta gratia fructuum quærendorum
pertinent ad colonum partiarium.*
7 *In legato fructus, aut redditus prædij est dedu-
cenda pars colono debita.*
9 *Fructus inter emptorem & venditorem cum
pacto redimendi, quomodo diuidantur.*

¶ N. 3. *in fin. post verb.* per ipsum empta.

Idque generale est in omni actu alienationis,
& translationis. *Tiraquel. de retr. lignag. glos.* 7.
1 *§.* 1. *n.* 24. † Et adeo emptor consequitur fru-
ctus pendentes, vt etiam habeat illos, qui pro
portione colonica debentur. *Rom. cons.* 309. *vi-
detur prima fronte. Ias. in l. cum filiofamilias. ad
2 fin. ff. de leg.* 1. † Dummodo emptor ignoret fun-
dum coli per colonum partiarium; nam quan-
do sciret, videretur solum emisse ius, quod ha-
bebat dominus in fundo vendito, & sic partem
fructuum ad eum spectantem, non ad colonum.
3 *l. qui tabernas. C. de contrab. empt.* † Quamuis
huiusmodi distinctio scientiæ, & ignorantiæ em-
ptoris non sit tuta, cum simpliciter in vtroq; ca-
su verior sit opinio, quod emptor siue sciat, siue
ignoret fundum coli per colonum, solum ha-
4 beat fructus, qui spectant ad venditorem, † qui
dumtaxat censetur vendidisse ius suum. *l. si do-
mus. §. fin. de leg.* 1. prout in terminis conclu-
dit *Peregr. de iur. fisc. lib.* 6. *tit.* 4. *n.* 32. *vers. ego
autem.* Cum semper sint deducendæ expensæ fa-
5 ctæ gratia fructuum quærendorum, † quæ perti-
nent ad colonum partiarium. *Ias. in l. fructus.
solut. matrim. Menoch. de recuper. poss. rem.* 15.
n. 575. *Tiraq. de retract. lignag. §.* 15. *glos.* 1.
Neque enim præsumendum est venditorem vo-
luisse præiudicare iuribus coloni, & sibi impu-
tet emptor non perquirendo per quem fiat cul-
6 tura fundi. † Si tamen ipsemet impensa sua fun-
dum coleret, non esset detrahenda aliqua por-
tio, aut impensa facta in agro colendo, nisi ex
coniecturis, aut pretio conuento aliud esset iu-
dicandum. *Castr. in l. si filius. §. cum fundum. de
7 verb. obligat.* † Idem dicimus quando relinque-
retur alicui fructus, aut redditus fundi, semper
enim esset deducẽda portio coloni. *Bart. in l. fun
di. in princ. de vsufr. leg. Surd. de alim. tit.* 8. *pri-
8 uileg.* 82. *n.* 6. † Et quod etiam emens ignoran-
ter teneatur dimittere fructus colono partiario
concludit *Thesaur. decis.* 55. *n.* 4. *Surd. decis.*
265. *n.* 52.

¶ N. 5. *in fin. post verb.* vsufr. n. 204. in fin.

Sequitur *Franc. Munnoz de ratiocin. admini-
9 str. comput.* 26. *num.* 8. *vers. & tenendo.* † Vbi
etiam late ponit, quomodo sint diuidendi fru-
ctus inter emptorem, & venditorem, cum pa-
cto de retrouendendo.

EPITOME.

Mater quando habeat annum ad petendum tutorem, & an excusetur si sit minor, licet per statutum habeatur pro maiore, & an competat restitutio in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Mater habet annum ad petendum tutorem
filijs.*
2 *Mater non debet faciliter priuari hæreditate
filij.*

3 *Ma-*

3 *Mater non petens tutorem infra annum priuatur hareditare filij. Fallit si sit minor, n. 5. Amplia vt n. 6. & 7. Intellige vt n. 11.*
4 *Mater non habet annum ad petendum tutorem, si filius ingreßus esset annum decimum quartnm.*
8 *Initium est attendendum.*
9 *Statutum recipit interpretationem à iure communi.*
10 *Restitutio in integrum cessat, si atas limitatur per statutum.*
11 *Mater qua habetur pro maiore per statutum, debet petere tutorem infra annum, quamuis sit minor. Intellige vt n. 14.*
12 *Concessio atatis est de reseruatis Principi, & non competit inferiori. Intellige vt n. 13.*
15 *Extensio non fit in pænalibus.*
16 *Dictio, tanquam, denotat fictionem.*
17 *Statutum non fingit in his, qua sunt facti.*
18 *Restitutio in integrum an competat si statutum disponat valere gesta per maiorem decẽ & octo annorum, & quid si habeatur pro maiore in omnibus. n. 19.*

Decisio CLXXVII.

MAter habet annnm ad petendum tutorem † filijs ex æquitate. *l. sciant. C. de legitim. hared.* qui *text.* extenditur etiam ad eam cum loquatur in omnibus, qui vocantur ad successionem pupilli mortui, vt de comuni testatur *Aretin. in §. sed quemadmodũ. num. 3. instit. ad Tertull.* Rigor enim antiquus est correctus, quod statim debeat petere, prout disponebat *tex. in l. 2. §. confestim. ff. ad Tertullian.* Nam si ille annus datur alijs, multo fortius debet dari matri tanquam magis coniun-
2 ctæ, quæ † non ita faciliter est priuanda hæreditate filiorum. *Bald. cons. 297. colum. fin. lib. 3. Salic. in d. l. sciant. num. 6. Alex. in l. si decesserit. in fin. ff. qui satisdar. cog.* & de magis communi testatur *Soein. Iun. cons. 119. num.*
3 *13. lib.* 1. Vnde si non petierit † intra dictum tempus, priuatur successione filiorum. *§. fi. Instit. ad Tertull. l. 2. C. quand. mul. offic. tut. fung. Corn. cons. 234. num. 2. lib. 4.*
Ex quibus videbatur dicendum Adrianam matrem ob non petitum tutorem infra dictum tempus fuisse priuatam hæreditate filiorum; Eo magis, quia neque debet habere annum,
4 quando filius relictus expleuisset annum † xiij. & ingressus est xiv. prout erat in casu, de quo agebamus; tunc enim non debet expectare dictum spatium annalis temporis ad petendum tutorem. *Bal. in specie cons. 432. in fin. lib. 2.*
Contrarium tamen fuit declaratum, quia eramus in matre minore vigintiquinque annorum, quæ non priuatur successione filij, sed ex-
5 cusatur propter imbecillitatem † ætatis à petitione tutoris. *l. fin. C. si aduers. delict. Felin. cons. 34. num. 7. Doctor. in auth. eisdem poenis. C. de secund. nupt. Roman. cons. 279. Gomes. de delict. cap. 1. nu. 59. Craß. in §. successio ab intestato. quæst. 27. num. 2.* [Quæ etiam proce-
6 dunt in † masculis. *Cost. in cap. si pater. de testamen. Cald. de restitut. in integr. in verb. vel aduersarij dolo. num. 64. in fin.* [Quod ampliatur, vt etiam excusetur mater minor, quamuis
7 maior fiat intra annum, quem habet † à morte mariti ad petendum tutorem; quia scilicet erat tempore mortis mariti annorũ vigintiquatuor cum dimidio, & non petijt tutorem, antequam excederet annum vigintiquinque, cum hoc casu
8 initium sit † attendendum. *Specul. de restitut. in integr. p. 1. §. quis autem. vers. sed quid si ipsa. Bald. in l. 2. C. si aduers. delict. & in l. precibus. num. 17.* vbi de communi. *C. de impub. & alijs subst. Boer. quæst. 63. in princ. Plaz. in epit. delict. cap. 32. num. 7.*
Non obstat, quod dicta excusatio non procedat, ex quo mater excedebat annum viginti, quæ ætas vigore statuti facit illam maiorem, itant tanquam tali non competat aliqua restitutio, cum habeatur per statutum pro maiore vigintiquinqne annis, & reputetur ætas legitima, & sic debet priuari successione ob non petitum tutorem; nam quo ad pœnam reputatur maior vigintiquinque annorum, vnde statutum recipit interpretationem à † iure communi. *l. sciendum. qui satisd. coga.* [vbicumque enim lex, vel statutum procedit limitando ætatem,
10 cessat restitutio in integrum, sicut è † contra illam elongando, restitutio competeret. *l. fin. C. de repud. hared. Lup. in cap. per vestras. §. 11 26. ampl. 5. num. 5.* & ita in specie de † tutore, concludit *Dec. in cap. ex parte M. colum. fin. de appellat. Caldas. de restitut. in integr. in verb. vel aduersarij dolo. nu. 66. in fin.* vbi dicit hanc esse veram opinionem, & tenendam, quicquid in contrarium dixerit *Cagnol. in l. si quis maior. n. 40. C. de transact.*
Quia respondetur statutum, de quo agimus
12 non valere, cum concessio † ætatis sit de reseruatis Principi, & inferiori non competat, vt in specie de huiusmodi statutis, dicit *Bartol. in l. non ambigitur. de legib. & in l. denique. in princip. de minor. Aretin. instit. de curat. in princip. num. 4.* [quod intellige non procede-
13 re † in ciuitate, quæ non recognoscit superiorem. *Salic. & Castr. in l. 2. C. de his qui ven. atat. impetr. Alex. in l. mora. 12. vers. subdit etiam. de acquir. hared. Bertaz. in l. si quis maior. q. 11. nu. 202. C. de transact.*
Præterea, statutum de quo agimus, loquitur solum quo ad certos actus, in quibus vult reputari maiorem; vnde cum non sit generale quo
14 ad omnia, non comprehendit † casum nostrum. *Caldas. in d. verb. vel aduersarij dolo. num. 66. in fin.* Maxime cum simus in pœnalibus ob pri-
15 uationem successionis, ad quæ † non debet fieri extensio. *Cagn. in d. l. si quis maior. nu. 4.* præsertim cum loquatur per dictionem, tanquam,
16 quæ denotat † fictionem & improprietatem. *c. cũ pro causa. de sent. excom. Felin. in cap. solita. n. 3. de maior. & obed.* [Prout dicimus de eo, qui veniam ætatis impetrauit, in quo non habet locum

cum pœna. *l. si quis maior.* quia verba debent intelligi de maiore secundum naturalitatẽ, & non secundum fictionem, vnde non in minore repręsentato maiore. *Ias. & Cagnol. in d. l. si quis maior. num.* 4. vbi *Bertazz. q.* 11. *num.* 202. ampliat idem esse, non solum si minor impetrauit per rescriptum veniam ætatis, sed etiam si habeatur pro maiore ex forma statuti, cum ficte dicatur maior; Vnde statutum non fingit in
17 his, quæ † sunt facti. *Bar. in l. si quis pro emptore. num.* 33. *de vsuc.* & tanquam loquens in casu vero non habet locum in ficto. *Bar. in l. omnes populi. num.* 62. *de iust. & iur.*

Adde competere restitutionem, quia statu-
18 tum solum disponit † valere gesta per maiorem 18. annorum, quo casu nihil disponendo circa ætatem, nec fingendo illum maiorem operabitur, quod acta valeant mero iure; quæ alias non valerent; non tamen per hoc erit sublata restitutio in integrum; secus si statutũ diceret quod maior 18. ann. habeatur pro maiore 25. in om-
19 nibus suis † agendis: tunc enim duo operaretur. Primo quod valeant gesta per eum sine curatore; quæ alias ipso iure nõ valerent. Secundo quod non possit petere restit. in integ. [quæ intellige, quando ætas fingitur maior per legem vel statutum, secus si per rescriptum. *Castr. in l.* 2. *num.* 3. *C. qui legit. person. & in l.* 2. *in fin. C. de his qui ven. ætat. post glos. in l. vnic. C. si de moment. possess. Cagnol. in l. si quis maior. num.* 40. *C. de transact.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Effectus qualis sit statuti reducentis ætatem legitimam ad viginti annos.*
2 *Statutum reducens ætatem ad viginti annos requirit confirmationem superioris.*

¶ N. 11. *post. verb.* C. de transact.

Effectus enim istius statuti est, vt ætas legitima vigintiquinq; annorum in omnibus sit redacta
1 ad viginti annos, † & quod eadem, quæ facere possunt maiores vigintiquinq; annorum in ętate legitima constituti, faciant maiores viginti annis. *Corn. cons.* 108. *n.* 6. *lib.* 3. *Mandos. de ætat. minor. c.* 5. *num.* 83.

¶ N. 12. *post. verb.* in princ. de minor.

Rom. in l. imperium. in 1. *notab. in fin. de iurisd. omn. iud. Afflict. in c. vnic. num.* 20. *quæ sint regal.*

¶ N. 13. *post verb.* C. de transact.

Item vbi esset confirmatum à Summo Pontifi-
2 ce, prout de *Statuto Vrbis. lib.* 1. *c.* 65. † per quod maiores viginti annis in quolibet actu, & negotio pro maioribus reputantur, de cuius validitate ob confirmationem prædictam non esse dubitandum, dicit *Mandos. de ætat. minor. c.* 5. *n.* 82. *& regul.* 18. *cancell. q.* 18. *n.* 4.

EPITOME.

Dominus quando teneatur ex facto institoris, & socij.

SVMMARIVM.

1 *Institoria vt quis teneatur, quæ requirantur. nu.* 2. *&* 5.
3 *Dominus ratificans factum institoris tenetur.*
4 *Dominus vt teneatur, debet probare mutuum versum in eius vtilitatem.*
6 *Negotium sufficit esse gestum semel vtiliter, quamuis non habeat effectum.*
7 *Præpositus generaliter negotiationi obligat dominum ex mutuo. Intellige vt num.* 8.
9 *Forma præpositionis est attendenda, vt dominus obligetur.*
10 *Socius tenetur in totum, vel in parte pro contractu alterius socij. Intellige vt n.* 11. *&* 12.
13 *Contractus in dubio videtur factus nomine proprio, potius quam communi.*

Decisio CLXXVIII.

EX contractu mutui celebrato cum institore Ioannis de Asculo declaratum fuit solum posse agi contra Institorem: & ideo Ioannem dominum negotiationis esse absoluendum, confirmando sententiam D. Iudicis à quo; non enim erant probata quæ requireban-
1 tur ad hoc, vt quis † teneatur institoria, videlicet, quod non fuerit mutuata maior quantitas pecuniæ, quam esset necessarium, & quod mutuans illam dedisset pro causa dictæ negotiationis, & ad hunc finem fuerit accepta, cum alijs, de quibus per Bart. *in l. si pupilli. §.* 1. *ad med. ff. de negot. gest.* iuxta dispositionem *text. in l. fin. ff. de exercit.* vbi ad hoc, vt qui præposuit obligetur ex mutuo recepto per eum, qui præpositus est alicui negotiationi, distinguitur, an
2 ille qui fecit mutuum, sciret quod pecunia † esset necessaria pro illa negotiatione, & pro eadem causa fuerit mutuata, & mutuans sciret recipientem esse præpositum illi negotiationi, & in loco quo mutuabatur, poterat cum dicta pecunia prouideri necessitati eiusdem negotiationis; istis enim copulatiue concurrentibus apparet institorem habuisse animum obligandi instituentem, seu præponentem, prout obligabitur. *l. ei qui. in fin.* vbi *Cin. C. quod cum eo. Bald. in d. l. si pupilli. §.* 1. *Alex. cons.* 44. *viso & discusso. colum.* 2. *post med. num.* 6. *vers. primum est. lib.* 2. *& cons.* 217. *viso quodam. col. fi. num.* 14. *lib.* 7.
3 Maxime quia nunquam dominus † ratificauit factum institoris, neque apparet mutuum fuisse versum in ipsius vtilitatem, quo casu teneretur. *l. ei qui. in fin. C. quod cum eo.* vbi *Castr. & Cin. colum.* 2. *post med. n.* 4. *in fin.* [Quando enim negotium non est gestum mei contempla-

platione, & contra me datur actio, quia ad me
4 pertinet res ipsa, non datur † nisi quatenus sum locupletior. *Capic. decis.* 180. *num.* 4. *post Bar. in l. si pupilli. §. sed si ego. & §. idem quæritur. colum.* 3. *ff. de neg. gest.* subdens, quod ad hoc
5 vt dominus † teneatur insolidum, debet duo probare gerens, scilicet negotium gestum, & eius contemplatione factum; sed si non probaret gestum eius contemplatione, probabit & negotium gestum,& ipsum locupletatum, & suf-
6 ficiet † semel negotium actum vtiliter, etiam si effectum non habuerit. *l. quid ergo. §. sufficit. de contr. iudic. tut. l. quod si seruus. §. vnde recte. ff. de in rem vers. l. quæ vtiliter. §. fi. de neg. gest. Capic. decis.* 180. *num.* 5.

Non obstat, quod ex quo generaliter fuit præpositus negotiationi, in consequentiam videa-
7 tur † dicendum posse obligare dominum recipiendo mutuum pro illius necessitatibus. *Bald. in rubr. C. de const. pecun. colum.* 3. *l. si. ff. quod cum eo.*

Quia respondetur, quod etiam si tacite videretur præpositus ad accipiendum pecuniam mutuo, tamen ad hoc vt ex illo præponentes obligarentur, debebant concurrere ea, de quibus *in l. fin. ff. de exercit. act.* videlicet causæ
8 veritas, præpositionis, & causæ † scientia, & credulitas, congrua quantitas, & loci congruitas, prout ita respondet *Alexand. cons.* 44. *in fin. lib.* 2. [In huiusmodi enim causis forma præpositionis attendenda est, circa quam debent esse multum diligentes, & curiosi contra-
9 hentes, † vt dominos obligatos habeant. *Paris. cons.* 93. *num.* 50. *cum seq.* vbi multa ad intellectum *d. l. fin. ff. de exercit. act.* & post *Dec. cons.* 510. *ad fin. Iaf. in l. ciuitas. num.* 17. *&* 18. *ff. si cert. petat. & in §. actionum. institu. de action. Castr. cons.* 20. *visis & ponderatis. colum.* 1. *lib.* 2. *& consil.* 345. *viso puncto. eodem lib. Roneag. in l. eandem in princip. num.* 139. *de duob. reis.*

Non obstat, quod institor esset etiam socius Ioannis, vnde ex illius contractu obligabitur
10 quilibet sociorum insolidum, † quasi videatur præpositus institor. *l. si cum plures. ff. de exercit. act. l. eius, qui in prouincia. ff. si cert. petat. Bar. in l. eandem. q.* 7. *de duob. reis.*

Quia respondetur prædicta habere locum, quando illud quod socius contraxit, fuisset fa-
11 ctum nomine † societatis; alias non est verum, quod vnus socius teneatur in totum, vel in parte pro contractu alterius socij. *l. iure societatis. ff. pro socio. Alex. cons.* 217. *num.* 13. *col. fin. in princip. lib.* 3. vbi dicit ita debere intelligi, & limitari quod dicit *Cin. in l. cum te in Gallia. C. si cert. petat.* [Maxime cum esset
12 socius in vna † re particulari, & institor negotiaretur in alijs quàm in contentis in dicta so-
13 cietate; & in dubio videtur potius † contraxisse nomine proprio, quam communi. *l. & magis. de solut. Bartol. in l. si patruus. C. comm. vtr. iudi.* prout vere contraxit, nulla habita consideratione societatis, & sine animo obligandi præponentem, qui tunc non dicetur obligatus. *Cin. in l. ei qui. in fin. C. quod cum eo.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens cum vno ex socijs quando præsumatur habuisse animum obligandi societatem. n.* 2. *& quid si solus administrat, & societas sub eius nomine exerceatur cum eius signo, gubernio, & libro. nu.* 3. *&* 5.

4 *Socius debet obligare societatem tāquam socius, vt alij teneantur.*

6 *Socius quamuis prohibeatur gerere negotia nomine proprio, tamen intelligitur de communibus, non de proprijs.*

7 *Actio realis datur contra possessores bonorum, si socius expresse obligauit bona socij, secus si tacite. num.* 8.

9 *Obligatio bonorum facta per socium an extendatur ad bona extra societatem.*

¶ N. 13. in fin. *post verb.* C. quod cum eo.

Nec facit præsumendum esse, quod contrahens in casu, de quo agimus, habuerit animum,
1 & voluerit obligare societatem, † vt dicitur de contrahente cum procuratore. *l. si pupilli.* 6. *§.* 1. *de neg. gest.* Quia illud procedit, quando contrahens cum aliquo tanquam procuratore, vel socio scit illum esse talem, vel contrahit in re
2 pertinente ad Dominum, seu societatem, itaut non possit spectare ad illum, cum quo contrahitur, vel quando actus fit sub nomine procuratoris, vel socij. *Rot. coram R. P. D. Robustero. Clusin. grani* 1577. vbi fuit ita declaratum procedere *consil. Dec.* 510. *in fin. & coram Card. Seraphin. Rom. pecuniaria.* 10. *Nouemb.* 1578. cum alijs per *Petr. Sanz. de diuis. bonor. cap.* 4. *lib.* 2. *num.* 1. *cum seq.*

Amplius quamuis in capitulis societatis prohiberetur socius negotia nomine proprio gerere, & ipse solus esset deputatus, itaut societas
3 eius nomine cantaret, † & haberet signum societatis, librum, gubernium, & administrationem illius: Tamen si confecisset apocham depositi, aut mutui sub eius proprio nomine, licet cum signo societatis apposito in margine ipsius apochæ, in qua se fateretur debitorem ex causa prædicta, si contingeret illum effici non sol-
4 uendo, non esset obligata societas. † Ratio, quia non obligauit societatem vti socius, prout requiritur, vt alij obligentur, eum debeat contrahi nomine societatis. *l. si seruus. §.* 1. *ff. pro soc. Alexan. cons.* 76. *lib.* 4. *Doct. in l. si socius. ff. si cert. pet.* late *Petr. Sanz. de diuis. bonor. c.* 4. *lib.* 2. *num.* 1. *&* 22. Ideo esset probanda versio. *l. iure societatis. ff. pro soc. Alex. cons. vlt. nu.* 10. *lib.* 7. *Aym. cons.* 129. *num.* 12. & ita in specie resoluit *Rot. coram Cardin. Seraph. Roman. pe-*
5 *cuniaria.* 10. *Nouembris* 1578. † Maxime si non fuerint positæ partitæ in libro societatis quasi

quasi ex hoc colligatur animus ipsius, quod negotium fuit proprium. *Socin. conf. 160. n. 3. lib. 2.* Quod sufficiet ad probandum pecunias nõ fuisse versas in vtilitatem societatis. *Bart. in l. fin. de reb. credit.*

Et quamuis idem socius prohiberetur gerere
negotia nomine proprio, Tamen illud intelligi-
tur de negotijs pertinẽtibus ad genus negotia-
6 tionis, † quod exercebatur, potius quã de pecu-
nijs mutuo, aut aliter acceptis, quãdo prẹsertim
apocha non fuisset facta nomine societatis, pro-
ut requireretur, vt administrator illam obliget.
l. sed & si pupillus. §. conditio. de instit. act. Neq;
enim sufficiet appositio signi, si deficiant alia
requisita, quæ debent interuenire, de quibus per
Doctor. in l. si de instit. & in l. 1. §. cum autem. de exercit. action.

In casibus tamen, in quibus socius expresse
7 obligaret bona socij, † daretur etiam actio rea-
lis contra possessores bonorum socij; prout alias
cum de hoc quæreretur, Dixi verius esse ob il-
lam rationem, quia socius videtur habere mã-
datum à socio illum obligandi, quando socie-
tas fuit expresse ad hoc contracta, puta ad
emendum, mutuandum, vendendum pannos,
merces, & similia: cum enim possit obligare
personam socij, multo magis poterit bona tan-
quam minus digna, quasi hypotheca sit acces-
soria; prout in terminis ita concludit *Bald.*
cons. 263. in fin. lib. 5. & veriorem sententiam
dicit late *Surd. decis. 213. per tot.*

Neq; obstat quod contrarium sequatur *Alex.*
8 *cons. vlt. col. fin. vers. rursus posito. lib. 7.* † Quia
loquitur quando socius non obligauit expres-
se bona socij, tunc enim non censerentur tacite,
& ipso iure obligata; aliud enim est, vbi con-
staret de expressa obligatione, quia tunc vnus
videtur alium præposuisse. *Idem Alex. cons. 186.*
n. 3. lib. 2. & ita declarat *Surd. d. decis. 213.*
in fin. Ex consuetudine enim in talibus præsu-
mitur mandatum, & voluntas *l. titianus. ff.*
quod cum eo. Bald. in rubr. C. de exercit. act.
num. 4.

An autem ista obligatio extendatur ad alia
9 bona, quam ad ea † quæ sunt posita in societate,
dicam infra in capite particulari, & docet *Anchar. cons. 332. col. 2. n. 4. Dec. in l. si socius. ff. si cert. petat. Strace. de contr. societ. n. 15. Petr. Sanz. de diuis. bonor. cas. 4. lib. 2. n. 11.* Vbi simpliciter refert, & sequitur *Anchar.* quasi socius non videatur habere mandatum, nisi circa negotia societatis. *l. de pupillo. §. si plurium. de nou. oper. nunciat.*

EPITOME.

Mater finita tutela ante redditam rationem administrationis, an possit cogi restituere bona per eam inuentariata.
[Retentio dotis quando competat filijs contra matrem, a qua petitur redditio rationis.

SVMMARIVM.

1 *Mater finita tutela non grauatur ad restitutionem bonorum, de quibus in inuentario, nisi reddita ratione.*

2 *Mater tutrix non potest petere dotem nisi reddita ratione administrationis, cum filij habeant illius retentionem, & num. 3. Intellige vt num. 5. & 7.*

4 *Retentio est compensatio, quæ non admittitur de liquido ad illiquidum.*

6 *Retentio est fauorabilior actione, & competit contra executionem sententiæ.*

8 *Clausula renuncians omni legum auxilio, derogat priuilegio dotis.*

9 *Compensatio non admittitur stante obligatione camerali. Intellige vt num. 10. & 11.*

12 *Præsumptio satisfactionis militat contra administratorem.*

Decisio CLXXIX.

EXecutio facta contra matrem fuit decla-
rata nulla: licet enim fuerit tutrix filio-
rum suorum, & sit finita tutela; Tamen
1 non potest grauari ad aliquam † restitutionem
etiam eorum, quæ sibi fuerunt consignata, &
de quibus in instrumento inuentarij constat, ni-
si prius contra eam agatur, vt rationem red-
dat; cum posset contingere, quod ipsa tutrix
plus ostendat impendisse in rem pupilli, quam
habuerit. *l. 1. §. præterea si tutelæ. ff. de contr. & vtil. act. tut.* vnde enim debitum tutelæ non sit
liquidum sed incertum, donec illius ratio visa
sit, pro eo nulla competit executio; ita in specie
concludit *Alexand. consil. 192. visis narratis. libro 7.* quem sequitur *Negus. de pign. p. 5. memb. 1. num. 3. Ceph. cons. 768. n. 14. lib. 5.*

Idem etiam fuit è conuerso dictum de execu-
tione petita per matrem de dotibus suis; non
enim poterat concedi, nisi prius per eam reddi-
2 ta ratione † administrationis tutelæ. *l. 3. §. hac
actio. ff. de neg. gest. l. tutelæ. & l. omnes tutores.
C. arbitr. tut. Boer. decis. 59. Dec. cons. 110. col.
fin.* Cum enim constet durante dicta administra-
tione multas pecunias spectantes ad pupillos
exegisse, intrat præsumptio ex illis de sua dote
fuisse satisfactam. *l. peculium. la seconda. §. præterea. vers. nam vt eleganter. ff. de pecul. Afflic. decis. 13. num. 16.*

Non obstat, quod huiusmodi exceptio red-
ditionis rationis non debeat impedire dictam
restitutionem: cum regulariter retentio dotis
3 non competat † filijs contra matrem, à qua pe-
titur redditio administratæ tutelæ. *l. 1. §. taceat.
C. de rei vxo. act. Doct. in l. diuortio. §. ob donationem. ff. sol. matrim. & in l. rei iudicatæ. §. 1.
ff. eod. tit.* & ita in specie concludit *Neguf. de
pign. 5. par. memb. 1. num. 37.* vbi dicit se plu-
ries ad fauorem dotis iudicasse, & vidisse iudi-
cari; Maxime quia cum debitum tutelæ non sit
4 liquidum, donec illa fuerit reuisa, non † debet
dari retentio, quæ est quædam compensatio,
quæ non admittitur de liquido ad illiquidum.
Bartol. in l. qui aufertur. §. compensationem. de iure fisci. Alexand. consil. 94. Bald. nouell.

de

de dot. par. 8. *priuileg.* 1. *numero* 1.

Quia respondetur, quod propter expressam hypothecam factã de suis dotibus in assumptione tutelæ, cum solemnitatibus requisitis, & ser-
5 uatis † seruandis, filij habent ius in re, & possunt dotem retinere. *l. quamuis. C. de distr. pign. l.* 1. *C. etiam ob chirograph. pecun.* Nam si datur actio hypothecaria ad auocãdum possessionem. *§. item seruiana. instit. de action.* er-
6 go multo magis retentio† quæ est fauorabilior. *l. per retentionem. C. de vsur.*& competit etiam contra executionem sententiæ, & virtute generalis hypothecæ. *Cephal. consil.*289. *num.* 5. *&* 299. *num.*34. *lib.* 2. Et ita in specie, quod etiam in dote competat dicta retentio, donec fuerit reddita ratio tutelæ administratæ, quamuis
7 obligatio sit generalis † omnium bonorum, concludit *Socin. consil.* 180. *alias* 126. *diligenter. lib.* 1. quem sequitur *Roland. cons.* 17. *nu.* 8. *lib.* 4. *post Dec. cons.* 349. *colum. fin. Bero. cons.*37. *num.*8. *lib.* 2. Vnde magis erat dicendum in casu nostro propter specialem obligationem, vt dictum est de dotibus in assumptione tutelæ; Maxime propter renunciationem mulieris factam cum clausula, omni legum auxilio, per quam videtur derogatum cuicunque
8 priuilegio dotibus competenti, tam iuris† communis, quam municipalis. *Ias. in l. de his. C. de transact. Dec. cons.* 452. *colum. pen. Bald. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. Roland. cons.* 17. *num.* 15. *lib.* 4.

Non obstat, quod non sit admittenda com-
9 pensatio, maxime contra obligationis † cameralis executionem. *Affl. decis.* 381. *Capic. decis.* 167. *post Doct. in cap. veniens. de iur. iurand. Aret. cons.*99. *col.* 2.

Quia respondetur magis esse priuilegiatum in hoc ius retentionis; nam illud habens potest retinere rem, quam vigore dictæ obligationis
10 tradere tenetur, & † sic retardare executionem. *Alex. in l. in fundo. de rei vendic. Ias. in l. si in area. de condit. indeb.* præsertim quando offertur liquidatio in continenti. *Lancell. de attent. p.* 3. *cap.* 24. *de reo, & except. contr. attent. compet. q.* 29. *in fin. post Gallesi. de oblig. cameral. p.* 4. *q.* 2. *nu.* 12. vbi etiam *n.* 8. concludit
11 subsistente æquitate † esse in arbitrio Iudicis admittere compensationem, etiam in debito liquido, maxime quando debitum petitum compensari esset factum post tempus obligationis cameralis. *Socin. in l. iulianus. col. penult. ff. de condit. & demonst. Tindar. de compens. q.* 7. *col.* 4. *Afflic. decis.* 381. *Capic. decis.* 167. *n.* 4. quæ quidem militant in casu, de quo agimus, cum appareat multas pecuniarum summas fuisse per matrem tutricem exactas, quæ ad dictos filios spectant, ita vt potius remaneat debitrix, & intret præ-
12 sumptio † satisfactionis suarum dotium. *l. peculium, la seconda. §. præterea. ff. de pecul. Affl. decis.* 13. *num.* 16. & simus in debito, quod prætenditur factum post tempus obligationis cameralis.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Administrans bona sui debitoris potest sibi soluere, & non soluens dicitur esse in culpa.*

¶ N. 1. *post verb.* 768. n. 14. lib. 5.

Et cons. 769. *n.* 11. *Aym. cons.* 235. *n.* 13. *Ias. cons.* 100. *lib.* 4. Caualcan. *de tutor. n.* 214. cum alijs quos adduxi *disceptat. c.* 129. *num.* 2. *vsq; ad num.* 9.

¶ N. 2. *post verb.* decis. 13. n. 6.

Aym. cons. 129. *n.* 5. *Caualcan. de tutor. n.* 181.
1 Cum administrans bona sui debitoris, † possit sibi soluere, Immo sit in culpa si creditum suũ sibi non soluit. *Bald. cons.* 85. *punctus. in fin. vers. hic autem aduertendum. lib.* 2. *Surd. de alim. tit.* 3. *q.* 7. *n.* 17. & quando procedat, late dixi *discept. c.* 129. *n.* 27. *cum seq.*

¶ N. 6. *post verb.* C. de vsur.

Bald. cons. 455. *col.* 2. *lib.* 2. *Ruin. cons.* 66. *n.* 12 *lib.* 1. *Aym. cons.* 148. *n.* 2. *Surd. cons.* 4. *n.* 5.

¶ N. 7. *post verb.* cons. 37. n. 8. lib. 2.

Ann. sing. 214. cum declarationibus quas adduxi *discept. forens. c.* 129. *n.* 36. *vsq; ad n.* 41.

EPITOME.

Administrationis ratione quando quis sortiatur forum vbi administrauit, & quid stante clausula, vbique locorum. [Rationibus semel redditis, an iterum sit calculandum.

SVMMARIVM.

1 *Administrationis ratione quis sortitur forum, vbi administrauit. Amplia vt num.* 2.
3 *Remissio non habet locum in ciuilibus.*
4 *Laicus coram Iudice Ecclesiæ tenetur reddere rationem.*
5 *Tutores plures diuersarum iurisdictionum possunt conueniri sub vno Iudice. & n.* 6.
7 *Litigantes plures super eadem præbenda conueniuntur sub vno Iudice.*
8 *Domicilium facit sortiri forum.*
9 *Arbitrarium est Iudici, vbi quis teneatur reddere rationem. Intellige vt n.* 10.
11 *Obligatus ad dandum, an debeat dare in domo sua.*
12 *Clausula, vbique locorum, facit vt quis se submittat omni foro. Intellige vt num.* 13. 14. *&* 15.
16 *Promissio vbique locorum restringitur ex verisimilitudine.*
17 *Rationibus semel redditis non est vlterius calculandum si interuenit absolutio. n.*18.

DE-

Decisio CLXXX.

Quoad reddendum rationem administrationis factæ per matrem tutricem, conclusum fuit illam esse conueniendam in loco, vbi administratio gesta est; alibi enim
1 non potest † inuita compelli; nam ratione administrationis quis sortitur forum vbi administrauit *l. prætor. §. his etiam. ff. de eden.* vbi argentarius sortitur forum in edendis rationibus in loco administrationis: [quod procedit siue
2 administratio sit publica, siue † priuata, quia ibi potest facilius, & plenius veritas inueniri, tam per testes, quam per instrumenta. *l. 1. & 2. C. vbi de ratioc. ag. opor.* vbi *Bar. Bald. & Salic. l. hæres absens. §. 1. de iudi. Abb. in c. sacerdotibus. num. 6.* & ibi *Cardin. ad fin. ne cler. vel monach. secul. negot. Socin. cons. 31. in fin. & cons. 149. num. 4. lib. 1.* [Et est speciale in hoc
3 casu, vt sit locus remissioni, † quę regulariter non datur in ciuilibus. *Bald. in d. l. 1. C. vbi de ratioc. ag. opor. Socin. de for. compet. in princip. col. 1.* vbi ampliat etiam ad rationem admini-
4 strationis rei ecclesiasticę, vt laicus † corā iudice ecclesiæ illam reddere teneatur. *c. iudicatum. dist. 90.* [Verum esset, quod quando sumus in pluribus tutoribus diuersarum iurisdictionum,
5 poterit pupillus omnes sub vno † iudice conuenire, ne continentiæ causæ diuidantur. *l. omnes. C. de arbit. tutel. Specul. de compet. iudic. adit. in princ. num. 35. col. pen. vers. 46.* vbi subdit, quod licet sit hoc introductum in fauorem pupilli, non tamen poterit pupillus eos conuenire coram diuersis iudicibus, si modo ipsi petant quòd sub vno conueniantur: vnde si plures tuto-
6 res administrauerint † vel in eodem loco, vel in diuersis, omnes coniunguntur, & habentur loco vnius, & coram vno conueniuntur. *l. iurisperitus. §. 1. de excus. tut. l. omnes C. arbit. tutel. Socin. de for. compet. in prin. col. 1. ad med. vers. & in tutoribus*; & facit quod dicitur de
7 pluribus super eadem † præbenda litigantibus, vt per *Specul. de compet. iudi. adit. in princ. col. fin. num. 35.*

Adde, quia in casu de quo agebamus, mater habet etiam domicilium in loco, vbi admini-
8 strauit; & sic concurrit duplex ratio, † scilicet administrationis & domicilij, in quo etiam est reddenda ratio administratæ tutelæ, dummodo libri adducantur expensis, & periculo ipsius agentis. *Castr. in l. prætor. §. sed hoc. ff. de eden. Socin. cons. 139. n. 4. lib. 1.*

Non obstat, quod sit potius arbitrarium iudici, quo in loco quis teneatur reddere ratio-
9 nem † de administratis. *l. penult. §. vltimo. ff. de condit. & demonstrat* vbi cum seruo est legata libertas, si de administratis rationem reddat, iudex ex loco, & ex persona debet æstimare vbi sit reddenda.

Quia respondetur illud procedere in conditionibus implendis; non enim legatarius, aut hæres institutus, sub conditione aliquid facien-di, vel dandi, debet semper accedere ad locum
10 illius, cui est præstanda † conditio, sed in arbitrio iudicis relinquitur, ne partes in hoc grauentur, puta ne in loco nimis remoto rationes reddantur, ne id faciat cuiusuis causa, sed solum si ille, cui est reddenda ratio, sit vir nobi-
11 lis, & magna persona; sicuti etiam in eo, † qui tenetur ad dandum, non enim semper ad domum illius debet accedi. *Bald. in l. 1. nu. 18. q. 7. C. de instit. & substit. Imol. & Castren. in d. l. penult. §. priscus. ff. de cond. & demonstr. Menoch. de arbit. iudic. casu 468. n. 3.*

Non obstat clausula, vbique locorum, de qua
12 in instrumento camerali, per quam † contrahens, submittit se omni foro, & loco, ita vt possit vbicumque conueniri. *Gallesi. ad form. camer. obligat. par. 2. q. 3. post Bartol. in l. 3. §. si quis ita. ff. de eo quod cert. loco. Felin. in cap. fin. num. 19. de foro compet. & in cap. 1. num. 7. de iudic. Bald. in l. 3. §. sed & si quis. num. 21. C. comm. de legat.* vbi multa de virtute huiusmodi clausulæ. *Capoll. caut. 70. sæpissime. Surd. cons. 280. n. 13. lib. 2.*

Quia respondetur, quod dicta generalitas restringitur ad loca, in quibus alias poterat conueniri, & sic ad locum domicilij administrationis, ad commune patriam, vel ad simi-
13 lia; alias sequeretur absurdum, † quod creditor posset trahere debitorem ad quæcunque remotissima loca, ita vt semper reus deberet esse cum sacco paratus ad soluendum, contra *l. ratum. & l. quod dicimus. ff. de solut.* [Immo etiam quod quis promisisset soluere vbicumque placuerit creditori, & per verba sonantia liberam
14 voluntatem, tamen intelligetur † de loco discreto, & ad arbitrium boni viri. *Socin. in c. dilecti filij. num. 31. col. 26. de foro compet.* post *Anton. in c. 1. de iudic. colum. 17. Ias. in l. si conuenerit. colum. 6. in fin. num. 28. vers. contrarium tenet. de iurisd. omn. iudic.* Vnde neque per di-
15 ctam † clausulam, poterit quis conueniri in loco non tuto. *Alexand. in l. cum res. 49. colum. 1. ff. de leg. 1. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 13. num. 25.* [Maxime cum simus in muliere, in qua non est præsumendum verisimiliter, quod de alio loco, quam domicilij, & administratio-
16 nis cogitauerit; † tunc enim etiam quod simpliciter fuerit promissum vbique locorum, dicta dispositio restringitur. *Dec. in c. 1. col. 17. vers. secundo prædicta. de iudic. Gallesi. de obligat. camer. q. 3. par. 2. num. 3.*

Fuit per partes concorditer reddita ratio coram arbitris electis, & hinc inde factæ liberationes, in loco, vbi fuit tutela administrata.. Sed quoniam petebatur denuo rationes reddi, tanquam non bene calculatas & redditas, erit
17 particulariter † videndum, cum regulariter semel illis calculatis non sit vlterius calculandum. *l. semel. C. de apoch. lib. 10. Ioan. Mena. & alij in c. vnic. de cler. ægrot. in 6.* Maxime quando vnà cum calculatione interuenit etiam abso-
18 lutio † & pactum de non contraueniendo. *Socin. consil. 92. num. 3. lib. 4.* de quo tamen multa

Dec.

Dec. consil. 94. *num.* 4. *Ruin. cons.* 16. *in fin. lib.* 5. post *Bart. in l.* 2. *in fin. C. de iur. fisc. lib.* 10. *Castr. cons.* 342. *aduertendum. in princ. lib.* 1. *Menoch. de arbit. iudic. cas.* 209. *in fin.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Vidua non trahitur ad iudicem extra domicilium & habet facultatem conueniendi alios Romæ, & coram summo Pontifice. n.* 2.

3 *Ratio administrationis in quo loco sit reddenda, & quando libri sint asportandi expensis actoris. n.* 4. *&* 5.

6 *Miserabiles personæ non possunt petere, vt ratio administrationis reddatur in alio loco, quam vbi fuit facta administratio. n.* 7.

8 *Arbitrarium iudici quando sit vt administrationis ratio reddatur alibi, quam vbi fuit administratum.*

9 *Incompetentia iudicis an possit opponi per eum qui se obligauit, vt conueniatur vbique locorum. num.* 10. *& quid si fuerit promissum vbiq; soluere. n.* 11. *& de cautela super hoc. num.* 12.

13 *Ratio semel reddita quando iterum sit reddenda. num.* 14.

¶ N. 8. *post verb.* cons. 149. n. 4. lib. 1.

Maxime quia eramus in vidua, & miserabili persona, quæ nolens non potest trahi ad
1 Iudicem, † extra domicilium, etiam per rescriptum cum clausula, non obstante aliqua lege. *Bald. in l. vnic. C. quand. imper. int. pupill. & vid. Mil. in verb. minor pupillus, & vidua. Mandos. form.* 4. *commissi. in verb. de sui natura. in fin.* Vbi etiam quod istæ personæ sunt
2 sub protectione Principis, & Ecclesiæ †, vnde Romæ, & coram Summo Pontifice alios conueniunt, & volentes erunt conueniendæ, & non alibi. *d. l. vnic.* ad cuius declarationem multa adduxi *discept. forens. c.* 182.

Et quod in loco administrationis ratio reddi
3 debeat, fuit sæpe decisum per † *Rot. coram Card. Blanchett. Firman. olei.* 29. *Nouembris* 1577. *& coram R. P. D. Penia Romana, seu Lugdunen. redditionis rationis.* 17. *Martij* 1589. Vbi etiam quod potest quis conueniri in loco domicilij ad rationes reddendas, dummodo libri, & cætera
4 actorum † instrumenta transportentur impensis, & periculo actoris petentis rationem reddi extra locum administrationis. *Castr. in l. prætor ait. §. sed hoc constitutum. de edend. Socin. cons.* 149. *n.* 4. *vers. prædicta tamen limita. lib.* 1. *Sim. de Pret. cons.* 154. *n.* 2. *lib.* 1. Intelligen-
5 do, † quatenus administrator non obtulisset rationem reddere in loco administrationis, & dominus fuisset in mora recipiendi hanc oblationem, & tunc administrator contraxisset incolatum alterius loci, vt declarat *Surd. de alim. tit.* 4. *q.* 47. *n.* 11. sequitur *Francisc. Munnoz. de ratiocin. administr. c.* 7. *nu.* 5. Vbi addit casum quando de reuidenda ratione ageretur. *Guter. de tutel. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 126.

Quod adeo verum est, vt neque miserabiles personæ, quæ alias habent priuilegium. *l. vnic.*
6 *C. quand. imp. int. pup. & vid.* † possint petere, vt ratiocinia suarum administrationum coram Principe, seu alio suo Iudice calculentur, cum de natura huius causæ sit, vt ratio reddatur, vbi fuit administratio facta, *l.* 1. *&* 2. *C. vbi, de ratioci. ag. oport.* & in terminis concludit *Franc. Munnoz. de ratiocin. administ. c.* 7. *num.* 56. *&*
7 57. † Quasi officium administratoris non debeat esse sibi damnosum, prout damnum non modicum afferret, si alibi quam vbi administrauit, teneretur rationem reddere propter expensas, quæ fierent in eundo, & similia incommoda, quæ possent in huiusmodi casibus contingere, quorum occasio est fugienda, cum etiam in loco administrationis melius possint inueniri instrumenta, & probationes ad causam pertinentes. *d. l.* 2. *C. vbi. de ratioc. ag. oport. l. hæres absens. §.* 1. *de iudic.*

¶ N. 11. in fin. *post verb.* cas. 468. n. 3.

Præterea *d. l. penult. §. fin. ff. de condit. & demonstrat.* procedit in rationibus præstandis à
8 liberto eius Patrono, quo † casu militat ratio reuerentiæ, cum talis libertus teneatur ad operas obsequiales domino: Ideo in arbitrio iudicis hoc relinquitur, qui secundum qualitatem personæ debet arbitrari, vbi ista administratio debeat cognosci; Prout etiam idem est in eo, qui Reipublicæ causa abest, qui non est compellendus ad locum administrationis accedere, ne vtilitas publica lædatur quæ semper est præferenda priuatæ; vnde hoc quoque Iudex arbitrabitur, & ex persona, & loco æstimabit, vt dicitur *in d. l. penult. §. fin.* & declarat *Franc. Munnoz. de ratiocin. administr. c.* 7. *num.* 2. *ad med. vers. consultus tamen.*

¶ N. 16. *ad med. post verb.* p. 2. n. 3.

Ideo etiam dicimus, quod reus potest oppo-
9 nere incompetentiam Iudicis, † quamuis se obligauerit, vt possit conueniri vbique locorum, & coram quocunque Iudice. *Ias. in l. si quis in conscribendo. n.* 12. *C. de pact.* cum distinctionibus, de quibus per *Matth. Coler. de process. execut. p.* 2. *c.* 1. *n.* 103. *Facchin. lib.* 1. *controuers. c.* 61. *in fin. Couar. in c. quamuis. p.* 1. *§.* 4. *n.* 7. *de pact. in* 6. *Seraph. priuil. iuram.* 74. *n.* 163. *Cost. in l. si conuenerit. de iurisd. omn. iud. Anchar. consil.* 138. Et est ratio, quia non obligat pactum,
10 quando † quis se subiecisset iurisdictioni alicuius, in quo nulla ratione forum sortiretur. *d. l. si conuenerit.* cum aliud sit, si ob aliquam causam posset ibi forum sortiri; tunc enim efficaciter conueniretur, & facilius esset concedenda prorogatio. *Castr. in l. quamuis. §. fin. de fideicomm. Peregr. eod. tit. art.* 53. *n.* 4.

Quidquid aliter seruetur, quando fuit pro-
1 missum vbique soluere; † tune enim in quocunque loco reperiatur, poterit promittens conueniri, neque erit tutus exceptione incompetentiæ Iudicis. *Alex. Iaf. & alij in l. penult. ff. de pact. Doct. in l. non vtique. §. si quis ita. de eo quod cert. loc. Gallesf. de oblig. camer. p. 2. q. 3. n. 1. Rot. Genuens. per Chartar. decis. 6. n. 5.* late *Roder. Soarez in l. post rem iudicatam. ad fin. vers. circa iudicem videndum breuiter restat. n. 18. vsque ad num. 22. de re iudic. fol. 582.*

Quare datur cautela, vt in huiusmodi pacto, quod vbique debitor conueniri possit, appona-
2 atur pœna; † Nam licet debitor conuentus in loco non suo possit declinare iurisdictionem Iudicis incompetentis, non obstante dicto pacto. *l. si conuenerit. de iurisdict. omn. iud. cum alijs supra allegatis*; Tamen pœna erit debita, quia ad effectum consequendi interesse, & pœnas conuentionales poterit conueniri, si contra dictum pactum declinauerit iurisdictionem Iudicis non sui. *Abb. in c. 1.* vbi *Dec.* de communi. *de iudic. Laurent. Tennin. cautel. 93. n. 8.*

¶ N. 18. *post verb.* cas. 209. in fin.

Quando præsertim rationes redditæ fuerunt
13 per modum sindicationis, Nisi † Iudex in sententia confirmatoria rationum redditarum reseruasset vim, dolum, aut errorem in illis interuenientem quandocunque reformare, atque corrigere; tunc enim non obstabit res iudicata, & dabitur reuisio rationum, quamuis à minore præstita fuerit quietatio, cum decreto, & solemnitatibus; & licet fuerit erratum, non solum in calculo, respectu numerorum, sed etiam si error fuerit in iure, vt quia fuit oneratus minor in partitis, in quibus non debebat grauari, prout late declarat, multas distinctiones adducens *Francisc. Munnoz. de ratiocin. administr. c. 41.*
14 *nu. 3. cum seq.* † Dummodo tamen probaretur error per claras, & perspicuas probationes, Itaut causæ cognitio præcedere debeat, & appareat de dolo vero, non præsumpto. *Socin. consil. 92 lib. 4. Rolan. consil. 49. lib. 1. cum alijs per Mascar. conclus. 1253. n. 24. & 27. Aym. consil. 198. num. 3. Menoch. de arbitr. casu 209. num. 37. cum seq.* & quādo iterum sit ratio reddenda, multa adducit *Flor. pract. quæst. lib. 1. q. 15. per tot.*

EPITOME.

Legitima quando sit capienda in bonis, in quibus facta sunt legata, & fideicommissa particularia, & an filius possit illam ad sui arbitrium eligere.

SVMMARIVM.

1 *Legitima habetur pro ære alieno quo ad legatarios, & fideicommissarios particulares.*
2 *Onus hæreditarium petitur ab hærede, si hæreditas est soluenda, vel fideicommissario vniuersali. & num. 3.*
4 *Pater potest diuidere bona sua, dummodo in alijs det legitimam filio, & num. 5. Intellige vt num. 6.*
7 *Probatio quod non adsint alia bona, incūbit filio.*
8 *Legitima est quota bonorum. Intellige vt nu. 9. & 10.*
11 *Trebellianica minuit pro rata legata particularia, & fideicommissum vniuersale, secus in legitima. num. 12.*
13 *Patronus deducit legitimam de legatis, tam puris, quam conditionalibus. Intellige vt num. 14. & 15.*
16 *Supplementum legitimæ petitur à legatarijs, & ab hærede pro rata. Intellige vt n. 17.*
18 *Filius eligit legitimam ad sui arbitrium. Contrarium est verius. num. 19. & 20.*

Decisio CLXXXI.

QVo ad legitimam quam debent detrahere filij q. Flaminij de Asculo, conclusum fuit non esse capiendam in bonis, in quibus facta sunt legata, vel fideicommissa particularia, maxime quia bona alijs relicta sunt de melioribus rebus hæreditatis, & sic legatarij non debent contribuere, cum eorum legata sint integre præstanda, non autem minuenda. Ratio est, quia quo ad legatarios, & fideicommissarios particulares legitima habetur
1 loco æris alieni, & vti æs alienum † deducitur. *l. papinianus. §. quarta. & §. conditioni. ff. de inoffic. testa.* Vnde tanquam onus hæreditarium
2 petitur ab hærede, quando † hæreditas est soluendo. *§. cæterum. auth. vt cum de appell. cognos. Salic. in l. omnimodo. q. 3. C. de inoff. testam.* vel à
3 fideicommissario † vniuersali, qui est loco hæredis. *l. qui quadraginta. & l. postulante. §. 1. ff. ad senat. consult. trebel.* Pater enim potest in testamento diuidere bona sua, assignando vni
4 rem integram, † alteri aliam, & sic de singulis; dummodo filijs relinquatur legitima in reliquis bonis. *l. parentibus. C. de inoff. testam. l. quoties. & l. filij. C. famil. ercisc. l. si filia. §. pater. ff. eod. Bald. in rubr. de rer. diuis.* vbi quod filij non possunt conquæri si pater legauit aliquā
5 domum, cum in ea non detur electio † ipsi filio pro eius legitima. *Alex. cons. 12. perspectis. n. 2. lib. 5. Corn. consil. 106. lib. 2. & consil. 180. in fin. lib. 4. Aym. consil. 19. num. 14.* Quod sine dubio
6 procedit, quando hæreditas † est soluendo, alias fiet detractio de legatis pro rata. *Natt. ad consil. Alex. 12. lib. 5.* post *Doct. in l. in quartam. ff. ad l. falcid. Grammat. decis. 93. n. 5. Aym. consil. 109. n. 6.* Et ista probatio quod non adsint bona, in-
7 cumbit filio tanquam fundamentum † suæ intentionis, vt in specie dicit *Natt. consil. 199. n. 8.*
8 Non obstat, quod legitima † sit quota omnium bonorum, & sic videatur quælibet corpora minuere; nam verum est respectu qualitatis, & mēsuræ; sed quo ad executionem non detrahitur
9 de omnibus corporibus; ex quo † enim commode potest deduci de residuo, nō est æquum, quod corpora legatā minuantur. *Alex. in l. non amplius. §. fin. ff. de leg. 1. Iaf. in l. filium quem-*
ba-

habentem. num. 17. *C. fam. ercisc. Socin. consil.* 75. *num.* 11. *lib.* 1. *Couarr. in cap. Raynaldus. num.* 5. *§.* 11. *de testam.* Et ita seruari dicit *Peregr. de fideic. artic.* 4. *num.* 34. *in fin.* vbi *nu.* 36. subdit, quod si ageretur de deductione legitimę relictæ filio, alio hærede institnto, & per fidei-
10 commissum grauato, † relictis legatis particularibus, hoc casu prius detraheretur legitima, vt æs alienum, & consequenter de toto ipso asse, deducto tamen prius ære alieno, & funeris impensa; deinde hæres institutus detraheret de residuo quartam trebellianicam ad onus legatariorum, & fideicommissi vniuersalis.

Non obstat, quod trebellianica minuat pro
11 rata legata particularia, † & fideicommissum vniuersale, ergo idem in legitima, cum non sit dispar ratio, vt dicit *Paul. & Socin. in l. Marcellus. §. idem pomponius. ff. ad trebell.*

Quia respondetur contrarium esse verius in legitima; & ratio differentiæ est, quia legitima
12 deducitur, † vt æs alienum, quod non sequitur legatarios, sed hæredem. *Salic. in l. omnimodo. q.* 3. *C. de inoff. testam.* Trebellianica autem non detrahitur, vt æs alienum, sed legis beneficio, vt hæres innitetur ad hæreditatem adeundam. *§. sed quia. inst. de fideicomm. hered.* cuius aditio prodest, tam fideicommissarijs, quam legatarijs, quia sic confirmatur testamentum cum omnibus in eo dispositis; vnde non mirum si hæres detrahit trebellianicam pro rata quarta, ad grauamen legatariorum. *Peregr. de fideic. art.* 4. *num.* 37.

Non obstat *l.* 1. *§. interdum. ff. si cui plusquam per leg. falc.* vbi patronus deducit legiti-
13 mam† de legatis, tam puris, quam conditionalibus; vnde idem in legitima filij, ad notata in *l. cum patronus. de legat.* 2.

Quia respondetur, quod ibi patrono non poterat esse consultum, nisi contra legatarios, quia ipse solus fuit hæres institutus, & grauatus
14 legatis, † ideo necesse habet illam ex eis, deducere; sed vbi legatur ab illo, cui legitima debetur, & per vniuersale fideicommissum relinquitur, sibi datur retentio aduersus fideicommissarium tantum; ab illo enim solo potest eam cōsequi, cum ad eum transeat huiusmodi onus tanquam hæreditarium. *Rum. cons.* 57. *n.* 22. *lib.* 2.

Præterea ibi patronus non fuerat grauatus legatis, & fideicommisso vniuersali, sed legatis puris, & conditionalibus intra legitimam; tunc
15 enim verum est, quod† legitima minuit proportionabiliter omnia legata, prout falcidia. *l. in quantitate. §. sed si legata. ff. ad l. falcid.* vnde idem erit in filio onerato intra legitimam. *Peregr. de fideicom. art.* 4. *num.* 35.

Non obstat, quod supplementum legitimæ pe
16 tatur à legatarijs, & ab hærede† pro rata. *Alex. cons. penul. col.* 1. vbi de communi *lib.* 4. Quia contrarium est verius, quando in hæreditate po
17 test esse† consultum filio. *§. cæterum. auth. vt cum de appell. cognos. Rum. cons.* 57. *num.* 24. *in fin. libro* 2.

Non obstat filiū posse eligere ad sui arbitriū Decis. Marchiæ.

18 legitimam, cum in ea dicatur† creditor. *Paris. cons.* 43. *num.* 13. *lib.* 3. *Afflict. decis.* 162. *nu.* 3. Quia contrarium est verius, & magis commu-
19 nitet† receptum. *Rip. in l. in quartam. n.* 112. *ff. ad l. falcid. Bald. in l. filium quem habentem. n.* 4. *C. famil. ercisc. Aret. cons.* 155. *n.* 10. *Menoch. de arbitr. cas.* 163. *n.* 16. vbi *n.* 19. subdit tanto magis sine difficultate procedere, quando illæ
20 ores essent† alteri relictæ. *Rum. cons.* 67. *n.* 23. *colum. pen. lib.* 2. *Rolan. cons.* 12. *n.* 3. *lib.* 1. *Couar. in c. raynaldus. §.* 2. *n.* 5. *de testa.*

EPITOME.

Bona fideicommissaria an possint alienari sine decreto per tutores occasione dotium, & quæ requirantur. [Tutor alienans, an teneatur de euictione. [Obligatio accessoria an valeat, si principalis est nulla.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommisso subiecta alienantur pro constituenda, & restituenda dote.*
2 *Decretum iudicis debet interuenire in alienationibus rerum minoris, & Ecclesiæ, etiam pro dote, & num.* 3. *&* 4.
5 *Pretium ex rebus fideicommissarijs venditis, debet constare quod effertit in causam dotis.*
6 *Pretium alienationis rerum Ecclesiasticarum debet redigi in causam ob quam fit alienatio.*
7 *Tutor tenetur de euictione vbi venditio est inualida, & sine decreto, & n.* 8. *Intellige vt nu.* 9. 10. *&* 16.
11 *Administrator promittens pro se, & hæredibus obligatur proprio nomine.*
12 *Obligatio accessoria non subsistit si alienatio principalis est nulla. Intellige vt num.* 13.
14 *Contractus valet in odium curatoris alienantis contra prohibitionem Iudicis.*
15 *Acta non sunt nulla in præiudicium falsi procuratoris.*

Decisio CLXXXII.

Quo advenditionē domus factam per Dominicum tutorem, conclusum fuit esse nullam ob defectum solemnitatum, de quibus in Cōst. Marchiæ; licet enim præsuppona-
1 tur fuisse factā ob causam dotis, pro qua† constituēda, siue restituēda possūt alienari bona fideicōmisso subiecta. *l. mulier. §. cū proponeretur. ad trebell. auth. res quæ. C. cōm. deleg. Bece. cons.* 54. Tamen requirebatur decretū iudicis, quod regu
2 lariter debet interuenire in alienationibus† rerū minoris, & ecclesiæ. *l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eor. auth. hoc ius porrectū. C. de sacr. eccl.*

Non obstat, quod bona fideicommissaria possint sine decreto alienari per tutores occasione dotium, ad exemplum patris administratoris
3 bonorum aduentitiorū filij, † qui ex causa poterit illa alienare. *l. si §. fin auth. C. de bonis quæ lib.* etiam sine decreto, quia lex non postulat huiusmodi solemnitatem. *Bald. & Ias. in l. præses. C. de transact. Dec. consil* 209. *col.* 2. *Pinell.*

in l. 1. p. 3. num. 46. C. de bon. matern.
Quia omisso quod etiam d. casu requiritur
4 decretum secundum † aliam opinionem, de qua
per *Peregr. de fideic. artic. 42. num. 94.* post *Roger. cons. 38. num. 32.* Respondetur satis esse,
quod in casu de quo agebamus, nō constabat pre
tium ex fideicommissarij rebus venditis cessisse
5 in causam dotis, † de quo tamen debebat appa-
rere, cum non sufficiat hoc asserere in instru-
mento, sed requiratur probatio in eam causam
satisfactum per pretij versionem. *l. si forte. de Cast. pecul. Bar. in l. si donatione. C. de collat. Dec. cons. 132. col. 2.* [Prout dicitur de Prælatis alie-
nantibus res ecclesiasticas ex aliquo causa; opor
6 tet enim docere pretium fuisse versum in† illam
causam, ad hoc vt valeat alienatio. *Cardin.* post
Innoc. in c. 1. de pos. Bar. in auth. hoc ius porrectū. C. de sacros. eccles. Doct. in l. ciuitas. ff. si cert. pet. & in l. prases. C. de transact. Soci. cons. 14. nu. 21. lib. 1. Et in specie de tutoribus, *Doctor. in l. magis puto. §. non passim. de reb. cor. Peregr. de fideicom. artic. 42. num. 79.*
Quibus stantibus etiam conclusum fuit dictū
7 tutorem teneri de euictione † nomine proprio;
licet enim tutor finito officio, de ea non tenea-
tur, cum sit officium necessariū publicum aucto-
ritate, & vtilitate priuatum. *l. si non subscripsisti.* vbi *Salic. C. de admi. tut. glos. in c. sicut. distin. 46. Doct. in l. fin. ff. si quis caut.* Et sufficiat ostende-
re se fuisse legitimum tutorem. *Bald. in l. 1. C. credi. euic. pign. non deber. Corn. cons. 72. in princ. lib. 4.* Tamen intelligitur, quando vendidit in ea
su permisso, & concesso, secus vbi est inualida
8 venditio, & facta sine Iudicis decreto, † quo casu
censetur esse in dolo, & tenetur de euictione, &
ad restitutionem, nisi quatenus doceat pretium
9 fuisse versum † in commodum, & vtilitatem pu-
pilli *l. prædiorum. C. de præd. min. l. 3. ff. quand. ex fact. tut. B oer. decis. 80. n. 3. & 6.*
Adde, quia in casu nostro, tutor obligauit bo-
10 na propria; † tunc enim quamuis gerat actum
nomine alieno, tenetur etiam proprio nomine,
quasi excedat limites sui officij, cum pro alio
quis non teneatur obligare sua bona. *Bald. cons. 233. nobili. col. 1. ad fin. lib. 5. Socin. cons. 100. col. 2. ad med. lib. 3. Aym. de indemn. mulier. nu. 49.*
vbi idem dicit esse, quando administrator pro-
11 mittit pro se & hæredibus, † tunc enim etiam
obligatur proprio nomine, quia excedit fines of
ficij. *Bart. in l. post mortem. §. tutor. post princ. ff. quand. ex fact. tut. Bald. in l. ei qui seruo. col. 2. C. quod cum eo.*
Non obstat, quod cum alienatio principalis
12 sit nulla, neque debeat consistere† in accessorio.
l. non dubium. C. de legib. l. cum principalis. de regul. iur. Bald. cons. 275. præmisso statuto. col. 1. post med. lib. 5. prout in specie ita concludit *Cōstan. Harmenopol. in epitom. iur. ciuil. lib. 1. tit. 12. post princip. vers. fideiussor.*
Quia respondetur, quod quando contractus
prohibetur simpliciter, tunc etiam obligatio ac-
13 cessoria non subsistit, secus vbi respectiue; † quo
casu, quia obligatio est prohibita solum respe-
ctu minoris, & eius fauore, non respectu tuto-
ris, vel curatoris, valebit accessorium, & pi-
gnora & fideiussores tenebunt. *l. & si is. §. pignora. C. de præd. min. Alciat. de præsumpt. regul. 2. q. 5. num. 2. in fin.* late *Aym. de indemnit. mulier. num. 19. cum* alijs per *Simone. de decret. min. lib. 2. tit. 5. num. 29.* vbi de com
muni, post *Bart. in l. si ita stipulatus. oppos. 12. ff. de verb. obligat. Alexand. cons. 4. circa primum. colum. penult. lib. 1. Paris. cons. 16. num. 112. lib. 2.* Aequum enim est, vt valeat con-
14 tractus † principalis, & accessorius in odium
ipsius curatoris alienantis contra prohibitio-
nem iuris. *Bald. in l. & si is. C. de præd. min.*
[Sicuti dicimus de falso procuratore succeden-
15 te domino, in cuius præiudicium acta non† sunt
nulla, sed solum respectu domini. *Io. Andr. ad Specul. de sent. prolat. vers. quid si procurator. §. quoniam. Aym. de indemnit. mulier. num. 13. & num. 28.* Maxime, quia vt dictum est, tutor
16 obligauit bona propria; † quo casu etiam quod
obligatio minoris sit nulla, ob solemnitates non
seruatas, tamen non erit illa quæ est facta per tu
torem. *Alex. cons. 66. in fin. lib. 4. Neguſ. de pignor. 1. memb. p. 3. Menoch. de arbitr. iud. casu 171. in fin.* vbi dat cautelam, vt emens à pu-
pillo vel minore curet obligari per tutorem rem
propriam pro euictione.

E P I T O M E.

Factum maioris partis, quando, & in quibus casibus dicatur fieri ab omnibus. [Et quid in appellationibus, an valeat eorum delatio, licet per maiorem partem non fuerit admissa propter reuerentiam Sedis Apostolicæ.

S V M M A R I V M.

1 *Factum maioris partis dicitur ab omnibus fieri. Intellige vt num. 2. 3. & 4.*
5 *Statutum requirens consensum omnium in aliquo casu valet, secus si esset generale.*
6 *Dictio, semper, includit omne tempus, & omnem casum.*
7 *Dictio, omnium, intelligitur pro maiori parte. & num. 8. 9. & 10.*
11 *Consensus omnium si requiratur sufficit maior pars.*
12 *Concorditer dicitur fieri, quod fit vno discrepante. Contrarium n. 13.*
14 *Appellatio licet per maiorem partem non sit admissa, valebit delatio, ob reuerentiam Sedis Apostolicæ. Intellige vt n. 16. & 17.*
15 *Magis dignum trahit ad se minus dignum. Intellige vt num. 18.*
19 *Maior pars non sufficit ad statuendum contra id, quod fuit diu obtentum, & contra constitutionem antiquam. Intellige vt numero 25. & 26.*
20 *Maior pars non sufficit in voluntarijs, sed omnes debent consentire. Intellige vt numrro 21. & 22.*
23 *Maior pars præiudicat minori in actu necessario, & vtili.*

24 *Mem-*

24 *Membris non licet recedere à capite.*
27 *Actus voluntarius non consideratur quando est vtilis, ita vt sufficiat maior pars.*
28 *Vtile vtilitate rei dicitur necessarium ratione officij.*
29 *Factum maioris partis valet, in quibus est consuetum prouideri per Collegium.*

Decisio CLXXXIII.

APpellationes an sint admittendæ nec ne, dictum fuit cognoscendum esse per omnes Auditores, à quorum determinatione non datur amplius appellatio, prout disponitur in *constit. Rotals.* §. 32. *&* 33. In hoc autem seruatum fuit obtinere debere illud, quod maior pars iudicauerit, prout seruatur in sententijs proferendis, ac alijs concernentibus causas, tam ordinarias, quam delegatas, vt in eadem *const. c.* §. 18. quod etiam est de iure com-
1 muni; Nam dicitur † factum ab omnibus quod fit à maiori parte. *l. quod maior. ff. ad munic. l. plane. ff. quod cuius. vniu. nom. Afflict. decis.* 1. *num.* 4. Quod intelligitur in rebus Collegij,
2 Vniuersitatis,† vel Communitatis, & in his quæ pertinent ad plures, vt vniuersos. *cap.* 1. *de his quæ fiunt à maior. par. capit. Doct. in cap. cum omnes. de constit. Duen. reg.* 296. *incip. factum*
3 *à maior.* cum secus sit † in his, quæ sunt communia pluribus, vt singulis, in quibus requiritur consensus omnium. *l. per fundum. de seru. rusti. præd. Cagn. in l. aliud.* §. *refertur. num.* 12. *de reg. iur.* cum declarationibus, de quibus *ibidem per Doct.* & late per *Due. reg.* 295. *Oin. in c. quod omnes. & in c. iure communi. de reg. iur. in* 6. *Capr. concl.* 9. *n.* 17.

Non obstat, quod ex forma dictæ *constit.* §. 32. non videatur sufficere maior pars, cum requirat, quod omnes cognoscant, & terminent, an appellatio sit admittenda: tunc enim statutũ debet verificari in casu vero, non ficto; ita vt om-
4 nes debeant consentire, & sic † vt illa dictio, vniuersales expressa aliquid operetur, non valebit factum à maiori parte. *Felin. in d. cap. cum omnes. num.* 8. *colum.* 11. *vers. duodecimo fallit. de constit.* vbi *Ferrett. num.* 35. *&* 45. concordat opiniones, quod valeat statutum requirens
5 consensum omnium in† aliquo casu particulari, licet secus si esset generale in omnibus causis.

Quia respondetur per aliam *constit.* §. 18. *in fin.* disponi, illud semper obtinere, quod à ma-
6 iori parte fiet; quæ dictio†, semper, includit omne tempus, & omnem casum, & sic etiam istum admissionis appellationis. *l.* 1. *in princip. vbi glos. in verb. semper. ff. solut. matrim. Ferrett.* in specie *in cap. cum omnes. num.* 37. *in fin. de constit.* Immo etiam illa dictio, omnium, intelli-
7 gitur † secundum subiectam materiam, idest maioris partis, ne detur occasio difficilius, & raro expediendi negotia, prout fieret cum semper homines dissentiant. *l. quia poterat. ff. ad trebell. Cagnol. in l. aliud.* §. *refertur. num.* 2. *ff. de regul. iur.* [Ex quo concludit *Angel. in addit.* Decis. Marchiæ, *ad Bart. in l. exactor. C. de suscept. præpos. & arcar. lib.* 10. *per glos. ibi in verb. cetu.* quod si sunt electi fideicommissarij in testamento, & sine apposita illa verba, vt factum per omnes obti-
8 neat † firmitatem, eodem modo valebit, si fieret per maiorem partem, sicut per omnes: Idẽ
9 in compromisso, in quo † obseruabitur, quod fiet per maiorem partem, prout sequendo *Ang.*
10 dicit † *Corsett. sing.* 384. *incip. quod fiet à maiori. in fin. Firman. in verb. vniuersitas. vers. quod etiam. de vniuersitate. in fi.* [& facit quod notat *Alexand. in addit. ad Bartol.* post *glos. ibi in l. quicunque. C. de omn. agro deserto. in fine.*
11 *lib.* 11. vbi licet requireretur † consensus omnium, tamen sufficit maior pars. *Bart. in l. rescriptum.* vbi *Bald. Ang. Fulgos. & Alexand. ff. de pact.* [Sicut cõcorditer dicitur fieri, quod
12 fit à maiori parte, habita scilicet † ratione ad collegium, seu vniuersitatem, secus si ad singulares haberetur relatio. *Cagnol. in l. aliud.* §. *refertur. num.* 3. *in fin. ff. de reg. iur.* [licet *Anton. Burg. in d. cap. cum omnes. num.* 196. dicat verius esse, quod non possit dici concorditer fa-
13 ctum, quod fit † vno discrepante. *Alexan. cons.* 124. *in causa, & lite. num.* 2. *p.* 2. de quo tamen multa per *Doct. in cap. non potest. de re iudicat. Aret. in l. pro herede.* § *si sepulchri. in fin. de re iud. Ioan. Andr. in l. in toto. ad fin. de regul. iur. in* 6. *Doctor. in cap. cupientes.* §. *ad hæc. de elect. in* 6. *Ias. in l. de fideicommisso. num.* 5. *C. de transact.*

Non obstat, quod in appellationibus recipiendis non sufficiat maior pars: si enim contingat
14 appellationem admitti per minorem partem Auditorum, valebit potius eorum delatio, licet per maiorem partem non fuerit admissa, tum propter reuerentiam sedis Apostolicæ. *cap.*
15 *si duobus. de appellat.* tum quia† magis dignum trahit ad se minus, prout in specie est *decis. Rot.* 55. *alias* 569. *de appell. in antiq. & decis.* 20. *alias* 222. *eodem tit. Roman. in l.* 2. *in princip. versic. quid si concurrat. ff. de verb. obligat. Andr. ab exca. in cap. cum omnes. n.* 169. *vers. sexto fallit. de constit.*

Quia respondetur per aliam *constit. Rot.* §. 18. disponi quod semper obtineat firmitatem factum per maiorem partem; vnde etiam dicetur comprehensus huiusmodi casus admittendæ appellationis, vt supra dictum est ex *glos. in l.* 1. *in princip. ff. solut. matrim.* [Vltra quod d. *decis. Rot.* 55. non transit sine difficultate, cum
16 immo † contra eam dicat esse communem opinionem, *Dec. in d. c. cum omnes. num.* 14. *vers. sexto limitatur. colum.* 5. *in fin. de constit.* prout etiam ibi testatur *Io. Bapt. Ferret. num.* 42. *versic. fallit quinto. & Ant. Burg. num.* 247. *vers. limitatur & sexto.* post *Felin. ibidem. colum.* 10. *vers. sexto fallit. Card. in clem.* 1. *nu.* 23. *quæst.* 26. *de appell.* Ratio est, quia quando sumus in dubio, procedit illud quod dicebatur de reuerẽ-
17 tia Sedis Apostolicæ, † secus in claris. *cap. causam. matrimonij, & cap. prudentiam. de offic. deleg. & cap. fin. de re iudic.* & data paritate

iudicum, posset haberi ratio prærogatiuæ Papæ
18 & dignitatis, vt magis dignum trahat † minus
dignum. *Abb. in cap. si duobus. de appellat.* Vnde
cum sint Iudices impares, attendetur maior
pars; quia licet plures iudices considerentur vt
singuli; fauore tamen litium dirimendarum,
valet factum ab illorum maiori parte. *l. si duo.
de re iudic. Ferrett. in cap. cum omnes. num. 42.
in fin. de constit.* [Ob eandem rationem *l. quod
maior. ff. ad municip.* pro maiori parte Audi-
torum fuit conclusum mutandos esse dies rota-
les, in quibus reddebatur ius per eosdem Audi-
tores de mense Octobris, & loco eorum ponen-
dos esse alios dies rotales de mense Septembris;
quod quidem de iure videbatur, non ita simpli-
citer admittendum; cum enim semper fuerit ob-
seruatum contrarium, & per constitutiones, &
obseruantiam antiquam illud receptum, maior
19 pars, vel duæ non † sufficiunt ad statuendum
aliquid contra id, quod fuit diu obtentum, &
contra constitutionem antiquam. *Capr. conclus.
9. num. 23.* post *Innoc. in cap. cum omnes. nu.
2. versic. & contra consuetudinem. de constitut.
Add. ad Bart. in l. quod maior. ff. ad munic. in
verb. quod maior. versic. item hanc legem limita.
Felin. in d. cap. cum omnes. colum. 10. in princ.
vers. fallit secundo. Innoc. in cap. accedentibus.*
quod legit cum *c. olim Papa. 13. in fin. versic.
immo plus dicimus. de priuil.* cum alijs per *And.
ab Exea in d. cap. cum omnes. num. 163. versic.
secundo fallit.* [Maxime quia eramus in vo-
20 luntarijs, in quibus non sufficit maior pars, sed
omnes debent consentire. *Io. Andr. in cap. quod
omnes, vers. secundo dicit. de regul. iur. in 6.* &
est communis opinio, vt post *Dec. Felin. & alios
in d. cap. cum omnes.* testatur ibi *Ferrett. num.
37.* licet ipse teneat contrarium, & *Andr. ab
Exea. ibid. num. 158.* vbi etiam de communi.
*Corn. consf. 181. visis nonnullis. col. 2. ad fin. vers.
præterea. n. 2. lib. 2.*

Sed pro defensione prædictorum poterat dici,
quod etiam actus voluntarius tenet, nisi à mi-
21 nori parte † ostendatur de irrationabilitate.
*Felin. in d. cap. cum omnes. colum. 10. in prin-
cip. versic. sed concluderem.* vbi idem dicit de
22 actu † vtili, in quo non est dare irrationabilita-
tem; immo etiam videbatur adesse vtilitas, cum
de mense Octobris non possint ita commode li-
tigantes causis vacare propter vindemias: quo
23 casu † maior pars vniuersitatis præiudicat mi-
nori, quando actus est necessarius, aut vtilis.
Bald. consil. 85. lib. 4. Aym. consil. 27. num. 8.
cum vnus non debeat recusare, quæ alij de vni-
24 uersitate faciunt; membris † enim à capite re-
cedere non licet. *cap. cum non deceat. de præ-
script. cap. si diligenti. eodem tit. Aym. d. consil.
27. num. 7.*

Maxime, quia etiam contra consuetas con-
25 stitutiones, & communem † ordinationem po-
test maior pars venire, quia repræsentat vni-
uersos. *l. aliud. §. refertur. de re iudic. Bald. in
l. fin. in princip. C. de auct. præst. Andr. ab
Exea. in d. cap. cum omnes. num. 164. vers. &*
posito. vbi subdit, quod etiam si in primo actu
interuenisset consensus omnium, tamen maior
pars posset statuere contra illum primum actum
26 ex † aliqua iusta causa, & valeret quod fieret à
maiori parte, vt per *Abb. in cap. veniens. col. 5.
de præscrip. per text. in c. 1. de his quæ fiunt à ma-
ior. par. cap.*

Præterea, quo ad prædicta de maiori parte,
paria sunt, vt actus fiat ex necessitate, vel ex
27 vtilitate; neque enim consideratur, quod † sit
voluntarius, quando est vtilis. *Corn. consil. 181.
visis nonnullis. col. 13. post med. vers. nec etiam
obstat. num. 31. lib. 2. Andr. ab Exea. in d. cap.
cum omnes. num. 160. post Lap. alleg. 85. visis
omnibus. num. 2. & alleg. 131. infrascripta.
num. 1. in fin.* quod enim est vtile vtilitate rei,
28 dicitur necessarium ratione † officij, ob quam
necessitatem vtilitas est quærenda. *cap. genera-
lem. de elect. in 6. Bald. in d. cap. cum omnes. co-
lum. 4.* & ibi *Andr. ab Exea. num. 161.* Et ita
in prædictis fuit seruatum: [Licet in huiusmo-
di decretis, seu constitutionibus faciendis non
videatur, quod Auditores habeant facultatem
29 aliquid statuendi; & tunc dicitur valere, † quod
fit à maiori parte, quando sumus in his, in qui-
bus consuetum est prouideri per vniuersitatem,
seu collegium, secus vbi sunt inconsueta, &
tanto magis si non spectant ad eum. *Bald. in
l. 1. in princip. ff. de magist. conuenien. Lap. al-
leg. 85. visis omnibus. num. 3. Barbat. consil. 7.
p. 1. Andr. ab Exea. in cap. cum omnes. nu. 161.
de constitut.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Maior pars non potest disponere de rebus sin-
gulorum.*
2 *Maior pars non præualet quando minor pars
est sanior; quæ poterit appellare, si ostendat iu-
stam causam dissensus. num. 3.*
4 *Officialis habens plures iudices, non debet stare
maiori parti, sed eius qui melius scit iura.*
5 *Maior pars est consideranda pro modo debiti,
non respectu personarum.*

¶ N. 3. *post verb.* conclus. 9. n. 17.

Vnde maior pars Capituli non potest disponere
1 de rebus † singulorum. *Angel. consil. 271. cir-
ca princip. versic. secundo principaliter. Surd.
consil. 65. num. 17. lib. 1.* vbi etiam declarat,
quod res dicatur ad singulos spectare propter
vtilitatem, quam singuli percipiunt, puta ex pa-
scuis, aut similibus, quamuis dominium illorum
pertineat ad vniuersitatem. *l. in tantum. §. vni-
uersitatis. ff. de rer. diuis.*

¶ N. 29. *post verb.* cum omnes. n. 161. de const.

Adde quod non semper attēditur maior pars,
2 cum etiam aliquando præualet † senior. *Bart.*
in

in l. fin. n. 8. ff de appellat. recip. vbi ex hoc concludit, quod si in concedenda dilatione debitori, stetur sententiæ plurium, vel maioris partis creditorum, *l. maiorem. & l. si plures. ff. de pact.* Tamen eorum opinio non attenditur, quando minor pars ostendit sententiam illorum non esse
3 iustam, & rationabilem; † Itaut hoc casu minor pars possit interponere appellationem, qua pendente maior pars nihil poterit facere. *Castrens. in l. iurisgentium. §. adeo. vbi Ias. n. 2. vers. septimo limita. ff. de pact. Surd. cons. 65. num. 21.*
4 *lib. 1.* † Ideo etiam officialis habens plures Iudices non debet stare opinioni maioris partis, sed eius qui melius scit iura. *Iacob. Butrig. in l. maiorem. de pact. Affl. decis. 1. in princ.*

Amplius neque maior pars erit consideranda
5 respectu numeri personarum; sed pro modo debiti, & illius quantitatis; vnde si coaceruato toto credito plurium personarum, duo vel tres creditores habeant maiorem partem totius crediti, poterunt in aliorum præiudicium conuenire cum debitore, quamuis illi qui contradicunt, sint plures numero. *l. fin. C. qui bon. ced. poss. l. maiorem. ff. de pact. Affl. decis. 288.* Cum potior inter creditores, & hæredes sit ille, cui maior pecunia debetur, & maiorem partem habet rerum hæreditariarum. *l. 1. de priuil. credit. l. si plures. in princip. & ibi glos. in verb. personarum. ff. depos.* Prout in vsu pascuorum, & similibus, in quibus maior pars non intelligitur respectu personarum, sed respectu registri, & prædiorum. *Surd. cons. 65. num. 24. lib. 1.*

E P I T O M E.

Triticum, vinum, & acetum quid comprehendat. Et an legato, seu vendito vino veniant dolia. Farina quando comprehendatur appellatione frumenti.

S V M M A R I V M.

1 *Tritici appellatione venit hordeum, & quicquid in area teritur. Intellige vt n. 2.*
3 *Modus loquendi derogat iure.*
4 *Proclama puniens corrumpentum frumentum, non comprehendit corruptorem aliarũ frugũ.*
5 *Farina non venit in legato facto de frumento. Intellige vt n. 7. 8. 10. & 11.*
6 *Denominatio fit à forma præsenti.*
9 *Mens legis attenditur, vbi habet idem, vel plus quam verba.*
12 *Dolia non veniunt legato vino, vel vendito, & num. 14.*
13 *Cadi & Amphoræ veniunt legato, seu vendito vino: Intellige vt n. 15. 16. & 17.*
18 *Aquaticium an veniat vino legato, & n. 25.*
19 *Acinaticium quod dicatur, & n. 20.*
21 *Acinaticium venit appellatione vini.*
22 *Lora quæ dicatur.*
23 *Vino legato quæ veniant.*
24 *Acetum an veniat legato vino, & n. 26.*
27 *Sumptus pro asportatione vini legati ad quem spectent.*

Decisio CLXXXIV.

IN legato facto per Franciscum testatorem de Asculo, de frumento, & tritico, dictum fuit, non comprehendi hordeum per legatarium petitum: licet enim in genere secundum latiorem significationem triticum significet,
1 quicquid in area teritur, & propterea † continet etiam hordeum, & alia, de quibus per *Rebuff. in l. frugem. in fin. ff. de verb. signif.* vbi etiam addit de frumento, quod in genere prædicta comprehendit. *glos. in l. 1. §. de eo opere. in verb. frumenti. de aq. pluu. arcend. & in l. non debere. ff. ad munic. Ludouic. de pen. in l. 1. C. de vendit. in publ. horr. lib. 11.* Tamen in spe-
2 cie prout significat communis vsus † loquendi, distat ab alijs: vnde legato frumento, & tritico solum continebitur ipsum in specie, non autem 1 hordeum, nec alia, quæ arista continentur; & sic solum capietur de eo, quod sui nobilitate om-
3 nes alias fruges excedit, cum † modus loquendi deroget iuri. *Iacob. de Aren. in l. frugem. 77. vbi Alciat. num. 5. ff. de verb. signific. Bartol. in l. 1. §. de eo opere. ff. de aq. pluu. arcend. & in Rubr. de cano. frum. vrb. Rom. lib. 11. Abb. in cap. ex multiplici. in 2. notab. de decim. Menoch. præsumpt. 131. num. 4. lib. 5. Ias. in l. triticum. num. 5. colum. 2. ff. de verbor. obligation. Mant. sing. 676.* quod dicit notandum, maxime propter statuta, quæ debent intelligi secundum modum prædictum, post *Bart. in rubr. de nou. oper. nunciat.* Vnde proclama puniens corrumpentem frumentum, idest immiscentem non immiscenda, non comprehendit; si quis corru-
4 pisset † alias fruges; & quando liceat immiscere frumentum corruptum cum incorrupto, & quid de cæteris fructibus, *Bart. Io. Plat. & alij in l. 1. C. de cond. in publ. horr. lib. 10.*

Idem etiam dicimus de farina, quæ secundum communem vsum loquendi non comprehendi-
5 tur † in legato facto de frumento. *Alber. de statut. p. 2. q. 5. in princip. Bald. in l. 1. num. 6. col. 2. vers. modo quæro. C. de fruct. & lit. expen.* vbi dat aliam rationem, quia denominatio de-
6 bet fieri à forma † præsenti, non præterita & finita, nisi aliud fuerit conuentum, & sic debens frumentum non potest dari farinam. *l. quæsitum. §. illud fortasse. de leg. 3.*

Non obstat quod appellatione frumenti, etiã
7 veniat farina, quia materia donec † peruenerit ad finem proximum, retinet nomen suum, prout lana retinet lanæ nomen, etiam quod sit filata antequam sit contexta; vnde idem erit in frumento donec panis fuerit confectus. *Bart. in d. l. quæsitum. §. illud.* subdens quod statutum prohibens extrahi frumentum, comprehendat etiam extrahentem farinam.

Quia respondetur illud esse in statutis: quia in talibus non verborum sonus, sed effectus attenditur: licet enim à verbis edicti non sit rece-
8 dendum. *l. si serui. ff. de noxal.* tamen † quia eadem ratio prohibitionis, quæ est in frumen-

to,

to, ne annona carior efficiatur, & ne subditi fa-
me pereant, est in farina & pane, ideo idem
ius statuitur, tam in vno, quam in alio; attendi-
9 tur enim ad mentem † legis, sicut ad verba,
vbi mens legis habet idem, vel plus quam ver-
ba. *l. gradatim. §. sed si. lege. ff. de muner. & bonor. l. vt facta. in fin. ff. ad trebell.* Et ita in
10 specie casus nostri dicit pluries fuisse † decisum
Guido pap. q. 373. vtrum vetitum. Boer. decis. 177. & videtur. n. 5. vers. vnde probibitis. Menocb. præsump. 151. n. 7. lib. 5. & de arbit. cas. 585 n. 11. [alias fieret fraus legi de re ad rem, si esset
permissum extrahere farinam. *Bal. in l. non dubium. colum. 3. ad med. vers. iuxta quod oportet videre. num. 10. C. de legib. Anchar. in c. canonum statuta. num. 70. colum. 20. post med. de constitut. Firman. de Gabell. 2. memb. 8. part. princip. num. 16.* vbi ita concordat alios, qui di-
11 cunt contrarium, † vt loquantur in dispositio-
nibus legatorum, contractuum, & similium, in
quibus attenditur communis vsus loquendi, se-
cundum quem debemus intelligere legem. *Bar. in l. non dubium num. 11. C. de legib. Menocb. de præsump. lib. 5. præsump. 151. num. 8.*

Quo vero ad vinum legatum per eundem te-
12 statorem eidem † legatario, dictum fuit non
comprehendi regulariter dolia, maxime ea,
quæ præ magnitudine difficile mouentur. *l. 3. §. 1. vers. in dolijs. ff. de trit. vin. & olc. legat. Alciat. in l. vinaria. num. 206. ad fin. ff. de verb. signif. Menocb. præsumpt. 153. num. 24. lib. 5.*
Ratio est, quoniam ad perpetuum vsum in cella
13 defodiuntur & deprimuntur, nec sunt, vt † cadi,
& amphoræ, quæ habentur vt exportentur, &
ideo ista venient in vino legato. *d. l. 3 §. 1. Cuiac. lib. 2. obseruat. c. 36.*

Idem videmus in venditione vini in dolio exi
14 stentis; non enim præsumendum est † dolium
venditum. *Menocb. præsump. 77. num. 1. lib. 3. per text. in l. 1. §. vlt. ff. de peric. & commod. rei vend.* Ratio est, quia in istis dolijs consuetũ
est reponi alias res præter vinum. *l. dolia. 76. ff. de contrahen. empt. Pratei. in verb. dolia.* post
Plin. lib. 14. cap. 21. & propterea, cum etiam
ad alios vsus sint destinata, venditione non ac-
cedunt; secus in vasis, & cuppis paruis, quæ vsu,
15 & consuetudine contrahentium cum † vino ven-
dito transferuntur, ita vendita cum illo dice-
16 bantur; & sic in hoc erit obseruanda † consue-
tudo locorum, vt per *Boer. decis. 177. nu. 8 Menocb. præsumpt. 77. in fin. lib. 3.* post *Bart. in l. 3. §. si vinum. in fin. ff. de tritic. vin. & olc.*
17 *legat.* Prout etiam † stabitur vsui testatoris. *Iacob. de aren. in l. vinaria. 206. vbi Alciat. in fin. ff. de verb. signif.*

18 Verum in dicto legato de vino † non veniet
aquaticium. *Iul. Ferrett. de Gabell. in fin. num. 595. Firman. in verb. vinum.* & dictum aqua-
ticium alio nomine dicitur acinaticium, vel aci-
naceum, secundum *Forcatul. in penu. iur. cap. 8.*
19 vbi dicit † acinaticium esse loram, quæ fit dilu-
tis acinorum folliculis, & aqua maceratis, quæ
vinacia appellamus. *l. si quis vxori. §. si quis massam. ff. de furt.* [quod non probatur per *Menocb. præsump. 152. n. 18. lib. 5.* vbi post *Cuiac. cap. 39. obseruat. lib. 24. & Mercur. lib. 5. var. resolut. cap. 1.* concludit acinaticium esse vinũ,
20 quod longe post vindemiam † hyemali tempore
ex vuis diu suspensis, & rigosis conficitur; &
21 istud venit † appellatione vini. *l. si quis vinum. in princip. ff. de tritic. vin. & olc. legat.* quod
non veniret si acinaticium, vt dicebat *Forcatul. d. cap. 8.* esset lora, quæ fit dilutis acinorum
folliculis: dicitur enim lora, quod lota acina,
22 ac † pro vino datur operarijs hyeme; & quomo-
do fiat declarat *Varr. de re rustic. lib. 1. cap. 54. Columm. lib. 12. cap. 40. Plin. lib. 14. cap. 10.*
vbi, inquit, quod non possunt dici vina, quæ Græ-
ci deuterias appellant, Cato, & nos loram ma-
ceratis aqua vinaceis, sed tamen inter vina ope-
raria numerantur: & quæ veniant appellatione
vini, late *Menocb. d. præsumpt. 152. lib. 5.* post
Cuiac. obseruat. lib. 24. cap. 39. vbi, *in fine*
23 concludit, quod licet † legato vino non veniant
ea quæ vini nomine proprio non continentur,
tamen continebuntur, si testator vini numero
habuerit. *l. 1. ff. de tritic. vin. & olc. legat.* vbi
24 appellatione vini venit † etiam acetum, si habe-
tur numero vini, & hoc ex sumpta voluntatis
coniectura, & ipsius testatoris defuncti consue-
tudine. *l. si quis vinum. §. acetum. ff. de tritic. vin. & olc. legat. l. 2. in fin. ff. de option. leg.* Cum
regulariter appellatione vini non veniat acetũ.
Bart. in l. 1. C. de erog. mil. ann. lib. 12. Bald. in l. 2. in fin. C. de peric. & commen. rei vend. Ias. in l non dubium. col. antepenul. num. 46. C. de legib.
[Ex quibus potest colligi, quod quando sumus
25 inter operarios, etiam aquaticium † veniet ap-
pellatione vini, cum illud inter vina operaria
numeretur. *Plin. lib. 14. cap. 10.* Maxime si illud
loco vini habetur. *l. 1. ff. de trit. vin. & olc. leg. Cuiac. lib. 24. obseruat. cap. 39. in fin. Menocb. præsumpt. 152. num. 16. lib. 5.* vbi etiam sub-
dit in huiusmodi legatis inspiciendum esse tem-
pus testamenti, secundum quod si quis legaue-
rit vinum, intelligitur etiam legasse acetum, si
26 postea coacuerit, cum sufficiat † fuisse vinum
tempore conditi testamenti. *l. si quis vinum. §. si quis. ff. de tritic. vin. & olc. legat.*

An autem in huiusmodi legatis de frumento
27 & vino, sumptus pro illorum † asportatione
spectent ad hæredem vel legatarium, dic quod
hæres dabit in domo sua, & legatarius postea
portabit. *l. prouincialium. in fin. C. de erog. milit. ann. lib. 12. l. 1. §. penult. ff. de peric. & comm. rei vend. Bart. in l. 1. ad fin. C. de alim. & cibar. leg. & in l. si damnatus sit. ff. de tritic. vin. & olc. legat.* [Nisi esset consuetudo in
contrarium, vt per *Barbat. in addit. ad Bartol. in d. l. 1. de alim. leg. in verb. quia quando* post
glos. in l. item illa. in princip. in verb. non venit. ff. de constitu. pecun. [Vel nisi ex conditione
personarum aliud dictaret æquitas. *Bartol. in d. l. item illa. colum. 3. ad med. num. 13. versic. quod semper intellige.* [Vel nisi alias legatum
esse inutile. *Alexand. ad Bartol. in l. 1. in fin.*

in

in verb. potest. ff. de alim. & cib. leg. per tex. in l. sed & si susceperit. §. 1. cum seq. de iudic.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Communis vsus loquendi praualet proprietati sermonis.*
2 *Fisco quando liceat miscere in victualibus corrupta cum bonis, & quid in alijs. n.3.*
4 *Frumentum prauum cum bono non licet miscere neque Fisco, quando afferret detrimentum corporibus, & quomodo sit distribuēdum. n.5.*
6 *Statutum praeferens creditorem in re propria procedit in farina redacta ex frumento vendito.*

¶ N.3. *post verb.* ff. de verb. oblig.

Itaut in omni causa siue fauorabili, siue crimi-
1 nali, & odiosa † communis vsus loquendi praeferatur proprietati verborum. *Abb. in prob. Greg. n.* 8. & multis comprobat *Felician. solu. de censib. in. prob. n.* 30. *in fin.*

¶ N. 4. *post verb.* de cond. in pub. hor. lib. 10.

Vbi quod fisco licet miscere bona victualia cum
2 corruptis & vitiatis, † vt facilius inueniat emptorem. *Ang. in l. annonam. 6. ff. de extraordin. criminib. Corset. in sing. in verb. imminutio.* Quamuis alius venditor non debeat mala miscere bonis, & si hoc faciat punitur extra ordi-
3 nem, † *l. sacularij. de extraord. crimin. Boss. eod. tit. n.* 4. vbi de his, qui eum sale miscent paruos lapillos, & vina deteriora, & ponunt aquam in oleum, & vendunt frumentum corruptum, & de similibus speciebus & fraudibus, quae fiunt in huiusmodi venditionibus, *Io. de Plat. in d. l.* 1. *C. de cond. in publ. horr. lib* 10. *Franc. Marc. decis.* 540. *n.* 4. *p.* 1. *Io. Arnon. epist.* 1. *Caball. resolut. crimin. cas.* 80. *Menoch. de arbitr. cas.* 382.
4 Quāuis etiā neq; fisco liceat miscere corruptum granum cum bono, quando humanis corporibus nocumentum aliquod afferret. *Caball. ibid.* Cum etiam quando triticum fortuito casu corrumpitur, non culpa, aut negligentia administratorum, vel quando superabundat, debeat potius diuidi pro rata patrimonij inter incolas
5 etiam clericos, eo adiecto, † vt tantumdem ex nouo reddatur. *l. quod saepe. §. veneni. de cōtrab. empt. Bart. in l. vnic. C. vt nem. lic. in empt. spec. ter. se excus. Franc. Marc. Bobadill. Mexia.* & alij de quibus *Munnoz. de ratioc. administr. c.* 17. *in fin. n.* 36. Quae quando procedant dicam latius Deo dante in cap. particulari.

¶ N. 7. *post verb.* farinam.

Ideo etiam statutum praeferens creditorem in re propria, procedit in farina redacta ex frumen-
6 to vendito, † quasi idem sit corpus farinę, & frumenti, & eadem res, licet sit mutata substantia: Dicitur enim detectum, quod prius latitabat, potius quam aliquid nouum inesse productum. Quare perseuerat idem dominium, siue res sit perducibilis ad primum statum, & primam materiam, nec ne, vt in terminis concludit *Surd. decis.* 139. *per tot.*

EPITOME.

Maritus quando priuetur lucro dotis sibi delato per pactū siue statutum, occidendo vxorem, negando alimenta, & medicum non adhibendo. [Indignus successione alicuius an possit ex alio capite ei succedere, & ad quem pertineat huiusmodi oppositio.

SVMMARIVM.

1 *Maritus priuatur lucro dotis, occidendo vxorem, negando alimenta, vel medicum non adhibendo.*
2 *Probationes leuiores, & testes singulares sufficiunt ad excludendum maritum a lucro dotis, & num.* 3.
4 *Lucri amissio non est poena priuationis.*
5 *Lucrum dotis delatum marito, non est proprie lucrum, & n.*6.
7 *Lucrum dotis non defertur marito ex causa lucratiua, nec requirit insinuationem.*
8 *Vulneratus non adhibens medicum, praesumitur decessisse ex culpa sua, non ex vulnere.*
9 *Testes deponētes de affirmatiua, magis probant quam de negatiua.*
10 *Indignus si excludatur ab haereditate alicuius, non prohibetur ex alio capite adire.*
11 *Dos non dicitur amplius dos, mortua vxore.*
12 *Delictum in omittendo est leuius.*
13 *Indignus successione matris, est indignus successione filij.*
14 *Occisor non succedit occiso, neque eius haeredi. Intellige vt n.*15.
16 *Indignus successione patris est dignus successione filij. Intellige vt n.*17. *&* 18.
19 *Oppositio indignitatis successionis ad quem pertineat, & num.*20.

Decisio CLXXXV.

Maritus si occidat vxorem, siue non praestet alimenta, vel in aegritudine
1 nullum medicum adhibeat, † vel minus idoneum, aut medicinas non impendat, priuatur lucro dotis debito ex consuetudine, pacto, vel statuto. *l. si ab hostibus. §. si vir vxorem, vbi glos. in verb. lucrifacere. Bart. num.* 6. *Castr. num.* 5. *Angel. num.* 2. *Imol. num.* 4. *Ias.* & alij communiter. *ff. solut. matrim. Bert. decis.* 244. *num.* 12. *Campeg. de dot. p.* 5. *quaest.* 3 *Phanuc. de lucr. dot. glos.* 14. *num.* 6. *vers. quartus casus. Roland. eodem tit. quaest.* 61. *cum seq. Lupus in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §.* 70 *num.* 23. *vers. amplia. Ioan. de Amic.* qui de communi, *consil.* 9. *num.* 5. [Itaut etiam sufficiant leuiores probationes ad hunc effectum ex-

2 excludendi maritum à dicto lucro, etiam † per famam, & indicia, licet tales probationes non essent sufficientes ad eum criminaliter puniendum. *Bald. cons.* 254. *lib.* 2. *Phanuc. d. glos.* 14. *num.* 6. [Et testes etiam singulares admittun-
3 tur, cum tendant ad eundem finem † probandi malos tractatus viri erga vxorem, vt in specie concludit *Siluest. Aldobrand. consil.* 71. *per tot.* [Quæ magis procedunt, cum amissio huius lucri non sit pœna priuationis proprie loquendo,
4 neque enim dicitur in † damno, qui lucrum non consequitur. *l. damnum. de damn. infect. Castr. in l. reprehendenda. num.* 4. *in fin. C. de instit. & substit.* & ita intelligit *glos. in d. l. ab hostibus. §. si vir. in verb. lucrifacere*; nam non priuatur, sed non lucratur, & non lucrari non est puniri; neque est æquum, vt inde lucrum consequatur, vnde pœnam meruisset. *l. siue hæreditaria. in fin. vbi glos. in verb. consequi, & Castren. num.* 4. *ff. de negot. gest.* [Licet vere
5 hoc non sit proprie † lucrum, cum illud deferatur propter expensas graues, quas facit mari-
6 tus, & propter onera matrimonij, etiam † quod per statutum hoc non exprimatur, vt notat *glos.* cum qua omnes transeunt *in l. si donaturus. §. fin. in verb. dumtaxat. ff. de condit. caus. dat.* vbi *Roman.* respondet, quod iura appellantia lucrum loquuntur improprie. *Ruin. consil.* 11. *col.* 2. *in fin. num.* 5. *lib.* 5. post *Bald. in l. cum multa. colum.* 2. *ad med. vers. ibi inter. num.* 4. *C. de donat. ant. nupt. & est text. in l.* 1. *§. si vero. vbi glos. in verb. donauerit. C. de impon. lucrat. descript. lib.* 10. vbi ex hoc concludit *Ang.*
7 quod maritus non dicitur habere † hoc lucrum ex causa lucratiua, & ideo non erit necesse, quod illud insinuetur, nec quod soluatur gabella, quæ soluitur pro rebus peruenientibus ad aliquem ex causa lucratiua.

Ex istis videbatur concludendum contra maritum, vt priuetur lucro dotis, cum ex actis constet non fuisse per eum prouisum vxori de gubernio, alimentis, medelis, medico, & alijs necessarijs; quibus qualitatibus probatis dicitur etiam probata mors culpa viri sequuta. *Bald. in l. si ab hostibus. §. si vir. ff. solut. matrimon.* vbi ex hoc infert, quod si vulneratus non adhi-
8 buit medicum, præsumitur † decessisse ex culpa sua, non ex vulnere, quando qualitas vulneris iudicio medicorum poterit se habere ad vitam, & mortem.

Contrarium tamen fuit conclusum in casu de quo agebamus. Et omissis multis, quæ faciebant pro excusando marito à priuatione dicti lucri, satis fuit probatio per testes ad eius fauorem examinatos, quæ magis debet prævalere probationi contrariæ tanquam affirmatiua, quod fuerint per maritum præstita omnia necessaria, cum magis credatur testibus de affirmatiua de-
9 ponentibus, † quam de negatiua. *glos. in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbit. Bald. in l.* 1. *C. de testamen.* Immo plus creditur duobus affirmantibus, quam mille negantibus. *Bald. in l.* 1. *in princip. vers. vlterius nota ff. de vent. inspicien.* præsertim, quia testes mariti deponunt verisimilia, prout verisimilius est vxorem per maritum fuisse bene tractatam, cum sint duo in carne vna. *c. debitum. de bigam. cap. idonei.* 14. *q.* 3. *Bald. in l. si cum dotem. §. si maritus. ad fi. ff. solut. matrim. Io. de Amic. cons.* 9. *num.* 8.

Adde ad fauorem mariti, quod eramus in casu, in quo aderat filius, vnde ad ipsum debebant spectare dicta bona tanquam hæredem filij, licet ratione lucri non deberentur. *l. ex facto. §. Iulianus. ff. de vulg. & pupill.* vbi licet hæreditas auferatur alicui tanquam ab indigno; non ta-
10 men † ex alio capite prohibetur adire; & ita in specie concludit *Ioan. de Amic. consil.* 9. *num.* 11. *& cons.* 10. post *Bald. consil.* 328. *lib.* 2. quia *tex. in d. l. si ab hostibus. §. si vir.* procedit quando vxor decessisset sine liberis; Ratio est, quia
11 post mortem vxoris non sumus † amplius in lucro dotis, quia desijt esse dos, sed bona dicuntur filiæ, & hæredis. *l. sed & si plures. §. filio. ff. de vulg. & pupill. Bart. in l. Titio. in princ. ff. ad trebell. & in l. si quis seruum. §. fin. ff. de legat.* 2. Vnde etiam in casu in quo vir occidisset vxorem, & sic esset priuatus dicto lucro, tamen hæreditas occisæ debet ad eius hæredes peruenire, non autem ad fiscum, vt concludit *Ruin. consil.* 11. *per tot. lib.* 5. vbi testatur de communi per *tex. in d. §. si vir.* vbi *Imol. Castren.* & alij reprobata distinctione *Bartol. in l. fin. ff. quibus vt indign.* & sic hæreditas defertur ad patrem, qui ab intestato succedit filio. *l.* 2. *C. ad tertull.*
12 Maxime, † quia delictum in omittendo est leuius, quam in faciendo. *glos. in l. si mora. ff. solut. matrimon. Bald. in l.* 2. *C. de libert. & eor. liber.*

Prædictis tamen videbatur obstare, quia indignus successione matris, dicitur etiam indi-
13 gnus † successione filiæ. *l. Lucius. ff. de iur. Fisc.* vbi *Bart. num.* 2. notat, quod qui aliquem oc-
14 cidit, non potest ei succedere, neque eius † hæredi, per *l. cum ratio. §. fin. ff. de bon. damnat. Ias. in l. si is qui. num.* 4. *ff. de vulg. & pupill.*
15 vbi intelligit in bonis, quæ hæres habuit † ab illo occiso, secus si aliunde habuisset. *Alex. ad Bart. in l. hæreditas. col.* 1. *in verb. ego consului. C. de his, quib. vt indign.*

Non obstat, quod indignus successione patris
16 est tamen dignus successione filij, † cum sufficiat quod satis punitus sit in quo deliquit. *Bald. in l. ex facto. §. iulianus. ad med. vers. quarto nota. ff. de vulg. & pupill.* Quia intelligitur in
17 eo, in quo indignus † non peccauit, vt loquitur *text. in d. §. Iulianus.* & ita illam declarant *Doct.* vt per *Ioan. de Amic. consil.* 10. *num.* 4. qui licet conetur dare multas responsiones, tamen eius dicta non videntur tuta, maxime quan-
18 do sumus in bonis, † quæ hæres habuit ab illo occiso. *Ias. in d. l. si is qui. num.* 4. *ff. de vulg. & pupill.* cum sic per indirectum lucrum consequeretur, vnde pœnam deberet mereri; quod non est concedendum. *l. siue hæreditaria. in fi. ff. de neg. gest.*

Quis autem possit de huiusmodi indignitate oppo-

opponere, videndum erit, cum ad solum fiscum
19† hoc pertineat secundum *glos. in l. bis conse-*
quenter. §. 1. in verb. pertinere. ff. famil. ercisc.
quam dicit esse approbatam *Boer. decis. 25. in*
fin. Cagnol. in l. vlt. num. 123. C. de pact. post
Ias. & alios in l. ex facto. §. Iulianus. ff. de
vulg. & pupill. Socin. cons. 78. visis actis, & acti-
tatis. col. fin. num. 6. lib. 4. vbi dat rationem:
quia licet ipsa bona sint translata ipso iure in fi-
scum, tamen posset non acceptare huiusmodi
translationem; & sic cum effectu dicitur facta
priuatio, idest irreuocabiliter: sicut dicimus de
legatis, quorum dominium est translatum ipso
iure in legatarium à die mortis testatoris, ta-
men non cum effectu, nisi post sequutam acce-
ptationem. *l. si tibi domo §. cum seruus. ff. de leg.*
1. ideo ista exceptio indignitatis non poterit
opponi à consanguineis, cum huiusmodi quæstio
non possit esse, nisi inter fiscum & indignum,
20 Quod intellige † antequam fiscus hæreditatem
euincat, secus postquam ad eum est applicata;
tunc enim indignus agens, potest repelli à quoli-
bet possessore, cum apud eum non remanserit
nisi nudum nomen hæredis. *Bal. in l. 1. nu. 4. col.*
1. vers. & nota C. si quis aliq. testar. probib.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Matri interficienti maritum quando negetur successio filij.*
2 *Indignus quo ad aliqua in quibus casibus reputetur indignus quo ad alia.*
3 *Contemptus est indiuiduus si fiat in personam, secus circa rem.*
4 *Priuatus ob molestias datas vxori contra præceptum testatoris efficitur incapax successionis ex alio capite, nec potest deducere trebellianicam.*
5 *Hæreditas quæ aufertur ab indigno quibus applicetur.*
6 *Vir occidens vxorem, & alij indigni quando priuentur successione.*

¶ N. 18. *post verba*, in fin. ff. de neg. gest.

Et ista verior opinio, & tenenda, quam late
defendit *Caldes. de restit. integr. in verb. sua*
facilitate. nu. 22. versic. quinto infero. & vers. ego
animaduertendum. Ec est text. *in l. lucius. 9. de*
1 *iur. fisc.* † vbi matri interficienti maritum ne-
gatur successio filij, si fuit occisio illicita, nam
alias haberet locum. *tex. in l. qui tutij 7. ff. de his*
quib. vt indign. Et ita seruari in praxi dicit
Gomes. tom. 3. c. 3. n. 52. Quicquid contrarium
sequantur *Io. de Amic. cons. 10. n. 9. & Palat.*
in rub. de donat. int. iur. & vxor. §. 67. num.
18. cum contra eos sit verior opinio ex supra
allegatis, & sequitur *Hyppolit. Marsil. cons.*
93. num. 9. Ruin. cons. 11. nu. 2. lib. 5. Boer.
decis. 24. num. 4.
Quorum ratio est, nam indignus quo ad ali-
2 qua, licet non reputetur † indignus quo ad alia;
tamē intelligitur, quando non offenderetur per-
sona, sed res, & respectu vnius rei committitur
indignitas; secus quando est offensa persona,
tūc enim non solum efficitur indignus, sed odio-
sus, itaut ex illo odio sit incapax totius emolu-
3 menti quod posset prouenire ab ea † persona.
Cum enim delinquitur circa rem, pęna non egre
ditur rem, in qua fuit delictum; sed vbi circa
personam, tunc contempus est indiuiduus, quia
persona non potest in parte offendi. & ita con-
cludendum esse dicit *Surd. de alim. tit. 9. q. 25. n.*
68. vbi etiam ex hoc infert, quod priuatus hæ-
reditate ob molestias datas vxori vsufructuariæ
4 contra præceptum testatoris, † priuatur omni
emolumento, itaut sit incapax successionis ex
alio capite; Et quamuis per fideicommissum
censeatur grauatus restituere ijs, qui succedunt
cum semel fuerit hæres, & sic non possit desine-
re esse hæres; Tamen non potest deducere tre-
bellianicam. *Gabr. cons. 184. n. 6. lib. 1. post Bal.*
in l. vnic. n. 22. de fideicom. Capr. *consil. 163. n. 9.*
& ista est verior opinio, quicquid dissentiant
alij, vt testatur *Surd. de alim. tit. 9. q. 25. num. 86.*
5 *& 91.* † vbi etiam *nu. 20.* multa adducit quan-
do hæreditas, quæ aufertur ab indigno, applice-
tur fisco, vel cohæredi, vel venientibus ab inte-
stato. *Alexand. cons. 138. num. 25. lib. 1. Ias.*
in l. 1. num. 6. C. *de his quib. vt indign. Clar. in*
§. testamentum. quæst. 69. Caldes. de restitut. in
integr. in verb. sua facilitate. num. 11. vsque
6 *ad num. 25.* † Vbi de viro occidente vxorem
adulterantem, tam quo ad lucrum proueniens
ex lege, quam ex conuentione, & de alijs in-
dignis quando priuentur successionibus hære-
ditarijs, fideicommissarijs, & maioratibus, &
quid si per indirectum ad huiusmodi successio-
nes vocantur, & per mediatas personas, & in
alijs casibus, de quibus etiam late *Peregrin. de*
iur. fisc. lib. tit.

EPITOME.

Statuto requirente subscriptionem testium, an sit satisfa-
ctum per eorum interuentum, & adnotationem scri-
ptam à notario, licet ipsi se non subscripserint.

SVMMARIVM.

1 *Interuentus testium scriptus à notario subrogatur in locum subscriptionis testium requisita per statutum, & n. 2. & 11.*
3 *Solemnitas subscriptionis est leuis. & n. 6.*
4 *Consuetudo potest derogare solemnitati subscriptionis, si alia loco illius subrogetur, & numero 9.*
5 *Inuentarium valet absque solemnitate signi Crucis.*
7 *Forma est seruanda, itaut non possit addi, neque minui, & num. 12*
8 *Nullitas actus, quando dicatur ob non seruatam formam.*
10 *Minor solemnitas de consuetudine subrogatur loco maioris.*

13 *Lex*

13 *Lex non tollitur per non vsum. Intellige vt n. 14. & 15.*

16 *Non vsus habens actum contrarium dispositioni iuris quando tollat legem.*

17 *Adultery pœna potest esse minor, quam sit de iure, si de consuetudine sit solitum alia pœna puniri.*

18 *Consuetudo notoria non est probanda.*

Decisio CLXXXVI.

APocha de qua agebatur in causa inter
Dominicum Nanini, & Io. Mariam
Partisani, quamuis non habeat subscri-
ptiones testium, prout disponit statutum, fuit
declarata valida, cum satis fuerit illos interue-
nisse, & à tabellione scriptos fuisse. Ratio est,
quia ex inspectione aliarum apocharum appa-
ret istas subscriptiones non interuenisse; vnde
dicitur derogatum ex tali consuetudine statuto
requirenti præfatam subscriptionem, & illi erit
1 satisfactum per † interuentum testium subscri-
ptorum à notario, cum ista solemnitas videa-
tur subrogata in locum antiquæ subscriptionis.
ita in specie concludit *Bald. in l. 1. C. ad Vel-
leian. in fin.* vbi secundum dispositionem *l. an-
tiqua. §. ne autem. C. eod. tit.* omnes mulieres
intercedentes pro alio, ipso iure seruantur illæ-
sæ, nisi se obligauerint in instrumento publico,
& à tribus testibus subscripto; tamen si instru-
2 mentum intercessit, quod † non est trino teste
subsignatum, sed bene interfuerunt testes à ta-
bellione scripti, erit satisfactum dispositioni il-
lius legis, cum hodie non sit consuetudo, quod
testes se subscribant, sed scribantur à tabellione.
*Bald. in l. in donationibus. 31. vers. pone quod sit
donatio. & vers. & hodie etiam in instrumentis.
C. de donat.* post *Innoc. in cap. cum dilectus. 9.*
in finalibus verbis, *de fid. instrum.* idem voluit
*Salicet. in d. l. antiqua. §. ne autem. in fin. num.
6. C. ad Velleian.* & ibi *Castren. colum. fin. vers.
& sufficit quod notarius. num. 5.* & multum no-
tandum dicit *Roderic. Suarez ad ll. fori in
prooemio. col. 9. num. 14. vers. accedat ad hoc*: &
verissimam esse opinionem, & ita practicari cō-
cludit *Guter. de contract. iurat. c. 20. de renunc.
Velleian. num. 7. in fin. colum. 3. versic. sed est
aduertendum.*

3 Adde istam solemnitatem † subscriptionis es-
se leuem, quo casu consuetudo potest illi detra-
here, vt dicit in specie *Imol. in cap. 1. colum. 6.
vers. si autem esset res. de his quæ fiunt à prælat.
& in l. 1. ff. de ventr. inspicien.* vbi exemplificat
4 de Canonicis, qui † debent exprimere consen-
sum suum per subscriptionem, cui solemnitati
tanquam leui consuetudo potest derogare; pro-
ut dicimus de inuentario, quod valet, de con-
suetudine, si non habeat signum Crucis, cum sit
5 † solemnitas leuis. *Bar. in l. 2. §. si prius. de vul
gar. & pupillar.* [Licet prædicta non videantur
tuta secundum *Felin. in cap. cum causam. col. 4.
in fin. vers. fallit nono. num. 21. de iudic.* vbi
quamuis admittat huiusmodi subscriptionem
6 esse leuem solemnitatem, tamen dicit † cogi-
tandum, quando statutum annullaret actum sine
illa confectum, quasi tunc omnis solemnitas etiā
leuis debeat adhiberi. *Rom. cons. 402. in propo-
sita consultatione.*

Non obstat quod omissio huius solemnitatis
reddat actum nullum, ob non seruatam formam
7 à statuto requisitam, cui nihil addi, vel detra-
hi potest. *Bald. in l. fin. colum. 2. in princip. nu. 4.
versic. ex hoc elicitur. C. de suis & legitim. Ro-
land. cons. 82. num 6. lib. 1.* Maxime quando sta-
tutum redderet actum in contrarium factum,
nullum. *Abb. consil. 66. in fi. lib. 2. Aym. consil.
8 170. colum. fi. num. 11.* Licet etiam † nullitas
adesset, quamuis lex non dicat, quod factum in
contrarium sit nullum. *Felin. in cap. in nomine
Domini. de testib. in princ.*

Quia respondetur satisfactum esse statuto per
9 aliam solemnitatem cōsuetudine † introductam,
& subrogatam loco illius, quæ à statuto requi-
rebatur; Immo etiam minor solemnitas de con
10 suetudine potest subrogari † loco maioris. *§.
oportet. auth. de instrum. caut. & fid. Salic. in
l. antiqua. §. ne autem. C. ad Velleian.* vbi etiā
redditur actus nullus, si per mulierem fiat ex-
tra illam obseruantiam, & habetur pro non
11 scripto, † & tamen valet propter aliam obser-
uantiam loco illius per consuetudinem subro-
gatam; & sic sufficiat in effectu testes interuenis-
se, & à notario scriptos, licet non adsit eorum
12 subscriptio, cum etiam sufficiat † formam im-
pleri effectualiter, & æquiualenter. *Castr. cons.
53. statutum supra. in fin. lib. 1. Aym. cons. 177.
col. 2. num. 4.* Et eo ipso quod omittitur forma
in actibus hominum, videtur longo tempore
præscribi contra formam. *Bald. in l. non dubiū.
colum. 6. in fin. versic. modo quæritur an ex non
actibus. num. 21. ff. de legib.*

Non obstat, quod solemnitas à statuto requi-
13 sita non censeatur sublata, etiam † quod non
obseruetur, cum lex non tollatur per non vsum.
*Bart. in prooem. ff. §. & non antea. Alex. consil.
45. uisis attestationibus. n. 5. col. 1. ad med. uersic.
non probat etiam alia ratione, lib. 2. Cin. in l. ue-
tustissimam. C. de iur. domin. impetran.* Quia
prædicta procedunt, quando non vsus populi
14 non habet † implicitum vsum contrarium dispo
sitioni legis in substantia, nec in forma; tunc
enim non tollitur lex ex tali non vsu, vt quia
forte non accidit casus, aut si accidit, homines
non sunt vsi lege pro tali casu, non tamen fece-
runt contrarium. Sed quando talis desuetudo
15 habet factum † contrarium inducens consuetu-
dinem contra legem, tunc bene lex tollitur per
desuetudinem, quia non vsus habet vsum impli-
citum legi contrarium. *Abb. in c. fin. num. 23. co
lum. 12. post med. uersic. sed diceres quomodo. de
for. competen.* vbi loquitur de remissione delin-
quentis non facienda vigore consuetudinis, quæ
valet contra ius commune, si fuit petita remis-
16 sio, & denegata, quasi † iste non vsus habeat actū
contrarium dispositioni iuris. *Aretin. in §. igi-
tur. num. 4. colum. fin. uersic. contraria consue-
tudo.*

tudo. in proœm. Inſtit. vbi poſt *Cin. in l. fin. C. de iur. domin. impetran.* ponit multa exempla, vt de hæreditate diuidenda inter filios ſecundum diſpoſitionem *l. 1. ff. famil. erciſc.* poterit enim tolli dicta lex per non vſum contrarium, puta ſi populus deferat maiorem partem primogenito; Prout etiam de ædificijs non faciendis, niſi vſque ad præſcriptam altitudinem; licet de iure communi ſit permiſſum ædificare vſque ad cœlum. *l. 1. C. de ædific. priuat.* [Idem
17 dicimus de pœna † adulterij, quæ poteſt eſſe
minor, quam ſit de iure communi, ſi adulter alia fuerit pœna punitus, cum ſic deſuetudo habeat factum implicitum. *Fab. in §. ex non ſcripto. colum. fin. num. 25. verſ. ſed quæritur an conſuetudo. Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. Roderic. Soarez. ad ll. fori in proœm. num. 5.* vbi ponit multa alia exempla, & *num. 6.* infert, quod ſententia lata contra ſtatutum inuſitatum eſt nulla, ſi non fuiſſet ſublatum per contrariam conſuetudinem, cum ſemper obtineat vim ſicut lex, niſi ſit contraria conſuetudine ſublatum. *Aretin. in l. 1. in fin. princip. verſic. ex quo etiam ſequitur. ff. de appellat.* contra *Ancharan. in clem. 1. de reb. eccleſ. non alien.* Et ita eſt in caſu noſtro, quia per actum contrarium poteſt induci, vt notarius ſcribat nomina teſtium, licet per ſtatutum requireretur ſubſcriptio facta per eoſdemmet teſtes. *Salic. in l. antiqua. §. ne autem. in fin. C. ad velleian.* cum alijs ſupra allegatis.

Non obſtat, quod non ſit probata huiuſmodi
18 contraria conſuetudo, ſeu non vſus; quia † cum
ſit notoria ex inſpectione aliorum apocharum non eſt vlterior probatio neceſſaria, notorium enim releuat ab onere probandi. *Gloſ. in clem. appellante. in verbo iudex. de appellat. Felin. in c. cum ordinem. colum. 7. num. 11. de reſcript. Vant. in tit. quis poſſ. dicere de nullit. nume. 52.* & in ſpecie caſus noſtri de ſubreptione, ita concludit *Bald. in d. l. 1. in fin. numer. 5. verſic. ſed quæro. C. ad Velleian.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Lex non recepta non ligat, & tranſgreſſor non punitur, quamuis iurauit leges ſeruare. nu. 2. & 3.*
4 *Conditio tacita adeſt in lege ſi recipiatur.*
5 *Decretum irritans operatur, vt non ſit admittenda probatio, quod lex non fuerit recepta.*

¶ N. 2. in fin. *poſt verb.* eſt aduertendum.

Bertazzol. clauſ. 2. n. 12. verſ. fallit quarto.

¶ N. 17. *poſt verb.* cum alijs ſupra allegat.

Et faciunt quæ dicuntur de lege, & diſpoſitio-
1 ne Principis non acceptata, nec moribus vten-
tium comprobata, quæ non ligat ſubditos, ſi nõ
obſeruetur ſciente, & tolerante Principe. *Felin. in cap. 1. poſt gloſ. ibi in verb. frangere. in fin. de treug. & pac. Anchar. conſil. 218. num. 1.*
2 *Alexand. conſil. 132. num. 4. lib. 1.* † Neque dici-
tur tranſgreſſor non ſeruans legem vſu non receptam. Idem *Alex. conſ. 78.* qui de magis communi. *colum. 1. in fin. lib. 6. Dec. conſ. 62. colum.*
3 *fin. Socin. iun. conſil. 32. num. 44. li. 3.* † Immo ne-
que iuramentum de ſeruandis legibus, ſeu ſtatutis, editis, ſeu edendis extenditur ad non recepta moribus vtentium, vel per contrariam conſuetudinem abrogata. *Bald. in præluđ. feudor. colum. 5. Rip. reſp. 5. num. 3. p. 3. Roland.*
4 *conſ. 99. num. 6. lib. 2.* † Adeſt enim in lege ta-
cita conditio, ſi recipiatur. *cap. in iſtis. §. leges. diſt. 4.* Itaut lex non recepta, ſeu damnata iterum introduci non poſſit. *Doct. in cap. 1. de conſtit. in 6. Tiraq. de retr. lignag. in præfat. n. 18.* cum declarationibus, de quibus per *Bal. in l. dudum. de contrahen. empt.*

Quod magis eſt in caſu noſtro; nam in confirmatione ſtatuti, de quo agimus, adeſt decretum
5 irritans, tunc enim † non admitteretur proba-
tio, quod illud non eſſet receptum. *Gemin. in c. cum de beneficio. col. 3.* & ibi *Franc. n. 4. de præb. in 6. Caputaq. deci. 204. p. 3.* Quia cum conſtet de intentione Principis, inferiores non poſſunt illam elidere non vtendo; vel ex contrarijs actibus ſine expreſſo eius conſenſu, & ſic non vſus ipſorum eſt improbabilis non probata notitia Principis, ad quam inducendam requireretur ſpatium quadraginta annorum, vel minus, iuxta tradita per *Felin. in cap. 1. declar. 4. 5. & 6. de treug. & pac.*

EPITOME.

Conditio ſi viduabit, an dicatur perpetua, & admittat implementum pro parte, & debeant reſtitui fructus ex legato percepti. [Conditio inducens viduitatem quando reijciatur.

SVMMARIVM.

1 *Conditioni non parens declaratur indigna legato.*
2 *Implementum pro parte non admittitur in conditioni perpetua.*
3 *Dictio, per, auget, & facit conditionem exigentem perſeuerantiam.*
4 *Vſurarius non ſeruans cautionem habetur, ac ſi non cauiſſet.*
5 *Conditioni non parens quando fructus reſtituat, & n. 6. & 7.*
8 *Conditioni reſpicienti honorem teſtatoris, non obediens priuatur fructibus perceptis.*
9 *Conditio ferendi arma, & nomen teſtatoris eſt perpetua.*
10 *Conditio inducens viduitatem reijcitur. Limita vt num. 11. & 12.*
13 *Legatum ſi fiat ad piam cauſam in defectum conditionis viduitatis, conditio non reijcitur etiam in virgine, & n. 15.*
14 *Religionis fauor præfertur fauori nuptiarum.*

16 *Conditioni quandiu vixerit in viduitate non pa
rent, an restituat legatum cum fructibus.

Decisio CLXXXVII.

PRædium relictum per Fortunatum de Comitatu Exij eius vxori dictum est esse restituendum, vna cum fructibus perceptis, cum non fuerit paritum conditioni, si viduabit,
1 ex quo retro declaratur † indigna. *l. 1. C. de his quib. vt indig. Bald. in auth. cui relictum. num. 10. col. 2. ad fin. vers. secundo vides. C. de indict. vidult. tollen. Cagnol. in l. quod à quoquam. nu. 12. ff. de reg. iur.* Ratio est, quia constat de voluntate testatoris, & dicta conditio est perpetua,
2 & perseuerans, itaut in ea non admittatur † implementum pro parte. *Pars. consil. 95. num. 53. lib. 2.* [Idque magis erat dicendum in casu, de quo agebamus, cum dictum fuerit, si vidua permanebit; nam adiectio, per, auget, & sic est con
3 ditio, quæ de sui † natura exigit perseuerantiā actus. *l. Vrbana familia. 166. §. pernoctare. ff. de verb. signif. Menoch. præsump. 187. num. 8. lib. 4.* vnde quia facit extra conditionem, retro videtur fuisse prædo, & non patrocinanti fidem, nil patrocinatur fecisse cautionem. *Baldus in d. auth. cui relictum. num. 10.* vbi subdit, quod si
4 vsurarius manifestus † fecit cautionem, & postea interpellatus non seruauit eam, perinde est ac si nunquam cauisset.

Non obstat, quod dictum legatum videbatur esse annuum, & in quolibet anno conditionale, vnde pro tempore, seu annis, quibus paritum
5 fuit conditioni, non debent fructus † restitui, licet pro annis sequentibus post spretam conditionem fructus sint restituendi. *Ias. in l. si fundum. §. si pater familias. num. 11. colum. 3. in princ. vers. pone quod maritus. ff. de legat. 1. Nat. cons. 459. num. 17. lib. 2.*

Quia respondetur prædicta procedere, quando legatum fuisset factum ad tempus, videlicet, si dixisset testator, donec quamdiu, vsquequo vitam viduilem seruauerit, & similia verba: tunc
6 enim vere † illud legatum est annuum, & pro quibus annis mulier in viduitate mansit, satisfecit testatoris voluntati, & paruit conditioni, & lucratur fructus. *Rom. cons. 516. in casu proposita. num. 9. colum. fin. Dec. consil. 421. alias consuluit. num. 7. Aym. cons. 300. num. 3. Mantic. de coniect. vltim. volunt. tit. 19. num. 22. lib. 11.* quod secus est in casu nostro, cum simus in
7 conditione exigente perseuerantiam actus, † vt dictum est; vnde etiam quod aliquo tempore fuerit vidua, cum non paruerit conditioni priuabitur legato, & restituet omnes fructus perceptos pro tempore præterito. *Pars. cons. 95. n. 53. lib. 2.* post *Bald. Imol.* & alios in *l. cum filius. §. qui mutianam. de legat. 2.* Prout idem est in alijs conditionibus, & modis respicientibus ho-
8 norem, & testatoris † fauorem, quia illis non obediens priuatur omni emolumento, & fructibus perceptis. *l. liberto. §. Lucius. de ann. legat. l. si hares. de condit. caus. dat. Pars. cons. 15. col. vlt. & cons. 19. num. 52. cum sequent. lib. 2.* vbi loquitur de conditionibus ferendi arma, & nomen
9 testatoris, † quæ dicuntur etiam perpetuæ, non momentaneæ. *Bart. in l. facta. §. si sub conditione. num. 1. versic. oppono quia. ff. ad trebellian. Cassan. in cathal. glor. mund. considerat. 46. p. 1. vers. quod tamen videtur. & versic. sed dicitur quadam. Menoch. consil. 30. & consil. 458. Thesaur. decis. 270. Peregrin. de fideicommiss. art. 52. num. 121.* Non obstat quod conditio vi-
10 duitatem † inducens reijciatur. *l. cum tale. §. si arbitratu. de condit. & demonstr.* vbi late *Eman. Cost. in princip. Graff. in §. legatum. q. 50. Gomes. in c. vlt. de testam. n. 78.*

Quia prædicta procedunt in muliere, quæ nu-
11 pta non fuit, secus autem in vidua, nam † in secundis nuptijs dicta conditio est seruanda, cum potius debeant laudari mulieres, quæ primo marito sunt contentæ, tamquam exemplar honestatis, & pudicitiæ. *§. optimum. auth. de non eligend. secun. nuben.* & ita nouo iure constitutum est, vt in *auth. cui relictum. C. de indic. vidult. tollen. Socin. iun. cons. 48. num. 8. lib. 1.* & ita seruan
12 dum esse, † neque de iure Pontificio correctum dicit *Mantic. de coniect. vltim. volunt. tit. 19. num. 2. in fin. lib. 11.* quamuis *Apost. 1. ad Corint. cap. 7.* dicat mulierem mortuo viro solutā à lege viri, & si non potest continere nubat in domino. *c. vlt. de secund. nupt.*

Præterea ex quo in defectum conditionis viduitatis legatum fuit in causam piam, etiam in
13 virgine † dicta conditio non reijcitur, sed debet impleri, alioquin locus pius substitutus admittitur. *l. Titio vsusfructus. 95. §. seruus vsusfructus. ff. de condit. & demonst.* vbi fauor liber-
14 tatis præfertur nuptiarum fauori, ita fauor † religionis, & pietatis est præferendus. *l. sunt personæ. in fin. de relig. & sump. fun. cap. vlt. de re iudic.* [Et licet *Bartol. in d. l. Titio.* dubitet de hac opinione, Tamen *Castren. & Imol.* post
15 *Gul. de Cun.* dicunt † illam esse tenendam, & est communis opinio, vt per *Mantic. de coniect. vlt. volunt. tit. 18. n. 9. & tit. 19. num. 11. lib. 11.* post *Tiraquell. de pia caus. priuileg. 18. Socin. in verb. priuilegium piæ causa. reg. 310. priuil. 25. Gabr. cons. 135. n. 12. lib. 1.*

Ex quibus patet non valuisse legatum de huiusmodi prædio factum à prædicta vxore, neque remanere posse apud suos hæredes, cum mulier non paruerit conditioni, nec toto tempore suæ vitæ steterit vidua, & sic conditio ab ea impleta non fuerit, cum secus esset si paruisset. *Peregr. de fideicomm. artic. 52. num. 124.* post *Castren. consil. 453. legatum istius domus. lib. 1.* qui
16 ampliat † ad relictum factum per verba, quamdin vixerit in vita viduili, de cuius dicti veritate *Bartol. Picus, & alij, in l. Titia. §. Titia cum nuberet. de legat. 2. Bald. consil. 153. quidam testator. libro 5. Alexand. consil. 29. viso themate. colum. 1. versic. & sic mortuo filio. libro 4.*

AD-

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Conditio si non nupserit, reijcitur in legato facto puellæ luxurianti.*

¶ N. 12. *post verba.* de secund. nupt.

Idem esset in legato facto puellæ luxurianti,
1 si non nupserit: † nam huiusmodi conditio reijceretur, quemadmodum reijcitur in Virgine,& relictum valebit, vt ex hoc à mala vita retrahatur. *Ang.Castren.& Salic.in d.authent.cui relictum.C.de ind.vid.toll. Lancell.Gall.de statut. in princ. quæst.3.num.52.in verb.maritus.* licet dubitet. *nu.59.* ne plus habeat luxuria,quam castitas,prout etiam dubitat Bald. *in authent. cui relictum.*

EPITOME.

Appellatio, & recursus an concedatur in causis concernentibus visitationem, aut morum correctionem. [Episcopus quando possit visitare confraternitates Laicorum, & compellat administratores ad reddendum computa, & rationes, & reliqua restituendum,non obstante appellatione.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio & recursus non admititur in causis pertinentibus ad visitationem. Intellige vt n. 2. & 3.*
4 *Episcopus visitans compilato processu imponit pœnam ordinariam, & datur appellatio.*
5 *Appellatio vbi non admittitur, debet exprimi causa vt valeat.*
6 *Iurisdictio si alicui tollitur, intelligitur de mediata, immediata, principali, & accessoria.*
7 *Constitutio loquens per verba negatiua, reddit actum impossibilem.*
8 *Dictio, prorsus, idem importat quod penitus.*
9 *Statutum debemus interpretari, vt addat iuri communi.*
10 *Appellatio non admittitur à decreto Episcopi visitantis confraternitatem Laicorum, & compellentis administratorem ad reddendum computa. & num. 11.*
12 *Rationes non censentur reddita, nisi fiat restitutio reliquorum. & n.14.*
13 *Sententia condemnans ad præstandum computum, & rationem, intelligitur etiam ad soluendum.*
15 *Episcopus visitans potest compellere ad executionem.*
16 *Laici ratione administrationis rerum ecclesiasticarum subsunt Episcopo.*
17 *Administratio vbi gesta est, ibi debet ratio reddi.*
18 *Episcopus potest plures in anno rationes administrationis à Laicis exigere.*

Decisio CLXXXVIII.

IN causis concernentibus visitationem, aut morum correctionem conclusum fuit non esse admittendum recursum, querelam,
1 neque appellationem, cum in illis † Auditores nullam prorsus habeant iurisdictionem, sed specialiter hoc prohibeatur, vt in *Const.fel.rec. Gregor.xiiij.12.iulij* 1591.super confirmatione priuilegiorum,& tribunalis Rotæ Marchiæ ; Idque est conforme iuri communi, secundum quod ap-
2 pellatio non admittitur in huiusmodi † causis, nisi modus excedatur. *c.ad nostram.3.*& ibi *Felin.in fin. de appellat. Franc. in cap. reprehensibilis. colum. 2. versic. tertio nota. num. 9. & 13. & in cap. de priore. 31. num. 2. vers. fallit quando modus. eodem tit.* prout etiam disponit *Concil. Tridentin. sess. 22. de reformatio. cap. 1. in fine, & sessione 24. de reformat. cap. 10.*

Non obstat, quod quando Episcopus procedit in visitatione ad correctionem morum non
3 compilato processu, † non potest imponere pœnam ordinariam, & isto casu non admittitur appellatio ad effectum suspensiuum, sed deuolutiuum tantum, neque poterit suspectus recusari, secus si vult visitare compilato processu; tunc
4 enim † potest imponere pœnam ordinariam. *c. Romana.§.sane.vers.notoria. de censib.in 6. &* isto casu admittitur appellatio etiam ad effectum suspensiuum, prout recusatio. & ita procedit *text.in d.cap.10.de reformat.sess.24.* & fuit declaratum per sacram Congregationem Cõcilij;ex quibus apparet, quod non ita simpliciter sunt reijciendæ huiusmodi appellationes,sed aliquo casu admittendæ ; præsertim quando adest causa excessus modi in correctione, vt per *Frãc. Felin.& alios in d.c.ad nostram.de appellat.* qui
5 etiam subdunt esse exprimendam † causam vt valeat appellatio,alias si non deducatur non valebit,prout debet fieri in omnibus casibus,in quibus regulariter non admittitur appellatio,vt in notorijs, & quando appellatur ab executione, seu causa esset commissa appellatione remota,& similibus,quamuis alias in definitiuis nõ debeat exprimi. *Innoc.in c.pastoralis.§.præterea.de off. deleg.Tiraq.de pœn.temper.in præfat.in fi. n.69. Rom.cons.324.in fin.Cuman.cons.60.n.3.vers. respondetur quod cum nullitas.*

Quia respondetur stante constitutione prædicta,ad nullum effectum posse per Auditores cognosci de huiusmodi appellationibus,cum per il-
6 lam omnis iurisdictio tollatur in † istis causis;& sic est intelligendum,tam de appellatione suspẽsiua,quam deuolutiua, & siue adsit causa appellandi,propter excessum in corrigendo,siue non; tollitur enim per illa verba, omnis iurisdictio mediata,immediata,principalis,& accessoria. *Fel.in c.graue.in fi.de offic.ordin.* [Maxime cum dicta constitutio loquatur per dictiones negatiuas,non possit,& per similia verba, quæ reddunt actum de iure impossibilem, & omnimodam

7 † resistentiam denotant, itaut priuet iudices
omni potentia, etiam inhabilitando personam,
quo ad omnia, & inducendo præcisam necessi-
tatem, & omnem modum remouendo. *Corn. con
sil. 203. n. 3. lib. 2. Rolan. cons. 2. n. 40. lib. 4. Lãcell.
de statut. ante q. 1. in princ. in verb. non possit. So-
cin. cons. 39. num. 3. lib. 4.* Stante præsertim di-
8 ctione † prorsus, quæ idem importat quod pe-
nitus, itaut excludatur quælibet minima causa,
& sic omnis appellatio. *Socin. consil. 21. visis &
diligenter lectis. n. 6. col. 3. in princ. vers. item pon
derandum. lib. 1.* post *Ioan. Andr. & Franc. in
c. 1. in princ. de postul. prælat. in 6. Felin. in cap. ad
aures. colum. 1. de præscript.*

Præterea, vt dicta constitutio addat aliquid
iuri communi, dicendum est intelligi debere de
appellatione ad vtrumque effectum, licet cir-
9 cumscripta dicta constitutione solum † esset pro-
hibita appellatio suspensiua non deuolutiua; &
ideo non debemus illam interpretari sine effectu
operandi, sed vt aliquid addat iuri communi.
*Bar. in l. 4. §. prætor. n. 15. col. 2. ad med. vers. quæ-
ro quid si statutum. ff. de damn. infect. Abb. in c.
cum venissent. n. 3. col. 1. versic. nota secundo. de
institut. Alexan. cons. 24. animaduersis. col. 4. post
princ. n. 12. lib. 2.* vbi subdit tanto magis proce-
dere quando statutum generaliter loqueretur.
l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præstan.

Per prædicta etiam non fuit admissa appella-
tio interposita per Confraternitatem laicorum
10 à decreto Episcopi illam † visitantis, & compel-
lentis administratores ad reddendum computa,
& rationes, cum illas possit Episcopus visitare,
etiam quando existunt intus Ecclesias regula-
rium exemptorum, & cogere ad dicta computa
reddendum, prout pluries conclusum fuit per sa
cram Congregationem, vigore *Conci. Trident. c.
8. sess. 22. de reformat.* vbi etiam tolluntur omnes
consuetudines licet immemorabiles, priuilegia,
11 & † statuta in contrarium; ita vt si dicti laici ad-
ministratores bonorum Ecclesiæ in redditione
facienda Episcopo iuxta *cap. 9. sess. 22. Concil.
Trident. de reformat.* inueniantur debitores,
possint per Episcopum compelli ad soluendum,
cum non censeantur redditæ rationes, nisi fiat
12 restitutio † reliquorum, & soluantur debita.
*Bald. in l. cum testamento. num. 4. versic. modo
quæritur. C. de testam. manum. per l. cũ seruus.
de condit. & demonstrat. Socin. in l. quamuis.
num. 1. eod. tit. & cons. 24. visis ac diligenter. col.
14. versic. & ideo dicunt. num. 38. ad med. lib. 1.
Menoch. de arbitr. iudic. cap. 209. nu. 21.* Ex quo
dicebat *Afflict. decis. 157.* quod sententia in qua
condemnatur aliquis ad præstandum computum
& rationem de administratis, condemnat etiam
13 ad soluendum, & extenditur † ad id, de quo lo-
quitur, cum tacite contineat in se condemna-
tionem, quo ad reliqua, cum reddere ratio-
nem duo contineat, computum dare, & reliqua
14 † restituere, *l. si ita fuerit. §. si ita quæro. ff. de
manum. testam. l. pure. in fin. de fideicomm.
libert. l. non solum. §. si qui rationes. de libert.
legat.*

Præterea parum operaretur visitatio, nisi
15 etiam posset Episcopus † compellere ad execu-
tionem. *Ioan. Monach. & Archid. in c. 1. §. sane.
de censib. in 6.* cum præsertim Episcopus sit exe-
cutor visitationis piorum locorum, vt in *Concil.
Trident. cap. 8. de reform. sess. 22.* & laici ratio-
ne administrationis rerum ecclesiasticarum sub-
16 sunt † iurisdictioni Episcopi. *can. iudicatum.
dist. 89.* vbi *glos. in verb. inter eos. ad med. cap. ei
qui appellat. §. nulli quoque officialium. 2. q. 6.
Socin. de for. competen. in præfat. in princ. ver-
sic. primo ratione administrationis. ad fin. & in
cap. licet. eodem tit. & in cap. 2. de iudic.* Et vbi
17 administratio gesta est, † ibi debet ratio reddi.
*l. prætor. §. his etiam. de eden. l. hæres absens. §.
1. de iudic. Specul. de compet. iudic. adit. in princ.
colum. penult. num. 29. vers. 39.* Siue sit publica,
siue priuata. *Bal. in l. 1. C. vbi. de ratioc. ag. oport.*
Ita vt etiam Episcopus possit pluries in anno
18 exigere rationes administrationis † à dictis lai-
cis, quando redditio non fuit finalis, & plena, cũ
restitutione reliquorũ. *Franc. in c. vnico. §. præ-
senti. in fin. num. 5. vers. quid si coadiutor. de cler.
ægrot.* cum declarationibus, de quibus per *Me-
noch. de arbitr. iudic. casu 209. in fin. num. 38.
lib. 2. cent. 3.*

EPITOME.

Resignatio recepta ab ordinario quando valeat, & quid si resignans non habet vnde se alat, & est facta pendente inquisitione. [Renuncians an amittat possessionem, & proprietatem, & percipiat fructus.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio recepta ab ordinario est nulla sine causa.*
2 *Infirmitas debet esse frequens, vt admittatur resignatio.*
3 *Resignatio permittitur ob senectutem. Intellige vt num. 4.*
5 *Senes quando connumerentur inter valetudinarios.*
6 *Resignatio non valet si resignãs ordinatus ad titulum beneficij non habet vnde se alat. Intellige vt num. 7.*
8 *Resignatio pendente inquisitione, an valeat. & numero 9.*
10 *Per resignationem an sit amissa possessio, & proprietas. Intellige vt n. 12. & 13.*
11 *Post resignationem fructus an percipiantur.*

Decisio CLXXXIX.

Resignatio facta per Reuerend. D. Camil-
lum fuit declarata nulla, cum fuerit ab
1 ordinario recepta sine aliqua causa,
prout requirit *Constitut. 58. Sanctiss. mem. Pij
Quinti* edita de anno 1568. in qua licet conce-
dat resignationem quando resignans est vale-
tudinarius, aut senio confectus, tamen dictæ cau-
sæ non verificantur in casu de quo agimus:
2 non enim fuit probatum, quod infirmitas † sit
fre-

frequens, adeo vt beneficiatus non possit muneri sibi iniuncto satisfacere, prout requirebatur. *Gemin. in cap. 1. §. verum. num. 6. col. 1. versic. quis dicatur. de cleric. egrot. in 6. Socin. in cap. quoniam frequenter. col. 4. in fin. versic. tertio declaratur, vt lit. non contest.* Et ita iudicem debere iudicare, dicit *Menoch. de arbit. iudic. cas. 60. num. 5. lib. 2. cent. 1.*

3 Non obstat prætensa senectus, ob quam† permittitur resignatio, prout senibus multa alia conceduntur, de quibus late per *Tiraquel. de primog. num. 109. in præfat. Cass. in catal. glor. mund. consider. 13. p. 7. & cons. 17. p. 11. Siluest. Aldobr. in §. item maior. in princip. instit. de excus. tutor.*

Quia considerata qualitate personæ, & oneribus beneficij, de quo agimus, non potest diei talis, vt sit senex, & infirmo, & valetudinario comparetur; tunc enim fiet de eo Iudex arbitrabi-
4 tur quando illi negotio, de quo ageretur, † non posset plus superesse, quam ipse valetudinarius; & ita procedunt iura appellantia senectutem infirmam, vt in casu *d. cap. quoniam frequenter. l. 2. §. quem ita senio. de vacat. mun. l. ciuitatibus. de legat. 1. cap. si quis testium. de testibus.*
5 alias senes † non connumerantur inter valetudinarios, vt de communi, & veriori sententia testatur *Menoch. de arbitr. iudic. d. casu 60. nu. 9. & præsumpt. 46. num. 22. lib. 6.* post *Gomes. de infirm. resign. quæst. 7.* Et cum sit in arbitrio Iudicis, quis dicatur senex, neque sit constitutum qua ætate quis dici possit senex, non visa fuit senectus talis in casu de quo agebamus, vt permitti deberet dicta resignatio; vbi enim esset definitum, illud seruaretur, vt in excusatione tutelæ, & alijs, de quibus per *Menoch. de arbitr. iudic. casu 69. n. 2. & 5.*

Adde, quod resignans erat constitutus in sacris, & ordinatus ad titulum beneficij resigna-
6 ti, † vnde non poterat resignari, nisi aliunde habeat, vnde se alat, & quod mentionem faciat se fuisse promotum ad illud beneficium, & quod habeat vnde vinere possit. *cap. Episcopus, & cap. tuis. de præben. & dignit. Concil. Trident. sess. 21. c. 2. de reformat.* Licet in hoc sacra Congregatio declarauerit, quod resignatio teneat, quando per ordinarium fuit admissa de beneficio, ad cu-
7 ius titulum quis fuit promotus; † quamuis dictus ordinarius teneatur de proprio administrare alimenta ipsi resignanti, ad exemplum Episcopi ordinantis aliquem ad sacros ordines sine titulo non habentem vnde viuat, qui de suo tenetur prouidere, donec alium titulum fuerit consecutus. *c. 2. & c. Episcopus. de præb.*

Accedat inquisitio, quæ pendebat contra dictum resignantem, qui cum sit de negotio, ob quod venirет priuandus de beneficio in senten-
8 tia ferenda, videbatur facere, vt non † posset resignare, cum distinctionibus tamen, de quibus per *Boer. decis. 205. & 206. Butr. consil. 203. in fin. Lancellott. de attent. accusat. pendent. cap. 5. p. 2. numero 10.* vbi intelligunt posse resignari, dummodo resignans non

Decis. Marchiæ.

sciat impetrationem de beneficio medio tem-
9 pore factam, vel postquam est † conclusum in causa, & in alijs casibus, de quibus per eos, & per *Barbat. cons. 11. colum. 13. lib. 1. Felin. in cap. cæterum. colum. penul. vers. octaua restrictio. de rescript.*

Ex quibus fuit conclusum pro inualiditate resignationis, absque eo quod quæreretur, an
10 per eum † esset amissa possessio nec ne; in quo dicunt *Doctor.* quod per resignationem sponte factam in manibus sui iudicis, & Prælati, nedum renuntians amittit possessionem, sed etiam proprietatem, licet illa non præiudicet superiori, quominus possit ipsum retinere si velit, etiam inuitum. *Rot. decis. 4. alias 352. de renunciat. in nou. Abb. in cap. sollicita. de restitut. spoliat. colum. 5. Sarn. de infirm. resig. quæst. 29. ad fin. Cassad. decis. 1. de renunc. num. 2. Doct. in cap. quod in dubijs. & cap. admonet. eod. tit. Mohedan. decis. 87. Cassad. decis. 4. de restitut. spoliat.* vbi etiam *num. 6.* quod non possit perci-
11 pere fructus, † per doctrinam *Ioan. Andr. in cap. fin. de renunc. Staphil. de litter. grat. tit. de var. mod. vacat. in princip. num. 26.*

Vacabit tamen beneficium, quo ad resignantem, tam respectu proprietatis, idest tituli, quã
12 etiam † quo ad possessionem, videlicet intelligendo de possessione iuris, quam perdit resignans. *Innoc. in d. cap. quod in dubijs.* Nam de facto postea potest incumbere possessioni, ad quam esset restituendus, si ab ea spoliaretur. *Innoc. in cap. super hoc. de renunc. Staphil. ibi. num. 26. in fin.* quæ tamen declara, vt per *Cassad. decis. 4. n. 4. de restit. spoliat.*

Secundo intellige non semper esse verum, quod per resignationem etiam admissam, resi-
13 gnans † priuetur possessione beneficij resignati. Immo illa etiam admissa resignans facit fructus suos, donec admissio fuerit intimata resignanti; quod procedit quando resignat per procuratorem ab eo absentem, secus si per se ipsũ. *Addit. ad decis. 4. alias 352. de renunc. in nou. in verb. proprietatis.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio beneficij non potest fieri sine consensu Superioris, prout nec resignatio, quando ad eius titulum quis fuit promotus.*

¶ N. 7. *post verb.* Episcopus. de præb.

Quæ etiam habent locum in permutatione
1 beneficij, quia potest dari casus, † quod permutans beneficium, ad cuius titulum erat ordinatus, non possit aliquo casu consequi beneficium cessum, vel quod fiat permutatio cum beneficio inæquali, prout declarat *Sacra Congregatio Concilij, & dixi discept. c. 159.* vbi multa quando valeat resignatio beneficij, ad cuius titulum quis fuit promotus.

EPITOME.

Fratres hæreditatem paternam indiuisam possidentes an redigant in commune quæsitam proprio nomine. [Prædium emptum communi nomine quando sit communicandum. [Emens pro alio an teneatur præcise ad tradendum. [Pactum de non succedendo patri cuius bona quietantur, quando sit validum, & intelligatur de hæreditate patris certo modo disponenda. [Fructus patrimonij consumpti per vnum ex fratribus socialiter an repetantur.

SVMMARIVM.

1 *Quæsitum proprio nomine per fratres non est in communi redigendum, quamuis hæreditatem indiuisam habuerint.*
2 *Quæsitū in dubio præsumitur de proprijs bonis.*
3 *Societas omnium bonorum non præsumitur ex communi habitatione fratrum.*
4 *Emptum communi nomine nō communicatur, nisi restituto pretio emptori.*
5 *Res præsumitur empta de pecunijs proprijs. Intellige vt num. 6.*
7 *Constitutum transfert possessionem, & dominium. Intellige vt num. 9.*
8 *Dominium acquiritur per traditionem fictam.*
10 *Interesse pretij non soluti, & fructuum debet deduci.*
11 *Emens pro alio tenetur actione mandati præcise tradere.*
12 *Obligatus ad factum præcise potest cogi.*
13 *Pactum de non succedendo patri sine iuramento est nullum. Limita vt n. 14.*
15 *Hæreditas non datur, nec remittitur per pactum. Intellige vt n. 16.*
17 *Pactum per fratres viuente patre approbans eius testamentum valet, licet non obstet patri, quin possit aliud disponere. num. 18.*
19 *Pacta renuntiationis hæreditatis, quando sint valida.*
20 *Fructus socialiter consumpti per vnum ex fratribus de suo patrimonio, non possunt repeti.*

Decisio CXC.

IN causa Dominorum Thomæ, & Ioannis Baptistæ fratrum de Appignano per compromissum coram me vertente, verius vi-
1 sum fuit non esse in † commune redigendum, quod eorum proprio nomine quæsitum est, quāuis paternam hæreditatem hucusque indiuisam tenuerint, ne quod vni filio accessit suis laboribus, vel prospera fortuna, in alium ex communione proueniens, luctuosum ei procedat. *l. si fratres. in princip. ff. pro socio. §. qua autem ex alia. instit. per quas person. nob. acquir. l. cum oportet. C. de bon. quæ liber. Roman. consil. 3. viso themate. post princ. & cons. 313. in casu proposita. Socin. iun. cons. 24. præsens consultatio. in princip. lib. 2.*

Quo stante prædia empta per vnum ex dictis fratribus nomine proprio, non sunt communicanda alteri fratri, sed sunt propria ipsius emp-
2 tis, cum in dubio præsumatur † acquisiuisse de bonis suis, nisi aliud probetur, puta quia non habebat nisi bona communia, nec erat industriosus ad parandam pecuniam in emptionem prædiorum; quo casu neque tenebitur communicare prædia, sed solum restituere pretium pro parte alterius socij. *Aym. cons. 131. colum. 4. versic. circa secundum dubium. num. 12. post Bald. in l. si patruus. in princ. C. comm. vtriusque iudic.* quia, inquit, ex communi habitatione fra-
3 trum non præsumitur societas † omnium bonorum, sed tantum in viuendo communiter, & communibus sumptibus; secus autem si probaretur societas. *Roman. consil. 291. cum stil. colum. 2. num. 6. vers. ex qua videtur. & vers. quinimo. Socin. consil. 162. considerata. col. pen. num. 11. cum seq.*

Secundo quo ad prædium emptum non pro se solum, sed etiam pro fratre, & sic communi nomine, quia etiam præsumitur emptum ex propria pecunia. *Roman. consil. 3. vers. item ad*
4 *hoc.* conclusum fuit non esse † communicandum, nisi prius pretium ipsi emptori refundatur. *Bartol. in l. 2. C. pro socio. Dec. consil. 21. colum. fin. in princip. vers. punctus versatur. Roland.* qui de magis communi, *cons. 4. num. 6. lib. 2. Abb. cons. 46. in fin. in 3. dub. lib. 1.* [Quod maxime procedit, vbi res empta est acquirenda fratri, & sic coniunctæ personæ, quia si extraneo deberet acquiri præsumeretur empta ex pecunijs extra-
5 nei, cui acquiritur, & non soluentis. *Roman. consil. 3. ante fin. per text. in l. fin. C. de pignor.* [Quod tamen non approbatur per *Aym. consil. 129. colum. 2. num. 4. vers. secunda regula.*
6 vbi intelligit † idem esse, siue in coniunctis, siue in extraneis, quia *text. in d. l. fin.* loquitur in casu diuerso, & in quo præsupponebatur clare, quod acquirens non soluisset de pecunijs proprijs.

Neque obstat, quod vigore constituti venditor constituit se habere, & possidere prædium venditum, tam nomine emptoris, quam alterius fratris, cuius nomine res empta est. Vnde iam est communicata, cum etiam in eum fuerit trā-
7 slata possessio, & dominium acquisitionis † per dictam clausulam constituti. *Alex. cons. 35. viso themate. col. 3. num. 6. & cons. 85. ponderatis. in princip. lib. 6.* Nam per constitutum ita transfertur dominium, & possessio, sicut per veram traditionem, cum non referat quod res fuerit tradita verè, vel fictè, quoniam etiam per tra-
8 ditionem † fictam acquiritur dominium. *l. clausulas. de contrahen. empt. Socin. cons. 239. præsentis consultationis. colum. 3. ad med. num. 8. libro 2.*

Quia omisso, quod per constitutum non transfertur dominium, & possessio in absentem, nisi demum secuta ratificatione, & nisi re existente integra, antequam bona empta fuerint cœpta
9 possideri † per emptorem, priusquam alter ratificet, cum alijs requisitis, de quibus per *Roland. cons. 4. num. 9. & num. 26. lib. 2.* post *Doctor.*

ctor. in l. si ego. ff. de neg. gest. Abb. in c. cum venissent. col. 2. de restitut. spoliat. Respondetur nõ per hoc, quod sit facta communicatio, posse præiudicari fratri emptori quo ad partem pretij bonorum communicatorum: Nam bona vt supra empta diuiduntur saluo pretio debendo ipsi emptori, ita vt etiam habeatur ratio de in-
10 teresse pretij non soluti, † & fructuum perceptorum per ementem. *Bart. in l. 2. C. pro socio. Rol. cons. 4. in fi. lib. 2.*

Tertio quo ad prædium emptum per fratrem pro altero fratre, an teneatur præcise ad tradendum, vel liberetur præstando interesse: Verior & magis communis opinio visa est affirmatiua, quod præcise teneatur; Emens enim pro
11 alio tenetur actione mandati, † vel negotiorum gestorum tradere, & in illum dominium transferre, sicut venditor. *l. res ex mandato. 59. ff. de acquir. rer. domin. Castren. in l. si ita quis promiserit. 134. §. seia cauit. col. 1. in princ. n. 2. ff. de verb. oblig.* Nam in obligatione rem tradi, quando traditio non est nuda cum translatione dominij, & vbi tradens est dominus, & concurrit quod ille qui tenetur tradere, habet facultatem
12 rei tradendæ, obligatus † ad factum præcise cogi potest. *glos. in l. certi condictio. in princip. ff. si cert. petat. Bartol. in l. stipulationes non diuiduntur. la seconda. & ibi Ias. in princ. col. fin. vers. ista sufficiant. num. 35.* vbi testatur de com muni. *ff. de verb. oblig.* & in iudicando non esse recedendum ab huiusmodi opinione, testatur *Socin. cons. 228. in causa Gabria. col. fi. vers. sed contrarium. lib. 2.*

Quartum de transactione verius visum fuit illam esse validam. Nam licet quietatio, & renunciatio, seu pactum de non succedendo, quod fit soli patri, vel matri, quorum bona quietan-
13 tur, seu renunciantur sine † iuramento sit nullum. *l. pactum quod dotali. C. de collation. cap. quamuis. de pact. in 6. Dec. cons. 86. colum. 4. ad fin. vers. venio igitur ad secundum. num. 5.* Tamen secus est, quando quietatio fieret à fratre fratri interueniente consensu patris, de cu-
14 ius † bonis fit ipsa quietatio; quia tunc videtur potius pactum de hæreditate patris certo modo disponenda, quod valet patre consentiente. *Castren. cons. 441. viso puncto & allegationibus. in 1. dub. lib. 2* prout erat in casu, de quo agebamus, quia pactum quietationis fuit factum fratri, & patri, & in effectu fuit pactum de hæreditate certo modo disponenda, quod videlicet vnus habeat totam hæreditatẽ, alter vero quietans solum scuta treecentum. Ratio diuersitatis est, quia quando pactum fit patri, continet solum repudiationem, aut immisionem hæreditatis,
15 quæ † sicut pacto non datur, ita nec remittitur. *Dec. in l. pactum quod dotali. C. de collation.* Sed quando fit fratri consentiente patre, dicitur pactum de disponenda hæreditate patris cer tomodo; reuocabiliter tamen, si pater in eadem voluntate non permanserit, & sic non in-
16 telligitur tunc hæreditas dari † pacto. *Aym. consil. 52. per tot.* post *Calcan. cons. 33. colum. penul. post med. vers. & si dicatur. & cons. 437. quadam puella. col. 2. ante med. lib. 1.*

Idem videmus in pacto, quod fit per fratres
17 viuente patre, in quo approbant † eius testamentum validum cum suo consensu, quia est obligatorium, neque per illud censetur dari hæreditas pacto, licet non obstet, vt pater non possit aliud testamentum facere, ex quo capiatur
18 successio † non obstante conuentione per quæcunque verba facta. *Dec. cons. 475. in causa quæ Mantua. Ruin. consil. 16. babita. lib. 2. Peregr. de fideicomm. artic. 50. num. 42.* Et quando huiusmodi pacta renuntiationis hæreditatis defi-
19 ciant, † ex quo pater consensum reuocauit non perseuerando in eadem voluntate. *Couarr.* qui multos casus distinguit in *cap. quamuis. p. 3. in princip. n. 7. de pact. in 6.*

Quo ad vltimum de fructibus sui patrimonij, quos vnus ex fratribus socialiter, & simul vi-
20 uendo posuit in domo, & consumpti † sunt; dictum fuit non posse ab eo repeti, quoniam iure societatis intelliguntur consumpti. *Ang. cons. 85 pater habens. col. vlt. in fin.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Expensa per vnum ex fratribus viuentibus in communi non repetuntur.*

¶ N. 20. *post verb.* col. vlt. in fi.

Menoch. de arbitr. casu 127. nu. 9. Surd. de alim.
1 *tit. 6. q. 14. n. 2.* † Dummodo probetur habitatio in eadem domo, & claui, & quod simul viuant ad vnum panem, & vinum. *Barbat. ad Bald. in l. fin. C. de collat. per tex. in l. si quis fugitiuus. §. apud celsum.* quem *ibi Ang.* dicit singularem, & multum notandum. *ff. de ædil. edict.* cum alijs quos adduxi *disceptat. c. 160.*

EPITOME.

Remedium reintegrandæ an competat contra ingredientem possessionem non facta prius mensura, quæ debebat fieri iuxta formam venditionis.

SVMMARIVM.

1 *Venditio ante mensuram est conditionalis, nec possunt percipi fructus.*
2 *Venditio est ad mensuram vbi constituitur pretium pro numero iugerum.*
3 *Constitutum non operatur, si venditio est conditionalis non purificata conditione.*
4 *Executio non competit ante impletam conditionem.*
5 *Ingrediens possessionem non facta mensura, dicitur prædo, & competit contra eum remedium reintegrandæ, & n. 6. Intellige vt n. 7. & 8.*
9 *Patientia habet vim traditionis. Intellige vt num. 10.*

DE-

Decisio CXCI.

FVir intentatum remedium spolij per Vin-
centium Ruffinum, contra Venerabile
Collegium Societatis Iesu de Macerata,
sub prætextu, quod per procuratores Collegij
fuerit capta possessio prædij, de quo in actis, nul-
la præcedente mensuratione; cum tamen Iudex
concedendo mandatum de immittendo dixerit
illam esse faciendam. ex quo dubitabatur, an
huiusmodi remedium competeret: Et quidem
cum præsupposito, quod essent probata in facto
quæ erant probanda per Vincentium, Respon-
1 sum fuit affirmatiue, cum ante † mensuram ven-
ditio sit conditionalis; Vnde emptor nullos po-
test percipere fructus, nec ciuiles, nec naturales
deficiente dominio, & possessione, saltem ciuili,
& si percepit tenetur restituere, & fructus per-
cepti veniunt computandi in sortem. *Paris. cons. 59. in fin. lib.* 1. & quando constituitur pretium
certum pro numero iugerum, venditio est ad
2 mensuram, neque † emptor potest ingredi pos-
sessionem. *Neuiz. cons.* 38. *n.* 24. *&* 25. *Nat-
ta cons.* 263. *in princ.* vbi etiam subdit nihil ope
3 rari † constitutum, cum venditio sit conditio-
nalis non purificata conditione. [Et regulare
est, quod quando aliquid conditionaliter dedu-
citur, debet liquidari quod impleta sit conditio.
Bald. in l. siquidem. col. fin. C. *de except. Dec. cons.* 607. *num.* 17. & facta sub conditione non
4 merentur † exequi priusquam probetur condi-
tio impleta. *Dec. cons.* 401. *n.* 1. quod procedit
in quacunque dispositione. *Rim. Iun. cons.* 52. *num.* 19. & qui dicit conditionem impletam,
debet hoc probare. *Bald. in l. siquidem. col. vlt.* C. *de except. Decian. cons.* 12. *num.* 2. *lib.* 1.

Et in specie, quod quando quis ingreditur
possessionem non facta mensura, dicatur prædo,
5 & competat contra eum remedium † reintegrā-
dæ, concludit *Neuiz. cons.* 38. *num.* 25. post
Alex. cons. 90. *vers. nec obstat. in princ.* quod
est repetitum *cons.* 33. *lib.* 6. vbi *Additio Natta in verb. deberet succumbere.* dicentis esse notan
dum, quod quando contractus est imperfectus,
6 & conditionalis, † competit remedium reinte-
grandæ. *Socin. in l. rem quæ nobis. col.* 6. *de acquir. poss. Curt. Iun. cons.* 131. *in fin. Becc. cons.* 13. *Put. decis.* 349. *lib.* 2.

Intellige prædicta, nisi venditor passus sit ip-
sum emptorem sic ingressum possidere, nec ali-
7 quo modo conquæstus fuerit. *Menoch. de recu-
per. possess. rem.* 17. *num.* 19. [& nisi expressa
traditio facta fuisset, non obstante mensuratio-
ne. *Dec. in l. traditionibus. num.* 6. *de pactis. Alex. d. cons.* 33. *lib.* 6. *Dec. c.* 178. *viso elegan-
ti. col.* 2. *Couar. pract. quæst. c.* 3. *num.* 6. *Be-
nint. decis.* 29. *n.* 4. de magis communi. *Brogn. de tutor. num.* 160.

Adde, quod quamuis fuisset in possessione
8 sciente, & patiente venditore, † adhuc non dice-
retur sibi tradita possessio ad mēsuram. *Neuiz. cons.* 38. *num.* 25. Licet enim patientia habeat
9 vim traditionis † possessionis; tamen procedit
10 quando venditor † tenebatur tradere; secus au-
tem si venditio erat imperfecta, & conditiona-
lis, quo casu tradere non tenetur. *Alexan. cons.* 33. *num.* 6. *in fi. lib.* 6. Et licita est pœnitentia,
etiam quod fuerit apprehensa possessio. *Neuiz. d. cons.* 38. *num.* 25.

EPITOME.

Testis vnicus an sufficiat in possessorio, tam summario, quā plenario, quod ordinatur ad finem perueniendi ad sententiam diffinitiuam super petitorio.

SVMMARIVM.

1 *Testis vnicus sufficit in possessorio. Intellige vt num.* 2. *&* 3.
4 *Possessorium summarium est modici præiudicij.*
5 *Probatio plena requiritur in causis, vbi proceditur summarie.*
6 *Testis vnicus non sufficit, vbi adest perpetuum præiudicium.*
7 *In possessorio recuperandæ non sufficit vnicus testis.*

Decisio CXCII.

IN eadem causa Maceratense spolij dice-
batur esse probatam intentionem D. Vin-
centij, licet adesset solum vnus testis, qui
1 tantum deponebat de eius † possessione; quia
eramus in possessorio, in quo vnicus sufficiet
Doct. in auth. nisi breuiores. C. de sent. ex breui. recitan. Dec. cons. 56. *num.* 1. *& in l. vlt. num.* 15. *C. de edict. diu. adr. toll.*

Contrarium tamen fuit declaratum: ex quo
2 enim eramus in possessorio plenario, † quod or-
dinatur ad finem perueniendi ad sententiam
diffinitiuam super petitorio, & vim perpetuam
obtinet, vt possessor in possessione remaneat,
& defendatur, donec pars altera egerit, & ob-
tinuerit in petitorio; tunc quia hoc affert per-
petuum præiudicium, donec pro altera parte
cognitum fuerit super proprietate, in eo requi-
ritur ordo iudicij cum libello, litis contestatio-
ne, & sententia diffinitiua. *Dec. consil.* 302. *col.* 1. Vnde non sufficit semiplena probatio, neque
3 vnus testis, vel fama, licet † hæc sufficerent in
possessorio summario, quod principaliter ordi-
natur ad finem, ne lite pendente super proprie-
tate, vel possessione partes veniant ad arma,
cum quilibet prætendat se possidere, & solum
affert præiudicium lite pendente, & donec fue-
rit plenius cognitum, & aliter ordinatum. *Ca-
gnol. in l. in pari.* 172. *num.* 6. *ff. de reg. iur. Gabr. Saiser. in addit. ad Matthesil. singul.* 2. *incip. nota quod in iudicijs.* vbi dicit hanc fuisse
veram distinctionem *Bart. in l.* 2. *§. fi. C. vbi in rem actio. Felin. in c. veniens. il* 2. *col.* 4. *de testib. Gomes. de non tollen. iur. quæsit. q.* 5.

Non obstat sufficere vnum testem in possesso-
4 rio, quia procedit in eo quod est modici † præ-
iudicij, non in plenario secundum ea quæ supra
di-

dicta sunt. *Aym. consil. 158. num. 12. Dec. in l. 2. num. 2. C. de carbon. edict.* & de communi testatur. *Gabr. conclus. 1. de testib. nu. 2. vers. quarto limita.*

Neque obstat, quod secundum constitutiones Marchiæ procedatur in huiusmodi causis summarie; Quia non per hoc debet sufficere semiplena probatio, cum illa non concedatur per di-
5 ctam clausulam, quia etiam in causis, † vbi proceditur summarie, requiritur plena probatio. *Bart. in extrauag. ad reprimen. Rota decis. 33. in nou. alias 3. de rescript. Natta cons. 585. libr. 3. Ruin. cons. 38. lib. 5. Bursat. cons. 201. nu. 96. lib. 2.* [Cum præsertim per eandem constitutionem requiratur libellus, litis contestatio, & alia necessaria in plenarijs iudicijs; & sic ex quo sumus in his, quæ afferunt perpetuum præ-
6 iudicium, non erit sufficiens† vnicus testis. *Cagn. in d. l. in pari. num. 6. de reg. iur.* [Et quod non sufficiat vnicus testis etiam quod simus in pos-
7 sessorio recuperandæ † possessionis, est magis communis, & vera opinio, vt testatur *Natt. cons. 630. num. 5. & 7.* vbi dicit non valere istam consequentiam, proceditur summarie, ergo sufficit vnicus testis, & sic semiplena probatio; cum cognitio summaria possit versari circa alia plura, de quibus ibi per eum, & ab hac opinione non esse recedendum, dicit *Menoch. de recuper. possess. remed. 15. num. 408. & 413. Rimin. Iun. cons. 237. num. 70. lib. 3.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Probatio semiplena sufficit in possessorio summarijssimo.*
2 *Vnicus testis probat in possessorio. Intellige vt num. 4.*
4 *Fides instrumenti non vacillat in possessorio, si vnus testis neget instrumentum factum fuisse, secus in alijs. n. 5. & 6.*
7 *Appellatio non suspendit executionem in possessorio summarijssimo, tam de iure ciuili, quam canonico.*

¶ N. 4. *post verb.* limita.

Prout in iudicio manutentionis, in quo sufficit
1 probatio semiplena. † *Abb. in c. cum ecclesia sutrina. n. 23. & ibi Rsp. n. 52. de caus. poss. & propriet. Rot. coram Card. Seraph. Ortocen. pensionis 5. Iulij 1599.*

¶ N. 7. in fin. *post verb.* lib. 3.

post *Alex. cons. 139. num. 14. lib. 6. & cons. 187. in fin. eod. lib. Roland. cons. 50. nu. 16. lib. 2. Contard. in l. vnic. num. 15. C. de moment. possess. late Surd. cons. 73. nu. 1. & nu. 38. & de alim. tit. 1. q. 112. num. 25.* Vbi quod contraria procedunt
2 in possessorio summarijssimo, † in quo agitur de modico præiudicio, Vnde vnicus testis sufficiet. *Dec. cons. 56. num. 1.* Itaut in casibus, in quibus sufficeret vnicus testis, semper debeat
3 esse omni exceptione maior, † Adeo vt ista qualitas sit probanda: Licet enim quis præsumatur idoneus, non tamen omni exceptione maior. *Bart. in l. 1. §. si quis neget. column. fin. C. quemad. testam. aper. Socin. consil. 233. libro 2. Surd. in terminis cons. 73. n. 39. & 40. post Zuccard. in l. fin. num. 101. C. de edict. diu. adr. toll. Benint. decis. 62. Menoch. præsump. 35. nu. 32. lib. 1.*

Ideo etiam dicimus, quod quãdo tractatur de
4 leui præiudicio partis, †vt quia ageretur possessorio, non vacillat fides instrumenti, licet vnus testis ex numero necessarius neget. *Ang. in l. 1. §. si quis neget. vbi Bal. ff. quemad. testamen. aperiant. Boer. decis. 118. n. 7. post Matthes. sing. 3.* †
5 Quamuis alias vnus testis contradicens instrumento, si est ex numero eorum, qui necessario in actu requiruntur, reddat idem instrumentum suspectum de falso, itaut non probet. *Fel. in c. cum Ioannes. nu. 40. de fid. instrument. Socin. cons. 46. lib. 1. Afflict. decis. 166. Aym. cons. 56. n. 20. Bertazzol. claus. 2. n. 33. glos. 2. Surd. cons. 129. nu. 26.*
6 *lib. 1. Beer. cons. 86. n. 11.* † Neq; isto casu aliqua singularitas poterit considerari in testibus. *Ancharr. cons. 73. Aym. cons. 56. n. 7. Menoch. de arbitr. cas. 105. n. 9.*

Et facit etiam simile de appellatione, per quam non suspenditur executio in possessorio
7 summarijssimo, † tam de iure ciuili per *l. vnic. C. si de mom. poss.* quam de iure canonico, secundum quod licet possit appellari in possessorio, tamen procedit in possessorio ordinario, secus summarijssimo. *Benint. decis. 15. & 79.* quam bene loqui dicit *Rot. coram Car. Seraph. Valentina decimarum. 25. octobris 1598.* quasi tunc decretum trahat executionem. *Menoc. de retin. rem. vlt. n. 87. & dixi ad sep. c. 74.*

EPITOME.

Remedium spolij quando detur hæredi ex persona auctoris spoliati, & quid stante clausula, sola facti veritate inspecta, ius & iustitiam, & omni meliori modo, & in possessorio summarijssimo, & in plenario.

SVMMARIVM.

1 *Remedium reintegrandæ datur hæredi ex persona auctoris spoliati. Intellige vt num. 2.*
3 *Testis vnicus non sufficit in possessorio plenario.*
4 *Confessio partis si contrarietur testibus producitis præfertur, ita vt testes nihil probent, nec reducentur ad concordiam.*
5 *Possessio intelligitur iure familiaritatis, si appareat de titulo alterius.*
6 *Clausula, sola facti veritate inspecta, admittit cumulationem. Intellige vt num. 7.*
8 *Clausula, ius & iustitiam, trahitur ad remedium diuersum. Intellige vt num. 9.*
10 *Clausula, omni meliori modo, trahit libellum ad diuersum remedium. Intellige vt num. 11.*
12 *In possessorio recuperandæ actor obtinet, quamuis*

uis vnum deduxerit, & aliud probauerit.
Intellige vt num. 13. & 14.
15 *In remedio reintegrandæ quæ ſint probanda.*
16 *Poſſeſſio, & dominium acquiritur ex ſecundo*
decreto.
17 *Patientia operatur, vt ingreſſus poſſeſſionem*
ante menſuram non poſſit conueniri remedio
ſpolij. Amplia vt num. 18. & 19.
20 *Traditio Iudicis ſeruatis ſeruandis habetur pro*
traditione partis.
21 *Factum Iudicis cenſetur factum partis.*

Deciſio CXCIII.

COncluſum fuit non eſſe probatam inten-
tionem Vincentij Ruffini, confirmando
alias deciſa ad fauorem Collegij Ieſui-
tarum; nam per Vincentium intentatur reme-
dium reintegrandæ ex perſona Iacobæ, quam
præſupponit ſpoliatã, & nullus teſtis probat de
Iacoba, quod poſſederit, ſed ſolum de Vincen-
1 tio. Vnde licet tale remedium † detur etiam
hæredi ex perſona auctoris ſpoliati. *l. 1. §. hoc*
autem interdictum. ff. de vi & vi armat. Natt.
conſ. 439. num. 4.

Tamen hoc procedit quando ex actis conſtat
2 defunctum ex cuius perſona agitur, † eſſe in vita
ſpoliatum; tunc enim tale ius, ſicut cętera ad
hæredem tranſit; niſi enim defunctus ſpoliatus
fuiſſet, ius recuperandi poſſeſſionem non eſſet
in perſona defuncti formatum: Vnde non eſſet
tranſmiſſibile ad hæredem. *Gagnol. in l. hære-*
dem. de reg. iur. Gabr. de reſtit. ſpol. concl. 5.
num. 20.

Præterea ad duo petit Vincentius reintegra-
ri, videlicet ad vineam, & ad arundinetum;
primum quo ad vineam non probatur in perſo-
na Iacobæ, vt dictum eſt; prout neq; ſecundum
de arundineto, quod aliquando poſſederit ipſe,
vel Iacoba; adeſt enim ſolum vnus teſtis depo-
nens Vincentium poſſediſſe cannetum, cum
alij teſtes nihil de hoc dicant; vnde dictum
vnius, dictum nullius. Quod etiam procedit
3 quando ſumus in poſſeſſorio † plenario. *Cagn.*
in l. in pari. num. 6. de reg. iur. cum alijs ſupra
allegatis; & licet Nicolaus ſecundus teſtis ali-
quid dicat de canneto; tamen deponit de auditu,
prout ſuper quarto capitulo; Vnde nihil probat.

Maxime quia Vincentius fatetur in actis ſe
nunquam aliquid poſſediſſe, neque ſtabilia, neq;
mobilia, & ſic apparet, quę ex perſona defuncti
volebat reintegrari; & licet poſtea reuocauerit
huiuſmodi cõfeſſiones, iſta reuocatio eſt ſub die
20. Octob. 1597. cum tamen incipiendo à die 22.
Maij 1597. ſemper petierit ſententiam; immo
poſtquam per partem aduerſam fuit oppoſitum
de prædictis, Vincentius fecit reuocationem,
Vnde non debebat ei ſuffragari, tanquam facta
in calculo ferendæ ſententiæ pluries per eum
petitæ, & poſt acceptationem, & oppoſitionem
partis; & ſic etiam quod teſtes probarent poſ-
ſeſſionem Vincentij, nihil faceret eorum depoſi-
tio, cum dictum, & confeſſio partis teſtes pro-
ducentis contrarietur ipſis teſtibus. præfertur
enim partis narratio, & confeſſio contraria
4 dicto teſtium, ita vt † nihil probent, neque poſ-
ſint reduci ad concordiam. *Aym. conſil. 171. n.*
10. poſt *Alexand. conſil. 99. colum. penult. in*
fin. lib. 5. Roman. conſ. 391. Roland. conſil. 21.
num. 2. lib. 1.

Vlterius etiam quod teſtes probarent, tamen
deponunt Honuphrium poſſidere vna cum Vin-
centio; Vnde non eſt ſolus poſſeſſor Vincentius.
Neque obſtat præſumi iure familiaritatis Ho-
nuphrium poſſidere, quia procederet quoties
conſtaret de titulo Vincentij, qui tamen de hoc
non docet, cum tanquam hæres Iacobæ neque
poſſit hoc deducere; quia, vt dictum eſt, nullus
ex teſtibus deponit Iacobum poſſediſſe vineam,
& cannetum, de quibus agitur: & regulariter
quando apparet de titulo in bonis alicuius, poſ-
5 ſeſſio alterius debet intelligi † iure familiarita-
tis. *Alexand. in l. qui iure. de acquir. poſſ. Socin.*
conſ. 131. *nu.* 1. etiam quod titulus ille eſſet inu-
tilis. *Aym. conſ. 61. num. 2. Curt. Iun. conſil. 168.*
num. 33. lib. 2.

Non obſtat clauſula, ſola facti veritate inſpe-
6 cta, per quam admittitur † cumulatio: Quia
reſpondetur in reſcripto Sanctiſſimi, de quo in
actis illam non adeſſe; & quatenus fuiſſet appo-
ſita, tamen intelligitur quo ad actiones, & re-
media, quæ non inuicem contrariantur, neque
7 quando vnum † ſolum remedium fuit intenta-
tum, & illud fuerunt proſecuti, prout eſt in caſu
noſtro. *Surd.* poſt alios *conſ. 273. n. 22.*

8 Minus obſtat clauſula, † ius, & iuſtitiam, quæ
licet trahat libellum ad remedium diuerſum;
tamen procedit vbi nulla certa actio fuit propo-
ſita, ſed narrato facto petitur ius, & iuſtitiam
9 miniſtrari. Secus quando conſtat † certum re-
medium eſſe deductum, prout eſt in caſu, de
quo agimus; tunc enim non trahitur ad diffor-
me. *Surd. d. conſ. 273. num. 24.* vbi etiam *nu. 28.*
10 ſubdit idem eſſe de clauſula, omni † meliori mo-
do, quæ ſaluat, quando cauſa probata, poteſt ali-
quo modo conuenire remedio, deducto etiam
impropriando verba; ſed vbi probatio eſt omni-
11 no difformis † à libello, tunc non fit impropria-
tio verborum, nec libellus ſuſtinetur.

Non obſtat *conſ. Crott 375. lib. 3.* poſt *Angel.*
in l. fin. C. de annal. exceptio. vbi in poſſeſſo-
rio recuperandæ, licet vnum fuerit deductum,
12 & aliud ſufficienter † probatum; tamen actor
debet obtinere; Secus autem in petitorio; Ex
quo conſuluit ibi *Crotus*, quod licet in petitio-
ne quis dicat ſe ſpoliatum, demum probet non
ſe, ſed patrem ſuum, cuius eſt hæres, fuiſſe ſpolia-
tum, & illum poſſediſſe domum ſuper qua fundat
ſpolium, quod obtinebit actor, licet vnum dedu-
xerit, & aliud probauerit.

Quia reſpondetur ex actis non conſtare, quod
fuerit probata poſſeſſio, nec in perſonam Vin-
centij, neque Iacobæ matris, cuius eſt hæres.
Præterea *Crotus* ita conſuluit, quia ſecundum
13 ſtatutum, de quo ibi agebatur, † cauſæ ciuiles
cognoſci debebant ſola facti veritate inſpecta,

quæ

quæ idem importat, quod manu regia. *Bart. in extrauagan. ad reprimendum. in verb. videbitur. Bald. in l. nemo. C. de sent. & in l. nequicquam. col. 2. de offic. procons. & in c. 2. de noua. forma fidelitatis. Nicont. in c. quoniam contra. num. 808. de probat.* [Er licet *Crot.* postea consideret etiam causam possessorij secundum doctrinã *Angeli in d. l. fin.* Tamen *ibidem num.13.* dar rationem, quia, inquit, causa possessorij est parua, & modica, & sufficit constare de iure agentis summatim per præsumptionem, indicia, vel semiplenam probationem, neque est opus libello, & alia petitione. Ex quibus con-
14 stat illum loqui in possessorio † summarijssimo, non autem pleno, prout est in casu nostro, in quo requiruntur plenę probationes cum afferat perpetuum præiudicium *Cagnol. in l. in pari num. 6. de regul. iur.* cum alijs in superiori decisione allegatis.

Non probata igitur possessione, neque ex persona Iacobæ matris, quæ dicebatur spoliata, neque ex persona Vincentij fatentis se nunquam bona, de quibus agitur possedisse, debebant rei conuenti absolui; cum per actorem,
15 vt obtineat in hoc remedio † sint prædicta probanda. *Innocen. in cap. sæpè. de restitut. spoliat. Alexand. in l. rem quæ nobis. quæst. 7. de acquiren. possess. & cons. 6. lib. 3. n. 5. Rolan. cons. 50. n. 4. lib. 1. Becc. cons. 73. n. 3. Menoch. de recuperan. possess. remed. 15. n. 383.*

Adde, quamuis esset probata intentio actorum, quod collegium Societatis Iesu fuit immissum in possessionem bonorum, de quibus agitur, seruatis seruandis, factis subhastationibus, & adiudicatione iuxta tenorem constitutionum Marchiæ, & sic ei non solum fuit acqui-
16 sita possessio, sed etiam † dominium ex secundo decreto. *Neguſ. de pign. p. 2. membr. 2. num. 9.* & illi datur remedium retinendæ possessionis, si ab aliquo molestari contingat. *Menoch. de retinen. possess. remed. 3. num. 165.* [cum præsertim pacifice semper possederit per spatium annorum quatuordecim, & vltra, patiente, & nunquam conquerente aduersario; quæ patientia
17 operatur † vt ingressus possessionem etiam ante mensuram non possit remedio spolij conueniri. *Menoch. de recuper. possess. remed. 17. num. 19.* [Vbi enim est facta traditio per venditorem,
18 cessat remedium reintegrandæ, † licet secus esset, quando auctoritate propria emptor ante mensurationem cœpisset possessionem rei venditæ. *Alexand. cons. 33. num. 5. lib. 6. Neutz. consil. 38. num. 5. Becci. cons. 13. num. 8.* Vnde idem
19 iudicandum est, ac si esset † perfecta venditio. *Couarr. pract. quæst. cap. 3. num. 6.* post *Dec. cons. 178. viso eleganti. colum. 2.* [Et cum traditio in casu, de quo agimus, fuerit facta à Iudice præcedente decreto, adiudicatione, seruatis seruandis, & citato aduersario, habetur pro
20 traditione † facta à parte. *l. 1. vbi Bald. C. si in causa iud. pign. cap. sit. Bart. in l. si finita. §. Iulianus. num. 37. de damn. infect.* Nam sicut ex conuentione partium quis potest intrare possessionem propria auctoritate, ita per factum Iu-
21 dicis recte procedentis, quod † censetur factum partis. *Iaſ. in l. iuste possidet. num. 20. de acquiren. possess.* cum declarationibus, de quibus per *Tiraq. de retract. lignag. glos. 1. §. 14. num. 13.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Scientia venditoris sufficit, vt possit emens apprehendere possessionem rei emptæ. n. 2.*
3 *Apprehensio possessionis non potest fieri per emptorem quamuis soluerit pretium, nisi concurrat voluntas venditoris.*

¶ N. 21. *post verb.* §. 14. num. 13.

Itant si stante scientia venditoris possessio apprehendatur per ementem, possit dici in eam
1 inductus per venditorem, † quamuis in instrumento non sit comprehensa traditio possessionis. *l. 2. & ibi Dd. C. de acquir. poss.* & de veriori opinione testatur *Morla in empor. tit. 9. q. 3. de contrahen. empt.* Etenim vt possessio sit iusta non est necessaria corporalis inductio per ven-
2 ditorem, ideo sufficit scientia, & patientia, † ob quam videtur possessio apprehensa. *l. 1. §. si iusserit. de acquir. possess. l. qua ratione. §. item si merces. de acquir. rer. dom. Iaſ. in l. si ex stipulatione. de acquir. possess. Vigell. lib. 23. ff. p. 2. c. 2.* Quidquid alias non possit emptor ingredi possessio-
3 nem rei emptæ propria auctoritate, † quamuis soluerit pretium, quia nunquam est licita apprehensio emptoris, nisi quando constat de voluntate vendentis, vnde solutio pretij non erit iusta causa hoc faciendi propria auctoritate. *Glos. Bart.* & alij communiter in *l. si ex stipulatione. de acquiren. possess.* Quidquid contrarium sentiant ibid. *Alber. Imol. & Castr. post Ang. in l. eum qui. §. adeo. de furt.* Cum contra eos sit verior opinio, quam multis argumẽtis defendit *Morl. in empor. tit. 9. de contrah. empt. q. 4.*

EPITOME.

Repetitio donationis propter nuptias an detur mulieri, sicut dotis constante matrimonio ob vergentiam mariti ad inopiam, tam agendo, quam excipiendo; & an per oblationem fideiussionis euitetur huiusmodi restitutio.

SVMMARIVM.

1 *Repetitio dotis, & donationis propter nuptias, constante matrimonio datur mulieri ob vergentiam mariti ad inopiam de iure ff. Cod. & auth. n. 2. & tam agendo, quã excipiendo. n. 19.*
3 *Dos, & donatio propter nuptias deseruiunt oneribus matrimonij. & n. 17.*
4 *Repetitio dotis, & donationis fit, vt vxor se, & filios alat. & num. 18.*
5 *Interest vxori ne donatio propter nuptias dissipetur.*

6 *Viro*

6 *Viro committente adulterium vxor agit ad dotem, & donationem propter nuptias.*
7 *Statutum in dote habet locum in donatione propter nuptias. & num.* 8.
9 *Oblatio securitatis facit, vt euitetur restitutio dotis, & donationis propter nuptias. Contrarium nu.* 10. 11. *&* 13.
12 *Mulier non excluditur à remedio l. si constante. ff. solut. matrim. tanquam ei concedantur plura remedia alternatiue, seu simpliciter.*
14 *Vir cõstante matrimonio lucratur fructus dotis.*
15 *Vxor non lucratur fructus rerum donatarum propter nuptias, sed maritus.*
20 *Exceptio datur sicut actio.*
21 *Declaratio requiritur virum vergere ad inopiam, vt agatur ad dotem, tam agendo, quam excipiendo. nu.* 25. *& à die declarationis poterit agi nu.* 22.

Decisio CXCIV.

1 IN casibus, † in quibus vxori permittitur
repetitio dotis constante matrimonio iu-
xta dispositionem iuris digestorum, Co-
dicis, & authenticorum, vt in *l. si constan-
te. ff. solut. matrimon. l. vbi adhuc. C. de
iur. dot. & auth. de æquali. dotis. §. illud col.* 7.
2 † In illis etiam conclusum fuit eidem dari actio-
nem ad repetendam donationem propter nu-
ptias sibi à marito factam, quia dos, & donatio
3 propter nuptias subijciuntur hodie † oneribus
matrimonij, & hic est vnus effectus inter alios
huiusmodi donationis. ita concludit *Præpositus
in c. per vestras. col. 5. nu. 10. vers. circa prin-
cipalem quæstionem. ibi & scias quod vxor. de
donat. int. vir. & vxor. & in c. fin. §. sanc. in
princ. in 1. opposit. eod. tit. per tex in d. l. vbi
adbuc.* & *ibi* id notat *Bald. in summario*, dicens
4 quod vxor vergente viro ad inopiam † repetit
dotem, & donationem propter nuptias, non vt
alienet, sed vt se alat, & virum, & filios com-
munes, & sic hoc, quod vendicatur per eam,
deseruiat oneribus matrimonij. Idem voluit
*glos. in authent. donationem. in verb. vendica-
5 re. de iur. dot.* Quia, inquit, † eius interest, ne
d. donatio dissipetur. Et passim hoc concludunt
*Salic. & alij in auth. dos data. C. de donat. ante
nupt. & in d. l. vbi adbuc.* Butr. *in c. fin. de
donat. int. vir. & vxor. num. 17. & ibid. Abb.
num. 12. & Card. sub num. 1. oppos. 2. Lup.
in rubr. eo. tit. §. 19. incip. habet alium & ter-
tium effectum. Doctor.* communiter *in c. ex lit-
teris. de pignor. Honded. cons. 48. num. 3. p. 1.*
6 [Idem videmus † in viro committente adulte-
rium, quia tunc agit mulier ad assignationem
dotis, & donationis propter nuptias, vt post *Io.
Andr.* dicit *Præpositus in d. c. fin. §. sane. num.
7 1. oppos. 1.* † Nam pari passu procedunt bona
donata propter nuptias cum ipsa dote, de qua
quicquid statuitur, & dicitur, censetur dictum,
& statutum de huiusmodi donatione. *l. fin.* C.
*de donat. ante nupt. Seraph. priuileg. iuramen.
8 76. num.* 4. † Et quoad restitutionem donatio
propter nuptias, & dos æquipatantur. *Anchara-
ran. in d. c. fin. in 10. not. num.* 10.
9 Non obstat, quod per † creditores offeratur
securitas, seu fideiussio donationis propter nu-
ptias, per quam euitabitur illius restitutio,
prout fit in dote si maritus offerat securitatem
mulieri repetenti illam in casu vergentiæ ad
inopiam *Roman. in l. si constante. solut. ma-
trim.* & ibi *Ang. per tex. in d. c. per vestras. Bald.
nouel. de dote. par. 6. priuil. 21. num. 7. limit. 6.*
10 Quia respondetur communem † opinionem
esse in contrarium, cum non sit æquum mulie-
11 rem se committere fragilitati † cautionis. *glos.
in l. vbi adbuc. in verb. ad inopiam. circa fin. C.
de iur. dot. Bartol. in d. l. si constante. colum. 8.
quæst. 10. primæ partis. num. 46.* & ibi *Alexan.
num. 19. colum. 8. in fin. vers. item in quantum.*
vbi testatur de communi, respondendo ad *d. c.*
12 *per vestras.* per quod non † excluditur mulier à
remedio. *d. l. si constante.* tanquam ei concedan-
tur plura remedia alternatiue, vel simpliciter, &
sic electio est in illius potestate. *l. quod in bæred.
§. eligere. de tribut.* Bar. *in l. cum proponas. C. de
transactio.* Idem voluit *Lup. in d. cap. per ve-
stras. in quinto intellectu. §. 6.* vbi *in fin.* de
communi testatur, & *in §. 33. ampliatio.* 12.
13 † vbi dicit hoc esse tenendum tanquam æquius,
verius, & doti, & mulieribus fauorabilius, &
post *Io. Andr. Dinum*, & alios per eum alle-
gatos docet de communi *Campeg. de dot. q. 29.
p. 3. Anchar. in d. c. per vestras. in princ. num.
5. in 6. not. & num. 33. q. 10. Put. decis. 359.
sub num. 1. lib. 3.*
Non obstat, quod non debeat fieri ista resti-
14 tutio donationis; quia licet † vir constante
matrimonio lucretur fructus dotis. *l. pro oneri-
bus. C. de iur. dot. c. salubriter. de vsur.* Vxor
15 † tamen illos non acquirit respectu rerum do-
natarum propter nuptias, sed maritus. *Ancha-
ran. in cap. fin. de donat. inter vir. & vxor. col.
2. in 10. not. num. 10. & oppos. 6. colum. 3. num.
14. Roman. singul. 545. constante matrimonio.
per glos.* quam dicit singularem, in *§. est &
aliud. in verb. exequentur. instit. de donat. Bal.
in authent. siue à me. in princip. C. ad velleian.*
& post *Goffr. Host. Barbat.* & alios concludit
*Lupus in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §.
17. in 1. effectu d. donationis. Burgos. in c. peruenit
de empt. & vend. in princ. n. 12. cum seq.* Quia re-
16 spondetur † quod licet non æquiparentur dos, &
donatio propter nuptias quo ad fructus; Tamen
secus est quo ad restitutionem. *Anchar. in d. c.
fin. in 10. not. de donatio. inter vir. & vxor.*
Vnde cum stante vergentia viri ad inopiam
dos restituatur, & assignetur vxori, vt ex eius
17 fructibus alat se, & familiam; sic † etiam ex
18 donationis fructibus erit alenda; † cum tam
dos, quam donatio subijciantur hodie oneribus
matrimonij, & illius oneribus vtraque deserui-
re debet. *Præpos. in d. c. per vestras. col. 5. n. 10.
vers. & scias quod vxor. & Lupus ibidem §. 19.
Bald. in l. vbi adbuc. in princ.* C. *de iur. dotium.*
Item conclusum fuit mulieri competere re-
pe-

petitionem huiusmodi donationis, non solum per viã † actionis, sed etiam exceptionis. *Cagn. in l. nemo inuitus. 199. §. cui damus. de reg. iur. Nouel. de dote. quæst. 24. p. 7.* Nam cui damus actionem, concedimus etiam exceptionem, &
20 prioritas † hypothecæ prodest, non solum agendo, sed etiam replicando, & excipiendo. *l. creditor. in princ. ff. qui potior. in pign. habean. Neguf. de pign. & hypothe. p. 4. memb. 2. n. 3.*

21 Debet tamen declarari, † quod vir vergat ad inopiam, & male vtatur substantia sua, vt mulier
22 agat ad dotem, & à die declarationis † poterit agere. *Castren. consil. 466. in casu præmisso dico. num. 1. lib. 2.*
23 † & quando agitur contra virum, sufficit summaria, & semiplena probatio
24 per famam; † secus si contra tertium, quia tunc plena requiritur, quod vergat ad inopiam. *Bartol. in l. si constante. num. 10. 15. & 16. ff. solut. matrim.*

25 Et eadem declaratio † requiritur etiam quod mulier excipiat. *Bald. Nouell. de dote. priuil. 24.*
26 *par. 7.* † Neque in hoc sufficeret confessio mariti dicentis se pauperem, & inopem, ad effectum, vt vxor constante matrimonio possit repetere dotem suam, & donationem propter nuptias, cum illa non præiudicet creditoribus. *Cin. in l. vbi adhuc. q. 12. C. de iur. dot. Natt. cons. 438. num. 10.*

Quando autem per mulierem, stante vergen-
27 tia viri ad inopiam petitur † assecuratio de dote, & donatione, debet ei concedi, dummodo pecunia ipsa deponatur penes fidum mercatorem, vt ex lucro honesto alimentetur ipsa, & eius vir, vel ex ea ematur prædium pro oneribus matrimonij, vt fructus deseruiant. *Afflict. decis. 221.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Filius an excludatur si agat ad restitutionem dotis contra patrem dilapidantem, si offeratur ei cautio. & num. 2.*

3 *Pecunia relicta ad alimenta intelligitur legata quod ad proprietatem, debet tamen poni ad honestum lucrum, ex quo legatarius possit ali; vel stare penes hæredem, qui redditum soluat. & num. 4.*

¶ N. 23. *post verb.* sub n. 1. lib. 3.

Idem est in filio, qui non excluditur agẽdo ad dotis restitutionem contra patrem dilapidãtem
1 bona materna † per oblationem fideiussoris. *Rip. in l. si constante. nu. 100. ff. solut. matr. post Bartol. in l. imperator. ff. ad trebell. Bald. l. 2. ff. de his quæ in fraud. patr. Bertr. cons. 108. nu. 3. lib. 1.* Ratio est, quia tunc agitur de bonis, ex quibus filius debet ali, prout in casu vxoris re-
2 petentis dotem, ex qua debet viuere; † Licet alias pater dilapidans bona non sit cogendus illa restituere, sed prouideatur per remedium Decis. Marchiæ. cautionis, quidquid sit de iure digestorum, cum hodie dispositio *l. imperator. ff. ad trebell.* non habeat locum, vt ibi notat *Imol. per tex. in l. iubemus. §. in supradictis. C. eod. Bar. in l. si quis pro eo. §. 1. de fideiussor.*

¶ N. 27. in fin. *post verb.* decis. 221.

Prout dicimus de pecunia relicta ad alimen-
3 ta, quæ licet intelligatur legata † quo ad proprietatem, vt per *Sim. de Pret. de interpret. vlt. volunt. lib. 4. dub. 11. n. 2.* Tamen erit ponenda ad honestum lucrum, vel in emptionem prædiorum, cum præsumendum sit voluntatem testatoris fuisse, vt alimentetur ex redditibus pecuniæ. *Lup. in c. per vestras. art. 3. vers. septimo infertur. n. 1. de donat. inter vir. & vxor. Rot. diuers. decis. 742. nu. 2. p. 1. post Imol. in l. diui. per* illum tex. *ad leg. falcid. Surd. de alim. tit. 4. q. 9.*
4 *nu. 1. & 6.* † vbi etiam *nu. 11.* concludit veriorem opinionem esse, quod huiusmodi pecunia possit stare penes hæredem, qui soluet redditum ordinarium ex ea. *Ang. & Ias. in l. cum hi. §. si integra. de transact. Socin. iun. consil. 60. num. 34. lib. 4.*

EPITOME.

Iniuriam passus an possit petere, vt Iudex condemnet iniuriantem ad veniam petendum, & se disdicendum, & vt dicitur, palinodiam canendum.

SVMMARIVM.

1 *Iniurians potest condemnari per Iudicem, vt veniam petat ab iniuriato, & ad se disdicendum. Contrarium num. 3.*

2 *Restitutio famæ, & honoris debet fieri ei, qui conuitia passus est.*

4 *Satisfactiones fiunt ex voluntate partium, non per viam sententiæ.*

5 *Disdicta iniuriæ de consuetudine non seruatur.*

Decisio CXCV.

1 Dicebatur † iniuriantem teneri ad satisfactionem iniuriæ, siue honoris ei, qui illam passus est, puta mentiendo, veniã petendo, & famam restituendo, prout ad illud D. Iudex à quo condemnauit, secundum opinionem *Hostien. in summa de pœniten. & remiss. §. quibus. & §. qualiter. & §. quid. de accusat. Paris de Sindicatu. in verb. compositio. §. quia plures. col. 8. Marant. in praxi. p. 4. nu. 17. dist. 1. fol. 42. Plaza in Epitom. delict. cap. 1. lib. 1. nu. 27. versic. tametsi regulariter.* vbi etiam allegat *D. Thom. 2. 2. quæst. 62. artic. 2. & Flor. p. 2. tit. 2. cap. 2. §. 3.* Ratio est, quia æquitas
2 suadet fieri restitutionem famæ, & honoris † illis qui eius læsionem passi sunt propter cõuitia obiecta; cum multo maior sit amissio honoris, quam rerum spoliatio; itaut si hoc modo satisfactum nõ fuerit, nõ possit reus fideiussorib. relaxari, cũ pœna sit corporis afflictiua. *Plaz. d. c. 1. n. 27. ad fin.*

fin. [Et ad prædicta facit *tex. in c. inter solitudines. de purgat. canonic. & c. quisquis.* 8. *q.* 1. *& c. peccatum. de reg. iur. in* 6.

In prædictis nihil fuit conclusum propter con
3 cordiam partium. In contrarium tamen † incli-
nabatur, quod iniuriatus non possit petere iniu-
riantem condemnandum esse ad has satisfactio-
nes, quia istæ disdictæ non seruantur; & ideo Iu-
dex non posset sententiare reum ad illam facien
dam, prout tenet *Foller. in addit. ad Marant. d. p.* 4. *num.* 17. Quia istæ satisfactiones secundum
4 consuetudinem † fiunt ex volutate partium,
quando illę se intendunt concordare, non autem
per viam sententię, cum Iudex agendo per viam
iustitiæ debeat arbitrari pęnam secundum qua-
litatem iniuriati, iniuriantis, loci, & temporis;
& ita loquitur *Paris de Sindicatu*, prout etiam
tenet *Carauit. super ritibus magnæ curiæ. ritu* 311. quod est vltimum. *num.* 20. vbi respondet
ad *Hostien.* & alia iura supra allegata, quod
scilicet loquantur in foro conscientiæ, quando
agitur coram Sacerdote, qui potest similes sa-
tisfactiones imponere: Et quod ista disdicta
5 † non seruetur, immo frequentius omittatur,
& alia pœna pro arbitrio iudicantis inferatur
conuitiatori, dicit *Couar. lib.* 1. *variar. resol. c.* 11. *num.* 4. *versic. verum, vt ad propositam quæstionem.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Palinodiam recantare est pœna ignominiosa, neq; infligenda est clericis, & nobilibus. n.* 2. *&* 3.

4 *Priuilegium militis sæcularis extenditur ad militem cælestem.*

5 *Palinodia quibus verbis debeat recantari.*

6 *Aliud est se disdicere formaliter, aliud pronunciare verba satisfactoria, & an statutum loquens in vno casu verificetur in altero.*

7 *Reuocatio iniuriæ an sit facienda in eodem loco, & præsentibus ijsdem testibus. & n.* 8.

9 *Iniuria prolata per mentitam, an reuocetur per verba, quod sit vir probus, & vera solitus proferre.*

10 *Palinodiam dicitur canere dans mentitam simpliciter, & postea dicens dedisse cõditionaliter.*

11 *Reus conuentus actione iniuriarum debet iurare se iniuriam non fecisse quando recantat palinodiam. n.* 12. 13. 14. *&* 15. *& an hoc iuramentum sit dandum actori. n.* 19. *&* 20.

16 *Verbum satisfacere quid significet.*

17 *Deprecatio quid sit.*

18 *Iniurians in satisfactionibus deprecabatur in caput suum recidere, quæ male contra iniuriatum dixisset.*

¶ N. 5. *post. verb.* propositam quæstionem.

Etenim est pœna ignominiosa palinodiam re-
1 cantare, & se disdicere, † vnde multo minus es-
set infligenda personæ nobili, qui regulariter
non debet puniri huiusmodi pœnis ignominio-
sis. *Fulgos. cons.* 167. *Tiraq. de nobil. c.* 20. *& de pœn. temper. caus.* 21.

Ideo videmus, quod clericus non condemna-
2 tur ad se disdicendum, sed sufficit, † vt veniam
petat. *c. clericus maledicus.* 46. *distinct.* Vnde nec
nobilis erit condemnandus ad istas retractatio-
nes, & cõtrarium cantum. *Boer. cons.* 4. *n.* 4. *Plaz.*
3 *in epitom. delict. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 24. † & ita etiam
tenendum esse dicit *Ignat. Lopez ad Diaz in prax. crimin. c.* 68. *de maledic. in verb. se mentitum.* vbi reprobat *Diaz.* qui ibi contrarium
concludit, cum eius opinio sit nimis rigorosa, &
ibi etim allegat *Didac. Perez. lib.* 1. *ordinam. & in l.* 3. *de maledic. tit.* 8 *lib.* 8. *& Padill. in l. quamuis. n.* 9. *C. de iur. & fact. ignor.* qui omnes te-
nent contra *Diaz.* & sequitur *Farin. q.* 105. *n.* 73.
4 *&* 75. † Nam priuilegium militis sæcularis ex-
tenditur ad militem cælestis militiæ. *Capp. Tholos. decis.* 345. *Gomes. instit. de act. in princ. n.* 65. *post Alex. in l. miles. de re iudic.*

Quando tamen quis teneretur canere palino-
5 diam, quibus verbis vti debeat † *Parlad. rer. quotid. c.* 17. *lib.* 1. *n.* 16. Et an satis sit dicere verba
æquipollentia, videlicet quod dixit mendacium,
vel falsum, Doctores concludunt negatiue, vt
non satisfiat per æquipollens. *Ceuall. q.* 128. *in fin.* Vnde si ex forma statuti iniurians teneretur
6 canere † palinodiam, & plecteretur pœna infamiæ,
si aliquis pro bono pacis extraiudicialiter, non
coactus per sententiam, vel iudicialiter satisfa-
ciat iniurato per verba æquipollentia, non ex
hoc efficietur infamis; Cum aliud sit se disdice-
re formaliter, aliud pronunciare verba satisfa-
ctoria, prout in specie ita practicari in Hispa-
nia, vbi adest huiusmodi statutum contra iniu-
riantes, testatur *Gonzalez de alternat. ad reg.* 8. *cancell. glos.* 43. *n.* 39. *post Auiles. in prob. cap. pretor. in.* 20. *in fin.* Quidquid contrarium dicat
Gregor. Lopez. in l. 25. *tit.* 8. *partit.* 2.

Amplius reuocatio iniuriæ erit facienda in
7 loco, vbi verba contumeliæ fuerunt † prolata,
& palam, si publice facta fuit. *Auffr. ad decis. Capp. Tholos.* 490. *Ferrat. Salicet. Cagnol. & alij* de quibus per *Claud. ad Bertaz. cons. crimin.* 307. *vers. sed quatenus.* Non tamen erit opus
hæc verba reuocatoria proferri corã eisdem te-
stibus, coram quibus iniuria fuit prolata, cum
8 idem sit effectus detegendi veritatem, † quam-
uis hoc fiat coram alijs, prout concludit *Menoch. cons.* 107. *in fin. vers. nec fuit opus lib.* 2. Et de
iniuria prolata per mentitam, quod sufficiat il-
lam reuocare asserendo, quod is, contra quem
9 fuit mentitum est vir probus, † qui non consue-
uit mentiri, sed vera proferre, concludit *Conrad. de duell. p.* 6. *c.* 107. *n.* 7. sequitur *Menoch. cons.* 107. *n.* 45. *lib.* 2. vbi etiam *n.* 31. quod quis
dicitur palinodiam canere, si prius dedit men-
titam simpliciter, & deinde dicit se dedisse con-
10 ditionaliter, † quia tunc non solum locutus est
diuersa, sed etiam omnino contraria.

Quibus adde quod in huiusmodi satisfactionib.

reus

reus conuentus actione iniuriarum debebat iu-
11 rare se iniuriam non fecisse: Antiquitus† enim
cum deprecabantur veniam pro iniuria illata
verbo, vel factis, ea excusata, vel negata, vel con
fessa, venia tamen petita, addebatur, dictum iu-
ramentum, vt colligitur ex *Plaut. in Amphitr.*
dum inquit. Durare nequeo, obseruamus, aut sa-
tisfaciat mihi, atque adiuret insuper nolle esse
dicta, quæ in me insontem protulit. Et *Ter. in*
Adelph. act. 2. scen. 1. Noui ego vestra hæc, nol-
lem factum, iusiurandum dabitur esse te indi-
12 gnum iniuria hac; † Quod etiam docuit *Vul-*
pian. in l. lex cornelia. 5. post med. vers. hac lege
permittitur. ff. de iniur. vbi actori conceditur
deferre iusiurandum, vt reus iuret se iniuriam
non fecisse; Quod iuramentum non solum dabi-
13 tur in actione iniuriarum ciuili, quæ † locum
habet in illis tribus casibus, de quibus in *d. l. lex*
cornelia. in princip. Sed etiam in prætoria, quæ
in alijs omnibus casibus datur, exceptis illis tri-
bus ex edicto prætoris, in ista enim prætoria
etiam potest deferri iuramentum, & necesse ha-
bet reus iurare, quemadmodum quando sacra-
mentum à lege defertur; prout in terminis ex-
plicat *Glos. in d. l. lex cornelia. vers. sed sabinus.*
in verb. res se habet. ff. de iniur. per tex. in l.
marcellus. ff. rer. amot. l. fin. §. licentiam. C. de
iur deliber. l. præsenti. §. sicubi. C. de his qui ad
14 *eccles. confug.* † Et hac ratione velut quadam
palinodia lites dirimi, concludit etiam *Radul-*
phus Forner. rer. quotid. lib. 5. c. 19. col. penul.
vers. illud quoq; singulare. per tex. in l. non dam-
natos. 18. C. ex quib. caus. infam. irrog. Vbi etiã
quod hoc procedit non tantum si ciuiliter actio
iniuriarum moueatur, vt Græci interpretati
sunt, *Basiliton. lib. 60. tit. 21.* Sed etiam si crimi-
15 naliter. † Et de hoc quoq; iuramento, quod an-
tiquitus in huiusmodi satisfactionibus debetur,
late *Marcell. Donat. ad Sueton. Tranquil. in*
Tiber. c. 27. f. l. 408. Vbi etiam de verbo satisfa-
cere, quod est affirmare præsentibus testibus
16 pœnitere se iniuriæ factę, † vel scriptæ ex ad-
ductis per *Muret. in suis commentar. ad Tibull.*
Prout dicimus de deprecatione, quæ non est de-
fensio facti, sed ignoscendi postulatio, vt expli-
17 cat *Auctor ad Herenn. lib. 1. & 2.* † Vbi, in-
quit, deprecatio est, cum & peccasse reus confi-
tetur, & tamen postulat, vt sui misereantur; se-
quitur *Tiraq. in l. si vnquam. in verb. donatione*
largitus. num. 35. C. de reuoc. donat.

Aliud quoque in similibus satisfactionibus, vt
hoc obiter annotetur, apud Veteres in consue-
tudine positum fuit, vt qui alicui male precatus
18 erat, optaret præsente eo, † quem placare, cuique
satisfacere vellet, vt in caput suum reciderent,
quæ in ipsum dixisset. *Senec. lib. 3. de benefic.* Et
cum malam mentem se pridie habuisse iurasset,
id vt in se, & filios suos recideret optauit, & Cæ-
sarem, vt ignosceret sibi, rediretque in gratiam
secum rogauit. *Idem Senec. lib. 4. de benef.* Quid-
quid, inquit, mali dixi, mihi, & capiti meo. Et la-
tius explicat *Muret. lib. 12. var. lect. c. 4.* Vbi
etiam comprobat ex *Tibull.* Et mala si qua ti-
bi dixit dementia nostra, Ignoscas; capiti sunt
præcor illa meo.

Quidquid autem sit in reo conuento actione
19 iniuriarum, vt se purget dicto iuramento, † non
esset æquum hoc idem permitti accusatori, cu-
ius arbitrio, & iuriiurando non dabitur iudicij
capitalis exitus, in quo de publica coercitione
agitur. *l. iurisgentium. 7. §. si paciscar. ff. de pact.*
intelligendo de iudicio capitali, in quo de capi-
te, & æstimatione reorum agitur. *l. licet capitalis*
103. de verb. signif. Quamuis quando ageretur
20 † de crimine ciuiliter, iuxta *l. fin. de priuat. de-*
lict. & l. vlt. de furt. posset id fieri sicut in cæ-
teris causis ciuilibus, itaut inspectis rerum, &
personarum circumstantijs æquius iudex ani-
maduertat interdum reo, interdum actori iusiu-
randum deferre. *cap. vlt. in fin. de iur. iur. c. vlt.*
de testib. in 6. & explicat *Radulph. Forner. rer.*
quotidian. cap. 19. lib. 5.

EPITOME.

Constitutiones Marchiæ, an habeant locum in Iudicibus delegatis. [mandatum speciale an requiratur ad petendum restitutionem in integrum, & quando sit concedenda, & quid si hinc inde adsint priuilegiati.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Marchiæ comprehendit Iudicem delegatum.*
2 *Delegans videtur tacite cõmittere, vt delegatus procedat secundum statuta loci.*
3 *Iudices minores, siue maiores, debent seruare leges.*
4 *Restitutio in integrum debet peti per habentem speciale mandatum. Intellige vt num. 5. 6. & 7.*
8 *Restitutio denegatur minori quando litigat per procuratorem. Contrarium num. 9. & 10.*
11 *Minor vt restituatur debet probare se læsum. Intellige vt num. 12. 13. 14. & 17.*
15 *Læsio probatur per appellationem omissam. Intellige vt num. 16.*
18 *Priuilegiatus tractans de damno vitando non restituitur aduersus æque priuilegiatum. Intellige vt num. 19.*
20 *Minor mutuans pecuniam minori, quando restituatur.*
21 *Restitutio non competit si vterque priuilegiatus tractat de spoliatione.*

Decisio CXCVI.

SEntentia ad fauorem vniuersitatis Montis Roberti fuit mandata executioni contra homines Castri Maiolati, cum appellatio per eos interposita fuerit deserta, & lapsa sint tempora, de quibus in constitutione Marchiæ.

Non obstat, quod non sit locus dictæ constitu-
tioni, cum simus in iudice delegato, qui non vi-
detur astrictus per statutum conditum ab infe-
riore. Quia cum constitutiones Marchiæ sint
1 confirmatæ per Papam, comprehendunt † etiam

Iudicem delegatum, & causas appellationum
per Papam commissas, vt in specie est *decisio*
Crescen. 1. *alias* 307. *de constit. per cons.* 2. *Ro-*
man. de quo tamen multa per *Gozad.cons.*101.
[Vltra quod delegans, qui est superior, videtur
2 tacite commisisse, vt delegatus procedat † secun-
dum statuta illius loci, in quo cognoscet de
causa appellationis. *Alex. consil.* 164. *col.*1.*vol.*
6. *Vant. de nullit. in rubr. ex defectu processus.*
num. 56. *Rolan. cons.* 49. *num.* 16. *lib.* 3. qui
etiam loquuntur quo ad ordinatoria iudicij;
Maxime quia in casu, de quo agimus, Audito-
res in eorum causis tenentur obseruare consti-
tutiones Marchiæ, & ad hoc specialiter iure
iurando adstringuntur, vt in *Bulla rotali* §. 10.
& cum huiusmodi constitutiones in tota prouin
cia habeantur pro legibus, secundum eas per Iu
dices pronuntiandum est; quicunque enim sint,
siue minores, siue maiores Iudices in proceden-
3 do, & sententias proferendo, † generales leges
obseruare debent. §. *fin. auth. de iudic. l. fin.*
C. *de veter. iur. enuclean. Abb. in c. ex parte.*
in fin. de constit. Vant. de nullit. tit. an quali-
bet sententia. num. 2.

Non obstat restitutio in integrum petita ad-
uersus lapsum fatalium per procuratorem Ca-
stri Montis Roberti: Quæ restitutiones possunt
concedi per Auditores, vt in *constitutione Ro-*
4 *tali.* §. 21. Quia requirebatur ad † petendum
huiusmodi restitutionem mandatum speciale,
de quo non constabat in actis. *l. illud.* §. *fin.*
ff. de minor. Doctor. in cap. suscitata. de resti-
tut. in integr. [Licet hoc non sit tutum, cum in
mandato d. Castri adsint clausulæ generales ad
agendum, defendendum, & supplicandum, per
quæ verba potest peti restitutio, quamuis non
5 adsit expressum mandatum, cum † tacite sub
illa generali verborum serie contineatur. *Cas-*
*sad. decis.*1. *de procurat. Couarr. var. resol. c.*6.
*num.*2. *in fin. lib.* 1. vbi etiam *num.* 3. ampliat
ad habentem mandatum cum libera, & si di-
6 ctum † sit ad omnia requirentia speciale man-
datum, quamuis dicat secus esse in mandato ge
7 nerali cum clausula, † ratihabitionis, vt per *glos.*
in l. si procuratorem absentem. de procur. Alex.
qui de magis communi. *in l. si procurator. C. eod.*

Præterea restitutio non est concedenda, ex
quo aderat procurator ad exemplū minoris, cui
denegatur restitutio quando litigat per pro-
8 curatorem; ex quo enim † habet contra eum
remedium ordinarium, debet carere extraor-
dinario. *Cardin. in clem. vnica. q.* 10. *de restit.*
in integr. Felin. in c. licet. num. 10. *de accusat.*
Francus in c. ex ratione. num. 10. *de appellat.*
Caldas. de restit. in integr. in verb. sua facili-
*tate. num.*35. [Licet neque hoc sit tutum, cum
9 † secundum *constitutionem Marchiæ. c.* 13. *lib.*
6. vbicunque minor, vel Ecclesia læduntur in
iudicio, vel extra, habeant electionem, an ve-
lint petere restitutionem in integrum, vel age-
re contra tutorem, vel procuratorem, quo-
rum culpa, aut negligentia contingat eos læ-
di; & petita restitutione proceditur in causa,
non obstante quod non sit prius actum contra
administratores, aut facta discussio de eis, quod
10 etiam est de iure † communi. *l. etiam.* C. *si. tut.*
*vel curat. interuen. Rum. cons.*119.*ad fin. lib.*5.
*Magon. decis. Lucen.*68.*num.*27.

Maxime quia non constat de læsione, de
qua prius apparere debet, & per Iudicem de-
clarari an constet de bono iure minoris, & con-
11 sequēter de lęsione, vt † restituatur aduersus omis
sam appellationem. *Honded. cons.*28.*n.*43. *lib.*1.
Licet secundum *Boccac. ad constit. Marth. vt mi-*
*norum. n.*101.*glos.*8. censeatur restitutio conces-
12 sa † ipso facto per processum ad vlteriora, iuxta
stylum *Rotæ*, quæ non solet in sententia pronun-
ciare aliquem esse restituendum.

Eo magis, quia procurator petens d. re-
stitutionem erat actor, quo casu minor, qui
13 petit restitui aduersus rem iudicatam, opus † est
in primis vt probet lęsionē, quod secus est quan-
do sumus in reo. *Gabr. de minor. concl.* 2. & ita in-
telligitur *Bart. in l. fin.* C. *in quib. caus. restit. non*
est necess. Caldas. de restit. in integr. in verb. vel
14 *aduersarij dolo. num.* 18. vbi ampliat in † specie
quando petitur restitui aduersus lapsum fataliū.

Non obstat quod eo ipso dicatur constare de
15 læsione ob lapsum fatalium, aut † omissam appel
lationem. *Bart. in l. nam & postea.* § *si minor.*
de iur. iur. Quia respondetur prędicta procedere
si ante sententiam minor renunciaret appella-
tioni; eo enim ipso dicitur læsus, nec potest se-
qui sententia iniusta, ideo petere potest se resti-
tui: sed si post sententiam, vt in casu de quo agi-
mus intra tempus non appellat, aut non prose-
16 quitur, eo ipso non † constat ipsum esse læsum,
nisi doceat se bonam causam habere. *Bar. in d.*
§. *si minor. Auffred. ad decis. Tholos.* 53. *Masc.*
*de probat. concl.*1273. *num.*10. [Neque enim
minor restituitur, quia minor, sed quia læsus: li-
cet *Ludouic. conclus.* 49. attestetur in practica
contrarium seruari, quod propter minoritatem
solum restituatur alio non docto: quod tamen
17 non multum faciebat, cum † contrarium sit ve-
rius, & communiter receptum, vt testatur *O-*
sasc. decis. pedam. 158. *num.* 9. & 13. vbi mul-
tos allegat; & ab ista communi opinione rece-
dere propter d. attestationem obseruantiæ, non
esset tutum.

Adde quia hinc inde aderant communitates,
& sic priuilegiati, & ambo tractabant de
damno euitando, quo casu vnus aduersus alte-
18 rum non restituitur † in integrum. *Doct. in au-*
then. quas actiones. C. de Sacros. Eccles. Dec.
*in cap. in præsentia. n.*51.*col.*24.*in fin. vers. non*
obstant iura. de probat. Bal. in l. pupillorum. in
fin. C. de repud. hered. Prob. in addit. ad Ioan.
*Monac. in c. cum persona. num.*8. *de priuileg. in*
6. *Crot. cons.*198.*num.* 17. *versic. veruntamen.*
lib. 2. *Oddo. de restit. in integr. p.*1.*q.*18.*art.*5.*n.*
33. *circa med. vers. si vero vterque.* vbi testatur
de communi, & veriori opinione. [Quæ tamen
intelliguntur quando vterque est priuilegiatus
19 in specie, † in casu de quo agitur, & in actu, &
exercitio, & respectu eiusdem causæ, quæ con-

tro-

trouertitur. & ita procedunt tradita per *Alex. cons.* 55. *num.* 18. *lib.* 5. & iura per eum allegata, videlicet *l. si minor* 25. *annis. de minor. & l. verum. §. fi. ff. eod. tit.* vbi minor mutuans pe-
20 cuniam alteri † minori, qui eam perdidit, non vtitur priuilegio restitutionis in integrũ contra eum; nam vterque ratione minoris ætatis, ac læsionis habet priuilegium restitutionis in specie in eodem casu, & in actu, & exercitio, hoc est respectu eiusdem pecuniæ amissæ, cum minor agens haberet restitutionem aduersus dationem pecuniæ, & minor conuentus aduersus receptionem eiusdem pecuniæ, & cum vterque tractet de damno, ideò deneganda est restitutio. *Abb. in c. super spoliatione.* per illum *tex. n.* 2. *de ordi. cognit.* vbi loquetur quando vterque priuilegiatus
21 est spoliatus, & vterque tractat de spoliatione, & sic de damno. *Barbat. cons.* 16. *num.* 12. *versic. facit quod dixit. lib.* 3.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Minor restituitur contra minorem.*

¶ N. 12. *post verb.* dixit. lib. 3.

Alias si non haberet priuilegium in ea specie, de qua tractatur, esset locus priuilegio *l. fin. ff. ex*
2 *quib. caus. maior.* † vbi minor restituitur cõtra minorem. *Abb. in c. ad aures. in* 2. *notab. de præscript. Surd. de alim. priuil.* 61. *tit.* 8. *n.* 13.

EPITOME.

Pro sententia antiqua, quando præsumatur, etiam si non iustificetur legitimo processu, & quod dicatur tempus antiquum. [Sententia contra sententiam, quæ transiuit in iudicatum, an valeat. [clausula summarie, & de plano an impediat reuocationem attentatorum in primis, & ante omnia.

SVMMARIVM.

1 *Pro sententia antiqua præsumitur, etiam quod non iustificetur legitimo processu.*
2 *Tempus antiquum dicitur excedens nonaginta, & centum annos.*
3 *Sententia vt dicatur antiqua sufficiunt triginta anni.*
4 *Sententia contra primam in iudicatum transactam non valet. Amplia vt n.* 5. 6. *&* 7.
8 *Renunciari potest iuri quæsito ex sententia.*
9 *Sententia si est nulla, erit etiam nullus consensus ei accessorius.*
10 *Sententia arbitramentalis secunda, non valet post primam.*
11 *Solemnitates non enunciatæ non præsumuntur etiam in tempore antiquo. Intellige vt n.* 12.
13 *Sententia in iudicatum transacta est exequenda.*
14 *Laudum dicitur emologatum post triginta annos, & est exequendum. num.* 15.
16 *Attentata non reuocantur in primis stante clausula, summarie, & de plano.*

Decis. Marchiæ.

18 *Iudex non cogitur pronunciare super incidentibus, stante clausula summarie.*

Decisio CXCVII.

CONclusum fuit sententiam latam per D. Gubernatorem Camerini, inter vniuersitatem, & homines Castri Serræ Petroni ex vna, & Castri S. Venantij ex altera, exequẽdam esse solum in partibus non contrarijs sententiæ antiquæ, seu laudo de anno 1451. inter easdem Vniuersitates, & in eadem causa, cui standum est: Nam ob eius antiquitatem pro illa
1 præsumitur, etiam quod non iustificetur † aliquo legitimo processu. *Bald. in l. emancipatione. de fid. instrumen. vers. vlterius quæro. Alex.* qui de communi *cons.* 30. *colum.* 2. *in* 2. *dub. n.* 7. *lib.* 5. *Dec. cons.* 36. *colum.* 1. *versic. non obstat. Socin.* qui de magis communi *cons.* 158. *num.* 16. *colum.* 6. *vers. & pro fundamento. lib.* 2. *Gabriel concl.* 4. *de sent. num.* 34. *vers. limita non procede-*
2 *re.* & tempus † antiquum dicitur, quod excedit 90. & 100. annos. *Innoc. in c. veniens. de testib. Alex. in l. eum aliquis. C. de iur. delib. col.* 2. *sub n.* 5. *vers. & ibi tangunt. & cons.* 6. *in fi. lib.* 1. *Dec. cons.* 13. *col.* 5. *n.* 8. *vers. & cum talia instrumẽta. Curt. iun. cons.* 90. *col. fi. n.* 12. *Decian.* qui de cõmuni *cons.* 21. *n.* 28. *lib.* 1. [Licet in sententia, vt
3 dicatur antiqua † non requiratur spatium centum annorum, sed sufficiant triginta anni, & minus. *Crauet. de antiq. tempor. p.* 2. *in princ. n.* 37. *vers. sed hic videndum. Menoch. de arbitr. iud. lib.* 2. *cent.* 1. *casu* 4.

Stante igitur prima sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, non poterit contra illam pronunciari, cum sententia contra primam in
4 † iudicatum transactam non valeat; Ratio est, quia cum sententia diffinitiua nihil aliud sit, quam vltimus finis, sequitur quod omnem aliũ finem interdicit, & annihilat, quia post se nihil habere potest, maxime propter rigorem iudiciorum, vt lites terminentur. Nam victoria habet perpetuam causam, & effectum substantiæ incommutabilem, & ille, qui vincit, in perpetuũ non potest perdere. *Bald. in l.* 1. *in princip. & colum.* 2. *vers. ex his apparet. num.* 3. *in fin. C. quando prouoc. non est neces. Dec. cons.* 294. *n.* 4. vbi de communi.

Quæ procedunt etiam quod sit lata in diuer-
5 sa instantia, quia contra primam non † valet; prout reprobata opinione *Bart.* contrarium tenentis, firmat *Fulgos. & Castren. in l. nam & postea. §. si damnetur. de iur. iuran. Roman. consil.* 410. *in fin. Butr. in c. cum M. Ferrar. col.* 46. *vers. nota hoc dictum. de constit. & cons.* 27. *visis punctis, & quæsitis: Milius in verb. sententia lata contra sententiam. Felin.* qui de communi in *d. c. inter monasterium. col.* 6. *num.* 15. *vers. regulariter sententia. de re iudic.* vbi intelligit
6 dummodo Iudici, † vt tali, constet de prima sententia non suspensa per appellationem, quia si ea posthabita pronunciauit, secunda non tenet quasi lata contra notorium iuris. *cap. fin. de*

robab. cleri. & mulier. cap.inter cateras. de re iudicat. Io. de Amte. conf.26.num.5.

Immo ſententia diffinitiua lata contra aliam
7 diffinitiuam, eſt ipſo iure nulla,† etiam ſi in ſe-
cunda partes conſenſerint expreſsè. *gloſ. in l. ſi
diuerſa.in verb. agi. C.de tranſact.* quam ſequi-
tur ibi *Bart. num.* 4. & dicit multum notabi-
lem. *Bald. ibid. num.2. ad fin. & Alexand. col.
2. num.3. Dec. in addit. ad Bald. in l.1. C.quã-
do prouoc. non eſt neceſ. in verb. contra ſenten-
tiam. & in verb. hoc verum. Bartol. in l. acta
45. de re iudic.n.2. verſ.tertia opinio. Imol. in l.
quod iuſſit,in fin. eodem tit. Bald. in l. 1. in fin.
C.ſentent. reſcin.non poſſ. & in l. poſt rem. de
tranſact.* [Ratio eſt, quia licet iuri quæſito ex
8 ſententia † poſſit renunciari. *l.duobus.de except.
rei iudic.* Vnde poterit renunciari primæ ſenten-
tiæ, & per conſequens valebit ſecunda,non ob-
ſtante prima: Tamen aliud eſt renunciare ſenten
tiæ primæ,quod poteſt fieri. *l.acta.de re iudic. l.
in ſeruitutem. §. ſi petierit. de bon. liber.* Aliud
eſt ſimpliciter conſentire ſecundæ ſententiæ: Nã
9 cum ſententia † ſit nulla, ita conſenſus ei acceſ-
ſorius erit nullus. Ex quibus opus eſt, vt prius
renuncietur ſententiæ. *Felin.in c.inter monaſte-
rium.col.9.num.17.limit.2.verſ.vnde dicit tenẽ-
dum.de re iudic. & colum.8.num.16.verſ.ex his
omnibus caſibus.limit.1.Bar.in l.acta.45.in prin
cip.n.5.eod.tit. Alex.in l.ſi diuerſa.in fin.C.de
tranſact.* & ibi *Bald.n.2.* [Idem eſt in ſententia
10† arbitramentali; non enim valet ſecunda poſt
primam, etiam de conſenſu partium,niſi in com
promiſſo expreſſe ſit dictum, non obſtante tali
ſententia. *Caſtren. in l.cauſas. num.4.C.de tran
ſact. Bald. in l. poſt rem. in prima lect. & in l.itẽ
ſi vnus.n.2.de arbitr. Alex. conſ.22.num.2.lib.1.
Corn.conſ.148.n.20. lib.2.Siluan.conſ.71.nu.1.
Celſus Vgo conſ.94.n.10. Blan.de compromiſ. q.
6.num.10.*

Non obſtat non conſtare de ſolemnitatibus,
quæ tunc præſumuntur, quando ſunt enunciatæ,
de qua enunciatione in d. laudo non apparet:
Vnde etiam quod ſimus in tempore antiquo;ta-
11 men † ſolemnitates non enunciatæ non præſu-
muntur. *Menoch.præſump.132.lib.3.n.95.* Quia
reſpondetur prædicta procedere, vbi adeſt cur-
ſus temporis decennij, ſiue tricennij tantum;
tunc enim ſolemnitas extrinſeca præſumitur;
12 quando fuit enunciata; ſecus vbi concurrit tem
pus centum,& quadraginta annorum, vt in caſu
noſtro; tunc enim præſumuntur omnia ſolemni-
ter acta,& pro ſententia ita antiqua præſumi-
tur,etiam quod non iuſtificetur aliquo legitimo
proceſſu,& quamuis non conſtet de enunciatio-
ne,prout explicat idem *Menoch.d.præſump.132
n.67.verſ.declaratur primo.* poſt *Alex. conſ.30.
col.2.in 2.dub.lib.5.*

Maxime quia in caſu, de quo agimus, vltra
tempus antiquum,laudum,ſeu ſententia prima
fuit lata partibus præſentibus, vt in fine ſenten-
tiæ conſtat,à qua per homines vniuerſitatis Ser-
ræ fuit appellatum abſque vlla proſecutione ap-
13 pellationis; Vnde merebatur † executionem,
tanquam in iudicatum tranſacta. *l.4.§.ex conuẽ-
tione.de re iudic. Pariſ.conſ.116.volum.4.* Immo
14 laudum etiam tranſactis triginta† annis dicitur
emologatum,& approbatum. *Socin.conſ.220.co
lum.4.verſ.ad iſtud primum reſpondetur. vol. 2.
Dec.conſ.39.col.pen. Maſc.de prob.concluſ.966.*
15 [Et in laudo emologato, quod ſui † natura
exequendum ſit dicunt *Doctor. in l. cum antea.
de arbitr. Grat.conſ.34. volum. 1.* Alias fruſtra
laboraretur pro obtinenda ſententia,ſi eius exe-
cutio redderetur eluſoria. *Pariſ.conſ.103.n.29.
vol.1. Contard.in l.1.in notabilibus.n.18. C. ſi de
moment. poſſeſſ.*

Ex quibus in executionem laudi,antiqui fue-
runt amoti termini affixi vigore ſententiæ D.
Gubernatoris contrarijs locis deſignatis in pri
mo laudo, & poſiti alij termini, prout in actis;
[Et cũ huiuſmodi cauſa eſſet inter vniuerſitates
& ſummarie expedienda vltra particularẽ com-
miſſionem, quod procederetur ſimpliciter, de
plano, & ſola facti veritate inſpecta; fuit omiſſa
diſputatio, an eſſent reuocanda attentata, nec
ne, prout per partes petebatur; cum ſtantibus
16 dictis clauſulis illa non reuocentur in primis,&
ante omnia. *Mandoſ.de commiſſ. form. 14. q.4.
Lancellot.de attent.p.1.in præfat. n.45. Honded.
conſ.94. nu.65.* Neque enim ſtantibus huiuſmo-
di clauſulis iudex cogitur pronunciare ſuper in-
cidentibus,& emergentibus. *Bald. in l. ait præ-
tor.§.permittitur.n.1.verſ.item nota.de minorib.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ſecunda valet contra primam iniu-
ſtam tranſactam in iudicatum.*
2 *Sententiæ iniuſtæ non exequuntur per Rotam,
quamuis in iudicatum tranſierint.*
3 *Solemnitas, cui partes non poſſunt renunciare,
lapſu temporis non præſumitur.*
4 *In iudicio finium regundorum vterque litigan-
tium dicitur actor, & reus.*
5 *Menſura prædij eſt facienda expenſis empto-
ris, & vendentis.*
6 *Exceptio ſpolij non admittitur ad impediendum
proceſſum, ſtantibus clauſulis ſummarie, ſola
facti veritate,&c.*

¶. N.6. *poſt verb.* conſ.26.n.5.

Et dummodo ſententia lata non ſit iniuſta; nam
ſi eſſet talis,valeret ſecunda contra primã tran-
1 ſactam in iudicatum.† Talis enim ſentẽtia nun-
quam trãſit in iudicatum. *Fel.in c.ſuper litteris.
n.15.de reſcript. Doct.in l.4. §.condemnatum. de
re iud.* & eſt deciſio *Rot.coram Card. Seraphin.
2 Peruſin.executionis.10.Aprilis* 1595.†per quam
non attenduntur ſententiæ extra eam latæ, niſi
ſint iuſtæ,nulla habita conſideratione rei iudi-
catæ. *Put.deciſ.204. & 318. lib.1. Rot.per Car
din.Seraph.Auximan. dotis.14.Martij* 1581.

¶ N.12.

¶ N. 12. *post verb.* in 2. dub.lib.5.

Præsertim quia non sumus in solemnitate tali,
3 cui partes non possunt renunciare. † illa enim
non præsumeretur lapsu temporis. *Vasq.contro.*
illustr.c.64.n.21.post Anchar.in cap.1.de reb. ec
cles. non alienand. Surd. de aliment. tit. 8. *pri-*
*uileg.*56. *num.* 111.

¶ M. 15. *post verb.* prout in actis.

Facta mensuratione expensis vtriusque partis:
in iudicio enim finium regundorum interuenit
4 æqualis vtilitas, non † vnius magis, quam alte-
rius, qua ratione vterque vicinorum dicitur a-
ctor, & reus. *l.iudicium communi. ff.fin.regund.*
Et regulariter mensura prædij fit expensis vtri-
usque tam emptoris, quam vendentis. *Salicet.in*
5 *l.*3. C. *fin.regund.* † Etiam si alterutra partium
tantum contradicat. *Felin. in cap. quia iudi-*
*cante. colum.*1. *de præscript. Iaf.in l. prætor ait.*
§. is etiam. num. 10. *de edend.* itaut si vna pars
soluat, recuperet ab alia. *Surd. de alimen.q.*86.
in fin. tit. 1.

¶ N. 16. *post verb.* de minor.

Prout idem est in spolio, cuius exceptio non admittitur ad impediendum processum, stantibus dictis clausulis. *Aym.cons.*299.*col.penul.versic. quarto respondeo. Menoch.consil.*2.*num.*190 *Surd.* qui de veriori opinione testatur, *consil.* 166.*num.* 8.

EPITOME.

Qualitas à statuto requisita quo ad Iudicem, notarium, & similia post conclusionem in causa an possit probari. ¶ Iudex quando reuocet conclusionem in causa, & quid in summarijs. ¶ Post terminum probatorium, an probationes admittantur.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas statuti est probanda, nec sufficit postea interuenire. num.*8.
2 *Optima conditio requisita per statutum debet probari. & num.*3.
4 *Poena non incurritur, nisi probatis qualitatibus requisitis per statutum.*
5 *Emens rem Cameræ debet probare quod ad eam spectet.*
6 *Qualitas comitatus est probanda.*
7 *Absentia requisita debet probari.*
9 *Qualitas requisita in notario, seu iudice est probanda.*
10 *Conclusio expressa dicitur, si pars petat sententiam.*
11 *Conclusio in causa est terminus exclusiuus probationum. & num.* 19.
12 *Sententiam esse latam, & conclusum in causa, paria sunt.*
13 *Per conclusionem in causa quæritur ius parti.*
14 *Conclusio in causa potest reuocari per Iudicem. Intellige vt num.* 15. *&* 33.
16 *Iudex post conclusionem potest admittere nouas probationes ex magna causa, & æquitate. nu.* 17. *&* 18.
20 *Post conclusum in causa non potest probari quē esse Iudicem, vel notarium. Intellige vt n.*21.
22 *Testes super habilitate impetrantis post conclusionem possunt recipi pro informatione Iudicis. Amplia vt n.*23.
24 *Probatio quem non esse descriptum in aliquo loco, quomodo fiet.*
25 *In causa summaria producuntur probationes post conclusionem. Intellige vt n.* 26.
27 *Post terminum probatorium de æquitate canonica admittuntur probationes. Intellige vt nu.* 28. 29. 30. *&* 31.
32 *Probationes non admittuntur post conclusum in causa, vbi agitur de legitimanda persona.*
34 *Assertioni Iudicis non statur, quod adsit causa reuocandi conclusionem.*

Decisio CXCVIII.

STatutum Recanatense, de quo agebatur in
causa Bartholomęi Ceccoli disponit, quod
notarij rogati de contractibus donationū
debeant esse de collegio, & matricula, & in illa
descripti, alias sint nullæ, & habeantur pro si-
mulatis. Ex quo dictum fuit donationem, in
qua se fundabat Ceccolus, esse nullam, quia per
eum non fuit probata qualitas in statuto con-
tenta, prout debebat fieri; cum non solum pro-
1 bandum sit, quod inquit † statutum, sed etiam
qualitas in eo contenta. *Ang.in l.*1.*§. si quis ne-*
get. quemadm. testam. aper. vbi de statuto re-
quirente testes optimæ conditionis, & famæ,
2 quia † est articulandum, & probandum quod sint
tales. *Alex.cons.*82.*in causa vertente.nu.*3.*vers.*
*pro hoc bene facit. col.*2. *lib.*1. vbi subdit de sta-
tuto Bonon. requirente probationem mortis
decedentis extra territorium per testes optimæ
3 † conditionis, quod non erit probata mors, si
non probetur optima conditio testium. *Marsil.*
*singul.*188.*n.*2.*&* 3.*Dec.cons.*18.*nu.*4.*& consil.*
550.*nu.*4. vbi de statuto loquente de causis de-
finiendis, quod debeat probari causam esse de-
finiendam. *Bart.in l.*1.*§.* 1.*ne quid in flum.pub.*
*Io.Andr.in c.*1.*de homic. in* 6. *Decian. cons.* 11.
4 *n.*23.*lib.*2. vbi quod non incurritur † pœna, ni-
si probatis qualitatibus à statuto requisitis. idē
*Decian.cons.*43.*n.*2.*lib.*2. vbi de fratre excludē-
te sorores, iuxta formam statuti, quod debeat
probare, quod sit frater. Idem *cons.*119.*nu.*10.
*lib.*3. vbi de statuto, quod ementes rem Camerę
5 cadant à iure suo; debet enim probari, † quod
sit res spectans ad Cameram. Idem *Decian.cons.*
33.*n.*27. *lib.* 1. vbi de legato relicto ciui, quod
debeat probare qualitates statuti loquentis de
relicto in ciuem, vt valeat. *Salic. in l. mancipia.*
*C. de seru. fugit. Thob. cons.*108. *in fin.* vbi de
dispositione loquente cum qualitate fractionis
pacis. *Socin.cons.*55. *præstantissime Doctor. lib.*
1. *in princ.* vbi de statuto loquente in comitati-

uo

uo ciuc, & de iurisdictione, quod debet proba-
6 ri ista † qualitas, quod sit ciuis comitatiuus.
Socin.iun.cons.7.num.1.lib.1. vbi de statuto lo-
quente in supposito iurisdictioni, & conferente
onera, & quod hoc debeat probari per actorem,
non per reum negantem illud positum ab acto-
re, & ibi testatur de communi. *Riminal.iun con
sil.480.num.38.lib.4.* vbi de statuto requirente
7 absentiam per totum tempus, † quod debeat
probari absentia cum toto tempore, late *Cor-
sett.sing.269.* [Ratio est, quia secundum statu-
8 tum † debet interuenire actus, & ipsa qualitas:
Vnde prius debet constare de qualitate, alias di
spositio non valet, neque sufficeret, si postea in-
terueniret, maxime stante geminatione verbo-
rum statuti. *Paris.cons.62.nu.38. vsque ad nu.
44. lib. 4.* [Et in specie de qualitate requisita
9 in notario, seu Iudice, † est decisio *Lanfran.*407.
post *Bald. in l. vnica. num. 3. C. vt qua desunt
aduoc.*

An autem Bartholomæus Ceccolus esset ad-
mittendus ad probandam qualitatem huiusmo-
di statuti, responsum fuit negatiue. Cum enim
fuerit conclusum in causa etiam ad instantiam
ipsius petentis pluries sententiam ferri; quo casu
10 dicitur expressa † conclusio. *Menoch.de arbitr.
q.35.num.4.lib.1. Roland.consil.52.lib.4.n.10.*
nihil amplius deduci, & probari potest, cum sit
11 terminus † exclusiuus omnium probationum.
Natt.cons.252. num.4. Neque licitum est am-
plius aliquid in iure, & in facto allegare, cum
nullum sit medium dubium, nisi citatio ad sen-
tentiam. *Io.de Amic.consil.6. num.25. & cons.
108.num.6.* Immo à pari procedunt sententiam
12 esse latam, vel † conclusum in causa, itaut post
eam non dicatur amplius iudicium. *Mandos.
in tract. commiss. form. 7. in verb. pendeant in-
decisa. versic. contra vero.*

Maxime stante constitutione Marchiæ dispo-
nente, quod post conclusionem in causa, & da-
tum terminum ad allegandum Iudex statim de-
beat illam expedire; ex quo videtur etiam vl-
tra ius commune, imponi necessitas Iudici, vt
non admittat alias probationes, cum per huius-
modi admissiones lites plurimum prorogentur,
& negotia differantur in præiudicium partium,
vt in specie ad casum nostrum concludit *Bellam.
decis.55.de iudic.num.2. Masc.concl.1279.n.12.*
Est enim quæsitum per conclusionem ius parti
13 virtute † cuiusdam tacitæ renunciationis de fa-
ciendis probationibus, quod ius non debet au-
ferri. *c. ab eo. de electio. in 6.*

Non obstat nunquam censeri in causa conclu
sum quo ad Iudicem, cum semper vigeat eius
officium: Vnde quo ad illum nō dicitur ius quæ-
situm parti; qua acquisitione iuris cessante po-
terit ex iusta causa admittere probationes, etiā
post conclusionem, maxime de æquitate, secun-
14 dum † quam reuocatur conclusio in causa cita-
ta parte ad dicendum quare non debeat reuo-
cari. *Mascard. conclus. 1279. num. 16. vsque
ad n.21.* ex doctrina *Bellam. decis. 447.* vbi am-
pliat, etiam quod simus in causa prophana.

Quia respondetur, quod *Bellam.* loquitur
quando est facta conclusio in causa cum potesta-
15 te † reuocandi, & parte absente, & commissio es-
set de procedendo summarie; secus in casu no-
stro, in quo non proceditur summarie, neque est
retenta potestas reuocandi: Tunc enim non ad-
mittitur reuocatio, prout distinguit idem *Bel-
lam.decis.55.sub num.3.* quam decisionem licet
dicat *Mascard.* esse contrariam *allegata 447.*
tamen in rei veritate non est talis, sed similis
cum supradicta distinctione, vt melius explicat
idem *Bellam.decis.551.* vbi loquitur quando au-
ditor retinuit facultatem reuocandi conclusio-
nem in causa, quod tunc suadente æquitate po-
terit reuocare.

Adde, quod non quælibet causa sufficit, vt Iu-
16 dex post conclusionem debeat admittere † nouas
probationes; sed debet esse magna causa, de qua
non constat in casu nostro. *Speculat. de renun-
ciat. & conclus. in princ. vers. & scias. column. 1.
num.3. Alba.cons.9. num.32.* Immo debet esse
17 etiam magna † æquitas, vt hoc possit concedi.
*Menoch.de arbitr. lib.1.quæst.35.num.22. & 25
18 vers. immo ipsemet.* Et quod debeat esse † eui-
dens ratio, vel exceptio notoria, concludit *Feli.
in c.cum dilectus.n.20.col.3.vers. octauo limitat.
de fid. instrum.*

Et quod in causa prophana post conclusionē
19 non admittantur amplius probationes, † voluit
*Felin.in cap. pastoralis. in fin. versic. demum
vide. de except. Bellam.decis.551. Mascard.con-
clus. 1279. num.20. vers. cui quidem doctrina.*
vbi post aliquas decisiones Rotæ per eum alle-
gatas distinguit concordando opiniones, quod
poterit fieri reuocatio post conclusionem, sed
quod non debet fieri; prout voluit etiam *Bel-
lam.d.decis.55.*

Et in specie casus nostri id voluit *Bald. in l.
vnica. C.vt qua desunt aduoc. col.1.num.4.ver-
sic. secunda conclusio.* vbi quod si producitur de-
cretum Iudicis Ordinarij, & tempore produ-
ctionis aduersarius nihil opponit; concluso ve-
20 ro in causa † negat illum esse Iudicem, cer-
tum est quod affirmans non potest probare, ex
quo est conclusum. Idem *Bald. in l. fin. colum.
10.num.43.vers.sed dubitatur.de edict.diu.Adr.
toll.* vbi licet possit recipere productionem ex
21 officio, non tamen † ad petitionem partis pro-
ducentis, & ita in Iudice, & notario si negetur
qualitas Iudicis, seu notariatus, concludit *Lan-
franc.decis.407. si post conclusionem.* vbi propte-
rea dat cautelam quod Iudex faciat ex officio,
qui postea poterit supplere declarando id sibi
esse notorium, prout dat etiam huiusmodi cau-
telam *Bald. in d. l. vnica. num.3. C.vt qua de-
sunt aduoc.* & id etiam voluit *Rota decis. 2. alias
6. de testib. in nou.* vbi quod post conclusionem
22 possunt recipi † testes super habilitate impetran
tis propter informationem Iudicis, cum magis
ex officio recipiantur, quam ad instantiam par-
tis; talia enim requirunt probationem leuem
propter præsumptionem iuris, quod quilibet
præsumitur idoneus, maxime si nihil de inhabi-
lita-

litate opponatur. Et idem postea concludit in
23 signis, † sigillis, & notarijs per partem mali-
tiose allegatis.

Vnde cum in casu, de quo agimus, Iudex ex
officio iam viderit librum, seu matriculam ad
effectum se informandi, an notarius vere esset
descriptus in confraternitate, vt posset se roga-
re de donationibus, prout disponit statutum
Recanatense, & per inspectionem libri viderit
illum in d. anno nõ esse descriptum, sed sub anno
1594. Dicendum est, quod non sit allibratus, vt
24 † ita probari docet *Bald. in l. 2. sub numero 5.
colum. 2. versic. dicit statutum. C. de error.
aduocat.*

Non obstat *constitutio lib. 5. c. 16. & c. 1. eod.
lib.* vbi omnes causæ dicuntur summariæ, in qui-
bus etiam ad instantiam partis poterunt produ-
25 ci † probationes post conclusum in causa. *Rom.
consil. 176. istæ sunt. colum. fin. n. 12. Felin. d.
c. dilectus. colum. 3. n. 19. versic. septimo limitat.*
Quia constitutio loquitur de iudicibus Curię
Gubernatoris; Vltra quod in fine constitutio-
nis dicitur, quod lapso termino ad allegandum
intelligatur esse conclusum in causa; Vnde licet
de iure communi in summarijs non detur con-
clusio, & sic possit Iudex reuocare conclusio-
26 nem; tamen ex forma statuti † bene potest indu-
ci conclusio in causa, vt in casu nostro. *Felin. in
c. cum dilectus. n. 29. de fid. instrum. Menoch.
d. q. 35. n. 6.* Immo additur in constitutione,
quod iudex coram quo causa vertitur, teneatur
illam expedire tempore secundæ monitionis,
prout disponit constitutio forma qualiter, quod
lapso termino ad allegandum debeat Iudex il-
lam expedire.

Non obstat, quod de æquitate canonica vi-
deatur posse admitti, secundum *Mascard.* qui
alios citat *concl. 1229. nu. 11.* quia loquitur post
27 terminum probatorium, † non autem quando
sumus post conclusum in causa *per decis. Bellam.
744.* Immo idem *Masc. ibid. nu. 14.* dicit hoc es-
se per Iudicem faciendum ex gratia, licet non
ad instantiam partis, etiam loquendo post ter-
minum probatorium.

Et quando adesset magna causa, & æquitas,
28 vt supra dictum est, tunc posset † etiam post con-
clusum in causa admittere probationes, in quo
tamen debet Iudex aduertere, & multum mo-
derari suum arbitrium, habito respectu ad ius
alterius partis, illiusque præiudicium: si enim
29 esset concursus æquitatis, † contra negligen-
tem esset iudicandum. *Masc. concl. 1229. num.
20.* Maxime cum probatio non prætendatur fie-
ri per instrumenta, sed per testes, & sic non
sit ita in promptu, & breuis. *Masc. ibid. nu. 26.*
vbi etiam sub *num. 27.* intelligit omnia supra-
30 dicta procedere, † quando testes essent de nouo
reperti, & præsentes. *Dec. in c. sæpe. de appellat.*

Immo quando Iudex ex officio vellet testes
31 recipere post conclusum in causa, † debet adhi-
bere cantelam, de qua per *Aym. consil. 134.
num. 1.*

Et quod non possint testes, & probationes
admitti post conclusum, quando agitur de legi-
32 timanda persona, etiam quod commissio † esset
cum clausula, vt post conclusum admitterentur
probationes, *Roman. consil. 272. commissio.*

Immo etiam, quod possit Iudex reuocare con-
clusum in causa, cum ista interlocutoria non
transeat in iudicatum quoad illum; tamen quan-
do statutum dat terminum ad appellandum in
33 interlocutorijs, vt † in casu nostro, est imposita
necessitas Iudici, vt post illum terminum non
possit reuocare ad instantiam partis. *Lanfranc.
in c. quoniam contra. de probat. in verbo, inter-
locutio. col. 9. vers. tertio fallit.*

Neque standum est assertioni Iudicis, quod
34 adsit causa reuocandi: † quia de ea prius debet
apparere, vt possit conclusionem reuocare.
Aym. cons. 48. num. 1.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas superueniens in causa appellationis
non conualidat sententiam latam contra eum
qui illam qualitatem non habebat.*

2 *Actus perfectus non vitiatur, quamuis perue-
niat ad causam, à quo non poterat incipere.*

3 *Cappellania assignata alicui ob defectum vo-
cati à testatore non habentis qualitatem requi-
sitam, non auferetur ei quamuis in causa ap-
pellationis superueniat dicta qualitas.*

¶ N. 9. *in prin. post. verb.* quæ des. aduoc.

Quod adeo verum est, vt quamuis lite pen-
dente superueniat qualitas, quæ à principio de-
1 fuerat, nihil proficeret, † neque per superue-
nientem qualitatem posset sententia reuocari
in causa appellationis, cum debeat esse præ-
cise eo tempore, quo cedit dies. *Alex. consil.
148. nu. 2. lib. 2. Gozad. cons. 36. n. 7. Aym. cons.
212. nu. 6.* Actus enim legitimus, & perfectus
2 non vitiatur, † licet perueniat ad causam, à quo
non poterat incipere. *Bart. in l. pluribus. §. &
si placeat. de verb. obligat. Tiraq. in l. si vnquam.
in verb. susceperit liberos. nu. 151. C. de reuoc.*

Et facit quod alias Dixi cum de hoc quære-
retur, de cappellania assignata alicui in defectũ
3 vocati per testatorem, † quasi non haberet qua-
litatem requisitam, vel consanguinitatis, vel
ordinis sacri, vel ætatis, aut similis. Nam non
est illi auferenda in causa appellationis, licet
postea superueniat ætas, Sacerdotium, aut con-
sanguinitas, cum ius quęsitum ex superuenien-
tia conditionis non tollatur. *c. si pro te. de re-
script. in 6. Aneha. in c. cum ei quem. col. 3. n. 2.
4 de concess. preb.* † & in terminis post *Felin. Ber.*
& alios concludit *Spin. de testam. glos. 4. n. 69.
& 70.* & multum notandum dicit *Ceual. quæst.
693. n. 25.* Vbi quod sæpe occurrit prosequutio
litium, vt superueniat interim qualitas, quæ
tamen non prodesset. *Curt. Iun. cons. 57. n. 11.
Paris. de resignat. lib. 4. q. 1. n. 14.* Et est tex in l.

non

non oportet. de leg. 2. l. interuenit. de legat. præstand. cum similibus adductis per *Ludouic. Molin. de hispan. primogenit. c. 13. num. 37. lib. 1.* vbi de verissima opinione testatur, post *Socin.* qui plura adducit *in l. si cognitis. num. 29. de reb. dub.*

EPITOME.

Appellatio copulatiua ad plures Iudices, vel alternatiua, quando valeat, & quid si est simpliciter appellatum ad Iudicem competentem.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio copulatiua ad plures Iudices non valet de iure canonico. Secus de iure ciuili. Intellige, vt nu. 8. 9. 10. & 13.*
2 *Appellatio alternatiua an valeat.*
3 *Appellatio ad Iudicem competentem non valet si adsunt plures Iudices competentes. Intellige vt num. 4.*
5 *Appellatio generalis valet, vbi non recognoscitur nisi vnus superior, etiam quod infra decem dies non declaretur, & nu. 6. Amplia vt num. 7.*
11 *Prosecutionis euentus attenditur.*
12 *Expressis duobus Iudicibus intelligitur de maiori.*

Decisio CXCIX.

APpellatio copulatiua ad plures Iudices,
videlicet ad Archiepiscopum, & quemlibet Iudicem competentem non valet
1 de iure canonico, nisi infra † terminum datum
ad appellandum declaretur coram quo quis velit prosequi appellationem; licet de iure ciuili
valeret sine alia declaratione, cum intelligatur
de proximo. *Franc. in c. in alternatiuis. 70. ad
fin. de reg. iur. in 6. & in c. dilecti. il 3. nu. 62.
vers. secundo, & vltimo quaro. de appell. Ferrat.
eod. tit. c. 5. nu. 140. tom. 5. fol. 69. Alex. cons.
164. viso processu. lib. 2. & cons. 79. in causa,
& lite. lib. 7.* vbi *num.* 8. de appellationibus al-
2 ternatiuis, quæ† quando valeant, *Felin. in cap. 2.
de appellat. Thom. Fast. dub. 16.* late *Nerut. in
cap. inter cætera. num.* 10. *de appellatio. tom. 4.
fol.* 189.

Amplia etiam in appellatione simplici, videlicet, quando fuit appellatum ad Iudicem com-
3 petentem; † cum enim possint esse plures Iudices competentes debet declarari infra decem
dies, de quo appellans sentiat. *Alexand. consil.
12. viso processu inter. lib. 6.* & de vtilitate appellationis ad Iudicem competentem, *Bald. in
l. cum proponas. in fi. C. de bon. auct. iud. possid.*

Limita quando ad vnum tantum ex ipsis po-
4 tuisset appellari; tunc enim etiam non † facta
declaratione valebit appellatio. *Alexand. cons.
164. viso processu. sub num. 3. lib. 2. Auffrer. ad
decis. cappell. Tholos. 475.* vbi de eo, qui appellat
à subdito suffraganei ad Episcopum, vel Archiepisc. Vnde si appelletur ab eo, qui non recognoscit nisi Papam superiorem, valebit appella-
5 tio † generalis ad Papam, & alium Iudicem
competentem, etiam quod infra decem dies non
fiat declaratio. *Bero. consil. 80. num. 12. lib. 3.
Lancellot. de attent. limit. 50. num. 121. & num.
209. tom. 5. fol 380. Iaffre. decis. 449. Auffred.
6 ad decis. capp. Tholos. 475.* vbi de † appellatione
à delegato Papæ, quæ valet etiam de iure canonico, cum intelligatur illa alternatiua solum in
Papa, qui tantum in ea est Iudex competens.
[Idem est quando adesset clausula, optione sibi
7 retenta, † coram quo appellationem prosequi
voluerit. *Bero. consil. 7. num. 17. lib. 1. Lancell.
de attent. d. limit. 50. n. 121.*

Ex istis conclusum fuit pro validitate appellationis interpositæ ad Sanctissimum, & alium
Iudicem competentem, etiam quod dicta declaratio non esset facta; cum essemus in eo, qui non
recognoscebat nisi Papam superiorem; & sic ad
vnum tantum ex ipsis poterat appellari.

Adde, quod huiusmodi appellationes copu-
8 latiuæ admittuntur, & iudicantur validæ, † licet
non fiat declaratio infra decennium, vt testatur
Iaffr. decis. 449. in fin. per auctoritatem *Rota
decis. 33. alias 209. de appellat. in nou.* & curiam
indistincte huiusmodi appellationes admittere,
9 dicit *Gambar. de auctor. legat. lib. 8. num. 117.
tom. 17. p. 2. fol. 212. Aegid. decis. 478. de appell.
Felin. in cap. 2. eodem tit. num. 4. colum. fin. vers.
limita tertio.* vbi etiam allegat *Specul. de appellat. 2. p. §. nunc tractemus. vers. sed & verbo.*
de quo facit mentionem *Gemin. in §. post datã.*
qui est sub *cap. si quis. ad fin. 2. q. 6.* [Ratio est,
quia cum appellans prosequitur appellationem,
10 eo ipso † eligit, & per citationem postea subsecutam certificat aduersarium; & sic non est necesse, quod infra decem dies fiat huiusmodi electio, siue certificatio. *Rota decis. 37. de appellat.
in nou. argum. c. præterea. de dilation. & clem.
causam. de electio. & clem. 2. vt lit. pend.* Secundo
11 quia attenditur † euentus prosecutionis, prout
hoc dicit esse verius *Fel. in d. c. 2. col. 2. in princ.
12 n. 2. de appell.* Tertio, quia in dubio † expressis
duobus Iudicibus intelligitur de maiori. *Fastol.
dub. 16. arg. l. Caius. ff. solut. matrim.*

Item, adde valere appellationem copulatiuam
simpliciter etiam extra casus allegatos, per *Fe-
13 lin.* qui de communi † *in c. 2. n. 2. de appellat.* post
*Ang. in l. cũ proponas. col. 1. C. de bon. auctor. iud.
possid.* vbi etiam *Bald. in fin. Additio ad Gemin.*
qui etiam de communi *in d. §. post datam. 2. q 6.*
Quæ intellige secundum declarationes, de quibus per *Felin. ibidem, & Archid. in d. §. post
datam. 2. q. 6. & Aret. in l. 1. §. si quis. in fin.
ff. de appellat.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Appellationem factam ad Summum Pontificem proprio nomine, potest quis prosequi coram successore.*

2 *Le-*

2 *Legatus, seu Nuntius potest committere causam appellationis ad instantiam unius ex litigantibus, quamuis fuerit appellatum ad Papam sub eius proprio nomine.*

¶ N. 13. in fin. *post verba.* ff. de appellat.

Et quamuis appellatio esset facta ad Summum
Pontificem sub eius proprio nomine, Tamen
1 † posset appellans prosequi coram successore.
Etenim videtur potius appellasse ad Sanctam
Sedem Apostolicam, quam ad personam Papæ.
Vant. de nullit. ex d. iurisd. nu. 92. post Franc.
in c. si gratiose. nu. 7. de rescript. in 6. vbi Gemin. nu. 12. qui etiam subdit posse Legatum
2 † seu Nuntium committere causam appellationis ad instantiam quoq; vnius ex litigantibus,
quando appellatur ad Pontificem eius nomine
expresso, cum potius censeatur esse sub nomine
Sedis Apostolicæ. *Mandos. reg. 1. q. 10. n. 14.*
Quamuis contrarium sequantur *Gambar. de Legat. num. 102. lib. 8. & Valasq. consult. 62. num. 7.*

EPITOME.

Doctor, seu miles quando habeant salarium pro tempore quo fuerunt absentes. Et quid in Auditoribus Rotæ Marchiæ.

SVMMARIVM.

1 *Doctor absens cum licentia habet salarium. Intellige vt num. 2. 5. & 8.*
3 *Absens cum licentia dicitur seruire.*
4 *Absens licito commeatu dicitur adesse.*
6 *Salarium debetur Doctori itineranti sine licentia tempore vacationis. Et quid in Auditoribus num. 7.*
9 *Denunciatio requiritur, vbi quis prohibetur aliquid facere, nec sufficit scientia.*
10 *Prohibitio non ligat ante publicationem.*
11 *Legis non promulgatæ præsumitur ignorantia.*

Decisio CC.

1 Doctor qui debet morari ad legendum, vel miles si habuit licentiam per † aliquot dies pro tempore in eundo, & redeundo, habet salarium *glos. in l. desertorem. in princ. in verb. si ad diem, de re milit. Bal. in l. si ea. in fin. C. de condit. insert.* vbi *Additio in verb. extra quaro.*
2 Intellige dummodo habeat † licentiam ab habente potestatem. *Paris de Put. de sindic. in verb. licentia num. 3. tom. 7. fol. 283.* post *Bald. in auth. habita. num. 22. col. 4. vers. sed quid de doctore. C. ne fil. pro patr. Alex. in l. diem functo. n. 33. de offic. assessor. col. fin. & ibi Cagnol. num. 189. Surd. consil. 42. lib. 1. Petrus Lenauderius de priuil. Doctor. quæst. 9. p. 4. tom. 18. fol. 11.*
3 Ratio est, quia dicuntur † seruire. *Dec. consil. 70. pro tenui facultate. col. 3. nu. 2. vers. nam tertum est.* Et sicut præsentes habentur. *Bart. in l. hac lege,* vbi *Alexan. C. de proximis sacr. scriniorum. lib. 12. Roman. singul. 453. Doctor, seu stipendiarius.* Videtur enim adesse, qui ab-
4 est † licito commeatu. *glos. in d. l. hac lege. in verb. deductione. Roncagal. in l. 5. num. 30. de duobus reis. Amod. de sindic. num. 107. tom. 7. fol. 285.* licet male alleget *Roman.* contrarium sequentem in *d. sing. 453.* ideo esse cogitandum, cum hoc *Romanus* non dicat. *Bologn. cons. 71. & ad materiam. Mand. reg. 16. de concur. super benef. quæst. 32.*
5 Secundo intellige † salarium deberi, etiam quod commeatus excedat calendas Ianuarias, idest licet absint ipso anni initio, quo erogari salaria solent. *l. laudabilem. C. de aduoc. diuers. iudic. Cuiac. in l. hac lege. in fin. C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12.*
Tertio intellige non requiri licentiam, si Do-
6 ctor itineretur tempore † vacationis; poterit enim tunc sine illa abesse, & debebitur salariũ. *Cagnol. in l. diem functo. num. 190. de offic. assess. Addit. ad Rom. singul. 453.* licet secundũ *constitutiones rotales § 67.* tempore feriarum
7 propter † necessitatem hominum introductarum requiratur licentia saltim verbo obtinenda per Auditores à Reuerendissimis DD. Gubernatore, seu Vicelegato.
8 Quarto intellige, quando abesset † ob causam, cuius occasione lucrum non sentiret. *Roncagal. in l. 5. n. 30. de duobus reis.*
Ex prædictis seruatum fuit solui salarium Auditoribus pro tempore quo absfuerunt extra ciuitatem Maceraten. & districtum Prouinciæ Marchiæ, cum constet de licentia Illustrissimi D. Legati, seu Reuerendissimi D. Gubernatoris, qui secundum constitutiones rotales habent facultatem illam concedendi.
Neque obstat, quod dicebatur requiri etiam licentiam Magnificæ Communitatis; prout in litteris Illustrissimi D. Cardinalis Aldobrandini, in quibus specialiter conceditur illi huiusmodi faculeas; itaut non sufficiat, quæ datur secundum constitutiones rotales.
Quia respondetur, quod cum litteræ directæ sint Magnificæ communitati, vt arctarent Auditores debebant ad eorum notitiam deduci, quod factum non fuit: Vnde satis est illis seruasse ea, quæ tenentur secundum formam constitutionis, cum denunciatio, & certiotatio re-
9 quiratur, vbi quis † prohibetur aliquid facere, vel non facere. *l. denunciasse. in princip. de adulter. l. si parentes. & l. emptio. C. de ευict. Alex-*
10 *xand. consil. 24. num. 5. lib. 4.* Et † prohibitio non ligat ante publicationem. *authen. vt fact. nou. constitut. in princip. glos. fin. in cap. 2. versic. quia ex quo. de constitut. Gabr. de legib. conclus. 4.* & legis non promulgatæ præsumitur
11 ignorantia, † nisi probetur scientia. *l. verius de probat. Gabr. conclus. 5. de regul. iur.*

EPITOME.

Quoties plurium monetarum vsus incidit, in qua moneta solutio sit facienda. [Salarium, an debeat solui in principio, vel in fine.

SVMMARIVM.

1 *Monetarum vsus intelligitur ex verisimilitudine, & dignitate rei. & n.3. & 4.*
2 *Vsus populi non attenditur stante verisimilitudine quo ad monetas.*
3 *Salarium datum pro sumptibus Doctori, est soluendum in principio.*
6 *Salarium promissum pro labore debet solui in fine.*
7 *Salarium pro alimentis debetur in principio.*
8 *Modus soluendi præscriptus nocet.*
9 *Salarium debetur Doctori non propter laborem, sed ob scientiam.*
10 *Doctores habent multa priuilegia.*

Decisio CCI.

REdditus qui debentur Illustrissimo D.
Episcopo Morono per homines, & Com
munitatem Ciuitaris Tolentini, dictum
fuit esse soluendos in pecunia argentea, non au-
tem in quatrenis, vt prætendebatur: quia quo-
ties plurium monetarum vsus incidit, & dubi-
tatur de qua actum sit, ante omnia verisimilitu-
1 dinem † inspicimus, quæ ex dignitate rei colli-
gitur, vt post *Albert. Brun. de augumen. monet. p. 1. num.6. in fin.* concluditur in *cons. Collegij*
Louaniensis, quod est inter *communes opinio-*
nes Viuy in verb. moneta. opin. 516. quod fuit
factum ad fauorem Margheritę Austriæ in causa
cum Magno Duce Florentiæ. Stante enim ista
2 verisimilitudine non est attendendus † vsus po-
puli quoad monetarum vsum, cum qualitas per-
sonarum, quibus solui debet moneta, operetur
hanc coniecturam; neque solutio aliter facta
3 nocebit, nisi † per triginta annos continuatæ
sint cum bona fide, vt dicitur in *d. consil. Colle-*
gij Louaniēsis n.62. post *cons. Papiense*, quod est
post tractatū *Alberti Bruni de augmēto moneta.*
Et satis per se patet, quod ex dignitate D. Epi-
scopi, & qualitate eius personæ verisimiliter
credendum sit, ita solutionē prædictam per par-
tes voluisse fieri; [& licet multa alia ad fauorē
4 D. Episcopi possent† allegari, de quibus per *An-*
gel. in l. fin. C. de veter. numism. potest. Doctor.
in l. obscuris. de reg. iur. Boss. in tit. de monetis.
Menoch. de præsumpt. q. 76. lib. 3. Tiraquel. de
retract. lignag. §. 1. glos.20. num. 14. & glos.8.
num. 63. Aym. cons. 61. num.9. Gabr. de reg.
iur. conclus. 10. Tamen sufficiant prædicta, cum
in eodem consilio omnia fuerint deducta, ita vt
iterum repetere esset aliorum dicta transcribe-
re, & alienos labores possidere. [Quæ omnia
etiam faciebant ad fauorem dominorum Colle-
garum circa salarium illis soluendum, iuxta
formam *constitutionis rotalis. §. 70. & §. 74.*
cum prætenderetur illius solutionem non esse
faciendam in moneta argentea, licet in hoc nul-
la habita consideratione verisimilitudinis, &
dignitatis officij fuerit solutum salarium in qua-
trenis, & nihil in hoc replicatum, cum agere-
tur de causa propria.

Item circa idem salarium debitum Audito-
ribus dicendum erat esse soluendum in princi-
pio; quia quando pecunia promittitur alicui
pro sumptibus, seu salario, vt est in eo, quod da-
5 tur legatis, & † Professoribus, tunc fiet solutio
in principio, vt studia, & sumptus fieri possint.
l. legatus. §. 1. de legation. l. fin. C. eod. lib. 10.
6 Secus si promittatur † pro labore, quia in fine
solutio fiet, cum ante operas finitas non fuerit
completum ex parte sua. *Rebuf. de sent. proui-*
sional. artic. 3. glos. 7. n. 3. Alex. & Cagnol. in l.
diem functo. de offic. assessor.

Adde, quia vltra ius commune id colligitur
ex *constitutione rotali §. 70.* vbi assignatur sala-
rium, vt Auditores, & Prætor habeant vnde
sustentari possint, & sic apparet dari pro alimen
7 tis, † & deberi in principio. *Bart. in tract. de*
alim. Doctor. in l. diem functo. de offic. assessor.
Rebuff. d. art. 3. glos. 7. & 8. cum alijs per *Surd.*
in tract. de aliment. q. Licet etiam in hoc ex
abusu potius, quam consuetudine fuerit solutum
in fine, & ita seruatum à principio institutionis
huius tribunalis, quod videbatur excusare Ma-
8 gnificam Communitatem, quasi † ex modo sol-
uendi præscripto. *cap. olim causam. de censib. l.*
aduersus C. de vsur. glos. in c. quicunque. 17. q.
7. Felin. in c. cum ex officij. de præscript. Natt. con-
sil. 227. num. 7. lib. 1.

Non obstat huiusmodi salarium deberi occa-
sione laboris, vt in *constitutione rotali §. 74.* vbi
disponitur illud non posse percipi, nisi pro eo
dumtaxat tempore, quo officium suum Audito-
res exercuerint: Quia de prædictis non fuit fa-
cta mentio, vt disponeretur salarium esse debi-
tum pro labore, sed vt tolleretur difficultas, ne
posset prætendi stipendium totius temporis, ex
quo fuit cœptum exerceri officium, non obstan-
te obitu, ad *l. diem functo. de offic. assessor.* Cum
9 regulariter † salarium debeatur Doctoribus, non
propter laborem, sed ob scientiam, quam mu-
nus iudicandi, & officium doctoratus principa-
liter respicit, vt in *constitutione rotali §. 7.* quod
etiam est de iure communi. *Bartol. in l. 1. §.*
diuus. de var. & extraordin. cognition. Cephal.
cons. 70. nu. 7. ob quam scientiam, & probitatē
debentur illis multa priuilegia, & prærogatiuæ,
10 de † quibus per *Doctor. in l. 1. C. de dignit. lib.*
12. Natta consil. 537. Tiraq. de nobilitate. q.
Cassan. in cathalogo glor. mund. considerat. 12.
par. 8. & considerat. 24. & 41. par. 10.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Conditio personæ in omnibus est spectanda.*
2 *Solutio monetarum facienda est de minima. n. 3. Intellige vt num. 5. & 7.*

4 Ob-

4 *Obseruantia declarat qualis fuerit promissio solutionis moneta.*
6 *Legatum aureorum, de quibus aureis intelligatur.*
8 *Salarium succedit loco victus.*
9 *Solutio ob causam studij facienda est in loco, ubi quis studio incumbit.*
10 *Difficultas recipiendi monetam auream, aut frumentum, vel quid simile, facit ut possit solui eius aestimatio.*

¶ N. 3. *post verb.* voluisse fieri.

Cum in omnibus sit spectanda venditio per-
1 sonae. † *l. plenum.* 12. *§. equitij. de usu & habit. c. cum de beneficio.* 5. *de praeb. in* 6. *& ibi gloss. in verb. prioratu. Innoc. in c. significante. colum. fin. de pignor.*

¶ N. 4. *post verb.* possidere.

Neq; obstat quod in materia monetarum debeat praestari quod minimum est, tam in contra-
2 ctibus, quam in vltimis† volũtatibus. *l. nummis. de leg.* 3. *Socin. cons.* 274. *num.* 4. *Tiraq. de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 18. *num.* 73. & est decisio *Rot. Rom. praetensi census.* 11. *Decembris* 1598. Vbi ex hoc concludit, quod reductio ad quadra
3 ginta ducatos auri in auro de camera, † cum sint duae species ducatorum, est intelligenda de ducatis veteribus tãquam minoris valoris, cum etiam in dubio sit fauendum debitori. *l. semper in obscuris. de reg. iur.* Et contra fundantem se
4 in verbis ambiguis. *l. veteribus. de pact.* † Maxime si adesset obseruantia, per quam magis declararetur, qualis fuerit promissio solutionis. *Alex. in l. si certis annis. C. de pact.* Itaut ista obseruantia non requirat praescriptionem. *Aym. cons.* 201. *num.* 10. *& cons.* 202. *num.* 2. *Rot. in d. causa Rom. praetensi census.*

Quia stante verisimilitudine, & qualitate
5 personae, recceditur à dicta regula, † Intelligendo potius, vt praestatio fiat de moneta nobiliori, & grauiori, exemplo legati facti de aureis; quamuis enim sint multae species aureorum, erit
6 facienda interpretatio de grauioribus, † non leuioribus, ob dictam qualitatem personę. *Corn.* in specie *cons.* 144. *col.* 8. *versic. his tamen non obstantibus. lib.* 2. *Surd. decis.* 298. *num.* 11. & quod ista conditio in solutionibus attendatur,
7 voluit † *Bald. in l. fin. num.* 8. *C. de condit. insert. Natt. consil.* 513. *num.* 4. cum illa det verbis intelligentiam, & declaret dispositionem. *Dec. in l. cum quid. num.* 23. *ff. si cert. pet. Felin. in cap. causam quae. col.* 3. *de rescript. Menoch. praesump.* 34. *in fin. lib.* 3.

¶ N. 5. *post verb.* lib. 10.

8 Cum salarium succedat loco victus† *l.* 2. *C. locat. Ang. in l. si non sortem. § libertus. de condit. indeb. Surd. de alim. q.* 67. *in fin. tit.* 1.

Decis. Marchiae.

¶ N. 5. in fin. *post verb.* de offic. assessor.

Immo si quid soluendum sit in causam studij,
9 illius fauore est praestandum in loco, † vbi quis studio incumbit, quamuis in alijs casibus contrarium esset seruandum. *Bald. & Ang. in l. sed & si susceperit. §. illis libertis. de iudic. Ouen. reg.* 261. *num.* 22. quando videlicet creditor, & debitor essent diuersi fori, & domicilij, & in similibus, de quibus per *Surd. de alim. titul.* 4. *q.* 16. *num.* 40.

¶ N. 10. in fin. *post verb.* par. 10.

cum alijs quos adduxi *discept. c.* 186.

Quibus adde, quod in materia huiusmodi solutionum, stante difficultate reperiendi monetã
10 conuentam puta auream, poterit † fieri solutio in argentea, iuxta aestimationem anri, Quasi tunc sit soluenda species, de qua loquitur obligatio, quando illa potest reperiri, alias succedit aestimatio. *Sarn. de valor. quaest.* 8. *Rot. coram R.P.D. Litta. Aretin. pensionis.* 20. *Febr.* 1598. dixi late *discept. forens. cap.* 94. *num.* 63. *cum seq.* Vbi multa de pensione, frumento, vino, & similibus; quidquid alias non possit solui vna moneta, aut res pro alia inuito creditore stante pacto. *Doct. in l. paulus. de solution. Surd. cons.* 242 *num.* 3. *lib.* 1.

EPITOME.

• In casibus, in quibus prohibetur appellatio, quando sit admittenda propter aliquam causam.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio actoris de restituendo expensas, de consuetudine non praestatur.*
2 *Cõsuetudo probatur per assertionem Doctorum. Intellige ut num.* 3.
4 *Appellationi est locus si constat de euidenti iniustitia, etiam quod alias esset prohibita.*
5 *Appellatio admittitur, si grauamen per diffinitiuam non potest reparari.*
6 *In casibus prohibitis appellari est inferenda causa, si ob aliquid appellatio permittatur.*

Decisio CCII.

Per statutum Anconae *lib.* 2. *cap.* 73. prohibetur appellatio ab interlocutoria etiam habente vim diffinitiuae: ex quo videbatur dicendum non esse locum appellationi interpositae per D. Marinum Gundulam de Ancona, à decreto lato per D. Iudicem à quo, ad fauorem D. Christophori Bonotti, in quo declarauit non esse dandam fideiussionem petitam per D. Marinum de reficiendo expensas in casu succumbentiae, maxime quia ista fideiussio actoris restitutionis expensarum, licet de iure com muni esset praestanda. *authent. generaliter. C.*
1 *de episc. & cler.* Tamen abijt † in desuetudinem, & recessit ab aula, itaut amplius de con-

suetudine non debeat præstari. *glos. in §. 1. in verb. satisdatio. instit. de satisd. Alex. consil. 37. viso & opportune. colum. 3. ante fin. versic. & primo. num. 12. lib. 1. Roman. consil. 62. Florentina. in fin. Aym. consil. 325. in princ.* Et in hoc casu satis videtur probata consuetudo per assertionem tot doctorum dicentium consuetudinem
2 ita † esse. *Castr. consil. 458. viso casu proposito in fin. lib. 2. Socin. consil. 275. colum. 2. num. 3. lib. 2.* & quatenus hoc esset dubium de plenaria pro-
3 batione, tamen est verum quo ad † præsumptionem, cui standum est, donec contrarium probetur. *Bartol. in l. de quibus. col. 8. in fin. num. 21. in 4. quæst. principali. de legib.* eum alijs per *Aym. consil. 325. num. 1. Dec. consil. 420. quaeritur an. in fin.*

Contrarium tamen conclusum fuit propter alium statutum Anconæ. *cap. 13. lib. 2.* per quod ista cautio debet præstari, maxime in forense, prout hic, & si non præstetur, processus & omnia acta sint nulla: Vnde quamuis essemus in decreto, à quo non debet dari appellatio per supradicta. Tamen quia de eius euidenti iniusti-
4 tia constat, † erit locus appellationi. *Abb. & alij in cap. inter cæteras. de re iud. Natt. consil. 51. num. 21.* post *Alexand. consil. 106. viso themate. colum. fin. num. 27. lib. 3. Bald. in l. 1. col. 1. num. 4. C. si de moment. possess. & in l. consentaneum. n. 20. C. quom. & quan. iud. Menoch. de adipisc. poss. remed. 4. n. 850.*

Adde, quia si non præstaretur huiusmodi fideiussio per d. forensem, posset grauari reus ob expensas, quas nō poterit repetere in casu succum-
5 bentiæ. Vnde erit admittenda appellatio † prout admittitur quando grauamen per diffinitiuam sententiam non potest reparari. *Bald. in l. post sententiam. col. 2. in princ. vers. pone ergo. nu. 4. in fin. C. de sentent. & interlocut. omn. iudic. Angel. consil. 46. statuto ciuitatis. in fin. Ossasc. decis. pedam. 25. num. 14. vers. contrarium.* Non obstant supradicta, quia stante statuto, de quo agimus, non sumus amplius in terminis iuris communis.

Ex quibus fuit admissa appellatio, & concessa inhibitio in forma, stante expressione causæ supradictæ facta in appellatione Gundulæ, prout debebat exprimi, cum regulariter in casibus, in
6 quibus † non admittitur appellatio, necesse sit causam inserere, si ob aliquid permittatur. *Innoc. in cap. pastoralis. §. præterea. de offic. deleg. Auffr. ad decis. vlt. cappell. tholos. num. 4. Tiraq.* qui dicit menti tenendum. *de pœnis temper. in præfat. num. 69.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de reficiendo expensas, & cautione præstanda, intelligitur si fuerit petita fideiussio.*

2 *Actus tendens ad fauorem alterius habet locum si præcedat petitio.*

3 *Beneficium conferendum antiquiori dicitur recte collatum, si per eum qui maiorem antiquitatem prætendit, non fuerit oppositum.*

4 *Petitio cautionis requisita a statuto non est necessaria, quando mandatur illam præstari, vt aliquod ius quis consequatur, & est ad fauorem vtriusque partis. num. 5.*

6 *Remissio appellationis cum clausula, si, & in quantum, quando faciat perseuerare iudicem in iurisdictione.*

¶ N. 4. *post verb.* remed. 4. n. 850.

Quæ magis procedunt in casu, de quo agimus, quia constat de petitione huiusmodi cau-
1 tionis; † nam si non esset petita, non posset dici processus nullus, quamuis statutum disponeret super eius nullitate, prout in simili statuto de reficiendo expensas, & cautione per actorem forensem præstanda, concludit *Castrens. in l. vniuersa. & ibi Ias. C. de precib. imper. offerend. Felin. in cap. fin. aut. m. de rescript. Alex. consil. 96. in princ. lib. 4.*

Et faciunt quæ dicunt Doctores de quolibet
2 actu tendente ad fauorem alterius, † quod debet intelligi si per partem petatur, aut opponatur. *Bar. & alij in l. 1. §. sublata. ad trebell. late Menoch. præsump. 46. lib. 2. Surd. de alim. tit. 7. q. 19. num. 13. Rot. coram Cardinal. Lancellot. Burgen. portionis. 20. Iunij 1583.* vbi ex hoc con-
3 cludit, † quod si per statutum Ecclesiæ beneficium sit conferendum antiquiori, & habenti certas qualitates, valebit collatio facta ei, qui habet qualitates prædictas, quamuis non sit antiquior, si non fuerit oppositum de antiquitate per antiquiorem, cū competat ius antiquiori, si voluerit eo vti, & nō teneatur iste docere, quod extent alij ipso antiquiores, qui velint ius suum prosequi. *Ias. in l. si potest. n. 83. de acquir. hæredit. Tiraq. de retract. §. 11. glos. 1. num. 6.* Et multa similia quod oppositio requiratur in quolibet actu, adducit *Gonzal. ad reg. 8. cancel. glos. 10.*

4 Quamuis non requireretur † petitio, si statutū exigeret cautionem, nō solum ad fauorem vnius partis, sed vtriusq; & quando quis teneretur cauere ad effectum, vt aliquod ius consequatur; tunc enim ante oppositionem esset offerenda fideiussio, & in similibus casibus, de quibus late *Surd. decis. 57. per tot.* Vbi de statuto, quod appellans teneatur infra sex dies iurare de calumnia, & statim cauere de reficiendo expēsas, alias
5 appellatio sit deserta, † quia si non fuerit præstita fideiussio, etiam sine petitione causa faciet transitum in iudicatum: quod etiam voluit *Ias. consil. 191. lib. 2. Bero. q. 79.* Quidquid contrarium dicat *Natt. consil. 685.* cuius opinionem nunquam fuisse approbatam testatur *Surd. d. decis. 57. in fin.*

¶ N. 5. *post verb.* iuris communis.

Maxime quia iudex à quo admisit appellationem ab

6 ab huiusmodi interlocutoria, † quæ admissio quamuis sit cum clausula, si, & in quantum, per quam dicitur iudex perseuerare in iurisdictione si appellatio non erat admittenda. *Natta consil. 566.nu.5.Lancellot. de attent. appellat. pendent. limit.1.num.83.tom.5.fol.359.* Tamen hoc non procedit in interlocutoria, in qua iudex deferendo appellationi videtur abdicare à se iurisdictionem,quam habebat, cum potuisset illud gravamen reuocare etiam partibus contradicentibus, quasi in interlocutoria non suspendatur iurisdictio iudicis à quo in reuocando.*Franc. in c.cum cessante.n.4.& 8. de appell. Rot. Bonon. per Benintend.decis.1.col.fin.versic.si vero sumus.* vbi dat cautelam,vt in respondendo appellationi iudex vtatur verbis negatiuis, cum clausula, non admisit nisi si,& in quantum,quæ verba non haberent vim delationis, *Card. in clem. quamuis. §. quod si iudex. in fin. de appell.*

E P I T O M E.

Stante statuto dante executionem apocis priuatis, an habeat locum dispositio l. scripturas. C. qui potior. in pign. habean. ita vt talis hypotheca prior tempore præferatur posteriori instrumentali.[Et quid in libris mercatorum, vel similium.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum permittens executionem apoca censetur illam præferre quo ad hypothecam etiam instrumentis. & n.2. & 3. Intelliga vt n. 4.*
5 *Libri mercatorum si habeantur pro publicis instrumentis, & habeant executionem paratam præferuntur creditori posteriori fundanti se in instrumento. Amplia vt n.8. & 9.*
6 *Fraus quo ad tempus potest committi in scriptura priuata, secus in libris mercatorum, & n.7.*
10 *Statutum potest inducere hypothecam.*

Decisio CCIII.

STante statuto dante executionem scripturis priuatis, dicebatur non procedere *l. scripturas. C. qui potio. in pign. habean.* secundum quam, licet scriptura priuata debeat habere multas solemnitates, vt præferatur ratione anterioritatis instrumetis publicis;tamen ex quo huiusmodi statutum disponit,vt habeant
1 executionem, † pariter in consequentiam vult, quod talis hypotheca prior tempore præferatur posteriori. *Socin.cons.240. circa præsentem consultationem.colum.5.num.4. vers. postremo omnia. lib. 2.* post *Ant. in cap. fin. de consuet. fallen. 4. Ancbar. q. 19. in fin. num.8.lib.1.* & ita etiam concludunt alij allegati per *Tiraq.* licet contrarium ipse sequatur *de retr. conuent. §. 1. glos. 7. num.57. Ioan. Petrut. de Perusio. in consil. incip. conabor.* cui se subscripsit *Benedict. Capr.* vt testatur *Neguss. de pignor. 5. p.memb. 2. num.76.* qui etiam tenet hanc opinionem. *Stracca quom. in caus. mercat. proced. sit. in tit. de probat. numer. 7. tom. 6. p. 1. folio 335.* Decis.Marchiæ.

Bald. consil. 149. ad fin. versic. item non dico: num. 3. & versic. item esset consuetudo. lib. 1. vbi quod huiusmodi apodissæ probant in præ-
2 iudicium scribentis, nisi † adesset statutum de apodissis mercatorum, quod habeant vim publici instrumenti, vel quod esset consuetudo,vt
3 apodissæ mercatorum mandarentur† executioni, eo enim ipso staretur illis tanquam publicis instrumentis.

Contraria est opinio aliorum, qui volunt, vt per tale statutum scriptura priuata intelligatur habere vim publici instrumenti aduersus debitorem, qui eam confecit, non contra tertium,
4 & sic non præualeat contra † instrumentum posterius. *Tiraquell. de retract. conuent. glos.7. §. 1. num. 57.* post *Ripam in l. priuilegia.colum.4. num.24. de priuileg. creditor. versic. tertio fallit. Gabriel. de probat. conclus. 10.num. 18. vers. contrarium tenent. Corn. consil.218. licet super hoc themate. num. 3. colum. 2. versic. & prædicta potissime. & colum. fin. num. 5. vers. nec obstat statutum. lib. 1. Afflict.§.7.c.23.de execution. fol.171. num.4.*

Adde tamen, quod si loquimur in libris mercatorum, vel artificum, quorum partitæ sumptæ, vel exemplatæ de commissione Iudicis ha-
5 bentur † pro instrumento publico, & habent executionem paratam, prout instrumenta quarantigiæ, & sic bona debitoris intelligantur obligata, & hypothecata secundum formam statuti; tunc poterit dici esse veram opinionem tenentium, quod non militet dispositio *d. l. scripturas.* sed quod creditor ex dicto libro anteriori in tempore debeat præferri creditori posteriori fundanti se in publico instrumento. Secus autem in alia scriptura priuata. Ratio differentiæ est,quia in apodissa, seu priuata scriptu-
6 ra potest facililer † committi fraus in tempore; Licet enim hodie scribatur,tamen potest in ea apponi dies temporis præteriti; sed in dictis libris huiusmodi fraus non ita committitur; cum in illis scribi soleant data, & accepta singulis diebus, & continuatim, & sic est difficile muta-
7 re veritatem † temporis, & dierum, & si mutetur, facile poterit aduerti, & cognosci per peritos illarum scripturarum. *Neguss. de pign. p.5. memb.2. nu.37.Fulgos.cons.132.proponitur probatum.num.2.col.2. vers. ad ist namque.* Et in istis terminis de huiusmodi libris loquuntur *Socin. Neguss.Stracca. Io. Petrut.* & alij supra allegati,quos refert *Ancbar.d.q.10.*qui licet loquatur in scriptura priuata habente executionem virtute statuti: tamen *Doctor.* per eum adducti non loquuntur de ea,sed de præfatis libris,vt dictum est, in quibus non potest considerari tanta fraus.

Quæ conclusio ampliatur, vt non solum procedat in libris mercatorum,& artificum,& sic in
8 libris† proprijs,sed etiam cõmunibus inter plures socios. *Neguss.d.memb.2.p.5. num.78.in fin.* vbi etiam secundo ampliat, vt huiusmodi libri
9 habeant priuilegium prælationis, † à die quo ipsa scriptura confecta fuit, non autem à die

probationis factæ per Iudicem per sumptum, vel exemplum de illius commissione extractum, cum attendi debeat initium scripturæ, ad quam
10 statutum se refert, & regulariter † statutum potest inducere hypothecam. *Socin. conf. 240. in princip. lib. 2.*

Ex quibus in causa D. Durantiuę, & Porfidę de Asculo dicebatur creditorem debere præferri posteriori creditori fundanti se in publico instrumento, cum sit creditor ex libro anteriori, ex quo statutum disponit, quod huiusmodi apocæ habeantur pro publicis instrumentis, & bona debitoris sint hypothecata, & habeant executionem paratam, vt instrumenta guarantigiæ, cum militent omnes rationes supra ex *Neguf. Stracca. Fulgos.* & alijs allegatæ, licet nihil conclusum fuerit ob concordiam partium.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Apocha priuata sine tribus testibus quando attendatur in præiudicium posteriorum creditorum habentium ius ex publico instrumento.*
2 *Constitutio dotis, & eius numeratio potest probari indicijs, & coniecturis, & qualex esse debeant. n. 3. & 4.*
5 *Confessio verisimilis probat.*
6 *Libri Mercatorum quando probent contra tertium.*
7 *Princeps, & statutum potest concedere hypothecam, executionem, & vim publici instrumenti libris mercatorum. num. 8. & 9.*

¶ N. 10. in fin. *post verb.* concordiam partium.

Et quidem hoc videbatur verius, prout dici-
1 mus de prima apocha non † munita trino teste, quæ licet non sit attendenda in præiudicium posteriorum creditorum habentium ius ex publico instrumento. *Socin. consil. 274. lib. 1.* Tamen secus est quando ista apocha priuata est iniuncta cum adminiculis, ex quibus tollitur suspitio antidatæ, & per consequens plene probat *Ias. conf. 129. n. 11. lib. 1. Aym. de antiquit. tempor. par. 1. §. viso. n. 7. & est decisio Rot. coram Cardin. Seraph. Anconitan. dotis. ultim. ianuar. 1597.*
2 † Vbi quod sicut constitutio dotis potest probari per indicia, & præsumptiones. *Bald. in l. cum citra. C. de iur. dot. & conf. 102. n. 1. lib. 5. Campeg. de dot. q. 39. in fin.* Ita etiam numeratio dotis. *Cor. conf. 282. n. 6. lib. 1. Decian. conf. 49. nu. 4. lib. 2.* Ex quibus inditijs si excluditur suspitio
3 antidatæ, præualebit publicis instrumentis. † Inditia autem ibi approbantur, si concurrat dotis promissio subscripta per contrahentes, & duos testes, quorum manus fuerit recognita, iuxta doctrinam *Bar. in l. admonendi. num. 16. de iur. iur.* Vel petitio alicuius summæ pro residuo dotis promissæ, & sententia super eo secuta; Adnotatio in libris mercantilibus, si de consuetudine illis detur fides, cum similibus præsumptionibus, ex quibus suspitio antidatæ possit excludi; Cum etiam adsit verisimilitudo, quod vxor non
4 ducatur sine dote. † Vnde stante veritate causæ præcedentis, nempe contracti matrimonij, non est præsumendum aliquid fuisse per falsitatem scriptum. *Nate. conf. 632. Affl. decis. 402.* Itaue confessio cuiuscunque quãdo est verisimilis, pro-
5 bet † *Cin. Bald. & alij per Surd. decis. 105. nu. 7.* Vbi etiam de confessione mariti verisimili, quæ nocet creditoribus. *Idem Surd. conf. 290. nu. 47. Bursat. conf. 32. n. 31.*

Non obstat ex huiusmodi libris non probari
6 creditum contra tertium, † quidquid sit aduersus debitorem. *Rip. in l. priuilegia. n. 24. vers. quod non simpliciter. de priuileg. creditor.* Quia cum adsit statutum, vt illis adhibeatur fides, intelligitur indistincte, tam contra tertium, quam contra debitorem. *Socin. in specie conf. 240. num. 3.*
7 *col. 2. vers. secundo contra præmissam. lib. 2.* † Vbi quod valet huiusmodi statutum, per quod etiã illis potest concedi hypotheca, executio, & vis publici instrumẽti; ex quo enim continent scripturam continuatam, & successiuam, non datur ita facile fraus. late *Surd. decis. 312. nu. 3. & per tot.* Vbi quod procedit non solum in statuto, sed
8 multo magis in Principe, qui † tanquam lex animata potest facere, vt fides detur probationibus minus legitimis. *Menoch. de arbitr. quæst. 25.* Quasi per istud statutũ, seu ordinationẽ Principis eximatur Mercator ab onere probandi il-
9 la, quæ requiruntur, † vt eius libris detur fides contra singulos debitores, videlicet quod sit legalis, manu sua scripserit librum, veritatem scribere consueuerit, exprimendo causam debiti, aliquid contra se ponendo, cum verificatione aliquarum particarum. *Guid. pap. decis. 441. Roland. conf. 92. n. 6. lib. 3. Rot. per R. P. D. Lancell. Rom. pecuniaria. 16. Februar. 1601.* cum concordantibus decisionibus ibi allegatis.

EPITOME.

Appellatio in possessorio an sit admittenda, si causa fuerit facta appellabilis in prima instantia.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur in saluiano interdicto.*
2 *Executio non differtur, vbi prohibetur appellatio.*
3 *Aequalitas est seruanda inter reum, & actorẽ.*
4 *Causa appellabilis semper durat talis.*
5 *De Aegidiana potest opponi, tam in prima, quã in secunda instantia, etiam quod causa sit facta appellabilis. Amplia vt num. 6.*

Decisio CCIV.

Conclusum fuit executionem factam ad instantiam D. Tidæi Compagnoni vigore sentẽtiæ D. Iudicis à quo, latę ad eius fauorem contra D. Nicolaum Conuenta tum nõ esse reuocandam, neque subiacere vitio attentato-

tatorum, eum fimus in faluiano interdicto, quod
1 eft merum poffefforium, † in quo non datur ap-
pellatio. *Bartol. in l. 1. in fin. nu. 4. ff. de faluiano
interd. Alex. conf. 73. n. 11. lib. 5. Cappell. Tholof.
decif. 501. Menoch.* qui de cõmuni, *de adipifcen.
poff. remed. 3. num. 186. q. 33.*

Et regulariter vbi prohibetur appellatio, ibi
2 fruftra differtur executio fententiæ, † neque di-
citur attentatum. *Lancell. de attent. pend. tem-
por. ad appell. num. 27. & 39.* vbi loquitur in
poffefforio, dicens hanc effe veriorem opinionẽ
poft *Parif. conf. 108. n. 23. lib. 1.* licet *Grat.* tenue
rit contrarium *conf. 163. requifitus. n. 51. lib. 2.*

Non obftat, quod D. Tigeus appellauerit à
fententia lata contra eum: Vnde etiam debet li-
3 cere appellare Nicolao, vt feruetur † æqualitas
inter reum, & actorem. *c. non licet. de reg. iur. in
6.* & fic caufa facta appellabilis femper debet re-
manere appellabilis, ex notatis per *Bartol. in l.
pater filium. 36. §. quindecim. de leg. 3. & in l. 1.
C. de impon. lucr. defcriptio. lib. 10.* vbi de re alie-
nabili femel effecta compromiffibili, & delega-
4 bili, quod femper duret, † & de re appellabilì
femel facta, dicit *Contard. in l. vnica. C. fi de mo-
ment. poff. q. 13. n. 107. in verb. petitorium quid.*
cum alijs per *Achill. decif. 8. alias 234. de appell.*

Quia refpondetur prædicta non habere locũ
in Ægidiana, prout fumus in cafu noftro, cum
de ea poffit dari, tam in prima, quam in fecun-
5 da inftantia, † etiam quod caufa fit facta appel-
labilis; nec erit locus appellationi quo ad effectũ
fufpenfiuum. *Contard. in l. vnica. C. fi de momẽt.
poff. in glof. in verb. momento. q. 4. n. 8. fol. 638.*
vbi dicit ita decifum fuiffe in *Rota per Veftan.
decif. 111. alias vnica. de Aegidi. & probat. lib. 2.*
idem repetit *Contar. ibi q. 13. n. 106. fol. 572. Ro-
ta diuerf. decif. 301. n. 1. p. 3.*

Immo fi primo fuerit lata fententia abfoluto-
ria fuper fpolio intentato, & poftea in caufa
6 appellationis fuerit † reuocata fententia, & man
datum reftitui ad bona, de quibus agitur, tamen
non obftante prima fententia erit locus execu-
tioni, neque appellatio admittetur. *Put. decif.
480. lib. 2.* prout eft in cafu noftro, cum fuerit pri
ma fententia reuocata, & fic erit locus Aegi-
dianæ per fupradicta, etiam vbi fecunda fenten-
tia eft reuocatoria primæ.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Iudex concedendo reuerentiales dicitur deferre
appellationi.*
2 *Aegidiana habet locum quamuis appellatio fue-
rit admiffa, & n. 3.*
4 *Claufula, fi & in quantum, facit vt non cen-
featur admiffa appellatio non admittenda.*
5 *Dictio, nifi, ponitur aduerfatiue ad præceden-
tia.*

Amplius neq; obftaret, quod per iudicem fue-
1 rint dati reuerentiales, † per quos licet videatur

effe delatum appellationi. *Rot. decif. 5. de appell.
in nou. Gabr. conf. 33. n. 10. lib. 1.* & fic caufa fit
facta appellabilis, vnde executio non recte pro-
cedet, cum de illa debeat cognofci in caufa ap-
pellationis. *Bald. in l. poft fententiam. n. 7. C. de
fent. & interlocut. omn. iud. Alex. conf. 2. nu. 5.
2 lib. 2.* † Tamen erit locus Aegidianæ. Deferens
enim appellationi per conceffionem reueren-
tialem, facit folum, vt habeat locum effectus
deuolutionis, non præiudicando effectui fufpen-
fiuo. *Benintend. decif. 17.* Vnde Iudex à quo, ab-
dicauit quidem à fe iurifdictionem deferendo
appellationi, non tamen efficit, vt Iudex ad
quem non poffit procedere ad executionem fen-
tentiæ; videntur enim reuerentiales conceffi fub
3 conditione, † quatenus caufa fit appellabilis,
& folum quo ad illam partem, quæ admittit ap-
pellationem. *Socin. iun. conf. 18. lib. 1.* & ita
feruat *Rot. coram R. P. D. Penia. Roman.
damnorum & intereffe de Gabrielibus. 10. Iu-
nij 1591.*

Quod magis procederet, fi appellatio fuiffet
4 admiffa cum claufula, fi & in quantum, † vel non
admifit nifi, fi & in quantum; quia non cenfetur
admittere fi non fit admittenda, ficut è contra
haberetur pro admiffa, fi effet locus admiffioni.
*Bal. conf. 428. n. 3. lib. 1. Alex. conf. 83. n. 3. lib. 1.
Parif. conf. 31. nu. 35. lib. 2. Cephal. confil. 423.
5 n. 35. Surd. decif. 264. n. 18.* † Dictio enim, nifi,
ponitur priuatiue, & aduerfatiue ad præceden-
tia, adeo vt fi præcedat dictio affirmatiua, ip-
fa neget. *Din. in c. peccatum. in princip. de reg.
iur. in 6. Iaf. in l. actionem. 4. num. 3. C. de
tranfact.*

EPITOME.

Negans mandatum quando teneatur ad illius probatio-
nem.

SVMMARIVM.

1 *Procurator falfus non præiudicat domino.*
2 *Negatiua eft probanda per opponentem. Intel-
lige vt num. 3.*
4 *Negans mandatum non tenetur probare nega-
tiuam.*
5 *Productio non nocet, quando eft facta pro an-
nullando actu.*

Decifio CCV.

DEclarata fuerunt nulla omnia acta, &
fententia lata per D. Iudicem à quo, ad
fauorem Venturę Ridolphi de Ancona,
contra Francifcum Mafculum, cum non conftet
de mandato D. Federici, qui non potuit in ali-
quo præiudicare domino, quando talis exceptio
1 opponitur, prout ex parte † eiufdem oppofi-
tum fuit. *Bald. in l. licet. in princip. C. de pro-
curat. num. 2. Alexand. confil. 186. vifis fub-
tiliffimis. num. 8. colum. 2. verfic. tertia eft du-
bitatio. lib. 2. Vant. de nullit. ex defectu mand.
num. 65.*

Non obstat, quod ista exceptio mandati debeat probari per ipsum opponentem, prout negatiua est probanda per eum, qui se in illa fun-
2 dat, siue † agendo, siue excipiendo. *Alex. consil.* 136. *viso processu. num.* 2. *lib.* 7. *Aym. consil.* 112 *sub n.* 6. Quia ista procedunt quando alleganti negatiuam non erat aliquid implendum, sed in
3 personam tertij, puta quia† consensus, seu mandatum non erat petendum ab ipso, qui negatiuam allegat, sed ab alio tertio; secus quãdo mandatum erat petendum ab allegante negatiuam; Tunc enim non est probanda per eum, qui allegat *Alex. consil.* 79. *visis nonnullis. in princ. lib.* 4. *& consil.* 101. *viso processu. ante fin. lib.* 2. *nu.* 7. *Aym. consil.* 1. *num.* 10. & in specie de mandato, quod non sit probanda negatiua per opponentem, sed alias debeat liquere de eo, etiam quod
4 opponatur † post sententiam, concludit *Bald. in l. licet. ad fin. num.* 11. *versic. sed hic quaero. C. de procur.*

Neque obstat, quod procurator Masculi produxit sententiam, & omnia acta in Rota, ex qua productione censetur probasse, & ratificasse omnia contenta in eis, ita vt modo non possit contraueuire, neque amplius opponere. *c. cum olim. de censib. Doctor. in cap. cum venerabilis.*
5 *de exceptio.* Quia † productio facta non fuit, vt producens iuuare se vellet actis productis, sed ad effectum annullandi, & impugnandi, ideo nõ nocet; non enim acta annullari possunt nisi producantur, cum non entis nullae sint qualitates. *l. eius qui in prouincia. vers. quas vero. ff. si cert. petat. l.* 3. *de vsufruct.* & ita in specie productionis actorum grauaminis in causa appellationis concludit *Aym. consil.* 175. *n.* 7.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua quod non fuerit adimpletum, est ipso iure probata.*
2 *Opponens rem non fuisse traditam, an debeat probare non traditionem.*
3 *Ratificatio tacita non potest induci, quando quis actum expresse impugnauit.*

¶ N. 4. *post verb.* C. de procur.

Et facit quod dicimus de eo, quod est adim-
1 plendum, tunc enim† est ipso iure negatiua probata, si dico non impletum. *l.* 1. *C. de probatio. Bart. in l. in illa. colum.* 2. *de verb. oblig. Bal. cõsil.* 506. *lib.* 2. *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 48. *n.* 53. Vbi de conuentione, vt emptor non teneatur soluere pretium, nisi prius quam res vendita fuerit tra-
2 dita: † si enim venditor agat ad pecuniam, & emptor opponat de non traditione, vendẽti incumbit onus probandi traditionem. *Aym. consil.* 192. *num.* 15. *post Ias. in d. l. in illa. num.* 15. Quia tunc ista negatiua, quod non sit satisfactum promissioni, allegatur ab eo, cui est debita affirmatiua, & illi, cui quis est obligatus ex contractu, cum secus sit, quando ab alio allegaretur; eo enim casu negatiua, quod non impleuerit, probanda erit per tertium, qui eam allegat, non autem per illum, qui dicit se non impleuisse. *Aym. consil.* 1. *n.* 7. *Hartman. Pistor. quaest. tur. Rom. & Saxonic. quaest.* 22. *num.* 7.

¶ N. 5. in fin. *post verb.* consil. 175. *n.* 7.

Nam quando pars expresse actum impugnauit, non potest ex illo actu inferri ad tacitam ra-
3 tificationem. † *Butr. consil.* 128. *n.* 8. Ideo quis recipiendo pecuniam non videtur approbare contractum, quem expresse impugnauerat. *Bart. in l. procurator. la seconda.* §. 1. *oppos.* 1. *ff. rem rat. hab. Natt. consil.* 101. *num.* 12. cum alijs per *Surd. decis.* 262. *num.* 9. & latius *decis.* 267. *per tot.* vbi multis similibus comprobat loquens in productione scripturarum.

EPITOME.

Statutum prohibens mulierem testari sine praesentia propinquorum, an comprehendat testamentum inter liberos, & ad pias causas.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum inter liberos valet sine solemnitatibus à iure requisitis.*
2 *Testamentum inter liberos non est propriè testamentum.*
3 *Statutum prohibens aliquem testari sine praesentia propinquorum, non comprehendit testamentum ad pias causas.*
4 *Statutum requirens consanguineos in testamẽto non habet locum inter liberos. Contrarium num.* 6.
5 *Potestas statuentium respectu pia causa non adest.*

Decisio CCVI.

Statutum prohibet testari mulierem sine praesentia propinquorum, cuius forma non fuit seruata in testamento facto inter liberos per eorum matrem: vnde cum dubitaretur de eius validitate, dicebatur sub illo statuto non comprehendi huiusmodi testamentum cum inter eos valeat, etiam si non adsint so-
1 lemnitates † à iure requisitae *l. hac consultissima.* §. *ex imperfecto. C. de testam. Clar. in* §. *testamentum. q.* 7. *vsque ad q.* 14. *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 2. *n.* 9. *Mascard. de probat. concl.* 1302. *n.* 70. *lib.* 3. *Add. ad Bart. sing.* 182. vbi quod. text. *in d.* §. *ex imperfecto.* quoad solemniter testandum inter filios aequiparat vtrumque parentem; & sic procedit etiam in matre. *Rom. consil.* 179. *col.* 4. *num.* 15.

Praesertim quia testamentum inter liberos nõ
2 est † propriè testamentum. *Tiraq. de priuil. piae causae priuileg.* 80. Vnde non debet comprehendi sub statuto, in quo stricta, & propria interpretatio est facienda.

Idem

Idem dicimus in ſtatuto prohibent teſtari mu
3 lierem † ſine præſentia propinquorum; quod
non intelligitur comprehendere teſtamentum
ad pias cauſas. *Dec. conſ. 456. placet concluſio. Alex. conſil. 105. lib. 4. & conſ. 209. ſtatutis accurate. n. 3. lib. 2. Marſil. ſingul. 569. lib. 4. Gabr. conſ. 1. num. 4. lib. 1. Tiraquel. de legib. connub. num. 67. Lupus in rubr. de donat. int. vir. & uxor. §. 81. il 1. col. penult. verſ. ſaltim deberet.*

Et in ſpecie, quod iſtud ſtatutum non com-
4 prehendat teſtamentum inter liberos, † videtur
concludere *Caſtrenſ. conſ. 325. in fin. lib. 2.* vbi præſupponit illud valere quoad filios ipſos: Secus quoad extraneos; & in ſimili *Bal. conſ.* 407. *incip. præſupponendum eſt, quod in terris. lib. 2.* vbi dicit hoc ſtatutum non comprehendere matrem donantem filijs.

In prædictis nihil fuit concluſum ob partium concordiam, ſed in contrarium obſtabat, quod quamuis ſtatutum hoc inducat ſolemnitatem; tamen hæc ſolemnitas reſpicit perſonas contrahentium, & ſtatutum principaliter ad perſonam directum eſt. Neq; priuilegia piæ cauſæ ſunt extendenda ad liberos; Non enim adeſt
5 poteſtas ſtatuentium reſpectu † piæ cauſæ, quod
ceſſat in filijs: Præſertim quia in teſtamentis inter liberos ea tantum ſunt relaxata, quæ concernunt ſolemnitatem probatoriam, non autem quæ pertinent ad ſubſtantiam, ſicut eſt in ſtatutis requirentibus conſenſum, & præſentiam, vt per *Ruin. conſil. 15. num. 14. lib. 2.*
6 Et † ita in ſpecie concludit *Gabr. conſ. 1. num. 7. lib. 1.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina poteſt eſſe teſtis in teſtamento inter liberos.*
2 *Hermafroditus magis incaleſcens ſexui fœminino admittitur in teſtem in teſtamento inter liberos.*
3 *Hæreditas quando poſſit dari, ſeu adimi in codicillis.*
4 *Solemnitas ſtatuti non cenſetur remiſſa, quando per illud prohiberetur teſtamentum fieri fauore alterius etiã ob priuilegium piæ cauſæ.*
5 *Piæ cauſæ quando ſit magis fauendum, quam filijs.*

¶ N. 2. *in fin. poſt verba.* facienda.

Ideo etiam in teſtamento inter liberos fœmi-
1 na poteſt eſſe teſtis. † *Gloſ. in auth. quod ſine. C. de teſtam. Grat. conſ. 90. n. 86. lib. 1. Bened. in c. rainutius. in verb. teſtamentum. il. 1. n. 65. de teſtam.* cum alijs per *Molin. de hiſpan. primogen.*
2 *c. 8. n. 27. lib. 2.* † Prout hermafroditus, qui ma-
gis incaleſcit ſexui fœmineo, quidquid in alijs teſtamentis tales non ſint idonei. *Ceuall. q. 60. num. 6.*

Idem in hæreditate quæ licet non poſſit in co-
3 dicillis adimi, neq; dari, † *l. hæreditas. C. de his quib. vt indign. l. 2. C. de codicill.* Tamen ſecus
eſt fauore liberorum. *Bart. in l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. in fin. C. de teſtam. Alex. conſ. 156. n. 10. lib. 2.* Quamuis contrarium ſequatur *Bald. in l. ſi filius. n. 7. C. famil. erciſc.* & magis communem dicat *Rom. conſ. 179. n. 12.* & veriorem *Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 25. n. 7.* & ita tenendum *Ceuall. q. 730. nu. 3. poſt Gratian. reg. 74. n. 8. Cephal. conſ. 733. n. 42. lib. 3. Turret. conſ. 22. n. 13. lib. 1.*

¶ N. 3. *poſt verb.* haberet.

Quidquid aliud ſit, quando lex, aut ſtatutum prohiberet ſine aliqua ſolemnitate teſtari fauo-
4 re alterius; † tunc enim talis prohibitio non
cenſeretur remiſſa, etiam ob priuilegium piæ cauſæ. *Felin. in c. Eccleſia S. Mariæ. n. 91. de conſtit. Tiraq. de legib. connubial. gloſ. 8. n. 174. Socin. conſ. 48. col. 1. verſ. nec obſtare videtur. lib. 1. Petr. Peceb. de teſtam. coniug. lib. 3. c. 12. Crot. conſ. 158. & 194. Lancellot. Gall. de ſtatut. in princ. q. 3. n. 54. cum ſeq. tom. 2. f. 299. Roderic. Soarez in l. 13. for. de las deuaas. ſeu de debitis. col. 2. in princ. verſ. ſic in propoſito. f. 259.*

¶ N. 5. *in princ. poſt verb.* filijs.

Immo magis fauemus piæ cauſæ, quam filijs, quando non agitur de eorum excluſione à legi-
5 tima. † *Anchar. conſ. 46.* Vbi quod conditio ſi
deceſſerit ſine filijs, non ſubintelligitur, quando filij grauati ſunt reſtituere piæ cauſæ; quia plus ei fauetur, quam filio, ſi non tractatur de totali excluſione. *Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. col. 28. de conſtit.* & multum notandum, dicit *Surd. de alim. tit. 2. q. 15. n. 169.*

¶ N. 5. *in fine, poſt verb.* lib. 2.

poſt *Butr. conſ. 25. col. 3. in princ. Alex. conſ. 105. col. 3. lib. 4. Bald. conſ. 399. Dec. conſ. 455.*

EPITOME.

Diſpoſitio ſcripta per patrem inter filios, quando valeat ſine teſtibus, & quid ad pias cauſas.

SVMMARIVM.

1 *Apoca ſcripta manu patris valet inter liberos, & num. 4.*
2 *Diuiſio facta per ſcripturam patris ſeruanda eſt inter filios. Intellige vt num. 3.*
5 *Scriptura ſine teſtibus valet fauore piæ cauſæ. Intellige vt num. 6.*
7 *Nullitas non poteſt allegari per approbationem actus.*
8 *Voluntas colligitur etiam ex actu nullo.*

DE-

Decisio CCVII.

Alimenta de quibus agebatur in causa D. Marij Tancredi de Ancona, fuerunt taxata iuxta tenorē scripturæ per eundem productæ, non autem secundum sententiā D. Iudicis à quo. Nam etiam quod careat te-
1 stibus, cum sit scripta manu patris valet † inter liberos, & illi standum est quo ad omnia in ea contenta: Vnde etiam quo ad taxationem alimentorum factam per patrem, quæ debent præstari Siluiæ Tancredæ eius filiæ: quando enim diuisio fit per scripturam, tunc sufficit esse scriptam à patre, & sine testibus, dummodo de ea appareat per confessionem partium, prout constat in casu nostro, & talis diuisio, seu dispositio
2 seruanda † est *Bal. in auth. quod sine. versic. ex prædictis. & versic. secundo casu principali. C. de test am. Rota diuers. decis. 734. nu. 19. & decis. 752. num. 1. & 6. p. 1. & decis. 74. num. 16. p. 2.* magis communi. *Clar. in §. testamentum. q. 14. in princip. Grass. eod. tit. quæst. 16. num. 1.* vbi etiam de communi *Doctor. in auth. si modo. C. famil. ercisc und.*

Maxime, quia fuit absoluta, & habita pro completa, cum secus esset quando pater illam fecisset pro designanda eius voluntate futura; tunc enim videtur continere tractatum, & præparationem futuræ dispositionis, seu testamenti, qui est actus separatus ab ipso testamento, & dispositione absoluta, cum non sufficiat aliquem voluisse, nisi vlterius procedat disponen-
3 do, vt in specie concludit † *Oldrad. consil. 219. Titius condidit testamentum. Io. Andr. ad Specul. de instrumen. edit. §. compendiose. carta penult. ad fin. versic. sed fuit quæstio de facto. Castrens. consil. 202. ad primum quæsitum. in 3. dub. in fin. alias 450. lib. 2. & cons. 190. in causa quæ vertitur. ad fin. alias 307. lib. 1. Dec. consil. 488. in causa & lite. num. 9. cum seq. col. 2. vers. omnibus, & similibus. & col. 4. ad fin. vers. allegat textum.* vbi dicit esse hoc speciale per *d. auth. quod sine*. vt valeat scriptura pa-
4 tris † inter liberos sine testibus, quando est scripta manu ipsius. *Gram. decis. 62. in causa magnificorum. num. 9. cum seq. Simon de Præt. de interpret. vltim. volunt. lib. 2. interpretat. 1. dub. 2. num. 29.*

Idem est in ea, quæ fit ad pias causas, cuius
5 fauore valet, quamuis non adsint testes. † *Rota diuers. decis. 74. ambrosius p. 2.* vbi de magis communi post *Couarr. in c. relatum. il 1. num. 12. in fin. de testamen. Ruin. cons. 71. num. 16. lib. 3. Tiraquel. priuil. 4. piæ causæ. Dec. consil. 158. casus qui proponitur. num. 3. Alexan. consil. 4. colum. 3. lib. 7.* [Et licet *Socin. Iun. consil. 189. num. 74. lib. 2.* attestetur de magis communi in contrarium, Tamen eius attestatio conuincitur falsa, vt dicitur in *d. decis. diuers. 74. p. 2. num. 10. Graf. in §. testamentum. q. 19. num. 3.*

Intellige dummodo in illa adsit dies, & con-
6 sul, cum sit speciale in priuata scriptura † testamenti, etiam inter liberos. Ratio est, quia pluries & fieri, & mutari potest, & ideo debet bene apparere de tempore, quia id demum est ratum quod vltimum comprobatur. *Bald. in d. auth. quod sine. ad fin. C. de testam.* vbi *Natta num. 30. de* communi, *Clar. §. testamentum. q. 14. vers. sed nunquid requiritur. Grassus eod. tit. q. 16. nu. 2.* vbi de communi.

Adde in processu constare taxam alimentorum fuisse per decennium approbatam per Siluiam, Vnde non poterit modo contra eam venire, cum per tantum tempus iuxta illius tenorem alimenta perceperit, stante præsertim notitia, quam de ea habuit, ob quam approba-
7 tionem non poterit † amplius dicere illam nullam. *Rota diuers. decis. 637. in princ. p. 1.*

Vltimo, quia etiam ex actu nullo colligitur
8 voluntas patris, quæ erit seruanda. † *l. fin. ff. de reb. eorum.* Maxime cum per Siluiam non fuerit probatum, quod adsint bona in hæreditate, ex quorum fructibus possint maiora alimenta deberi, & dari; & domus, & alia bona hæreditaria confessata per Marium non apparent cuius sint valoris, ex quibus possit colligi ista læsio: & præsumendum est, quod pater rectum consilium, & iuxta vires sui patrimonij sumpserit pro filia in decernendo alimenta, de quibus agimus. Immo ex bonis, de quibus in processu, potius apparet alimenta esse iusta secundum facultates testatoris, & qualitatem personæ alimentandæ.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Dies potest apponi in scriptura priuata patris testantis inter liberos, tam in principio, quam in fine.*
2 *Approbatum non potest amplius reprobari.*
3 *Alimenta debent præstari secundum conditionem, & quantitatem redditũum, nō patrimonij, & iuxta præsentem statum, non præteritum. num. 4.*
5 *Consuetudo vltima est attendenda.*
6 *Alimenta a patre taxata præsumuntur iusta.*
7 *Iudex quando recedat à voluntate testatoris, & conuentione partium in alimentis. nu. 8.*

¶ N. 6. *post verb.* de communi.

Late *Hartman. Pistor. quæst. iur. Roman. & Saxonic. q. 2. in princ.* Itaut sufficiat apposi-
1 tio diei, † etiam post subscriptionem patris. *Put. decis. 226. n. 4. & decis. 235. lib. 1.* Cum nihil referat an ponatur in fine scripturæ, seu in principio; prout de Notario apponente subscriptionem siue ante, siue post protocollum, vtroq; enim modo datur fides instrumentis per eum subscriptis. *Alex. cons. 147. n. 10. lib. 2. Menoch. præsump. 66. lib. 3.*

¶ N. 7.

¶ N. 7. *post verb.* in princ. p. 1.

Cum semel approbatum non possit amplius re-
2 probari,† *l. si quibus testibus. C. de testib. l. pomponius scribit. ff. de negot. gest. Becc. cons. 3. num. 39.*

¶ N. 8. *post verb.* personæ alimentandæ.

Pront regulariter sunt præstandæ. *§. illud quoq; in fin. & ibi glos. in verb. mensuram. auth. neq; virum quod ex dote. Natt. conf. 387. n. 8.*
3 Ita ut† attendatur redditus bonorum, non quantitas patrimonij, quia præstantur de lucro, non capitali. *l. 3. §. 1. vbi pupill. educ. deb. Salic. in l. 1. C. de alim. pupill. præstand. Alex. cons. 100. lib. 1.*

Quemadmodum è contra taxãtur secundum qualitatem personæ iuxta præsentem statum,
4 non prout alias † fuit. *Bal. in l. si maritus. la 2. ff. solut. matrim. Ias. in l. cum hi. §. vult igitur. n. 1. de transaction. Menoch. præsumpt. 157. n. 34. lib. 5. Surd. de alim. q. 18. tit. 4. n. 3.* vbi dicit hanc opinionem veriorem contra *Cordub. in l. si quis à liberis. §. solent. n. 35. de liber. agno-*
5 *scend.* † Cum etiam attendatur vltima consuetudo. *l. mela. §. quid ergo. de alim. & cibar. leg. Felin. in c. cum accessissent. num. 3. de constitut. Natt. cons. 367. n. 18.*

Vnde cum patet taxauerit alimenta, & præsumptio sit pro eo, quod sint condecentia secun-
6 dum vires patrimonij, † & qualitatem personæ. *Bald. in auth. ex testamento. C. de collat.* Iudex hoc sequi debet, donec non cognoscit esse infra decentem quantitatem, quo casu posset rece-
7 dere à voluntate testatoris. † *l. sed & si quis. §. quid ergo. de relig. & sumpt. fun. Brun. de augm. & diminut. concl. 10. n. 11. Surd. de alim. tit 4. q. 13. n. 7. & tit. 8. priuil. 85. n. 3.* Quemadmodum etiam à voluntate partium, quamneq; Iudex tenetur sequi quo ad alimenta. *Iaf.*
8 *in l. si conuenerit. de re iudic.* † Quasi hoc concernat publicam vtilitatem, quæ conuentione partium non potest tolli. *l. ius publicum. de pact.* neq; per legem testatoris. *Bald. in l. 1. §. ius naturale. col. fin. de iust. & iur. Vasq. de success. creat. lib. 1. n. 312. f. 476.*

EPITOME.

Oblatio solutionis, quando impediat saluianum interdictum. [Subhastatio an detur in saluiano. [Fructus non petiti an veniant in remedio reintegrandæ.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio solutionis impedit saluianum.*
2 *Retentio tenuta competit ex non solemni processu.*
3 *Oblatio verbalis sufficit quo ad retractandam venditionem pignoris.*
4 *Oblatio verbalis quo ad liberandum debitorem non habet vim consignationis.*
5 *Offerens se paratum soluere, non operatur si creditum est liquidum.*
6 *Oblatio in genere non valet. Intellige vt nu. 7.*
8 *Oblatio vt valeat debet fieri de interesse, & expensis.*
9 *Subhastatio non datur in saluiano. Intellige vt num. 10. & 11.*
12 *Iudicium carens substantialibus non est nullum, si pars non opponat.*
13 *Remedium reintegrandæ non datur ei, qui cecidit ex iusta causa, & propria voluntate.*
14 *Fructus etiam non petiti veniunt tantum arbores ceduæ.*
16 *Arbor exsiccata non est in fructu.*
17 *Retentio melioramentorum competit, quamuis non sint liquidata.*
18 *Reseruatio nihil de nouo tribuit.*

Decisio CCVIII.

IN causa dominorum de Lazzaris cum Dominis de Massuccijs fuit declaratum competere reintegrationem ad fauorem Lazzari quo ad bona, de quibus in petitione, cum fuerint per eos probata requisita in hoc remedio intentato, videlicet possessio antiquior ex parte ipsorum, & possessio iunior ex parte rei conuenti. *Doct. in c. sæpe. de restit. spol. Alexand. cons. 6. num. 5. lib. 3.*

Solum à dicta reintegratione fuerunt excepta bona, de quibus in processu agitato per Massuccios cum D. Faustina de Lazzaris, contra quam fuit actum per eos saluiano interdicto, & seruatis seruandis obtinuerunt sententiam fauorabilem, & fuerunt missi in possessionem dictorum bonorum, vt in processu fol. 318.

Non obstat, quod per Lazzaros, seu eorum tutores fuit facta oblatio soluendi, quæ impedit
1 † saluianum, & operatur vt quis illo conueniri non possit. Nam offerens debitum creditori, excludit eum ab agendo, & ius offerendi competit cuilibet penitus extraneo, vt in specie in saluiano interdicto concludit *Roland cons. 14. nu. 9. & 10. lib. 1. Menoch. de adipiscen. remed. 3. num. 181.*

Quia respondetur, quod licet debitor offerat se paratum soluere; tamen non per hoc alienatio impeditur, sed per Iudicem rescinditur. *glos. in l. si residuum. in verb. oblato. C. de distr. pign. Bald. in l. fundus. de rescin. vend.* quamuis enim qui dicit se paratum soluere, non debeat grauari, tamen si grauatur non reuocatur grauamen, nisi soluat, quia debitum est liquidum per consensum, vt ibidem concludit *Bald in addit. ad d. l. fundus. versic. tertio nota.* subdens quod etiam si non fuit processum solemniter, tamen competit retentio tenutæ ex non solemni, & ordinato processu, quia erat res affecta, & obligata propter debitum: & *Bald.* sequitur *Cremens.* dicens esse perpetuo notandum *singu. 93. incip. tenuta. Alexan. in l. si finita. in princ. de damn. infect. Gabr. de restitut. spoliat. conclus. 1. num. 128. versic. secundo declara.* [Sufficit enim oblatio verbalis quo ad effectum retractan-

3 ſtandi venditionem pignoris † factam per creditorem. *l. fundus. de reſcind. venditio.* *Doctor.* communiter *in l. penult. quæ incipit creditor. de diſtract. pignor.* & hunc eſſe verum, & communem intellectum, dicit *Alex. in l. ſi mora. in 2. ſal len. num. 4. colum. 2. ſolut. matrim.* & teſtatur *Neguſ. de pignor. 5. p. memb. 3. num. 101. & num. 148. verſ. & primo circa oblationem verbalem.* huiuſmodi enim oblatio, quo ad effectum totalis liberationis debitoris ab ipſo de-
4 bito † principali, non habet vim conſignationis, & depoſitionis. *Bart. in l. videbitur. de ſolut.* & ita eſſe tenendum, dicit *Neguſ. de pignor. 5. p. 3. memb. num. 159. verſ. ſecundo modo reſtringitur.* ſubdens inaduertenter contrarium errando dixiſſe *Corn. conſil. 85. volum. 4. in littera b,* cum contrarium ſit magis receptum, vt tenet etiam *Bald. in l. acceptam.* C. *de vſur. col. 3.*

Præterea oblatio, de qua agimus, non habet omnia requiſita in huiuſmodi oblationibus; immo eſt captioſa & nulla, cum non fuerit facta de toto credito liquido Maſſucciorum, & ſimpliciter & abſolute, ſed generaliter, & cum clauſula, offero me paratum ſoluere id, ad quod de iure teneor: vnde etiam quod ſit facta in iudicio
5 nihil debet operari † quando creditum eſt liquidum, vt in caſu noſtro. ita in ſpecie dicit *Aretin. conſ. 142. ex facto proponitur. colum. fin. verſ. ad vltimum dubium.* & poſt *Bartol. Imol. Alex.* per eum allegatos concludit *Neguſ. de pign. p. 5. memb. 3. num. 121. verſ. quinto requiritur.* [Maxime quia eſt facta oblatio in genere non habita relatione ad aliquod inſtrumentũ, vel actum certum, ſed indeterminate dicendo of
6 fero me † paratum facere, quod de iure teneor, vt in prima oblatione facta per Lazzaros, & in ſecunda quatenus de iure; Secus enim ſi dixiſſet paratum eſſe ad faciendum, quod tenetur vigore talis inſtrumenti, quia talis oblatio, ſeu verbalis, ſeu realis eſſet congrua ad operandum illos effectus, qui de iure reſultant ex huiuſmo-
7 di † oblationibus, ex quo expreſſum per verba, generalia, per relationem ad certam ſpeciem dicatur ſpecialiter expreſſum. *l. ſi. quod cum eo. Bart. in l. 1. de vulgar. & pupill.* & in ſpecie oblationis ita notat *Neguſ. de pignor. p. 5. m. 3. num. 122. verſ. quæ tamen intelligenda:* Vnde dixit *Bald.* per illum *tex. in l. fundus. de reſcin. vend.* quod ſi debitor offerat ſe paratum ſoluere, & non ſoluat, non per hoc impeditur alienatio, prout in caſu, de quo agimus recte fuit ſequuta. [Vltra quod oblatio non ſolum fieri debet de toto debito principali, ſed etiam de
8 intereſſe, & expenſis, † alias non prodeſt, de quo hic non apparet. *Bal. in l. acceptam. oppoſ. 6. & q. 18. C. de vſur. Neguſ. ibid. num. 127. verſ. tu vltra eos.*

Non obſtat, quod bona auocata per Maſſuccios à Fauſtina fuerint ſubhaſtata, quod non poterat fieri, cum ſolum creditor, cui per ſententiam Iudicis eſt addicta res, vt eam obtineat iure hypothecæ, & pignoris, poſſit iterum pete-
9 re eiuſdem rei iudicialem † ſubhaſtationem. *Covar. var. reſol. c. 18. in fin. lib. 3.* & ſic in actione ſolum hypothecaria non in ſaluiano interdicto datur ſubhaſtatio. *Rot. diuerſ. deciſ. 43. num. 3. p. 1.*

Quia reſpondetur, quod in caſu, de quo agimus recte fuit proceſſum ad ſubhaſtationem, vt in *conſtitutione Marchiæ c. 7. lib. 5.* vbi miſſus in tenutam vigore ſententiæ, tranſactis quindecim diebus poteſt vendere plus offerenti factis
10 ſubhaſtationibus: † quæ conſtitutio, cum ſit generalis, debet intelligi generaliter, vt comprehendat etiam ſententiam in ſaluiano, vt operetur vltra ius commune.

Secundo, dato quod conſtitutio non comprehenderet illum caſum, reſpondetur, quod adeſt obſeruantia in contrarium, ſecundum quam
11 bona etiam in ſaluiano † interdicto ſubhaſtantur, quæ conſuetudo valet, vt in ſpecie dicit *Rota diuerſ. deciſ. 43. ad fin. verſic. & ita concluſerunt.* de qua obſeruantia conſtat, tam in Rota, quam in Curia generali, vt in multis cauſis paſſim ita ſeruatum fuit, præſertim inter Violãtem Alaleonem, Hieronymũ Gabrielem, Equitem Pompilium Rotundum, Ludouicum Matthæi, Octauium Cherubinum, & in alijs cauſis, de quibus in actis.

Tertio etiam quod non poſſet fieri ſubhaſtatio, nihilominus non poteſt dici nulla, ex quo pars fuit citata ad reluendum, ad videndum fieri ſubhaſtationem, ad ſententiam adiudicationis, & ad alios actus; neque vnquam fuit oppoſita huiuſmodi exceptio, & ſic iudicium, quod
12 careret ſubſtantialibus † eſt nullum, ſi pars opponat, & non aliter. *Dec. in l. vinum. colum. pen. ff. ſi cert. pet. per Crauet. conſ. 150. n. 2. ad fi.*

Vltra præfata bona fuerunt etiam exceptæ ab huiuſmodi reintegratione tres ſalmæ terrarum in plano Caſtiani, quæ comprehendebantur in petitione facta per Lazzaros, cum tamen pro illis actio intentata non competeret, ex quo appareat ex menſuratione, & inſtrumentis in actis productis, quod fuerunt venditæ per Iacobum Lazzarum, alias Moſcatello, Equiti Herculi Maſſuccio: Vnde ſicut Iacobo non competijſſet remedium reintegrandæ, tanquam cecideriт ex iu-
13 ſta cauſa, & † propria voluntate. *Dect. in c. ſæpe.* vbi *Ripa num. 27. de reſtitut. ſpoliat. Socin. in l. rem quæ nobis. nu. 8. de acquir. poſſeſſ. Menoch. de recuper. remed. 15. nu. 95.* Ita etiam nec eius hæredibus, cum teneantur præſtare factum defuncti. *l. cum à matre. C. de rei vendic. Gabr. de reg. iur. concl. 11. num. 1.*

Et quoniam in huiuſmodi iudicio veniunt fructus, ad quos Iudex poteſt condemnare, etiam
14 quod pars † non petierit. *Innoc. in c. grauis. de reſtit. ſpol. & Orta. in rubr. de cauſ. poſſ. & propriet. col. 3. verſ. aduertite. Menoc. de recup. rem. 1. num. 413. & remed. 17. num. 37. q. 8.* vbi dicit ſingulare poſt *Rotam de reſt. ſpol. deciſ. 4. in nou.* Ideo Lazzari ad eos fuerũt reintegrati, quamuis non petierint. [Solum quo ad hoc fuerunt excepta ligna inciſa, ſeu retractus lignorum inciſorum, cum de huiuſmodi inciſio-

cifione, & illorum retractu nullibi appareat,
& mentio aliqua fiat in processu, quamuis Iudex
à quo vltra fructus etiam specialiter condemna-
uerit Massuccios ad d. retractum lignorum.
Maxime quia non constat quæ arbores sint, cum
15 appellatione fructuum veniant † tantum arbo-
res ceduæ. *Barb. in cap. salubriter. in fin. de
vsur. Cass. super consuet. Burg. in tit. de droict.
rubr. 4. §. 17. fol. mihi 730.* subdens post *Alex.
in l. si diuortio. §. si fundum. in fin. ff. solut. matr.*
16 quod arbor exsiccata, † & vi ventorum euulsa
non est in fructu.
Vlterius fuit declaratum per Massuccios de-
ducenda esse melioramenta per eos facta, de
quibus constat in processu, cum de iure conce-
17 datur illorum retentio, donec soluantur † etiam
si liquidata adhuc non sint. *l. in fundo.* vbi *Bal.
n. 11. de rei vendic. Doct. in l. domum. C. eod. Me
noch. de recuper. rem. 15. num.* 500. 514. & 569.
Neque in hoc est insistendum, cum etiam Iudex
à quo, huiusmodi melioramenta dixerit obdu-
cenda in sua sententia, quæ per Lazzaros fuit
acceptata, quæ aliam reprobationem non in-
ducit. *Aym. cons. 108. num. 3.*
Vltimo, quia per Lazzaros prætēdunrur mul-
tæ exceptiones contra instrumentum crediti per
Massuccium productum, fuerunt illis reseruata
iura excipiendi contra illud instrumentum, pro-
ut etiam dictis Massuccijs agendi pro eorum
prætenso credito, & interesse, vltra id, quod eis
solutum est: quæ reseruatio fuit concessa ad con
seruandum ius reseruantis, cum nihil de nouo
18 † tribuat, sed intelligatur si de iure competat
ius reseruatum. *l. at si quis. §. plerique. de relig.
& sumpt. fun. Aym. cons. 29. n. 8.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *In oblationibus de soluendo quæ requirantur, & an debeat adesse mandatum speciale. numero 2.*

¶ N. 4. *post verb.* C. de vsur. col. 3.

Et fuit decisum per *Rot. coram Card. Pamphil. Anconitan. fructuum de Rinaldinis. 15. Nouembris. 1595.*

¶ Num. 8. *in princip. post verb.* vers. tu vltra eos.

*Menoch. de arbitr. casu 232. in addit. n. 29. &
per tot.* vbi quoq; multa requisita adducit in
1 huiusmodi oblationibus; † Cum etiam requi-
ratur mandatum procuratoris, & quod caueа-
tur de euictione rerum legatarum ad hoc, vt
oblatio hæredis de soluendo impediat ne lega-
tarius agat faluiano. *Rot. coram R. P. D. Orano.
Ariminen. Legati. 9. Decembris 1585.*

EPITOME.

Mentio litis pendentiæ an sit facienda si causa sit cœpta per solam citationem, etiam quod non sit contestata. [Rescriptum ad lites subreptitium, quando sit nullum.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente probibita est supplicatio.*
2 *Mentio appellationis debet fieri per impetrantem rescriptum Principis.*
3 *Papa potest auocare causam pendentem coram ordinario, vel delegato. Intellige vt num. 4. Amplia vt num. 5.*
6 *Mentio est facienda causæ cœptæ per solam citationem, quamuis non sit lis contestata.*
7 *Rescriptum surreptitium ad lites non est nullum. Intellige vt num. 8.*
9 *Citatio quæ non reproducitur, est circumducta; nec efficit litis pendentiam.*
10 *Allegans non reproductionem debet probare.*
11 *Renunciari non potest iudici impetrato post citationem emanatam.*

Decisio CCIX.

LIte pendente prohibitum est supplicare
Principi, aut imperrare rescriptum,
1 vel priuilegium, non facta † mentione
litis pendentiæ. *l. 2. 2. C. vt lit. pend. Felin. in
cap. ad audientiam. il secondo. n. 20. de rescrip. &
in cap. exceptionem. colum. 9. num. 32. de except.
Menoch. de arbitr lib. 2. cent. 3. casu* 302. Im-
mo debet etiam fieri mentio de appellatione
2 † interposita, tam propria, quam partis aduer-
sæ, tam iudiciali, quam extraiudiciali, tam si
appellatum sit ad Papam, quam ad inferiorem,
tam per appellantem, quam per appellatum.
*Gabr. de iud. conclus. 4. Lancell. de attent. tit.
de inualida. rescript. lit. pend. impetr. Doctor. in
c. oblate. de appellat. Rom. consil. 330. in princip.*
Quibus stantibus dictum fuit non valere rescri-
ptum impetratum per D. Anchisem Srellam,
contra Dominum Statium de Macerata, vbi da-
tur per Summum Pontificem Iudex in causa ap-
pellationis per ipsum interpositæ à sententia
D. Gubernatoris, ex quo in eo non fecit men-
tionem litis pendentiæ, & appellationis intro-
ductæ coram alio Iudice electo per ipsummet ap
pellantem. Cum enim ad petitionem ipsius An-
chisis Iudex decreuerit citationem contra par-
tem aduersam, non poterat idem impetrare
nouam commissionem ad delegatum non facta
mentione de citatione decreta, & sic de litis
pendentia, quare commissio non valet: [licet
3 enim Papa possit auocare † causam pendentem
coram ordinario, vel delegato. *cap. vt nostrum.
de appellat. cap. pastoralis. §. præterea. de offic. de-
leg.* [non tamen præsumitur velle facere talem
auocationem, nisi de prædictis fuerit facta men-
4 tio. † *l. vbi cœptum. de iudic. cap. ex tenore. de
rescript.* præsertim cum ex tali auocatione fiat
iniuria prioribus Iudicibus. *l. 3. de arbitr. Host.
Abb.*

Abb. & alij *in cap. ex litteris. de offic. deleg.* prout in specie concludit *Lup. in cap. per vestras. notab. 4. colum. 1. vers. & ita. num. 2. & col. 3. vers. ex quo sequitur vnum satis notandum. nu. 4 de donat. inter vir. & vxor.* [vbi *in vers. vnde concludit. sub. num. 5. & 6.* ampliat procedere,
5 † quando causa esset cœpta per solam citationem, etiam quod non esset contestata lis, contra *Bald. in l. 1. in fin. C. de relat.* post *Archid. & Dominicum* per eum allegatos, nisi stylus Curiæ super quo *Bald.* se fundat, aliter se habeat, vt *ibid. num. 9.* [& quod non requira-
6 tur litis † contestatio quo ad effectum prædictum, vt rescriptum non valeat, dummodo citatio fuerit executa, prout in casu de quo agimus, dicit *Anchar. cons. 16. colum. 1. versic. dicitur enim rescriptum. Felin. in cap. 1. colum. 9. versic. fallit sexto. de rescript. sub n. 12. Loffr. cōs. 12. col. 3. Afflict. decis. 220. ad fin. Gabr. de iudic. conclus. 4. n. 25. vers. nono amplia.*

Non obstat, quod rescriptum ad lites surreptitium non sit ipso iure nullum, & processus il-
7 lius † vigore factus valeat. *cap. si autem. & cap. ceterum. de rescript. Bellam. decis. 485.* Quia respondetur quādo est auocatorium iurisdictio-
8 nis, & est surreptitium, tunc † limitatur dicta regula, prout esse hanc fallentiam tritissimam, & illam per *Rotam* sequutam dicit idem *Mandos. forma 7. commissio. in princip.* post *Feln. in cap. ad audientiam. ii secondo. de rescrip. Cassad. decis. 1. eodem tit.*

Non obstat, quod citatio quamuis fuerit exe-
9 cuta, non tamen fuit reproducta † in actis: Vnde dicitur circumducta. *cap. 1. de dol. & contumac. in 6. Vestr. in praxi. lib. 4. eodem tit. in princip.* & consequenter talis citatio non reproducta non habet effectum litis pendentiæ. *Bald. in l. 1. num. 1. versic. sed an dicatur processus incohatus. de in ius vocan. Felin. in cap. illud. n. 11. de praescript.* Quia in actis non constat, quod non fuerit reproducta coram d. Iudice, qui fuit prius electus Iudex appellationis per Stellam, & ad cuius instantiam inhibitio fuit legitime executa, quod tamen erat probandum per illum,
10 qui se fundat in allegata non † reproductione, tanquam suæ intentionis fundamentum. *l. actor. de probat. glos. in cap. non est. de consuet. in 6.* & etiam probatio negatiuæ spectat ad eum, qui in illa se fundat. *Bart. in l. si vero. §. fin. qui satisd. cog. Mascard. conclus. 77. num. 11. & conclus. 343. num. 10.* Licet enim negatiua non possit probari per rerum naturam, idest naturales sensus. *l. actor. de probat.* tamen poterit alicer probari, vt docet *Bald. in l. fin. num. 3. C. de reb. credit. Beccius consil. 4. num. 2.* Maxime, quia hoc facile probari poterat per eum, producendo ipsammet inhibitionem, quam si nō reproduxit habet præ manibus, de quo tamen non apparet in actis: Vnde super d. non reproductione, non potest fieri aliquod fundamen-
11 tum, & sic neque poterit renunciari Iudici † per eum impetrato, inuito aduersario, postquam citatio emanauit. *Felin. in rubr. de rescript. num. 3. versic. & adeo procedunt. colum. 1. limit. 4. Lancellot. de attent. lit. penden. in princip. num. 45.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Auocatio causæ potest fieri per Principem etiam sine clausula, motu proprio.*
2 *Renunciari quando possit rescripto per aliquem impetrato, quamuis contineat commodum, & priuilegium tertij, & an possit quis interrogari an velit illo vti. num. 3.*

¶ N. 6. *post* vers. nono amplia.

Minus erat præsumenda auocatio causæ, cum
1 non adesset clausula, motu proprio, † quasi solum illa existente Princeps dicatur posse causam auocare, iuxta *decis. Guid. Pap. quaest. 440.* Quamuis hoc non sit tutum; nam siue motu proprio, siue aliter Princeps rescribat, semper potest causam pendentem coram Ordinario, seu Delegato auocare; quia plena iurisdictio in solo Principe consistit, &, si ex toto potest reuocare Iudicem, magis poterit aduocare ad se causam pendentem, seu reuocare, prout contra *Guid. Pap.* veriorem esse sententiam testatur *Mandos. form. 6. commiss. in verb. auocamus.*

¶ N. 11. *post verb.* in princ. n. 45.

Quidquid alias possit quis ante citationem aduersarij pœnitere, & non vti rescripto per
2 eum impetrato, † ac illi renunciare si respiciat non publicum, sed priuatum commodum. *cap. ex conquaestione. de restitut. spoliat. Ias. in l. 3. num. 12. ff. quod quisque iur. Fel. in rubr. de rescript.* Quamuis idem rescriptum contineret aliquod priuilegium, non solum ad fauorem impetrantis, sed etiam ad commodum tertij; Dummodo non appareret concedentem voluisse ius acquiri tertio, tempore datæ. *Abb. in d. c. ex conquaestione. de rescrip. Rot. coram R. P. D. Bubalo. Salamantina pensionis. 13. Ianuar. 1584.*
3 Vbi † etiam, quod impetrans non potest interrogari, an velit vti rescripto, cum ante citationem non sit de actis.

EPITOME.

Vsusfructus legatus vxori stantibus liberis quando restringatur ad alimenta. [Et quid si instituantur transuersales, dummodo tamen adsit filia.

SVMMARIVM.

1 *Vsusfructus legatus vxori stantibus liberis restringitur ad alimenta. Amplia vt n. 2. & 3.*
4 *Vsusfructus legatus vxori restringitur ad alimenta, etiam quod instituantur transuersales, dummodo adsit filia. Contrarium nu. 5. & 6. Intellige vt n. 7. & 8.*

9 *Ra-*

9 *Ratio consuetudinis, quod vxor habeat alimenta, est fauore liberorum.*

Decisio CCX.

VSusfructus legatus vxori stantibus libe-
ris restringitur ad alimenta iuxta con-
1 suetudinem Bulgari, quæ tanquam fa-
uorabilis ex identitate rationis extenditur ad
alium casum, in quo eadem ratio viget. *Bald. in
auth. hoc locum. col. fin. vers. quid si vxor. C. si se-
cundo nupserit mulier.* & habet locum, non so-
2 lum si extant filij eiusdem matrimonij,† sed etiã
alterius. *Capra cons. 71. colum. 3. num* 11. *Gabr.
concl. 2. n. 54. de vsufr.* vbi multa ad materiam d.
consuetudinis, de qua etiam late per *Viuium
conclus.* 1054. *lib. 3. in verb. vxor per maritum,
& decis. Barensi* 29. *& Crescent. decis.* 5. *alias*
293. *de testam.*

Amplia, quod restringatur ad alimenta, quã-
3 uis instituantur transuersales; † dummodo ta-
men adsit filia: videlicet testator reliquit vxo-
rem vsufructuariam, & instituit hæredes fratres
carnales, & filiæ dotem legauit: adhuc enim
4 videtur militare d. coniectura, † quod vxor de-
beat habere solum alimenta. [Ratio est, nam
si fratres prætulit ipsi filiæ, ita etiam multo ma-
gis intelligendum est voluisse eos præferre vxo-
ri in vsufructu. *Capr. cons.* 158. *Signorol. cons.* 175
num. 8. *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 9.
tit. 7. Gabr. de vsufruct. concl. 2. nu.* 54. vbi etiam
allegat *Cuman. in l. titia.* 35. *§. titia. in fin. vers.
tangit etiam. de leg.* 2. *Bart. in d. §. titia. in fin.*
licet relinquat cogitandum. *Papien. in forma
libelli, quo agitur ad dot. & vsufruct. in glos. do-
nec. sub n.* 5. vbi dicit, quod d. consuetudo com-
muniter practicatur in vtroque casu.

5 Contrarium tamen † voluit *Alexand. cons.* 57
*colum. 1. vers. sed circa hoc videndum. nu. 2. lib.
3. & consil. 29. colum. 2. num. 3. vers. & licet es-
sent fratres testatoris. lib. 4. Ang. cons.* 338. *fer
Simon. num. 2. in fin. vers. & per hoc concludo.
& cons. 372. nu. 2. vers. cum autem est percipien-
dum.* vbi dicit ita pluries consuluisse. *Ruin. con-
sil. 35. col. 1. num. 1. vers. & quamuis. lib. 2. An-
gel. de testamen. glos. 44. in verb. item reliquit B.
eius vxorem. colum. 2. vers. quaritur etiam secun
dum. num. 5. tom. 8. tract. p. 1. fol.* 50. *Castrens.
cons. 218. quod vxor quondam. in fin. lib.* 1. vbi
dicit ita tenere *Iacobum Butr. in l. 1. C. si se-
cundo nupserit mulier.* & quod ita communiter
6 tenetur, & vidit de facto, cum † ratio d. con-
suetudinis fundetur solum fauore liberorum:
& sic concludit, quod debeat habere vsumfru-
ctum integrum, dummodo non excedat dodran-
tem. idem *Castren. cons. 218. ad primum & ter-
tium. col. 1. vers. circa secundum. lib.* 2. vbi quod
vxor debeat esse vsufructuaria, quando filiabus
solum est relicta quantitas, & iussæ fuerunt sta-
re contentæ; & sic non esset eorum fauor, quod
importaret alimenta, cum residuum non essent
ipsæ habituræ, sed hospitale. *Imol. in d. l. titia. §.
fin. Ias. cons. 44. lib.* 1. & ita dicit esse tenendum
Decis. Marchiæ.

*Sim. de Prat. de interpret. vlt. volunt. lib. 4. dub.
10. n. 47. fol.* 411. postquam, inquit, ex communi
Doctorum sententia interpretatio dictæ consue-
tudinis non tollit vsumfructum vxori, nisi quãdo
instituti sunt heredes filij, & descendentes testa-
toris, & de magis communi *Gabr. de vsufr. concl.
3. in princ. Brognin. eod. tit. n.* 58.

Pro concordia tamen faciebat, quod *Capra*,
7 & alij supra allegati loquuntur, quando † insti-
tuti sunt extranei, & filij qui extant in medio,
non sunt instituti: & sic militat ratio illa, si præ-
tulit fratres filijs, multo magis videtur voluisse
præferre vxori. Alij autem loquuntur, quando
simpliciter sunt instituti extranei, absque eo,
quod essent filij in medio.

Adde tamen, quod etiam multi ex supradi-
8 ctis Doctoribus, qui contrarium sequuntur†, in
specie dicunt, quod etiam quando sunt filij in
medio vxor debeat habere vsumfructum insti-
tutis extraneis, & filijs exclusis, cum cesset ra-
9 tio consuetudinis fauore † liberorum. ita con-
cludit *Alex. d. cons. 57. nu. 2. lib. 3. col. 1. vers.
sed circa hoc est videndum. Castren. cons. 218. ad
primum, & tertium. colum. 1. vers. circa secun-
dum. lib.* 2. qui loquitur in hospitali instituto.
*Ang. cons. 272. colum. 3. vers. in secundo casu.
Corn. cons. 257. volum.* 1. in figuratione casus.
& *num.* 4. ibi. *& hoc satis persuadetur.* & ibi *re-
linquo Belsinam. Ias. cons. 44. vol. 1. Sim. de Prat.
de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dub. 10. n. 47. fol.*
411. Quo ad supradicta nihil fuit conclusum, li-
cet dubitaretur in causa inter D. Penelopem
Nobilem, & D. Petrum Burattum, cum partes
deneu[illegible]int ad concordiam.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Vxor an habeat vsufructum, seu alimenta quãdo sunt instituti transuersales etiam extantibus filijs non institutis. n. 3. & 4. & quid si instituatur mater, vel alius ascendens n. 5.*
2 *Ex duabus rationibus non sufficit vnam adesse.*
6 *Testator præsumitur magis diligere filios, quã vxorem, & plus vxorem, quam matrem.*
8 *Homo relinquit patrem, regionem, & eorum non meminit propter vxorem.*

¶ N. 9. in fin. *post verb.* concordiam.

Et quidem verior est opinio, quod vxor ha-
beat vsufructum, si sunt instituti transuersales,
1 † non solum quando fratres sunt instituti nul-
lis extantibus filijs, vel descendentibus, sed
etiam quando filij, vel descendentes extant, li-
cet non instituti, quia cessat ratio consuetudi-
nis propter fauorem filiorum, vnde debemus
stare propriæ significationi verborum. *Alexan.
cons. 57. col. 1. lib.* 3. Ratio est, quia dispositum
ad fauorem vnius impropriando verba non de-
bet trahi ad alium, & extendi de persona in
personam; Quamuis enim possit dici adesse ra-

tionem illam extendendi consuetudinem propter identitatem, quasi adsit coniectura testatoris ob filios exclusos propter fratres: Tamen adest maior ratio fauoris filiorum, Vnde non
1 est idem statuendum, cũ illa non militet: † neq; sufficit ex duabus rationibus vnam adesse, cum vtraq; debet concurrere: Et quod cadit in filio vincente vxorẽ, non est in fratre vincente filiũ, neq; frater instituti succedit in locum filij exclusi, & sic non adest fauor filiorum, quorum respectu consuetudo dicitur fauorabilis, cum
3 alias potius sit odiosa. † & ita esse tenendum tanquam verius, magis æquum, & rationabile, dicit *Surd.de alim.tit.2.quæst.15.num.95. ad med.* Quidquid *Capra*, & alij contrarium
4 senserint, † Cum magis communis opinio sit contra eos. *Ias. cons.44.n.13.lib.1.post Ioan.Andr. Ang. & alios*, de quibus per *Alex. consil.57. col.1. lib.3.* qui loquuntur in fratre, sorore, & transuersalibus, cum idem sit in cæteris extraneis, exceptis descendentibus. *Surd.dict.quæst. 15. n. 75.*

Prout idẽ esset instituta matre, vel alio ascen
5 dente, † quia etiam tunc vxor haberet vsusfructum. *Imol.in l.titia. 35. §.titia. col.vlt. de leg.2. Ang.cons.338.nu.2.in fin.Tiraq. in l.si vnquam. in verb. libertis. nu.108. C. de reuoc. donat.contra Ancbar.consil.237.col.2. Boer. decision. 194. n.4.* quorum opinio nõ est admittenda, cum aduersus eos sit magis vera, & communis sententia, vt testatur *Surd.de alim.q.15. num. 17. ad*
6 *med. tit. 2.* † Etenim non adest eadem ratio in matre, quæ in filijs, cum testator præsumatur magis diligere filios, quam vxorem, nõ autem plus diligere matrem, quam vxorem, quia viro magis diligitur, quam mater, cum ea relicta adhereamus vxori, iuxta præceptum de quo *Genes. 2. & Matth. 19.* Et sint duo in carne vna *Marc. 10.* Et amor vxorius cæteros omnes su-
7 peret, vt dicitur *Esdr. 3. c. 4.* † Homo patrem suum relinquit, qui enutrijt illum, & suam regionem, & ad mulierem se coniungit, & cum muliere remittit animam, & neque patrem meminit, neq; matrem, neq; regionem. Et paulo post *d. c. 4.* Diligit homo vxorem suam magis, quam patrem, aut matrem. & latius explicat *Tiraq. in l. si vnquam. in præfat. n. 12.C. de reuoc. donation.*

EPITOME.

Ex contractu nullo, quando transferatur possessio, & competat remedium spolij, & an ex eo possit huiusmodi possessio probari.

SVMMARIVM.

1 *Remedium reintegrandæ datur hæredi ex persona auctoris spoliati. Intellige vt n. 2.*
3 *Remedium spolij non datur ei qui cecidit à possessione, & suo contractu.*
4 *Possessio transfertur ex contractu nullo defectu solemnitatis, nec competit remedium spolij. Limita ex defectu consensus, vt n. 5.*
6 *Translatio possessionis ex actu nullo debet probari aliunde, quando illi admeretur probatio per statutum.*

Decisio CCXI.

Domina Liuia Bertuccia de Auximo obtinuit rescriptum à S. D. N. super reintegratione quorundam bonorum, quibus prætendebat se spoliatam à D. Io. Baptista Vicarello. Et cũ dubitaretur an locus esset reintegrationi petitæ, conclusum fuit affirmatiue, quia per eam fuerunt probata necessaria ad obtinendum in huiusmodi iudicio, videlicet possessio antiquior defuncti, vel alterius spoliati, & possessio iunior de præsenti ipsius rei conuenti. *Innocen.in cap.sæpe. de restitut.spoliat. Boer. cons.75. nu. 2.* & cum Liuia agat vti hæres Nicolai Bertuccij iunioris, erat etiam per eam probandum esse hæredem, prout probant omnes testes, de
1 quibus in processu; & tale remedium † datur etiam hæredi, ex persona auctoris spoliati. *l. 1. §. hoc autem interdictum. de vi & vi armat. Natta cons.439. num.4. lib.2. Socin. in l. rem quæ nobis. col.7. de acquir. poss.* Quæ procedunt in casu de quo agimus, cum ex actis constet defunctum ex cuius persona agitur, fuisse in vita
2 spoliatum. Tunc enim tale ius sicut † cætera ad hæredem transit: nisi enim defunctus spoliatus fuisset, ius recuperandi possessionem non esset in persona defuncti formatum: Vnde ad hęredem non est transmissibile. *Corn.cons.329.col. 7.lib.1.Cagnol.in l.hæredem.n.17.de reg.iur.* cũ alijs per *Gabr.de restit.spol.concl.5.nu.10. vers. declara vt hoc procedat.*

Non obstat, quod Nicolaus alienauerit bona, de quibus agimus, ipsi Vicarello, vt ex instrumẽto venditionis, de quo in processu. Vnde non poterat agere spolio, quia ex contractu suo à pos-
3 sessione † ceciderat. *Rip.in c.sæpe.de restit. spol. n.27.Ruin.cons.32.col.3.n.8.vol.1. Menoch. de recup. remed.15.n.95.* Et quamuis venditio prætendatur facta per Nicolaum sine solemnitate Statuti Auximi, & Constitutionis Marchiæ, prout requirebatur, cum ipse tempore alienationis prædictæ esset minor 25. annorum, & sic contractus sit nullus. [Nihilominus etiam ex contractu nullo defectu solemnitatis facto per minorẽ
4 transfertur possessio, neque in † tali casu competit remedium spolij, vt post *Ias. Ruin.* & alios per eum allegatos concludit *Put.decis.277.lib. 3.* [Licet secus sit quando contractus est nullus defectu consensus, tunc enim non esset translata
5 possessio, † & ita dicunt *Doctor.* deberet intelligi *Alexan.cons.69.circa primum dubium. num.14. colum.3. lib.5. & Bald.in l.non dubium. versic. vlterius oppono decimo. C. de legib. & Cin. in l. ad probationem. versic. tertio casu. C. locati, & Imol. in l. si rem aliquam. de acquiren. possess.*

Quia respondetur prædicta non applicari ad casum, de quo agimus: Nam Vicarellus debebat probare aliunde venditionem, & transla-
tio-

6 tionem † possessionis, quam per instrumentum in actis productum, quod tanquam factum sine solemnitatibus requisitis in constitutione Marchiæ, & Statuti Auximani, nullam probationem facit, neque aliquam obtinet firmitatem, & sic ex eo nulla potest dici probata venditio, aut trāslatio possessionis, cum per statutum sit penitus huiusmodi contractibus, & instrumentis adempta probatio, ita in specie concluditur per *Rot. diuers. decis. 93. p. 2. in fin.*

ADDITIO.

¶ N. 3. in fin. *post verb.* remed. 15. n. 95.

Licet secus sit in Ecclesia, quæ restituitur, quamuis facto sui prælati ceciderit. *Alexand. consil. 92. colum. 2. lib. 1. Caputaquen. decis. 170. num. 3. p. 3.*

¶ N. 5. *post verb.* de acquir. possess.

Rot. coram Card. Seraphin. Cauallicen. 7. Maij 1571. & Cesenaten. bonorum. 28. Iunij 1596. coram eodem.

EPITOME.

Notarius quando possit scribere per alium instrumentum, seu protocollum. ¶ An sit exhibendum primum instrumentum, de quo per relationem fit mentio in secundo, cuius vigore petitur executio. Instrumenti liquidatio quando fiat, & an detur appellatio. ¶ Obseruantia subsecuta, quando det fidem instrumento non solemni.

SVMMARIVM.

1 *Notarius de consuetudine potest per alium scribere instrumentum, dummodo se subscribat.*
2 *Tabellio eligitur, vt det fidem gestis.*
3 *Protocollum debet semper esse de manu notarij rogati. Contrarium n. 5.*
4 *Notarius de actu rogatus ab initio, non potest alij committere vt scribat.*
6 *Notarius non tenetur facere mentionem solum esse scriptum aliena manu.*
7 *Instrumentum si continet tenorem alterius, sufficit illius narratiua, si est clara.*
8 *Auth. si quis in aliquo. C. de edend. non procedit inter ipsos contrahentes, dummodo ex narratiua clare habeatur sensus instrumenti. Amplia vt num. 9.*
10 *Dictio, prout, stat limitatiue, & conditionaliter. Fallit vt n. 11.*
12 *Instrumentum non liquidum debet liquidari, & interim omnes exceptiones de iure communi competentes possunt opponi.*
13 *Negotium liquidationis non habet priuilegium executiuum, & n. 18.*
14 *Liquidatio potest fieri per omne genus probationis.*
15 *Libellus, & litis contestatio non requiritur in liquidatione, sed proceditur summarie.*
16 *Sententia Iudicis est necessaria saltem interlo-*
cutoria rem non esse liquidam. Amplia vt n. 17. Intellige vt n. 21.
19 *A sententia liquidationis datur appellatio, etiam si Iudex non pronunciauerit, sed processerit ad vlteriora.*
20 *Statutum dans executionem instrumenti intelligitur, si sit liquidum.*
22 *Obseruantia subsecuta dat fidem instrumento, etiam non solemni, & facit cessare falsi præsumptionem.*
23 *Ignorans defectum solemnitatis non censetur approbare.*

Decisio CCXII.

Pro validitate instrumenti producti per D. Angelum Iouittam in causa cum D. Nicolao Ghizio de Ancona, conclusum fuit. Nam de consuetudine, quidquid sit de iure, no-
1 tarius potest scribere, † etiam per alium priuatum instrumentum, dummodo ipse, qui fuit rogatus se subscribat, quia tabellionis industria non in scribendo eligitur, sed vt det fidem ge-
2 stis, quam satis præstat † per subscriptionem, *Abb. in c. inter dilectos. col. 6. vers. oppono. tertio. de fid. instrumen. Bald. in auth. de nouo iure. col. 2. versic. tertio quod notarius. C. si cert. pet. Alex. consi. 14. n. 14. lib. 6. & consi. 50. ponderatis verbis statutorum. num. 5. lib. 3.* vbi *Apostilla* testatur de tali obseruantia, & quod ista opinio est vbique vera. *Card. & Butr. in c. fin. de offic. deleg. Bald. in l. Imperator. de stat. homin. & in l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. versic. quid enim. de edend. Afflict. decis. 6. Alexand. consil. 129. lib. 1. in fin. Ancharan. consil. 240. alias 243. Felin. in d. cap. inter dilectos. num. 27.* vbi dicit hanc opinionem esse consuetudine approbatam. *Dec. consil. 21. num. 16. & 447. nu. 9. & in l. 1. num. 34. de offic. eius. Paris. cons. 2. nu. 120. & cons. 28. n. 28. lib. 2. Osasc. decis. pedemont. 36. n. 2. Beto. cons. 91. in princ. Roland. cons. 44. n. 77. in princip.*

Non obstat quod sumus in protocollo, quod
3 semper debet esse de manu † notarij rogati. *Angel. in auth. de tabellio. in princ. Bald. in rubr. C. de fid. instrument. Aym. cons. 72. num. 3.* Quando enim ab initio notarius de actu rogatur, non
4 potest alij cōmittere, † vt scribat. *§. non autem. authent. de tabellion. Bald. consi. 307. proponitur. quod notarius. colum. 2. lib. 5. Castren. consi. 210. viso quodam instrumento. col. 2. lib. 1. Alexan. consi. 166. col. 2. lib. 2.*

Quia respondetur, quod contraria opinio est
5 verior etiam in protocollo, cum † militet eadem ratio, quia per subscriptionem perinde habetur, ac si fuisset totum manu eiusdem notarij scriptum, *Castren. consil. 230. dubitatur. col. 6. vers. nono dubitatur. Anchar. consil. 242. prius de viribus probationis. Abb. in d. cap. inter dilectos. colum. 5. & 6. Cardin. in cap. cum p. tabellio. de fid. instrumen. Socin. consil. 24. col. 8. lib. 2. Dec. cons. 347. prima facie. col. 1. & 2. & consil. 175. colum. 7. vers. sexto non obstat. n. 7.*

*Castren.cons.*204.*colum fin.*& hanc esse veram, & communem opinionem, etiam in protocollo testantur *Paris.cons.* 28.*num.*28.*cum seq.& nu.* 34. *libro* 2.

Non obstat, quod notarius debebat facere
6 mentionem folium illud † esse scriptum manu alterius: Quia non est necessarium, quando hoc apparet ex inspectione: Vnde non indiget alia attestatione. *Alex. cons.*14.*col.*7.*n.*21.*lib.*6.*Paris. d.cons.*28.*n.*36. *lib.*2.

Secundo dictum fuit non esse necessarium exhiberi per D. Angelum primum instrumentũ principale, de quo videtur quasi per relationem fieri mentionem in secundo instrumento producto, cuius vigore petitur executio: ex quo enim in hoc secundo instrumento narratur tenor alterius instrumenti, etiam quod aliunde nascatur, & fundamentum habeat obligatio, &
7 actio † originalis, sufficit illius narratiua, quã do est clara, prout in casu, de quo agimus sine exhibitinne principalis. *Alexand.in l.sciendum.* 30. *ff. de verb.obligat. colum.*2.*num* 9. post *glos. Bald. & Ang.* per eum relatos, & communem esse omnium *Doctorum* sententiam dicit *Galles. ad for. camer. obligat. p.* 3. *tit. de praamb.ipsius processus.vers.amplius nota.tom.*6.*p.*2. *fol.*559.

Non obstat *authent. si quis in aliquo.* C. *de edend.* vbi si quis in quodam documento faciat mentionem alterius, non creditur, nisi illud proferatur, cuius memoria in secundo facta est, aut alio probationis genere demonstretur. Quia hoc procedit inter diuersas personas, secus in-
8 ter eosdem, & ipsos † contrahentes, in quibus narrata in instrumento probant. *l. optimam.* C. *de contrab. stipulat. Alexand. in d. l. sciendum. num.* 9. *Galles. d. vers. amplius nota. num.* 2. Dummodo ex narratiua clare habeatur sensus instrumenti narrati. *Innoc. & Cardin. in cap. fin. de fide instrum. Ant. in cap. vlt. de success. ab intest. Socin. cons.* 266. *in princip. lib.* 2. Vbi ampliat etiam quod notarius faciat mentionem
9 alterius instrumenti † per ipsummet rogati, vt contra *Cin.* tenet *Socin. d. cons.*265. *col.*1. *vers. nec obstat.* vbi dicit non probari, nisi aliud instrumentum producatur.

Non obstat, quod in casu, de quo agimus vi-
10 deatur facta relatio propter illa verba, † prout in instrumento continetur; quæ dictio, prout, stat limitatiue, & conditionaliter. *Dec. cons.*362 *num.* 1. *Bartol. in extrauag. ad reprimendum. in verb. prout. Felin. in cap.*2. *num.*10.*col.*5. *de rescript.* Vnde videtur cessare executio, cum agatur ex scriptura declarata, & relata, non ex declarante, & referente. *Bart. in l. asse toto. de hared. instit. Alex. cons.*3.*col* 1. *lib.*1.

11 Quia respondetur, quod † quando præcessit certa dispositio, vt in casu nostro, dictio, prout, stat causatiue, non conditionaliter, & exponitur, prout, idest quia apparet. *Natt. cons.*40.*in fi.* post *Bart. in l. eum qui.§. iulianus. de const. pecun. Aretin. cons.*76. *Decian. cons.*58.*n.*61.*lib.*2. *Menoch. cons.*791.*n.*32.*lib.*4.

Tertio conclusum fuit, quod quando sumus in instrumento non liquido, ante omnia facienda est illius liquidatio, & dum illa fiet, opponi po-
12 terunt † omnes legitimæ exceptiones de iure communi competentes, modo tendant, non contra instrumentum, sed contra ipsam liquidationem. *Bald. in l.* 2. *col. fin. C. de execut. rei iud. Socin. consil.* 51. *lib.* 2. *columm.* 2. *Galles. p.*3. *tit. de vi instrumenti obligat. camer. versic. secunda consideratio. num.* 7. *tom.* 6. *p.* 2. *fol.* 359. [Negotium enim liquidationis est diuersum non habens priuilegium executiuum: Vnde debet fie-
13 ri † parte citata, contra quam petitur fieri liquidatio. *Galles. d. p.*3. *in vers. de liquidatione. num.*2.*fol.*361. *Bald. in l. si causam. versic. ex his apparet.* C. *de execut. rei iud.* Et ista liquidatio potest fieri per omne genus probationis,
14 puta † per confessiones, testes, iusiurandũ, instrumenta, & alia quæ faciunt rem esse legitime certam. *Bart. in l.*3. *C. de senten. quæ sin. cert. quantit. Galles. ibid n.*2.

Non requiritur tamen libellus, nec litis con-
15 testatio, neque alius ordo † iudiciarius, sed proceditur summarie, secundum *l. à diuo pio. §. si super rebus. de re iud. Galles. ibid. nu.*5. *Menoch. de adipiscen. poss. remed.*5.*n.*7.

Non autem poterit dici facta liquidatio per
16 solas probationes partis, cum sit † necessaria Iudicis sententia, saltem interlocutoria, quæ dicat rem esse liquidam. *Ias. in l. stipulatio.* §. *habet. de nou. oper. nunciat. Barz. de instr. guarent.* 2.*q.p.*1.*vers. descendo igitur ad quartum. Galles. ibid. vers. de liquidatione. n.*13. cum distinctione tamen, de qua ibi per eum, & per *Barz. d. q.*2.*tom.*6.*p.*2.*fol.*362. vbi dicunt aliquando non requiri sententiam.

Quæ magis habent locum, quando obligatio
17 non esset pura, sed haberet † conditionem tacitam, vel expressam; tunc enim omnino est necessaria liquidatio, sine qua non constaret Iudici esse debitum. *Galles. ibid. de liquidat. n.*11. *Barz. d.q.*2.*p.*1.*post princ.*

18 Vnde executio facta non præcedente † liquidatione, est nulla indifferenter. *Galles. par.* 3. *in quæst. post processum incidentium. numero* 33. *fol.* 364.

Et iure communi inspecto, à sententia illa li-
19 quidationis datur † appellatio. *Menoch. d. rem.* 5.*n.*70.*& rem.*3. *in fin.* etiam quod Iudex non pronunciaret, sed procederet ad vlteriora. *Galles. d. vers. de liquidatione. n.*18.*fol.*361. qui tamen declarat, quod in specie obligationis cameralis non datur appellatio.

Et quando statutum tribuit paratam execu-
20 tionem instrumento, intelligitur, † si sit liquidũ, & ob id, si super liquidatione non est aliquod dubium non conceditur appellatio. *Menoch. de adipisc. rem.*3. *nu.*190. secus si sit dubium. *Menoch. ibid. num.*192. vbi *num.*187. quando vna pars respuit, & non admittit appellationem, quod aliam trahit.

Et solemnitas pronunciationis super liqui-
21 datione non requiritur, cum † tantummodo Iudex procedendo ad vlteriora executionem con-

concedat. *Gallesf. d. num.* 17. *fol.* 361.

Quarto dictum fuit, quod licet per obseruan-
22 tiam subsecutam detur fides † instrumento alias non solemni, itaut faciat cessare falsi præsumptionem. *Aym.* qui alios allegat, *conf.* 158. *nu.* 1. *&* 2. Tamen in ista obseruantia habenda est ratio, an quis sciuerit, vel ignorauerit ipsam scripturam, & defectum eius solemnitatis in casibus, in quibus toleratur error iuris: Quia igno-
23 rans defectus † solemnitatis, non censetur approbare scripturam. *Aym. de antiq. temp. p.* 1. *vers. quarto limitatur. n.* 19. *tom.* 17. *fol.* 135. *Rota diuers. decis.* 104. *nu.* 16. *p.* 2. Non enim quis censetur habere notitiam rei, nisi sciat eius qualitates, & circunstantias: Quæ quidem notitia debet esse clara, & aperta, ne quis circumueniatur. *Cephal. conf.* 601. *nu.* 48. *&* 49. *lib.* 4 Vnde cum appareat D. Ghizzium sciuisse omnes qualitates, & circunstantias instrumenti, quod per eum dicebatur non solemne, & illud pluries, & pluries obseruasse, conclusum fuit per obseruantiam subsecutam illi dandam esse fidem.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Apocha scripta manu alicuius, obligat quamuis non sit subscripta.*
2 *Notarius debet subscribere instrumentum, aliàs non probat, quamuis illud scripserit.*
3 *Scriptio sola sufficit, licet subscriptio requiratur pro forma.*
4 *Subscriptio protocolli potest fieri etiam in principio libri.*
5 *Clausula, actum, æquipollet subscriptioni, & num.* 6.
7 *Dispositio quando valeat, licet non verificetur relatio.*
8 *Liquidatio non censetur reiecta per statutum excludens omnem exceptionem.*
9 *Excipiens non tenetur probare exceptionem.*
10 *Probatio vera non præsumptiua, aut per æquipollens, requiritur.*

¶ N. 2. in fin. *post verb.* conf. 44. n. 77. in princip.

Immo magis operatur subscriptio, Nam quamuis alias apocha scripta manu alicuius
1 obliget, † licet non sit subscripta. *Alex. in l. cum antiquitas. nu.* 7. *C. de testam. Roman. conf.* 303. *in princ. Socin. conf.* 15. *num.* 49. *lib.* 1. Tamen quo ad notarium requiritur subscriptio, itaut non sufficiat illum scripsisse propria manu con-
2 tractum; † prout hunc esse communem stylum testatur *Mandos. ad Rom. conf.* 303. Et facit *auth. de tabellion. in princ.* vbi subscriptio debet adhiberi pro forma, quasi agatur de præiudicio tertij, vt falsitas magis excludatur; Quid-
3 quid alias sufficeret sola scriptio, † quamuis subscriptio esset de forma, secundum *Dec. in l. hac consultissima. n.* 26. *C. de testam. Put. decis.* Decis. Marchiæ.

225. *n.* 3. *lib.* 1. cum declarationibus, de quibus per *Menoch. præsump.* 66. *n.* 14. *lib.* 3. *Mascard. conclus.* 1341.

¶ N. 5. *in fin. post verba.* n. 34. lib. 2.

Surd. conf. 187. *n.* 3. *lib.* 2. *post Roland. conf.* 44. *num.* 21. *lib.* 1.

Itaut sufficiat subscriptio in principio pro-
4 tocolli, seu libri instrumentorum, † per quam datur fides omnibus in eodem libro contentis. *Alex. conf.* 47. *n.* 10. *lib.* 2. *post Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. initium. n.* 35. *de eden. Menoch. præsump.* 66. *n.* 32. *lib.* 3.

Amplius clausula, actum, in tali loco æquipolleret subscriptioni, quasi per eam significetur
5 actus consummatus † & perfectus, complectendo omnia gesta. *Bald. in auth. quod sine. C. de testam. Alex. conf.* 14. *nu.* 14. *lib.* 6. *Natt. conf.* 46. *n.* 4. *Dec. conf.* 11. *n.* 16. *in fin.* Dummodo ista clausula actum ponatur in fine instrumenti, non in principio; tunc enim non operaretur subscriptionem, neque perficeret instrumentum: Notarij enim sæpe putantes rogari de aliquo actu, faciunt notam perfectam illam postea publicatu-
6 ri, † & ex dissensu partium, vel ex alio accidenti contractus non celebratur. *Castr. in l. hac consultissima. in fin. C. de testam. Paris. conf.* 27. *num.* 18. *lib.* 2. *Cephal. conf.* 409. *num.* 4. *Angel. Purpur. Menoch. & alij per Surd. conf.* 187. *n.* 22. *lib.* 2.

¶ N. 9. *post. verb.* producatur.

Vnde cum simus in relatione facta ab eo, qui
7 habet facultatem disponendi, † faciendi illum actum, valebit dispositio, quamuis relatio ipsa non verificetur. *Bar. in l. eum qui. §. Iulianus. de constit. pecun. Caputaq. decis.* 197. *in fi. p.* 2.

¶ N. 14. *post verb.* ibid. n. 2.

Ideo dicimus quod non censetur reiecta exce
8 ptio liquidationis, † quamuis per statutum excludatur omnis exceptio. *Bal. in l.* 2. *n.* 2. *C. de execut. rei iud. Surd. decis.* 27. *Afin. de execut. §.* 1. *c.* 29. *Coler. de process. execut. p.* 3. *c.* 1. *n.* 2. Vn de debitor licet non possit se opponere aduersus executionem instrumenti; tamen poterit excipere contra liquidationem, quam facit creditor ad effectum exequendi instrumentum. *Bald. in l. si causam. col. vlt. C. de execut. rei iudic. Marsil. in l. si quis viduam. n.* 20. *de quæstio. Socin. consil.* 151. *num.* 5.

¶ N. 10. *post verb.* p. 2. post prin.

Bal. Alex. Ias. & alij in l. fin. §. titius. de vulg. & pupill. Dec. consil. 322. *Couar. lib.* 2. *var. resolut.*
9 *cap.* 11. *num.* 2. *Paris. consil.* 11. *num.* 85. † *lib.* 1. Itaut reus excipiens non teneatur probare huiusmodi exceptionem, cum sufficiat sola negatiua, vt probatio pertineat ad actorem, qui se

fundat in contractu conditionali. *Cephal. consil.* 667.*num.*83.*lib.*5.*Rimin.iun.consil.*126. *num.*31. 10*lib.*2.*Honded. consil.*34.*nu.*6. *lib.*1. † Non probando præsumptiuè, sed verè, nec per æquipollens, sed in forma specifica. *Rum.cons.*68.*nu.*18. *lib.*1. *Decian.cons.*64. *num.*6. *lib.* 2. cum distinctionibus, de quibus per *Paris.consil.*34 *num.*6. *lib.*3. *Cardinal. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. titul.* 16. *num.* 8. *lib.* 1. *Surd. consil.* 157. *num.* 20. *lib.* 2.

EPITOME.

Priuilegium competens doti, quando detur eius augmento; an recipiat reiterationem, etiam constante matrimonio; & quæ requirantur, vt fieri possit.

SVMMARIVM.

1 *Dotis priuilegium datur etiam augmento. Intellige vt num.*6.
2 *Donatio inter patrem, & filium pro augmento, valet sicut pro dote.*
3 *Statutum loquens de dote, habet locum in augmento.*
4 *Solemnitas requisita in faciendo actum, requiritur in augmento.*
5 *Augmentum dotis excedens dotem primo datam, non inducit illius diuersitatem.*
7 *Alimenta non recipiunt reiterationem eodem tempore.*
8 *Dos recipit augmentum, etiam constante matrimonio. num.* 9. *tam incontinenti, quam ex interuallo. num.* 10. *etiam quod à principio dos esset congrua ad sustinendum onera matrimonij. n.*11. *Intellige vt n.*15.
12 *Augmentum dotis excessiuum cedit loco donationis, & non valet.*
13 *Maritus nisi fecerit donationē propter nuptias æquiualentem augmento dotis, augmentum non vitiatur.*
14 *Leges disponentes dandam esse donationem propter nuptias, non sunt hodie in vsu.*
16 *Augmentum dotis in dubio præsumitur esse de bonis viri. Fallit vt num.* 17.
18 *Confessio mariti facta de augmento dotis non præiudicat creditoribus.*

Decisio CCXIII.

1 PRiuilegium competens doti, † datur etiā eius augmento. *l. si proprietate, de iure dot. Cephal. cons.* 156. *num.* 25. vbi loquitur de priuilegio prælationis, & *cons.*177. *n.* 26. vbi quod est ipsa dos. *Tiraq. de retract. li-*
2 *gnag. §.* 1. *glos.* 18. *num.* 51. vbi quod † quemadmodum valet donatio pro dote inter patrem, & filium, ita pro augmento. *Aym.cons.*191.*n.*2. *Bellon.cons.*47.*num.*5. *Neuiz.in silua nupt.nu.* 97. & *cons.*75. & *cons.*76. *Rube.consil.*25.*num.* 9. post *Aret. in l. placet. de acquiren. haredit. Brun. de augmen. conclus.*5. *nu.*1. & 3. *tom.* 17. *fol.* 316. vbi quod augmentum regulatur secundum naturam dotis, & hypotheca, & stipulatio in dote trahitur ad augmentum.
3 Vnde statutum loquens de domo † comprehendit augmentum. *Abb.consil.*46.*lib.*1.*Campeg. de dote, p.*5. *quæst.* 9. *Paris. consil.*119. *lib.* 1. & *consil.* 61. *lib.* 4. *Castren. cons.* 190. *lib.* 1. *Bon. de statuarta vrb. præscript. glos.* 3.*nu.* 17. *tom.* 17. *fol.* 178. vbi se allegat in *tract. de prælat. in quæstione, an adulta possit facere augmentum dotis. Nolan. de lucro dotis, quæst.* 100. *tom.* 9. *fol.* 386.
4 Prout etiam † solemnitas, & forma requisita in faciendo actum, requiritur etiam in augmento, & quando actus augetur, *l. heredes palam. §. si quid post. de testamentis. cum glossa in verbo, mutari. Brun. in tract. de augmento, conclus.*5. *num.*8. vbi se refert ad ea, quæ dixit in *tract. de forma, & solemnitate, & de augmen.*
5 *conclus.*9. *fallen.*5. & augmentum † dotis, quod excedit dotem primo datam, non inducit dotis diuersitatem, licet corpora nummorum non sint eadem. *l. inter socerum. §. cum inter. de pact. dotal. l. etiam. C. de iur. dot. Neconitius in c. quoniam contra. n.*174. *de prob.*
6 Intellige † augmentum regulari secundum naturam dotis, quando fit ab eo, qui potest illud facere. *§.* 1. & 2. *auth. de qualit. dot.* vbi dicitur de muliere augēte dotem. Et ibi notat *Angel.* . quando fit differentia, an augeatur statim, & in continenti. *§. est & aliud. Instit. de donat.* & *l. si constante, C. de donat. ante nuptias*, Et de marito augente *l.* 1. *C. de dot.caut.non num.* & de patre, & matre augentibus, *l. etiam. C. de iur. dot. l.* 1. *C. de donatio. ant. nupt. l. inter socerum, §. cum inter, de pact. dot. Brun. de augmento.concl.*5.*n.*5.
Adde, quod licet dos non recipiat reitera-
7 tionem, sicut diximus † in alimentis, quæ illam non admittunt vno, & eodem tempore. *Alex. cons.* 134. *animaduersis numero* 9. *col.* 2. *lib.* 6. Tamen quod dandum erit, succedit loco aug-
8 menti dotis. Bene enim dos † recipit augmentum. *Bartol. in l. Lucius titius in fin. de leg.* 2. *Alexand. cons.* 134. *num.* 26. *colum.* 7. *vers. nec prædictis, & colum.* 10. *num.* 39. *vers. ad quintum, lib.* 6.
Ex quibus in causa D. Nicolinæ Trafichinæ, & D. Bartholomæi Barnabini de Macerata di-
9 ctum fuit potuisse dotem, † etiam constante matrimonio augeri. *l. pen. & auth. sed iam necesse.*
10 *C. de donatio. ant. nupt.* siue fiat † incontinenti, vel ex interuallo. *Specul. de dot. post diuort. restitu. in princ. col.* 4. *nu.* 11. *vers. & sic notat necesse. & ibi Io. Andr. in §. formatis instrumentis. num.* 29. *in verbo, lex secunda. in fin. per l. vlt. post princ. vers. quare enim, C. de donat. ante nupt. §. est & aliud, vers. & primis quidem. Institut. de donation. Gloss. magna in l.* 1. *ff. soluto matrimonio. Bald. in l. etiam col.* 1. *n.* 4. *vers. secundo nota. C. de iur. dot. Paris. cons.* 126.*n.lib.*1.*Corn.cons.*35.*dominus.col.pen.vers. nam constante.n.*3.*lib.*4.*Bald.nouel.de dote. priuil.* 8.*par.* 7. *num.* 2. *Lup. in rubr. C. de donatio. inter virum, & vxorem. §.* 33. *in princ. vers. quod*

quod videtur. Vbi ampliat multo magis posse mulierem se dotare constante matrimonio, quã do à principio fuit indotata, cum possit hoc facere per viam augmenti per dicta iura, quando fuit dotata.

11 Amplia † posse fieri dictum augmentum, etiã quod à principio dos esset congrua ad supportandum onera matrimonij. *Bal. de dote. priuil. 8. num. 2. p. 7.* Prout etiam multo magis quando dos esset congrua quo ad onera matrimonij, sed non congrua conditioni viri. *Bald. ibid. num. 3. Lup. in d. rubr. C. de don. inter virum, & uxor. §. 23. ad finem, vers. si ergo dos.*

12 Quando autem augmentum † esset excessiuũ, an tunc censeatur cedere loco donationis, & sic non valeat, prout dicimus in muliere, quę non habuit dotem, sed postea constante matrimonio dotem nouam constituit excessiuam: Verius est, quod cedat loco donationis, & sic non valeat, vnde respectu excessus non sustinetur, quia vir ex hoc videtur factus locupletior. *Bal. d. priuil. 8. num. 3. vers. sed quatenus esset postea.* Subdit tamen, quod quidam Moderniores tenent contrarium, etiam in dicto casu dotis nouæ, vel eius augmenti excessiui, licet mulier non habuerit, nec curauerit habere à viro æquiualentem donationem, cum *l. si constante, & si. C. de donatio. ant. nupt.* loquantur indistincte. Dicit tamen *Bald.* ibi esse cogitandum, quia si hoc esset verum, daretur aperta via malignandi in fraudem legum per indirectum; cum sic mulier posset donare viro per modum augmenti, cum tamen per modum donandi prohibeatur.

Idem voluit *Lupus rubr. C. de d. in. int. vir. & uxor. §. 53. ad fi.* vbi quod in eo, quod excederet congruentiam dotis, non valeret; quia in illo censeretur gratuita, & liberalis donatio licet subdat, quod in hoc de rigore iuris aliqualiter sit dubius.

13 Verum † est, quod si maritus non fecerit donationem propter nuptias eius vxori æquiualentem d. augmento, non propterea tale aug-
14 mentum debet vitiari, cum hodie † non sint in vsu leges disponentes dandam esse donationem propter nuptias, & sic contra dotem; vt testatur *Paris. conf. 126. num. 5. & 6. lib. 1.* post *Bald. in auth. dos data. C. de donatio. ante nupt. in 1. & 2. lectur.* & ibi *Salic. vers. hodie tamen. Corn. conf. 303. in hac consultatione, col. penul. vers. circa secundum,* & *vers. tamen hoc non obstante, vol. 4. Campeg. de dote p. 1. q. 6. in fin.*

15 Ad hoc tamen, † vt augmẽtatio dotis possit fieri constante matrimonio, debet probari, vnde peruenerit pecunia data in augmentum; alioquin præsumitur de bonis viri fuisse, & huiusmodi contractum fieri in fraudem creditorum, per *l. quintus. C. de donatio. inter virum, & uxor.* Ita concludit *Speculat. de dot. post diuor. restit. in princ. col. 4. num. 11. vers. & sic notanecesse.* quem sequitur *Socin. conf. 66. circa 1. num. 6. col. 3. vers. decimoquarto probatur, l. b. 1. Mascar. de probatio. concl. 132.* vbi quod aug-
16 mentum dotis † præsumitur esse de bonis viri, si non exprimatur in instrumento, vnde pecunia il-
17 la peruenerit, nisi † mulier haberet agnatos ditissimos, & in eam liberales. *Socin. iun. conf. 139. num. 12. lib. 2.* Neque obstaret si maritus
18 † confiteretur in instrumento dictum augmentum dotis; nam licet talis confessio sibi præiudicaret, non tamen obesset creditoribus. *Salic. in l. si mater. C. de contrahen. empt. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 27. in fin. tom. 4. tractatuum. fol. 340. arg. §. aliud. versic. si vero non fuerit. auth. de æqualit. dotis.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Actio quæ datur pro dote, competit etiam pro eius augmento.*
2 *Fructus naturales percepti post solutum matrimonium augent dotem.*
3 *Debitor augmenti dotis tenetur ad vsuras, sicut debitor dotis.*
4 *Maritus habet maiorem commoditatem sustinendi onera matrimonij ob augmentum dotis.*
5 *Legatum factum pro dote alicuius, an debeatur si mulier iam erat nuptui tradita in vita legantis. num. 6. 9. 12. & 13.*
7 *Testator præsumitur decedere in eadem voluntate quo ad legata facta, quando non mutauit testamentum.*
8 *Legatum si consul fuerit, debetur quamuis iam esset factus consul tempore legati, & quid in similibus dispositionibus. n. 10. & 11.*
14 *Conditio impossibilis nuptiarum quando vitiet legatum factum mulieri, vt matrimonium contrahat. & quid si iam erat monialis, & professa.*

¶ N. 2. *in fin. post verb.* augmentum.

Aret. in l. si ex testamento. de vulgar. Ias. in rubr. ff. solut. matrim. col. fin. post Bald. in l. etiam. in 2. notab. C. de iur. dot. cum declarationibus, de quibus late *Surd. de alim. tit. 9. q. 4. per tot. & q. 8. eod. tit.* Et sicut actio dotis datur pro do-
1 te, † ita & pro illus augmento. *l. vlt. C. de donat. ant. nupt. Bald. in l. si marito. §. fin. solut. matrim. & in l. vlt. §. præterea. C. de iur. dot.* Vbi quod fructus, & accessiones dotales percepta post solutum matrimonium, augent do-
2 tem, † & debentur non officio Iudicis, sed iure actionis, loquendo tamen de fructibus naturalibus. *Surd. de alim. tit. 7. q. 43. n. 13.*

Quare etiam debitor augmenti dotis tenetur
3 ad vsuras dotales, † quemadmodum debitor dotis, cum sit eiusdem naturæ cum ipsa dote. *Natt. conf. 253. n. 4. Roland. de luer. dot. q. 100.* Quidquid sentiat *Corn. conf. 240. lib. 3.* vbi tenet vsuras dotis non procedere in augmento, quasi illæ concedantur marito propter onera matrimonij, & antequam vir habeat augmentum, tenebatur alere vxorem pro dote primo constituta; Nam contraria opinio est verior, vt testa-
tur

4 tur *Surd. de alim. tit. 1. q. 42. nu. 76.* † Etenim maior commoditas est in marito quando augmentum promissum soluitur quo ad sustinenda onera matrimonij; vnde semper durat interesse, quod passus est vir ob dilatam solutionem augmenti: ergo in vtroque casu debet operari, cum dos, & augmentum detur pro oneribus matrimonij. *l. dotis fructus. de iur. dot.*

¶ N. 18. in fin. *post verb.* de æqualit. dot.

Ex prædicta conclusione, quod dos potest augeri constante matrimonio, alias cum de hoc
5 quæreretur, Dixi, † quod legatum factum pro dote alicuius, debetur, etiam si in vita legantis fuerit mulier per alium dotata, & nupta: quãuis enim causa, propter quam fuit factum legatum, videatur finita, & non possit impleri ex dicto legato, cum nuptiæ fuerint secutæ. *Bartol. in l. lucius, la prima, de leg. 1.* Tamen vere causa non dicitur finita, vel extincta, sed adimpleta, Ideo neque debet extingui legatum. *Bald. in l. filia legatorum. C. de legat.* † & ita in specie concludit
6 *Castr. cons. 148. proponitur in facto. lib. 2.* post *Rain. de Forl. & Gul. de Cun. in l. cum hi. §. si mulier. ff. de condit. indeb.* Vbi etiam adducit rationem, quia dos potest augeri constante matrimonio, prout præsumendum est fuisse relictum, quando quantitas est talis, quæ conueniat doti, vel pro expensis, si illi non conueniret, quã-
7 do fuit parua quantitas legata. † Cum etiam non facta mutatione testamenti in hac parte legati censeatur potius testator voluisse decedere cum eodem testamento, cum sciret illam esse nuptui traditam. *l. athleta. §. dat remissionẽ. de excusat. tutor. Cardin. Mantic. de coniectur. vlt. voluntat. lib. 12. tit. 1. n. 12. & 13.* cum alijs per *Tiraq. in l. si vnquam. in verb. susceperit liberos. n. 15. & 172. & 178. ad fin. C. de reuoc. donat.* & est *tex. in l. publius meuius. 36. in princ. ff. de conditio. & demonstrat.* vbi de relicto in
8 honorem consulatus, † quod debetur quamuis testatore viuente legatarius fuerit Consul, cum non repugnet hoc prius adimpleri. *l. si quis. C. de instit. & substit.* & notat *gloss. in d. l. publius meuius. in verb. deberi.*

Quibus adde, quod idem sequitur *Alex. cõs. 7 visis, & diligenter animaduersis. n. 10. col. pen. in*
9 *fin. vers. hoc in terminis voluit. lib. 2.* † vbi sequendo *Gul. de Cun.* concludit, quod si fuerint relicta centum pro maritanda filia ab ano, seu patre, possunt illa peti actione ex testamento de dote, quamuis ipsa nupserit viuente, & sciente testatore, post *Oldr.* quem allegat *in l. lucius. de leg. 2. & Bald. in l. filia. C. de legat. & in l. huiusmodi. §. cum pater. de leg. 1. & Petr. de Ancbar. in c. filius. de testam. Sarment. Spin. Palat. Rub.* & alij, de quibus per *Ceual. q. 139. n. 6.* vbi quod non defecit ista conditio, & legatum debetur, quamuis sit nupta, quia tunc solus effectus rei attendatur: vnde nihil interest, quod finis præcedat, & actus sequatur. & voluit *Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 12. tit. 1. nu. 13.* Vbi quod videtur permansisse in eadem voluntate, cum testator non mutauerit testamentum. *Magon. decis. Lucens. 28. nu. 21.* vbi etiam allegat *Imol. in l. sed hoc ita. ff. de verb. obligat. Marsil. in rubr. de fideiussor. num. 85. Paris. cons. 29. nu. 60. lib. 3. Tiraquell. cess. caus. limit. 18. num. 1. 2. & 3.*

Idem est in similibus dispositionibus, vt in legato facto filiæ, quæ vidua tempore testamenti erit; in quo veniet
10 etiam illa, † erat iam vidua tempore testamenti: & in relicto si nauis venerit; nam debetur si ignorante testatore venit, secus si sciebat, quia expectabitur alius aduentus: & de collatione beneficij vacaturi, in qua comprehendetur vacans: & de legato cum puber erit, quod refertur etiam ad tempus præsens, quamuis testator sciat esse eo tempore puberem, quasi tunc non simus in materia apta reiterari, cum non posset denuo pubescere: & de dispositione loquente in nasciturо, quæ comprehendet iam natum: & in similibus casibus relatis per *Felin. in c. ad hæc. col. vlt. vers. limita nisi tempore. de rescript. Cardin. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 7. n. 11. Spin. de testam. glos. 14. n. 152. Sarm. select. interpret. lib. 2. c. 1. n. 10. Ang. de testament. glos. 67. tom. 8. p. 1. fol. 57. Georg. Natt. de statut. q. 2. n. 65. tom. 2. f. 250. Campeg. de statut. exclud. fœmin. q. 34. n. 156. tom. 2. f. 268.* Quidquid aliud sit quando constaret de contraria mente testatoris, † vt in legato pro perficiendo arcu ec-
11 clesiæ, qui erat imprefectus, si enim ab alio perficiatur, relictum fiet caducum, neque in alium pium vsum conuertetur, iuxta *consil. Capr. 121. numero 2.* Vel quando per talem euentum conditionis legatum non alterabatur, quasi tunc illa deberet adimpleri post mortem testatoris, vt in casu *Aym. cons. 167. num. 6. & 7. vers. sed dicet aliquis.* Vel si conditio aduersaretur voluntati testatoris, vt in legato, si talem ducat in vxorem, & illa erat mortua. *Spin. de testam. glos. 14. nu. 151.* Vel quando relinqueretur pro incerto matrimonio. *Bald. in l. fin. C. de sentent. quæ sine cert. quant. Ias. in l. quominus. num. 133. de flumin.* Vel si esset relictum sub modo, videlicet pro maritaggio. *Abb. cons. 52. num. 1. & 5.*

Quæ magis habebant locum in casu, de quo agebatur, quia testator non donauit in vita eã,
12 cui reliquit pro dote, † sed tantum euenit conditio, cum fuerit mulier nupta, & ab aliu dotata: si enim ipsemet dotasset, legatum non deberetur, prout declarat *Decian. cons. 7. num. 7. vers. quia respondetur. lib. 2. Tiraquel. cess. caus. limit. 18. n. 2. versic. quod nota.* Quamuis etiam, si ipsemet testator dotasset, in minori tamen summa, quàm legauerat, posset peti illud plus, quod legatum
13 est tanquam relictum in augmentum dotis, † cũ aliud sit quando, vel fuit datum illud idem quod fuit relictum, vel etiam plus. *Tiraq. cess. caus. limit. 18. n. 1. in fin. vers. sequuntur. Decia. d. cons. 7. n. 7. lib. 2.* vbi addit idem esse, quando alius extraneus dotasset viuente, & sciente testatore, & tamen ipse non mutasset legatum, neque

que ademisset, cum potuisset, pront in his ter-
minis loquitur *Castr. cons.* 148. *lib.* 2.

Vltimo adde, quod etiam huiusmodi legatum
cum nupserit deberetur, quamuis legataria in-
14 grediatur monasterium, † vel etiam si esset iam
professa tempore testamẽti: licet enim reddatur
conditio impossibilis nuptiarum, cum iam pro-
fessa non possit nubere, Tamen quicquid sit in
contractibus, aliud est in vltimis voluntatibus,
in quibus conditio impossibilis non vitiat dispo
sitionem, sed ipsa conditio vitiatur, & habetur
pro non adiecta, & legatum debetur, ac si pu-
re esset relictum, non quia conditio sit adim-
pleta vere, & formaliter, sed quoniam lex præ-
sumit, quod legasset pure, & simpliciter, si sci-
uisset conditionem impletam, siue simus in con-
ditione casuali, siue mixta, seu testator ignora-
uerit professionem, vel sciuerit; prout latissime
concludit *Surd. consil.* 69. *num.* 18. *vsque ad
num.* 30. *lib.* 2.

EPITOME.

Appellatio quando detur in Saluiano interdicto, si in sententia adsint verba prolata in genitiuo, quæ possint denotare dominium, & possessionem. ¶ Ius offerendi an habeat locum in eodem interdicto.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum interdictum non recipit appellationem.*
2 *Verba in genitiuo prolata denotant dominium. Intellige vt nu.* 4. 8. *&* 12.
3 *Possessorium mixtum cum proprietate dat appellationem.*
5 *Sententia declaratur ex actis, & secundum libellum. num.* 6.
7 *Intentio Iudicis intelligitur, qualis de iure esse debet.*
9 *Appellatio in dubio est admittenda.*
10 *Verba sunt interpretanda contra eum, qui se fundat in illis.*
11 *Sententia est stricte intelligenda.*
13 *Statutum an intelligatur potius de dominio, quam de possessione.*
14 *Saluiano interdicto conuentus potest actorem per ius offerendi excludere. Amplia vt n.* 15.
16 *Ius offerendi durat etiam post sententiam, & num.* 7.
18 *Appellatio non datur in causa dotis. Intellige vt num.* 19.

Decisio CCXIV.

IN sententia lata ad fauorem D. Olimpiæ
de Vlissiis de Macerata declaratur illam
esse immittendam in possessionem omniũ
bonorum q. Petri Gentilis Lazarini, retinendo-
rum, donec fuerit ei satisfactum de toto eredito
suæ dotis trium millium florenorum, amoto D.
Simone Lazarino, vel alio illicito detentore. Et
cum per Simonem fuisset appellatum, & dubita-
retur an appellatio esset admittenda, nec ne, &
ad quem effectum, conclusum fuit pro affirmati-
ua, tam quo ad deuolutiuum, quam suspensiuũ.
Licet enim ex verbis sententiæ videatur colligi
esse in Saluiano interdicto, quod est possessionis
adipiscendæ secundum ius ciuile, & constitu-
1 tionem Aegidianam, & non recipit † appellatio-
nem, sed est concedenda executio. *Bartol. in l.* 1.
ff. de Saluiano interd. Caputaq. decis. 141. *p.* 1.
Tamen in sententia dicitur immittendam esse
in possessionem omnium bonorum Petri Genti-
lis; per quæ verba, tanquam in genitiuo prola-
2 ta † denotatur dominium, & sic, quod huiusmo-
di bona spectent ad Petrum Gentilem iure do-
minij. *Bart. in rubr. de nou. oper. nunciat. col.* 1.
num. 5. *vers. oppono videtur.* & ibi *Alexan. col.*
4. *num.* 15. *vers. circa secundum.* Idem *Alexan.
cons.* 170. *in causa, & lite. n.* 3. *lib.* 6. *Card. in c.* 1. *de
postul. prælat. colum.* 3. *in fi. vers. septimo oppono.*
¶ Vnde cum non contineat meram possessionem,
3 sed sit mixta cum proprietate, & excedat † ter-
minos simplicis possessionis, datur in totum ap-
pellatio. *Contard. in l. fin. limit.* 2. *in princip.
num.* 45. *C. si de mom. possess. Sarm. de reddit.
eccl. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 27. *Dec. cons.* 28. *pro tenui.
sub num.* 2.

Non obstat, quod genitiuus importet domi-
nium in casibus, in quibus cadit dominium, sed
quando subiecta materia non patitur, prout est
casus noster; quia sumus in possessorio, tunc
non importat dominium; cum interdum per ge-
4 nitiuum † probetur etiam nuda possessio, seu
detentio, & in alijs iuribus, etiam infra domi-
nium. *Alexand. cons.* 98. *visis his, quæ eleganter.
num.* 6. *lib.* 5. *& in cons.* 35. *viso processu. num.*
14. *colum.* 4. *vers. quantum vero. lib.* 4. qui lo-
quitur in specie de sententia. *Corn. cons.* 247. *n.*
5 16. *lib.* 2. & sententiam declarare † debemus ex
actis, & præsumitur lata ex causa, ex qua pro-
nunciare debet. *Aym. cons.* 202. *num.* 17. *&* 18.
6 Et intelligi debet secundum † libellum, & inten
tionem agentis, vt sit illi conformis. Idem *Aym.
cons.* 188. *num.* 1. & secundum intentionem
iudicis, cuius talis mens intelligitur, qualis de
7 iure † esse debet. & sic vt censeatur lata ob cau-
sam, ex qua proferri debet. *Idem cons.* 45. *nu.* 5.
& cons. 23. *num.* 2.

Quia respondetur, de hoc modò nos agere,
an simus in possessorio, seu petitorio; cum non
præsupponatur esse in simplici possessorio; Vn-
de non potest dici, quod subiecta materia patia-
tur, vt debeamus intelligere potius possessionẽ,
quam dominium; Immo quia sumus in dubio,
8 tum potius † dominium, quam aliud importat.
Soci. sun. in rub. de nou. oper. nunc. n. 35. Et qua-
tenus etiam posset vtrunque significare, scilicet
dominium, & possessionem, quia de hoc dubita-
tur; tũc potius interpretari debemus casum, ex
9 quo sequatur admissio, non exclusio † appella-
tionis. *glos. in cap. in debitus.* 59. *in verb. ex ra-
tionabili causa, post med. de appellat. Franc. in
rubr. eodem tit. colum.* 4. *vers. tertio præmitten-
dum. num.* 18. *Menoch. de recuperan. possess. re-
med.* 9. *num.* 318. Immo illa causa proprietatis,
seu

seu dominij, tanquam potior, & dignior est ma
gis attendenda; maxime, quia etiam quando su-
mus in dubio, verba sunt interpretanda contra
10 agentem, qui se fundat † ex verbis. Ita in spe-
cie casus nostri, concludit *Alex.cons.* 194. *per-
spectis bis. sub n.1.lib.6.*

Præterea sumus in sententia, quæ est stricti iu-
11 ris, & stricte † intelligenda. *l. si Iudex. ff. de his,
qui sunt sui, vel alieni iuris. Castren.cons.295
viso suprascripto puncto. num. 4. col.3. ad med.
lib. 1. Aym.cons.*10.*num.*3. Vnde stricte debet
intelligi de dominio, prout proprie d. verba,
12 important, † non de possessione. *Rom. cons.*180.
*si admittimus. in fin. Natt.cons.*333.*num.*1.*Pa
ris.cons.*22.*num.*31. *lib.*2. Licet hoc non sit tu-
tum; cum multi contrarium sequantur, loquen-
tes in materia statuti, in qua sit stricta interpre-
13 tatio; & tamen intelligunt etiam † de possessio-
ne, de quibus *Masc.de prob.* qui hinc inde addu-
cit anctoritates. *concl.*841.*n.*1.*& n.*5.

Vltimo etiam, quod essemus in simplici pos-
sessorio, dicendum est esse locum appellationi;
Quia ex actis constat fuisse factam per D. Simo-
nem Lazarinum oblationem soluendi omnia
exaduerso prætensa; quo casu etiam in Saluiano
14 conuentus habet ius † offerendi; atque ita acto-
rem potest à sua actione excludere. *Roland.* in
specie. *cons.* 14. *num.* 9. *lib.*1. *Menoch. de adi-
pisc. remed.* 3. *nu.* 180. vbi etiam ampliat pro-
cedere, si actor esset potior in hypotheca, & vel-
15 let offerre isti possessori † posteriori; nam ad-
huc possessor excludet actorem, & habentem
creditum anterius. *Neguſ. de pignor.p.*5. *memb.
3. num.* 18.

Non obstat, quod ista oblatio sit facta post
sententiam; quia cum simus ante litis contesta-
tionem in causa executionis iudicati, durat ad-
16 huc ius offerendi † etiam post sententiam; do-
nec non fuerit lis contestata pro executione il-
lius. *Bart. in l. stipulationes non diuiduntur.*72.
*col.*14. *ad med. n.*41. *vers. sed iuxta prædicta mo
ueo vnum dubium. ff. de verb. obligat. Afflict.
decis.* 187.*n.*1. *Aym. cons.* 298. *col.* 1. *in princ.
versic. & ratio est quia creditor. Menoch. de adi-
pisc. rem.* 5. *num.* 183. *vers. declaratur primo.*
17 Licet daretur † etiam purgatio moræ, vt fieri
posset oblatio, postquam fuit lis contestata, vt
per *Afflict. d. decis.* 187.

Non obstat, quod sumus in causa dotis, in
qua non datur appellatio quoad impediendam
18 † executionem. *Menoch. de adpisc. possess. rem.
4. num.* 829. *Osasc. decis. Pedem.* 25. *num.* 20.
Quia omisso, quod prædicta procederent quan-
do essemus in inope, qui non posset vel sustine-
19 re onera matrimonij, vel aliter † se alere sine
dote, *Bald. Nouel. de dote. priuil.*7. *in fin. par.
9. Lupus. in c.per vestras. de donat. inter vir. &
vxor. §.* 16. *col. fin. vers. quod idem dicit.* Re-
spondetur, etiam quod simus in causa dotis stan-
te oblatione, de qua supra, non posse deueniri
ad executionem; cum per eam possessor exclu-
dat actorem. *Neguſ. de pignor. par.*5. *memb.
3. num.* 18.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia Curialium non acceptata non cadunt
sub reseruatione.*
2 *Possessor malæ fidei potest offerendo excludere
agentem Saluiano interdicto.*
3 *Oblatio nulliter facta an possit denuo fieri ad
impediendum Saluianum.*

¶ N. 2. *post verb.* septimo oppono.

*Mandoſ. reg.*6. *q.* 5. *n.* 3. vbi ex hoc infert bene-
1 ficia Curialium collata † nondum acceptata
non cadere sub reseruatione, cum illud geniti-
uum curialium denotet dominium, quod non
acquiritur, nisi post acceptationem. *l. si ego. de
negot. gest. c. si tibi absenti. de præbend. in 6. Pa-
ris. cons.* 142. *n.* 10. *lib.* 4.

¶ N. 15. *post verb.* memb. 3. n. 18.

Menoch. de arbitrar. in addit. cas. 232. *n.* 17. vbi
2 extendit ad malæ fidei possessorem. † Etenim
creditor agens hypothecaria non concludit ad
rem præcise, sed donec sibi soluatur; vnde si pos-
sessor malæ fidei offert debitum, id facit ex vo-
luntate creditoris. *Aym. cons.*298.*col.*1.*in princ.
vers. videretur dicendum.* & est tex. *in l. paulus.
§. qui pignoris. & ibi Gloſ. in verb. quæri. ff.
quib. mod. pign. vel. hypoth. soluit. Gloſ. in l.
mulier. in verb. iusto. qui potior. in pignor. ha-
beant.* Affl. *decis.* 259. *in fin.* Itaut neq; obstet
3 oblatio nulliter facta, † quæ poterit denuo va-
lide fieri, cum hoc permittatur in quauis parte
iudicij. *Menoch. de arbitr. in addit. cas.* 232. *n.
49. post Corn. cons.* 82. *n.* 8. *lib.* 4.

¶ N. 16. *post verb,* declaratur primo.

Et *de arbitrar in addit. ad cas.* 232. *n.* 7. *vers.
sexta est causa. in fin.*

EPITOME.

Cessio iurium quando possit peti per conuentum hypothe-
caria, & Saluiano interdicto, offerendo debitum. [Et
an debeant cedi iura talia, qualia, ita vt si vxor con-
senserit iuri hypothecæ, marito alienante bona sua re-
pellatur exceptione cedendarum. [Et quid vbi præces-
sit contractus inter fideiussorem, & creditorem.

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi habet locum in Saluiano inter-
dicto.*
2 *Cessio iurium potest peti per conuentum hypothe
caria, & Saluiano, offerendo debitum, & nu.
3. Amplia vt nu. 4. 5. 7. & 9. Limita vt nu.
10. 11. & 12.*
6 *Negans hypothecam non perdit beneficium
cedendi propter mendacium, & de ratione
num. 8.*

13 *Be-*

13 *Beneficium cedendarum competens simplici possessore datur ex benignitate legis, & est onus annexum petitori, cui satisfit: Secus vbi præcederet contractus inter creditorem, et fideiussorem, & de ratione differentiæ. num. 24.*

15 *Consentiens alienationi rei non repellitur per exceptionem cedendarum, licet non possit cedere hypothecas, & num. 16. & 17. Fallit vt num. 18. & 19.*

20 *Exceptio cedendarum, quando obstet mulieri, quæ renunciauit iuri hypotheca marito alienante bona sua, & num. 21. Et an sit speciale in dote num. 23.*

22 *Sufficit cedere iura talia qualia.*

Decisio CCXV.

POstquam fuit in eadem causa declaratum esse locum appellationi ad vtrumque effectum deuolutiuum, & suspensiuum; Oblatio solutionis facta per D. Simonem Lazarinum appellantem fuit acceptata per D. Olimpiam de Vlissis appellatam; cum etiam Saluiano interdicto conuentus habeat ius offerendi, &
1 sic possit actorem† à sua actione excludere. *Roland.* in specie *cons. 14. num. 19. lib. 1. Menoch. de adipisc possess. rem. 3. num.* 180. etiam quod actor esset potior in hypotheca. *Neguss. de pign. p. 5. memb. 3. num.* 18. Et cum hinc inde partes essent concordes, D. Lazarinus possessor petebat cessionem actionum, quod videbatur de iure; cum possessor conuentus hypothecaria of-
2 ferendo debitum, possit petere† sibi cedi iura, quando onus soluendi non incumbit sibi, sed principali debitori. *Bal. in l. si res obligata. in 5. not.* vbi *Alex. in fi. ff. de leg. 1. Neguss. de pignor. memb. 3. p. 5. num. 45.* [& per d. Olimpiã offerebatur ista cessio iurium, sed eo modo, prout cedere poterat; non autem, vt per D. Lazarinum prætendebatur, quod per eam promitteretur, non consensisse alienationi, & sic quod non renunciauerit hypothecæ marito aliquam rem alienante. Ideo dubitatum fuit, An actiones sint cedendæ per D. Olimpiam, & quas actiones teneatur cedere; itaut si consenserit alienationi alicuius rei, & non possit hypothecas cedere in ea re, repellatur per actione cedẽdarum. Et prima fuit conclusio: Quod quilibet iustus possessor offerens debitum, potest petere,
3 sibi cedi iura à creditore† agente hypothecaria. *l. mulier. 20. ff. qui potior. in pign. habeant. Bal. consil. 109. quilibet iustus. lib. 3. & cons. 190. consilium prædictum vers. interdum offert. lib. 5.*

Amplia non solum in iusto, sed etiam in iniu-
4 sto possessore, qui † poterit offerre, atque etiam petere, sibi cedi iura. *glos. in d. l. mulier. an. ff. qui potior. in pign. habeantur. Neguss.* qui dicit, hanc opinionem veriorem contra *Baldum in d. l. mulier* contrarium sequentem. *de pignor. parte 5. memb. 3. num. 44.*

5 Secundum, Amplia, † extraneo, cuius tamen intersit ratione officij, vt quia gerat negotium debitoris, vel offerat ratione affectionis; quia amicus, vel coniunctus possent compellere creditorem, vt cedat sibi iura. *Bal. cons. 190. num. 1. lib. 5.*

6 Tertio Amplia in eo, qui negat † agenti deberi, & negat eius hypothecam; non enim propterea perdit beneficium cedendæ hypothecæ, occasione mendacij. *Bald. consil. 189. num. 5. lib. 3.* vbi prius inquit, esse argumentum, quod sic, quia negauit id, quod est de substantia sui
7 beneficij, & beneficia † de facili amittuntur propter mendacium, vt in eo, quod est causa beneficij. *l. si dubitetur. §. 1. de fideiussorib. l. hereditatis. §. fin. ad falcid. l. sed hoc ita. de re*
8 *iudic.* Subdit tamen, dicta iura loqui in eo, † qui negat factum proprium: in casu autem nostro negatur factum auctoris. ad *tex. in auth. contra qui propriam. C. de non num. pec.*

9 Quarto Amplia in secundo creditore † offerente, qui etiam debet audiri circa dictam cessionem. *Bal. cons. 190. post med. vers. interdum. offert. lib. 5.* vbi dicit, quod primus creditor debet ponere secundum in locum suum, & in possessionem pignorum, per *l. aristo. quæ res pign. obl. poss. in glos. magna.*

Intellige tunc possessorem conuentum hypothecaria, offerendo debitum posse petere sibi
10 cedi iura, quando onus luendi non † incumbit sibi, sed principali debitori. *Bald. in l. si res obligata. in 5. notab.* vbi *Alexan. in fin. ff. de leg. 1. Neguss. d. memb. 3. p. 5. num. 45.*

11 Secundo, Intellige dummodo † etiã reficiantur expensæ litis, prout in specie concludit *Bal. d. cons. 190. consilium prædictum. lib. 5. versic. interdum offert. num. 4. arg. l. si necessarios. §. fin. de pign. act. & l. fin. C. de bonis auct. iudic. possid.*

Tertio intellige, quod licet quilibet offerens admittatur. *l. qui decem. §. 1. de solut.* Non tamen per hoc potest compellere creditorem,
12 quod † cedat sibi iura, quia communiter non cogitur cum eo inuitus contrahere; resultat enim quidam contractus, cum in pretium cedẽdarum pecunia soluitur. *l. Papinianus. ff. mand. l. Modestinus. de solutio. Bald. d. consil. 190. n. 2. lib. 5.*

Quæ omnia, cum concurrant in casu, de quo agimus, dictum fuit D. Olimpiam teneri ad prædictam cessionem, & iure illam peti per D. Lazarinum stante oblatione per ipsum facta de soluendo creditum petitum; & alijs ad huiusmodi cessionem necessarijs, prout ex actis constat.

Secunda fuit conclusio, quod beneficium ce-
13 dendarum, competens simplici † possessori, iuxta *l. mulier. 20. ff. qui potior. in pign. habeant.* nõ competit ex aliquo contractu præcedente, prout inter creditorem, & fideiussorem; sed potius ex quadam benignitate legis. *Bald. d. cons. 109. quilibet iustus. lib. 3. Salicet. in l. iubemus. C. ad Velleianum. Neguss. d. memb. 3. p. 5. num. 48.* Et beneficium cedendarum est potius quoddam
14 onus † annexum petitori, cui satisfit, quam priuilegium conuenti. *Bald. cons. 189. n. 3 in fi. lib. 3. incip. D. Lanfrancus.*

Ter-

Tertia fuit conclusio, quod qui consensit alie
nationi alicuius rei, & non potest hypothecas
15 cedere † in ea re, non repellitur per exceptio-
nem cedendarum. l. iubemus. C. ad Velleian.
Bald. cons.189.n.4. vers.secundum punctum.
lib. 3. vbi enim debenti iura cedere nihil potest
imputari, non repellitur per exceptionem ce-
16 dendarum; licet non † possit cedere. Bald. in l.
stichum.92. §.si creditor. de solutio. Bartol.in l.
cum quis. §.si quis pro reo. in fin. ff. eod. tit. &
quando non potest cedere, quia renunciauit, cũ
alijs casibus, quod non obstet beneficium ceden
17 darum creditori agenti, † late Bart. in l. si sti-
pulatus essem à me. §.fin. de solutio.

Fallit primo, quando dolo malo renuncia-
uit in necem possessoris, cui sciebat se debere
iura cedere, agendo contra eum hypothecaria;
18 Nam tunc † repellitur; dolus enim, & factum
alteri nocere non debet. ad l. nequissimum. de
iur. & facti ignor. Bald. qui ita limitat in spe-
cie cons.189.n.4.lib. 3.

Secundo fallit, dummodo remaneat actio per-
19 sonalis contra debitorem, vt † consuluit Feder.
consil.241. D. Ioanni de Papia; vbi exemplum
dat de muliere, quæ dedit, puta in dotem mil-
le, pro cuius restitutione pater, & maritus pro-
miserunt in solidum; si vxor consensit, & renun-
ciauit iuri hypothecarũ, alienante marito bona
sua: mortuo marito, vxor agit ad totam dotem
contra socerum, qui dicit non teneri, nisi ad
medietatem, cum per eam non possint cedi iura
efficacia contra hæredes mariti, ad l.sticho. §.si
mandato. in fin. ibi. si creditor. ff. de solutio. ex
aduerso nurus dicit posse cedere saltim iura per-
sonalia efficacia; Et licet hæredes mariti sint
modo pauperes, non tamen extinguitur contra
eos obligatio realis, vel personalis: Immo cum
veniunt ad pinguiorem fortunam, efficaciter te-
nentur. Respondet Federicus, quod si personalis
obligatio efficax remaneat contra maritum;
20 tunc † non obstat illi exceptio cedendarum. l.
iubemus. C. ad Velleian. alioquin obstat, & ita
intelligit d. §. si mandato. & l. si pupillus. de
administr. tutor. & notata in l. 2. C.de fideicom.
& hanc credit esse veram sententiam, & sequen
dam in iudicando. Et hoc etiam videtur esse de
mente Gul. de Suzar. in auth.quod locum. C. de
collatio. quem refert Addit. ad Specul. de renun
ciat. num. 22.in verb.renunciante; tum quia,
inquit, habet hypothecariam in prædijs, quibus
non consensit viro alienanti; tum quia persona-
lem habet contra maritum, quam cedere potest.

Ex istis dictum fuit D.Olimpiam creditricem
debere cedere actionem personalem, item hy-
pothecariam, si quam habet contra alios; sed ius
quod non habet non tenetur cedere, & si non
possunt cedi, non repellitur tamen agens; alias
sequeretur, quod si consensisset viro alienanti
21 vnam rem, prout forte † consensit, renuncian-
do iuri hypothecæ, repelleretur agendo hypo-
thecaria contra alium possessorem, ipso offeren-
te dotem, & petente sibi iura cedi; cum possibi-
le non sit cedi in eo, cui renunciauit; quod est
falsum, & contra l. iubemus. C.ad Velleian. Vn-
22 de sufficiet illam † cedere iura talia qualia ha-
bet. Ita in specie dicit Bald.d.cons.109.quilibet
iustus. lib.3. & in d. l. iubemus. in fin. vbi quod
sufficit cedi iura, prout cedi possunt. post Bartol.
ibidem num.3. & 7. reprobato Speculat. qui cõ-
trarium dixit. de renunciat.num.22.vers.sed po-
ne. colum.6.ad fin. & de cessio. actio.num.27.ad
fin. tituli. prout contra eum teneri dicit Socin.
cons.200.Quoniam ex forma. in princip. versic.
quinimmo. lib.2.& Bal. sequitur Negus.de pign.
& hypoth.p.5.memb.3.n.47.

Adde, quod erit pro quarta, & vltima con-
clusione, exemplum prefatum de muliere non es-
se speciale propter dotem; sed ob rationem
23 diuersitatis, quæ est inter fideiussorem, & pos-
sessorem. Bene tamen esset speciale in dote con-
tra fideiussorem, vel correum principaliter obli-
gatum ad dotem. Nam mulier licet aliqua bo-
na liberauerit, contra eũm agendo non repelli-
tur exceptione cedendarum. Socin. consil. 200.
quoniam ex forma. in princip. vers. sed istis non
obstantibus. lib.2. Neguf. de pignor. d.membr.3.
p.5. num.47. vsque ad num. 50. Roncag. in l.
reos. in princip. num. 61. de duobus reis. Et est
24 ratio † differentiæ inter simplicem possessorem,
& fideiussorem, secundum Salicet. in l. iubemus.
num.5. C. ad Velleian. Neguf. d.3.memb.num.
47. Quia cum possessor non acceperit possessio-
nem hac mente, vt iura sibi cederentur à credi-
tore agente hypothecaria, prout fecit fideiussor
fideiubendo, sed potius istud veniat extra con-
siderationem intellectus, non est mirum, quod
licet creditor aliqua bona liberauerit, non per
hoc obstet exceptio cedendarum. Nam fideius-
sor quando fideiussit, censetur fideiussisse, habi-
to respectu ad bona omnia debitoris tam obli-
gata creditori, quam non, sperans in eis posse
conseruari sine damno; quod secus est in tertio
possessore, in quo hoc beneficium non causatur
ex aliquo contractu, quemadmodum in fideius-
sore, vt dictum est supra in tertia conclusione:
& ita etiam ponendo huiusmodi rationes diffe-
rentiæ inter istos, concludit Socin. consil.206. in
præsenti consultatione. versic. tertius casus. vo-
lum. 2. Dec. consil. 104. consideratis omnibus.
colum. penult.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 Creditor sine hypotheca soluens, vel offerens soluere pro debitore, non potest cogere creditorem ad cedendum iura. & n. 3.

2 Oblatio, seu depositum factum pro debitore à quocunque, inducit liberationem, & impedit executionem.

4 Creditor hypothecarius cogit creditorem ad cedendum iura.

5 Creditor quando debeat promittere se potiorem & anteriorem, vel sufficiat cedi iura talia qualia n. 6. & 7.

8 Ven-

8 *Vendens sponte tenetur ad promissionem dupla, secus in coacto à Prætore, vt inuitus vendat.*

¶ N. 12. *post verb.* conf. 190. n. 2. lib. 5.

Idem est in quilibet creditore sine hypotheca
1 soluente, vel offerente pro suo debitore, † qui nō potest cogere inuitum creditorem ad cedendum iura sua. *l. nulli. C. de solut. Castr. in l. si res obligata. de leg. 1. C. in. in l. 1. C. etiam ob chirograph. pecun.* Solutio enim potest fieri creditori inuito per quemlibet etiam extraneum, & li-
2 berat debitorem, † itaut per solam oblationem ab eo factam impediatur creditor agere contra debitorem, de qua oblatione, & deposito poterit opponi contra creditorem, & liberationem inducit. *Iaf. in l. tale pactum. §. post diuisionem.*
3 *de pact. vbi Castr.* dicit perpetuo † notandum: Quamuis ista liberatio non prosit ipsi liberanti ad obtinendam cessionem, cum solum proficiat posteriori creditori, qui incipit esse primus in hypotheca, stante huiusmodi liberatione facta per extraneum, seu creditorē sine hypotheca. *l. 2. in fin. de pignor. act. Castr. in l. si res obligata. de legat. 1. Neguf. de pignor. p. 5. m. 3. n. 42.*
Aliud est in creditore hypothecario, qui non tantum per solutionem liberat rem ab hypothe-
4 ca creditoris, † sed etiam suam cōfirmat, & ideo cogit primum creditorem ad cedendum sibi iura, itaut etiam absque cessione secundus creditor succedat in ius primi creditoris. *Bar. in l. aristo. C. qui potior. in pignor. hab. Bal. in l. nulla ad fi. C. de solution.*

¶ N. 22. *in fin. post verb.* memb. 3. n. 47.

Non obstat *l. 1. C. creditor euict. pignor. non deber.* Vbi creditor, qui vult pretium opus est, vt
5 promittat se anteriorem, & potiorem, † Quia procedit quando creditor possidet pignus, & ex lege, vel pacto facit illud vendi sub hasta, tunc enim tenetur promittere debitum verum, & anterius. *Bald. conf. 227. quando pro debito in prin. lib. 5. & in d. l. 1. col. 2. q. 1. C. creditor. euict. pign.*
6 *non deb.* † Aliud autem est in creditore possidente rem, tunc enim si secundus vult offerre, non cogitur cedere nisi iura talia qualia, *l. mulier. qui potior. in pign. l. si nomen de hered. vel act. vendit.* Vbi quando secundus offert primo, non debet cedere, nisi ius nominis, nec spectat ad eum præstare debitorem locupletem, sed solum esse debitorem, cum satis sit, vt cedat iura,
7 & tradat pignus, & ponat in locum suum. † Ratio est, quia secundus creditor hoc facit ex voluntate, primus autem relaxat pignus ex necessitate iuris. *l. qui erat hæres famil. hercisc.* Vbi qui sponte distrahunt, tenentur ad promissionem
8 duplæ, secus qui à Prætore coguntur † inuiti, neq; enim qui compellitur vēdere, debet esse in aliquo damno. *l. si familia. C. famil. hercisc.* Ideo sufficit, quod cedat iura talia qualia, & debitum verum, non exactum, non autem se esse anteriorem, prout in terminis distinguit *Franc.* Decis. Marchiæ. *decis. 427. col. penult. & vlt. n. 9. vers. nec obstat quod dicitur. p. 2. Ann. alleg. 78. per tot.*

EPITOME.

Fraternitas, quando contrahatur inter extraneos ex conuentione, & quomodo probetur. Et an isti fratres iurati inuicem succedant & querela inofficiosi testamenti instituta turpi persona.

SVMMARIVM.

1 *Extranei possunt ex conuentione contrahere fraternitatem.*
2 *Fratres iurati non succedunt inuicem, etiam si expresse de hoc conuenerint.*
3 *Fratres iurati agunt querela inofficiosi testamenti instituta turpi persona, sicut fratres veri.*
4 *Meretrix adhoc vt probetur, multa requiruntur.*
5 *Meretrix matrimonio postea iuncta poterit institui hæres excluso fratre.*
6 *Meretricem in vxorem ducens bonum opus facit.*
7 *Agens ad hæreditatem alicuius debet probare se esse talem qualem se facit.*
8 *Frater non est qui fraterna charitate diligitur, & frater nominatur, & quid in filio.*

Decisio CCXVI.

1 FRaternitas licet inter extraneos ex conuentione cotrahatur, cum † possint partes conuenire de se tractando vti fratres. *Alexan. in l. si pater tuus. num. 5. C. de hæred. instit. Imol. in l. ille autem. columm. 2. ff. eodem tit.*
2 Tamen † dictum fuit illos fratres iuratos, vel fictos fratres, seu quasi adoptatos non succedere inuicem, etiam si expresse conuenissent, quod alter alteri succederet. *Ang. & Fulgos. in l. nec apud. C. de hæred. instit.* & ibi *Alex.* qui repetijt hanc legem *in l. si pater tuus. in fin. C. eodem. Iaf. in l. quidam cum filium. n. 3. de verbor. oblig. Thesaur. decis. Pedem.* 113. vbi *in fine* limitat non procedere, stante consuetudine in contrarium, & in armigeris, seu militibus.
3 Non obstat, † istos fratres iuratos posse agere querela inofficiosi testamenti, sicut potest verus frater præteritus, instituta turpi persona, & ad pœnam, si promissa esset, vel ad interesse. *Affl. decis. 125. in princip. & decis. 204. per totam.* Et in specie in istis fratribus iuratis ita concludit *Thesaur. decis. 113. n. 4. post Iaf. in d. l. quidam cum filium. n. 5.* Vnde cum in casu nostro fuerit instituta meretrix tanquam turpis persona, non poterat institui hæres à fratre, excluso fratre, per ea quæ habentur in *l. fratres. C. de inoff. testam.*
Quia respondetur non probari concludenter hæredem institutam esse turpem personam, &
4 & meretricem; cum multa † requirantur, ex quibus probetur, vel præsumatur meretrix; de

de quibus per *Bald. in l. data opera. col.* 11. *C. qui accus. non poss. Alex. cons.* 13. *attentatis bis. colum. fin. lib.* 6. Natta *cons.* 205. *lib.* 1. *num.* 4. *Couarr. de sponsalib. p.* 2. *cap.* 8. *§.* 11. *num.* 4. *Rebuff. de sentent. prouisionalib. in præfatione. num.* 133. *Mascard. de probation. conclus.* 1063. *volum.* 2.

5 Immo cum simus † in muliere matrimonio coniuncta, etiam quod fuisset meretrix, poterit institui hæres, excluso fratre. Ex *Ang. in auth. quib. mod. natural. efficiant. legit. §.* 1. *cir. med. Marsil. in l. vnica C. de raptu virginum. nu.* 199. *Petr. Ioan. Anchar. q.* 60. *lib.* 2. *n.* 11. cum etiam indulgentiam consequatur, & opus bonū

6 faciat, qui cum † meretrice matrimonium contrahit. *Couarr. de sponsalib. p.* 2. *c.* 8. *§.* 11. *n.* 4.

Adde non potuisse dici, esse locum successioni ad fauorem d. fratris iurati; cum fraternitas non fuerit plene probata, prout requirebatur, tanquam fundamentum intentionis suæ. *Bartol. in l.*

7 *non ignorat. C. qui accus. non poss.* cum regulariter † agens ad hæreditatem alicuius, debeat probare, se esse talem, qualem se facit. *Dec. cons.* 54. *col.* 1. *in princ. & cons.* 13. *col.* 2. *Socin. Iun. cons.* 86. *n.* 34. *col.* 8. *lib.* 2. *& cons.* 76. *cum diebus. nu.* 65. *col.* 14. *lib.* 1. post *Butr. & alios in c. peruenit. col.* 2. *qui fil. sint legit.*

Neque obstant nominationes factæ de fratre, prout dicitur de nominationibus factis de filio;

8 quia etiam quod † quis fraterna charitate diligatur, & nominetur, frater non est. *l. nemo. de hæred. instit.* Vnde tales nominationes non concludunt illius probationem. Maius enim incommodū est, si quis nominetur filius; ideo d. nominatio plus nocet, cum teneatur pater filium alere; Vnde non est verisimile quempiam facile, & leuiter nominare filium; quod non est in fratre. *Tiraq. de retr. lignag. glos.* 16. *§.* 1. *n.* 2. *Masc. concl.* 411. *in verb. consaguinitas. n.* 9. *de prob.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *In fratribus iuratis habet locum querela inofficiosi, non tamen cadit incestus, aut aliud impedimentum matrimonij. n.* 2.

¶ N. 2. in fin. *post verb. militibus*.

Cum etiam istæ fraternitas iurata nihil iuris tri-

1 buat, ideo neque in ea cadit incestus, † quasi nullum existat impedimentum matrimonij; prout dicimus de istis patribus vulgaribus, qui recipiunt aliquem filium in sanctis. *Petr. Cabal. resolut. crim. cas.* 200. *n.* 62. *in princ. dixi. c.* 135. *disceptat. n.* 3. vbi etiam quod sufficit dari quere-

2 lam inofficiosi absque eo, † vt committatur pœna conuenta, quando fuit promissum sub pœna tractare aliquum vti fratrem. *Menoch. de arbit. cas.* 301. *n.* 34. *cum seq.*

EPITOME.

Vniuersitas si est debitrix, & nihil possideat, quando teneantur omnes ad contributionem, & possit banniri, & cogatur imponere collectam, & concedatur immissio in possessionem Fontium, vel Fluminum.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas debitrix si nihil possideat, omnes tenentur ad contribuendum. Et cogitur ad collectam n.* 2.

3 *Collecta quomodo imponi debeat.*

4 *Maior pars vniuersitatis poterit grauare singulos ad collectam.*

5 *Collecta non potest imponi ad faciendum donum alicui.*

6 *Sindicus poterit singulos cogere ad collectam, & eorum bona obligare, quando negotium principaliter est vniuersorum, & secundario singulorum.*

7 *Creditor vniuersitatis nihil possidentis non potest immitti in possessionem fontium, & fluminum.*

8 *Communitas nihil possidens poterit banniri, & priuari beneficio vniuersitatis. n.* 9.

11 *Vniuersitas si non possit imponere collectam, homines non poterunt cogi ad locandas operas suas.*

11 *Collecta an imponatur absque licentia Principis.*

12 *Collecta an sit imponenda per æs, & libram, vel per capita.*

13 *A collecta qui sint exempti.*

Decisio CCXVII.

1 VNiuersitas si est † debitrix, nec est in ea quid possideatur, tenentur omnes ad contributionem. *Specul. de execut. sententia. §. sequitur nos. col.* 1. *in fin. vers. quid si vniuersitas.* post *glossam, Bart. & Bald. colum.* 1. *vers. quæri hic. in l.* 1. *§. quod si nemo, in verbo proconsul in fin. ff. quod cuius. vniuersitat. nom.* vbi dicunt, quod compellentur facere collectam, vt aliquid habeant commune. Idem voluit *Bald. in l. etiam n.* 13. *col.* 3. *vers. item non puto. C. de execut. rei iudic.* vbi quod deficientibus rebus ipsi vniuersitati, cogitur facere collectam, citata tamen prius dicta vniuersitate. *Additio ad Specul. de censibus, & exactio. §. nunc dicendum. col.* 2. *n.* 8. *vers. quid si aliqua vniuersitas. in verbo, quibus. Bart. in l. si se non obtulit. q.* 4. *§. actor. in princ. de re iu-*

2 *dicat.* Vbi quod si † non habent bursam communem, coguntur imponere collectam. Subdens *numero* 6. quod si illi de vniuersitate nollent illam imponere; tunc Iudex imponet illis

3 primo vocatis; Et ibi declaratur † quomodo sit imponenda. *glos. fin. in c. cum dilecta. de rescriptis.* vbi *Felin. nume.* 20. *in verbo, singuli de vniuersitate. colum.* 22. *Idem Felin. in cap. cum omnes. nu.* 16. *col.* 8. *vers. & ex hac*

fal-

fallentia in §. limit. de constitutio. Et ibi *Ferret. num. 9. vers. nono, & vltimo fallit. tom. 2. fol.* 128. *Aegid. Thomat. de collectis, in verbo, exposuimus supra num. 22. tom. 12. fol.* 163. vbi allegat *Innocen. in cap. grauem. de sententia excom. Bald. in l. 2. col. 2. n. 6. vers. quaero nunquid per pactum, C. quae sit longa consuetudo. Gulsel. Mainer. in l. aliud. §. refertur. col. 27. n. 80. de reg. iur. Dinan. in l. 3. de alim. legat.*

4 Intellige, † quod maior pars vniuersitatis di-
cto casu poterit singulos grauare illos collectan
do. Ratio est, quia tractatur de liberando vni-
uersitatem ab obligatione iam contracta: Et
quia tale negotium est principaliter vniuersi-
tatis iam obligatae, & secundario singulorum,
Ideo maior pars obligat singulos ad collectam;
secus si vellet obligare vnum ex illis, quia non
posset. *Ferret. in c. cum omnes. num. 29. de con-
stitution.*

Secundo, intellige dummodo immineat ne-
5 cessitas vniuersitatis; † non autem posset impo-
ni collecta, vt fieret donum alicui, quia illud di-
citur decretum ambitiosum. *Bart. in l. 1. §. quod
si nemo. nu. 2. quod cuius vniu. nom. Felin. in c. cu
dilecta. num. 20. colum. 2. vers. singuli de vniuer-
sitate. de rescriptis.*

6 Tertio intellige, † vt sit negotium principali-
ter vniuersorum, & secundario singulorum; se-
cus si illud esset principaliter singulorum; Pri-
mo enim casu singuli possunt cogi ad soluendas
collectas, & tunc Sindicus ad id constitutus po-
terit eorum bona obligare. *Alex. cons. 44. viso
themate. col. fin. n. 5. vers. restat videre. lib. 1.* post
*Bald. in d. l. 2. C. quae sit longa consuetudo. num.
6. colum. 3.*

7 Quando † autem nihil habet, puta, forum,
theatrum, prata, domus, vel praedia, an credi-
tor sit mittendus in possessionem fontium, vel
fluminum? Verior est negatiua opinio, quia
ista sunt vniuersitatis quo ad vsum, non proprie-
tatem, non autem vt vniuersitas sit domina.
In his enim immissio non procedit; sicut nec
datur immissio planetarum Solis, Lunae, vel
8 venti. Et si talia, † & non alia inueniuntur, po-
terit communitas banniri, facta citatione per
praeconem; licet hoc non sit de iure, est tamen
de consuetudine ciuitatum. Non tamen ban-
nientur singuli, nec singulorum bona possidebi-
mus. *Io. Andr. ad Speculat. in §. nunc videndũ.
de execut. sententia. n. 5. colum. 1. in verbo, quid.*
& hoc de banno dicit etiam *Aegid. Thom. de col-
lectis. in verbo, exposuimus supra. num. 23. tomo
12. fol. 163. post Innoc. in cap. grauem. de senten-
9 tia excommunic.* [Et si nihil habet † in bonis,
vel cogetur imponere collectam, vt supra dictũ
est, vel vniuersitas priuabitur beneficio vniuer
sitatis, ita vt non sit amplius vniuersitas, & sic
patietur quasi capitis diminutionem. *Hostiens.
in cap. grauem. de sententia excommunicatio-
nis, circa medium.* & ibi *Cardin. column. fin.
numero 3. versiculo quaero quando punitur*;
qui tamen dicit verius esse, quod imponatur
collecta.

Decis. Marchiae.

10 Si vero † vniuersitas sit adeo indigens, quod
collecta non sufficit, non possunt illi de vniuer-
sitate cogi ad locandas operas suas, sicuti neque
cogeretur priuata persona, secundum *Bald. post
Guhel. de Cun. in l. 1. §. quod si nemo. quod cuius
vniu. nom. Mainer. in l. aliud. §. refertur. n. 80.
col. 27. de reg. iur.*

11 An autem † collecta sit imponenda per com-
munitatem sine Superioris licentia, vel hoc spe-
ctet ad Superiorem; verius est, quod de iure non
requiratur licentia, quando imponitur pro ne-
cessitatibus; sed vbi esset imponenda pro donan
do Principi, vel pro vtilitate Imperij, tũc spectat
ad Superiorem, secundum *Bartol. in l. 1. C. de su-
perind. lib. 10. Alex. in l. 4. in princ. n. 13. colum. 4.
de re iudic. Mainer. in l. aliud. §. refertur. nu. 82
de regul. iuris.*

12 Quomodo † autem dicto casu sit imponenda,
an per aes, & libram, vel per capita, *Bartol. &
Alexand. in l. 4. de re iudic. Anan. in cap. dile-
ctus. il secondo. n. 15. de Simonia.*

13 Et an † eximantur pueri, seu alij, qui con-
tradixerunt. *Hostiens.* tenet quod non. *in c. gra-
uem. de senten. excomm. circa medium.* Ex prae-
dictis quia eramus in executione facienda con-
tra vniuersitatem, in qua nihil possidetur, & in
negotio principaliter vniuersorum, & secunda-
rio singulorum, conclusum fuit, omnes ad contri
butionem teneri, non obstantibus excusationib.
quae pro dictis particularibus allegabantur.

E P I T O M E.

Pactum quotae litis quando censeatur prohibitum in casu victoriae, & incurratur poena.

S V M M A R I V M.

1 *Argumentum à contrario sensu non procedit vbi quis disponeret contra leges.*
2 *Pactum valet super re non deducta in lite. Contrarium n. 3. Intellige vt n. 4.*
5 *Lex poenalis non extenditur ad casum similem, quo ad poenam, sed solum circa prohibitionem & num. 6.*
7 *Pactum in casu victoriae quando valeat, & num. 9.*
8 *Interpretatio est facienda, vt excludatur delictum.*

Decisio CCXVIII.

EX apocha, de qua in causa inter Petrum & Caesarem Restium, dictum fuit non potuisse induci aliquod pactum de quota litis. Quia licet in ea declaretur Caesarem penes se habere scuta 80. Petri, quos promittit restituere, casu quo Petrus foueat malum ius in causa, quam habet; Tamen nõ per hoc arguitur, quod in casu victoriae fecerit pactum de sibi acquirenda dicta pecunia, cum sic incurreret in poenam statutam contra paciscentes de quota litis: quod non est dicendum, cum argumentum à contrario sensu, nunquam habeat

locum, quando quis incideret in pœnam, & ex
1 eo resultaret absonus intellectus, † vt quis di-
sponeret contra leges. *Bald. in auth. ad hac. co-
lum. 1. num. 3. C. de vsur. Purpur. in l. 1. nu. 680.
ff. de officio eius. Alex. consl. 17. visis, & opportune.
n. 4. vers. pro hoc etiam. lib. 2. Roman. singul. 107.
vers. tu habet.*

Secundo, quia hic non sumus in casu pacti de
quota litis. Nam non fuit promissa aliqua pars
eius, quod litigatur, sed solũ infertur ex apocha,
(si tamen colligitur) quod sit promissa certa
quantitas, per quam non inducitur aliquod pa-
2 ctum pœnale, cum possit † pacisci super re non
deducta in lite. *Bartol. in l. supradictus. in fin.
ff. de pact. Bald. in l. si qui aduocatorum. num.
2. C. de postul. per text. in l. 1. C. de suffrag.*
& sequitur etiam *Salicet. in d. l. si qui. num. 2.
versic. extra igitur. per text. in l. 1. §. & si no-
mine. ff. de var. & extraord. cognit.*

Neque obstat, quod non sit permissum paci-
sci in casu victoriæ, de certa re, aut pecunia,
etiam non deducta in iudicium, & super qua nõ
erat controuersia, cum sit eadem ratio prohi-
3 bitionis, † qua quis inducitur ad calumnian-
dum, vt in specie contra *Bald.* tenet *Castrens.
in l. si qui aduocatorum. num. 2.* & ibi *Aretin.
num. 1. C. de postul. Alexand. in l. item. in fin. C.
de procurat.*

Quia respondetur prædicta intelligi quo ad
inualiditatem pacti, non autem quo ad incur-
4 sum † pœnæ; cum enim simus in extensione ex
identitate rationis, nunquam lex pœnalis lo-
quens in vno casu extenditur ad casum similem
ob eandem rationem quo ad pœnam, sed solum
5 quo ad † prohibitionem. *Gemin. in cap. dispen-
dia. num. 10. colum. 2. in fin. versic. nota inci-
denter.* & ibi *Franc. colum. 1. numero 4. de re-
script. in 6.* & ita in specie pacti de quota litis
6 distinguit † concordando opiniones *Corn. in l.
si qui aduocatorum. n. 2. C. de postul.*

Vltimo, quia licitum est huiusmodi pactum,
7 quando quis non pacisceretur, † in casu victo-
riæ tantum, etiam quod vltra d. quantitatem
ad plus pactus fuisset in casu victoriæ. *l. 1. §.
palmarij. de var. & extraord. cognit. Aretin.
in l. si qui aduocatorum. num. 1. in fin. C. de
postulan.* tamen non colligitur ex apocha; vn-
de cum non possit ex ea sumi probatio conclu-
dens, quod simus in pacto de quota litis, reus
8 est absoluendus, ad excludendum † præsertim
delictum; quam interpretationem semper face-
re debemus. *l. merito. ff. pro socio. l. exceptione.
ff. de fideiussor. Aym. consil. 151. num. 18.* Ma-
xime quia vbi non exceditur modus, prout in
casu de quo agimus valet pactum, & istum mo-
dum Iudex potest arbitrari secundum qualita-
9 tem litis, facundiam, & labores † Aduocati,
seu procuratoris, & consuetudinem loci. *Spec.
de salar. §. sequitur. num. 1. in fin. Bald. in
l. sumptus. in fin. ff. de pactis. Alexand. in l. li-
tem. C. de procurat.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de quota litis dicitur quando habetur respectus ad rem in iudicium deductam.*
2 *Fiscus non potest pacisci de quota litis, neq; procurationem alicuius suscipere. n. 3.*
4 *Procurator faciens pactum de quota lite, priuatur officio, & alijs pœnis statuti, & an pœna falsi. num. 5.*
6 *Pactum quota litis an sit debitum de consuetudine.*
7 *Pactum de quota litis prohibetur tam aduocatis quam omnibus alijs etiam imperitis. n. 8.*

¶ N. 2. *post verb.* extraord. cognit.

Tunc enim dicitur pactum de quota litis, quan-
1 do sit respectu ad rem, † quæ in iudicium de-
ducitur, & hoc prohibetur procuratoribus, &
aduocatis *Roland. consl. 36. n. 20. lib. 1. Peregr.
de priuil. fisc. li. 4. tit. 7. n. 16.* Vbi quod nec fiscus
2 potest pacisci de quota parte litis, † nec illius
defensionem suscipere *l. 2. C. ne fisc. vel respub.
procurat. alic. patroc. caus. in lit. præst.* Cum neq;
3 fiscus possit procurationem suscipere pro † alio
l. fi. C. eod. tit. Quidquid alijs huiusmodi pacta
permittantur, de quorum veritate *Becc. consl. 49
col. 2.* late *Farinac. q. 106. n. 16. 56. & 58.* & quid
in clientulo *ibid. n. 67.*

¶ N. 6. *post verb.* de postul.

Et quidem magna pęna esset, cum isti paciscen-
4 tes priuarentur officio procurationis, † & ad-
uocati, vltra pęna falsi *l. sumptus. de pact. l. item.
C. eod. l. 1. §. si cui. de var. & extraord. cognit.
Peregrin. de iur. fisc. titul. 7. num. 16. lib. 4.* Itaut
si per statutum contra istos imponatur alia
pœna, non tamen erit sublata illa priuationis
officij, quæ de iure communi imponitur. *Me-
noch. de arbitr. cas. 522. n. 13. in fi. & de præsum-
5 pt. lib. 6. præsumpt. 38. n. 38.* † Quamuis illud de
pœna falsi non sit tutum, quod procurator pa-
ciscens de quota litis illa pęna puniatur, cum
contrarium sit verius, vt per *Farina. q. 106. n. 11
ampl. 6.*

¶ N. 6. *post verb.* C. de procur.

Addebatur quotam litis debitam esse de con
suetudine, iuxta opinionẽ de qua per *Ias. in §. tri
pli. instit. de action. Zaccar. ad Abb. in c. fin. nu. 9.
6 de consuetud.* † Quamuis contraria sententia
sit tutior, & magis vera, vt per *Glos. in c. statu-
tum. in verb. ex iurisdictione. de election. Rom.*
qui de communi *sing. 180. Siluestr. in verb. iu-
dex. §. 8. post 10. Andr. & Abb. in c. cum non ab
7 homine. de vita & honest. cleric.* † Ideo erit pro-
hibitum huiusmodi pactum, tam aduocatis, &
procuratoribus peritis, quam illitteratis, & qui-
buslibet alijs, itaut statutum quamuis solum lo-
qua-

quatur de aduocatis, & procuratoribus, tamen etiam ad illos debeat extendi, cum eadem sit ratio, quasi ex hoc possint eodem modo opem
8 ferre litigantibus, maxime † quia ex huiusmodi pactionibus multi redemptores litium efficiebantur illas emendo, & varijs fraudibus aduersarios vexando, quod publicæ vtilitati, & moribus repugnat *l. 1. §. si cui. & ibi glo. in verb. more. ff. de var. & extraord. cognit.* late *Menoch.* qui omnes supradictos casus declarat, *de arbitrar. cas. 522. per tot.*

EPITOME.

Mulier an restituatur in integrum, prout minor, Respublica, & Ecclesia ad producendum testes post publicationem, & didicita testificata.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia, minor, & Respublica habent restitutionem in integrum ad producendum testes etiam post publicationem, & didicita testificata.*
2 *Mulier, & rusticus non restituuntur in his quæ sunt inducta ad rigorem iuris conseruandum.*
3 *Maior restituitur si non potuit habere copiam peritorum.*
4 *Peritorum copia præsumitur adesse in castro habente merum, & mixtum imperium.*
5 *Maior restituitur ex clausula generali, & non obstante publicatione. Intellige vt num. 6. 8. 13. & 14.*
7 *Duo specialia circa vnum non debent concurrere.*
9 *Mulier restituitur prout minor. Intellige vt num. 10. & 11.*
12 *Doctor qui testatur de consuetudine, debet intelligi de Curia in qua versatur.*

Decisio CCXIX.

Minor, respublica, & Ecclesia beneficio restitutionis in integrum admitti possunt ad producendos testes, etiam post
1 publicationem obtentam, & † didicita testificata, & ponere idem, & contraria articulis alterius partis. *Innoc. in cap. auditis. de restit. in integ. vbi Card. colum. fin. versic. oppono ad hoc. q. 11. Cappell. Tholos. vbi Add. decis. 249. Afflict. decis. 216. num. 2. Gabr. de testib. conclus. 21. nu. 47. & 48. limit. 12.* vbi de communi. [Tamen hoc priuilegium non est extendendum ad mulierem, prout conclusum fuit in causa Mariæ Angeli de Firmo; nam in his, quæ inducta sunt ad rigorem iuris conseruandum, vt in re iudicata, iudicialibus, & similibus, non reperitur quod
2 mulieribus, & rusticis † succurratur. Ita in specie contra *Guil. de Cuneo* tenet *Bart. in l. 1. §. nuntiatio. num. 35. colum. 5. vers. sed quid in muliere. de nou. oper. nunc. Felin. in cap. fraternitatis. colum. 5. vers. item secundo. num. 6. ad fin. de testib.*

Adde, quia eramus in muliere, quæ fuit defensa, & potuit consulere, prout consuluit peritiores; secus enim esset si probaretur non potuisse
3 se † illorum copiam habere, quia tunc concederetur restitutio ex clausula generali. *Alexand. ad Bart. in l. 1. §. nuntiatio. num. 35. in verb. nu. fistis. de nou. oper. nunc. Felin. in d. cap. fraternitatis. num. 6. in fin.* & faciunt notata per *Alexand. consil. 54. viso & considerato. in fin. lib. 2.* & per *Bald. in l. fin. in princ. quæst. 3. C. de iur. delib. & in l. iuris. C. qui admitti. num. 1.* vbi etiam subdit præsumi contra mulierem quando
4 sumus in loco, in quo sunt periti, † per *cap. statutum de rescript. in 6.* [etiamsi essemus in castro habente merum, & mixtum imperium, & locum causarum, in quo præsumitur copia peritorum cum dicatur locus insignis, licet non sit ciuitas. *Bald. ibid. Mascard. de prob. conclus. 1035. num. 9.* [& quod mulier non restituatur omittens consulere peritiores, dicit *Bollan. de rest. in integr. c. 85. n. 2.*

Non obstat, quod etiam maior restituatur ex
5 clausula generali, non obstante † publicatione. *Hostien. in cap. intimauit. ad fin. de testib.* Nam respondetur requiri, quod quis ignoret se testes habere tempore publicationis, & vt ista ignorantia sit caussata dolo, vel malitia partis aduer-
6 sæ, † alias secus. *Gabr. de testib. concl. 21. limit. 15. num. 52. & 54.* quod non est in casu nostro, cum mulier hæc non probauerit: Immo constat contrarium, quia ita potuisset ante publicationem, & didicita testificata facere publicare, & obtinere litteras monitoriales ad effectum probandi eius intentionem, prout fecit postea quam per multos menses eius agentes didicerunt depositiones testium: Maxime quia duo specialia circa idem concurrerent, si hoc ei concedere-
7 tur; † primum vt examinaret post didicita testificata, secundum quod super directo contrarijs, quod non est concedendum *l. 1. C. de dot. promiss. Mascard. conclus. 426. num. 10.* Et etiam in maiore requiritur quod supra dictum est, vt non po-
8 tuerit consulere † Peritiores, vt restituatur. *Felin. in cap. fraternitatis. num. 6. in fin. col. 5. ad med. de testib.*

Non obstat decisio *Afflict. decis. 216 num. 2.* quæ loquitur etiam de muliere, vt possit resti-
9 tui, † prout minor, & Ecclesia; quia contrarium est verius ex *Bart.* & alijs supra adductis. Maxime quia *Doctores*, in quibus se fundat *Afflict.*
10 loquuntur in minore; non in † muliere, prout *Specul. de restit. in integ. §. vlt. vers. quid si in causa minoris. num. 3. vsque ad num. 6. Bald. in l. eos. §. si quid autem. de appell. num. 2. versic. tu tene. & Bartol. in l. 1. §. nunciatio. num. 33. colum. 5. de nou. oper. nunc.* Immo *Bart. ibid. nu. 35.* tenet contrarium in muliere, & rustico: Vnde dictum *Doctoris* debet intelligi, secundum illud quod allegat. *Bartol. in l. non solum. §. si liberationis. num. 7. vers. præterea. de liber. legata. Alexand. consil. 32. in causa executionis. n. 7. col. 2. in fi. lib. 4. Rom. cons. 211. col. fin. nu. 5. vers. quo ad vltimum.*

Vlterius *Afflict.* attestatur prædicta seruari
in practica ciuitatis Neapolitanę; vnde illius at-
testatio non debet excedere locum, de quo lo-
11 quitur, † & sic non poterit extendi ad alias cu-
rias, cum dictum *Doctoris* testantis de consuetu
12 dine intelligatur de curia, in qua† versatur. *Ga
briel de probat. concl. 4. num. 2. Mascard. conclus.
426. num.* 19. & stylus vnius curiæ ad alia non
extendatur. *Aleiat. cons. 25. tom. 2. lib. 5. num. 5.
Lancell. de attent. post recusat. Iudicis. cap. 6. p.
2. num. 3.* [Adde *d. decis. Afflict.* dum loquitur
13 de muliere, esse † communiter reprobatam, pro-
ut late testatur multum de eius opinione miran-
do, *Osasc. decis. 87. num. 9.* [Neque obstat *con-
sil. Butr. 72. visis allegationibus. in fin.* vbi con
cludit, quod mulier etiam restituatur. Quia re-
spondetur illum loqui, quando adest in muliere
probabilis ignorantia, secus si causaretur læsio
ex sola fragilitate mulieris; quod non est in ca-
14 su nostro, in quo vt diximus † procuratores mu
lieris, per quos fuit defensa, didicerunt testifi-
cata, neque vlla ignorantia adest, ita vt locus
sit huiusmodi restitutioni, & ignorantia non est
causata dolo, vel malitia partis aduersæ, prout
requiritur. *Gabriel de testib. n. 54. limit. 15. con-
clus.* 21. post *Aretin. in cap. intimauit. eod. tit.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Rustico sagaci non est subueniendum.*

¶ N. 2. *post verb.* ad fi. de testib.

Maxime in rustico sagaci, & versuto, cui mi-
1 nus esset subueniendum. † *Ias. in l. si quis id quod.
n. 32. de iurisd. omn. iud. Bal. & alij in l. 2. ff. si
quis in ius vocat. non ier. Menoch.* qui multa ad
exclusionem rusticitatis adducit, *de arbitrar.
cas. 194. n. 3. Ceual. q. 58. n. 3.*

EPITOME.

Appellatio quæ vni non permittitur, quando alteri sit de-
neganda, & an declarata sententia nulla sit retractan-
da executio vigore illius facta.

SVMMARIVM.

1 *Aequalitas seruanda est in iudicijs.*
2 *Appellatio si non permittitur vni, neque alteri.*
3 *Statutum prohibens appellationem ab executio-
ne instrumenti, extenditur si pronuncietur non
esse exequendum.*
4 *Appellatio non retardat executionem in causa
dotis.*
5 *Retractata sententia retractatur executio.*
6 *Executione declarata nulla, omnia in pristinū
reponuntur, & num. 7. Amplia vt num.* 8.
9 *Executio facta vigore sententia nulla rescindi-
tur, & n. 10. & 13.*
11 *Mixtura nullitatis nō attenditur in executiuis.*
12 *Nullitas magis inficit, quam iniustitia.*

Decisio CCXX.

1 IN iudicijs seruanda † est æqualitas. *l. fin.
C. de fruct. & lit. expen. Cagn. in l. non
debet. de reg. iur. Franc. in c. in iudicijs. eod.
tit. in 6. Felin. in c. 2. de mut. petit.* Vnde non est
conueniens, quod pro parte vnius possit appel-
lari, & pro parte alterius non, sed eo casu, quo li-
2 cebit † alteri appellare, vel non, ita etiam alte-
ri permittetur. *Franc. in c. si duobus. §. primo, in
princ. n. 3. de appell. Ruin. cons. 85. in fi. lib. 5.* [Ex
quo videmus, quod statutum, in quo disponitur
non posse appellari à sententia lata super execu-
tione instrumenti guarantigiati contra debito-
3 rem, extenditur, † vt si pronuncietur ad fauo-
rem rei instrumentum non esse exequendum,
quod neque poterit actor appellare. *Marsil. sin-
gul. 389. tu scis quod natura. Bal. de dote. p. 6. pri-
uil. 2. in fi. Mago. decis. 62. n. 7.* [Idem est si fuit
lata sententia pro muliere in causa dotis, in qua
4 non† retardatur executio per appellationem.
Tamen si postea feratur sententia contra ipsam
mulierem, executio facta reuocabitur, & bona
adiudicata mulieri virtute primæ sententiæ re-
uocantur, & auferuntur, nō solum contra mulie-
rem, sed etiam contra virum habentem causam
ab ea. Ita in specie dicit *Bald. de dot. p. 12. & vlt.
q. 23. n. 69.* quem sequitur *Lancell. de attent. 3. p.
c. 24. n. 50. q. 1. tom. 5. fol.* 428. [Retractata enim
5 sententia retractatur † executio. *Contard. in l.
vnica. C. si de moment. possess. in intellectu. n. 3.* Et
regulare est, quod si capta sunt, vel distracta pi-
gnora non præcedente sententia, vel si pręcedat,
sed non solemnis, possunt reuocari, & recupera-
ri. *l. si eum nulla.* 58. vbi *glos. in verb. senten-
tia. in fin. de re iudic. l. prolatam. C. de sentent.*
[Facta enim executione, qui illam passus est, po-
terit agere de nullitate, & obtinens in causa nul
6 litatis, obtinebit etiam † reuocationem execu-
tionis. *glos. in clem. 1. in verb. donec. de re iudic.*
quam sequitur ibidem *Card.* dicens esse notan-
dam. *q. 21. n. 16. col. pen. & Imol. in glos. in verb.
admittatur. sub n. 11. col. 4. ad med. & Vitalin. n.
27. col. 3. vers. glosa nona. Firman. in verb. execu-
tio sententiæ retractatur. fol. 271. par. 1.* [Decla-
rata enim sententia nulla, omnia inde secuta re-
stituuntur, & fit restitutio possessionis, & rerum
7 cum fructibus perceptis, & percipiendis. *Franc.
in c. dilecto. 63. n. 33. col. 10. in fin. vers. & ita de-
bet intelligi.* vbi etiam ampliat sub *nu.* 35. quod
ad officium Iudicis super nullitate spectat refor-
8 mare, & restitutionem dare etiam contra † ex-
traneos possessores occupantes prætextu illius
sententiæ nullæ. *Contard. in l. vnica. C. si de mo-
ment. possess. limit. 7. in verb. ratione nullitatis. n.
55. post Rip. in l. 4. §. condemnatum. n. 28. de re
iudic. & Rot. decis. 280. & idem Contard. ibi n. 38*
vbi quod post factam executionem si non fuit ri-
te processum, poterit aduersarius dare de nulli-
tate decreti, & retractare missionem in possessio-
nem, cum neq; in possessorijs sit hoc prohibitū:
Vnde standum est regulæ, qua permittitur victo
di-

9 diecere sententiam nullam, & ita rescindi † executionem factam. Idem voluit *Alex. conf. 2. in fin. lib. 3.* vbi quod iudex nullitatis eo tempore, quo pronuneiat sententiam esse nullam, potest reuocare omnia attentata prætextu sententiæ nullæ, & habita victoria super nullitate debet
10 retractari executio iam facta vigore † sententiæ nullæ. *Lanfranc. de probat. col. penul. in fin. vers. & plus dico num. 40. tom. 4. f. 35.* [Ex quibus fuit conclusum non esse locum appellationi interpositæ per D. Io. Baptistam Seuerum, sed esse cōcedendam retractationem executionis petitæ per D. Aloysium Seuerum, cum in casu nostro fuerit retractata sententia: Vnde debet retractari executio per superius allegata.

Non obstat dandam esse in hoc casu appellationem, etiam quo ad effectum suspensiuum, quia quando fuit reuocata executio, & sententia, dictum est etiam illam esse nullam; vnde respectu nullitatis additæ in sententia, quasi facta sit mixtura, dabitur appellatio, & executio non erit reuocanda. Quia respondetur quod in exe-
11 cutiuis † non attenditur mixtura nullitatis, cum vt diximus ratione seruandæ æqualitatis, ita debeat reuocari executio quando prius facta fuit; & si hoc habeat locum quando retractatur sententia ex capite iniustitiæ, multo magis erit retractanda, quando adest vltra caput iniustitiæ etiam nullitas, quę magis inficit, quam iniu-
12 stitia, quia reddit † sententiam ipso iure nullam, quod regulariter iniustitia non operatur. *Abb. in c. cum olim. col. pen. de re iud. Contrad. d. limit. 7. ration. nullitatis. n. 15.*

Præterea omnes supradicti Doctores dicunt reuocandam executionem declarata sententia
13 nulla, † & sic loquuntur etiam in nullitate, prout dicit *glos. Card. & alij in d. clem. 1. de re iud. Contard. d. limit. 7. Franc. in d. c. dilecto. n. 63. & Alexan. d. conf. 2. in fin. lib. 3.*

Neque obstat prædictos Doctores loqui in tribus conformibus; Quia hoc facit magis ad corroborationem præmissorum; si enim postquam habui tres conformes conceditur executio, si postea ago de nullitate, & obtineo, datur reuocatio executionis factæ in vim trium conformium. Multo magis erit concedenda reuocatio executionis factæ in vim vnius iniustæ, & nullæ sententiæ, & executæ de facto.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Reuocata sententia iam executa conceditur etiā reuocatio executionis. & quid seruetur in curia Romana. n. 3.*
2 *Aegidiana denegans appellationem in possessorio habet locum tam in reo, quam actore.*
4 *Executio non competit si instrumentum fuit vulneratum.*
5 *Lites de litibus non debent fieri.*
6 *Executio non conceditur quando constat de nullitate sententia etiam in casu executiuo, & priuilegiato.*
7 *Non est spectandum quid fiat in curia, sed quod fieri debet, & stilus vnius curia ad aliam non trahitur.*

¶ N. 10. *post verb.* superius allegata.

Et sequitur *Surd. conf. 542. n. 12. vers. cuius dicti laudatur. lib. 4.*

Quibus adde *Franc. decis. 136. par. 1.* vbi in
1 terminis concludit, † quod stante ritu Magnæ Curiæ, per quam conceditur executio sententiæ iuris assistendi, non obstante appellatione, si contingat reuocari sententiam iam executam, conceditur reuocatio executionis eo modo, quo prius fuit commissa executio primæ sententiæ; cum actor, & reus non debeant ad imparia iudicari, & prohibita appellatione vni, censetur etiam alteri denegata. *Put. decis. 316.*
2 *lib. 2.* † Vbi de Aegidiana denegante appellationem in possessorio, quæ habet locum tam in reo, quam actore. *Contard. in l. vnic. nu. 2. limit. 7. C. si de moment. poss.* quidquid contrarium sentiat *Menoch. de adipis. rem. 4. n. 876.*

Verum est, quod in Curia Romana seruatur contrarium. Nam si fiat executio alicuius sen-
3 tentiæ vigore obligationis cameralis, † aut similis, & per Iudicem appellationis pronuncietur iniustum & irritum, quod executum est, non propterea ista sententia reuocatoria mandaretur executioni, sed suspenditur, donec dentur tres sententiæ conformes; deferendo appellationi ad vtrumq; effectum deuolutiuum, & suspensiuum, quasi tunc sit alterata via executiua.
4 *Caputaq. decisio 274. par. 2.* † Maxime quia fuit vulneratum instrumentum executiuum: quo casu si pronuncietur aliquam obligationem non mereri executionem, aut instrumentum esse nullum, cessat via executiua, donec proferantur tres sententiæ conformes. *Rot. diuers. decis. 132. in prin. p. 2.* cum præsertim videatur inconueniēs, quod toties fiat executio priusquam lis terminetur; nam si postea contingeret reuocari secundam sententiam, iterum esset con-
5 cedenda executio, † & sic nouæ expensæ fierent & lites de litibus, quod est absurdum. *l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudic.*

Quidquid tamen sit de stylo prædicto, *Cardin. Alex. & omnes supra allegati* concludunt de iure esse reuocandā executionem, quando illa fuit declarata nulla. Quæ magis procedunt in casu nostro, quia sumus in manifesta, & notoria nullitate executionis, Vnde facilius est concedenda
6 da restitutio in pristinum statum. † Prout è conuerso dicimus, quod nō debet concedi executio, quando constat de nullitate, & iniquitate illius, etiam in casu executiuo, & priuilegiato, & non admittente appellationem. *Abb. in capit. inter catera. de re iudic. Alex. conf. 106. num. 27. lib. 5. Natt. conf. 51. num. 21. Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. p 5. §. 15. num. 4.* Vnde quamuis esset seruandus dictus stylus, tamen solum debe-

beret intelligi in casu, in quo non constat notorie de nullitate executionis, vt minus lædat
7 ius commune, quam fieri possit; † Cum etiam non sit spectandum quod in Curia fiat, sed quod fieri debet. *l. sed licet. de offic. præd. Mandos. de inhibit. q. 9. num. 3. in fin.* Vltra quod stylus, & obseruantia vnius Curiæ non debet excedere illum locum. *Cin. in l. 1. n. 7. C. quæ sit long. consuetud. Ias. in l. 1. col. 2. num. 8. in fin. C. de sacros. eccles.*

¶ N. 13. *in fin. post verb.* executæ de facto.

Parlador. lib. 2. rer. quotid. c. fin. §. 15. num. 4. p. 5. cum alijs supra allegatis.

EPITOME.

Conductor, quando dicatur spoliare locatorem negando restituere rem conductam.

SVMMARIVM.

1 *Conductor negando restituere rem conductam locatori, dicitur illum spoliare. Intellige vt n. 2.*
3 *Exceptio dominij non potest per conductorem obijci locatori.*
4 *Laudum post tempus de quo in compromisso, non valet.*
5 *Tempus est probandum per eum, qui se in illo fundat.*
6 *Ignorantia in dubio præsumitur.*

Decisio CCXXI.

Fvit confirmata sententia D. Iudicis à quo ad fauorem Incicchi Marij Sanruccij de Asculo, cōtra Hieronymum de Hieronymis, & Sillam eius filiam, cum constet locationem domus, de qua agimus factam Hieronymo per Ineiceum, esse finitam, neq; amplius durare: Vnde cum desierit esse conductor, non potest negare illam locatori restituere, & si dene-
1 gat † dicitur illum spoliare. *l. colonus. de vi & vi. arm. l. conductores. C. locati. Alex. cons. 33. viso processu. col. 1. lib. 6. num. 3. Cephal. cons. 47. num. 40. lib. 1. Ias. in l. 2. col. 31. C. de iur. emphit. Cagn. in l. neque pignus. num. 8. de reg. iur.* Maxime quia in actis nulla causa iusta allegatur per conductorem, ex qua excusetur à
2 restitutione, puta impensæ necessariæ, † aut alterius causæ, de quibus per *Menoch. reme. 11. de recup. poss. num. 6.* Neque exceptio dominij esset considerabilis, cum illam non posset
3 conductor locatori † obijcere. *Bart. in l. pen. C. vnde vi. Menoch. ibi. num. 3. c. 1. & num. 35. q. 5.*

Non obstat laudum productum per Hieronymum, in quo Marcellus Cinceius arbiter condemnat Ineiceum, & Marium, ad dādum Hieronymo scuta 170. in pecunia, vel in stabilibus, ad electionem debitorum infra duos menses, quibus elapsis optio sit Hieronymi, in quibus bonis velit sibi illa solui: Vnde cum effluxerit d. tempus, Hieronymus petiit executionem laudi in domo, de qua agimus, quam ad hunc effectum eligit, & prætendit posse retinere vigore sui crediti. Nam laudum non est in forma probanti, cum sit copia minus solemniter sumpta, & nullam fidem facit, prout de hoc fuit oppositum per Inciceū. *Dec. in auth. si quis in aliquo. col. 3. C. de eden. Aym. cons. 250. num. 2.* Præterea facultas data arbitro est restricta ad totum mensem Decemb. 1594. licet laudauerit die 19. Iulij 1595. Vnde laudum post tempus, de
4 quo in † compromisso non valet. *Affl. decis. 73. num. 8. Soc. cons. 87. in princ. lib. 4.*

Adde in laudo dari dilationem Incieco duorum mensium ad soluendum scuta 170. Vnde intelligitur à die notitiæ, non prolationis laudi, de qua non constat, prout debebat probari per
5 eum, qui se fundat in tempore, siue sit † actor, siue reus. *l. matrem. C. de probat. Soc. cons. 87. num. 2. lib. 4.* & tempus non debet currere igno-
6 ranti, nisi scientia probetur † *Franc. in c. bonæ. col. 5. vers. octauo debet. num. 20. de appell. Cephal. cons. 279. in princ. lib. 2.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteuta negans Domino possessionem potest expelli.*
2 *Conductor non soluens pensionem poterit ejci.*
3 *Emphyteuta non soluens canonem potest conueniri interdicto vti possidetis.*
4 *Conducens rem propriam an opponat exceptionem dominij, & quid in herede. n. 5.*
6 *Retentio, & repetitio datur ob pensionem anticipate solutam. & n. 7.*
8 *Causa ob quam aliquid factum prætenditur, est probanda.*
9 *Testis singularis probat contra producentem.*

¶ N. 1. *post verb.* de reg. iur.

Ideo Emphyteuta, qui negat Domino possessionem, poterit expelli, quasi videatur illam
1 interuertere negādo. † *Specul. de locat. §. nunc aliqua. vers. sexagesimotertio. vbi Bal. in addit. Menoch. de retin. poss. rem. 3. n. 469.* Immo etiā conductor non soluens pensionem conuentis tē-
2 poribus dicitur iniuste detinere, † poterit eijci. *glos. in l. ade. C. locat. Bar. in auth. qui rem. C. de sacrosanct. eccles.* Exemplo emphyteutę, qui nō soluens canonem dicitur turbare Dominum in sua ciuili, & ex hoc potest conueniri interdicto
3 vti possidetis. † *glos. et alij in clem. possidere. §. qui ad nundinas. de acquir. poss.* Quod magis est in conductore, qui solum habet detentionem. Cum emphyteuta habeat ius in re. *Surd. de alim. tit. 9. quæst. 26. num. 53.*

¶ N. 3. in princ. *post verb.* & n. 35. q. 5.

Post *Castr. in l. qui rem. ff. depos.* Vbi quod etiam con-

4 conducens rem propriam, † si in iudicio conueniatur remedio. *l. si quis conductionis. C. locat.* nō opponet exceptionem dominij. *Dec. in l. neq; pignus. n. 4. in fi. de reg. iur. Alex. in l. si aliquam rem. n. 29. de acquir. poss.* Quod habet locum etiam in hæredibus locantis, contra quos non
5 opponitur huiusmodi exceptio. † *Aym. cons. 157. n. 1.* Dummodo non agatur per locatorem ex locato, tunc enim haberet locū exceptio dominij, neque admitteretur dispositio *tex. in l. si quis conductionis. in fin. C. locat.* cuius remedium est intentandum, si locator timet oppositionem dominij per conductorem, vt docet *Ang. in d. l. si quis conductionis.* Quidquid dissentiat ibi *Cin.* cum contra eum sit verior opinio. *Dec. cons. 13. n. 14.* late *Menoch. de recuper. poss. rem. 10. q. 6. Rot. Genuen. per Cartar. decis. 41. n. 4.*

¶ N. 6. *post verb.* in princ. lib. 1.

Non obstat prætensa anticipata solutio pen-
6 sionis domus, ob quam datur, † non solum actio ad repetendum solutum. *glos. in l. si vno. §. item cum quidam. n. 2. ff. locat. Bald. cons. 175. num. 3. lib. 2. Bursat. cons. 101. nu. 6.* Sed etiam permittitur retentio, itaut conductor non possit expelli de domo, quamuis fieret ei oblatio, vel daretur
7 cautio de soluendo. † *Socin. cons. 90. n. 20. lib. 4. Benint. decis. 77. n. 10. Ludou. decis. Lucen. 38. nu. 120.* quasi facilius recedatur retentio, quam actio. *l. 2. C. de fideiussor. Dec. cons. 298. n. 4.* Cum etiam illa retentio detur ob impensam, quam potest dici fecisse occasione rei per ipsum detentæ. *Bart. in l. in fundo. in fi. n. 16. de rei vendic.*

Quia nō probatur aliquid fuisse solutum pro-
8 pter anticipatā pensionem domus locatæ, † prout ista causa erat probāda, quando prætenditur aliquid ob eandem causam factam. *Dec. in l. 1. n. 7. C. de edend. Cephal. cons. 65. in fin.* Immo vnus testis deponit de mutuo, non de pensione, Vnde
9 tanquam approbatus per producentem, † licet sit singularis, debet contra eum plene probare. *Ang. in l. cum precum. C. de liber. caus. Rom. cons. 104. Aym. cons. 201. n. 5. & 7. Gabr. de test. concl. 1. ampl. 5.* Maxime cum talis testis deponat de prædictis quando fuit examinatus super articulis; Quidquid posset dubitari in depositione facta in interrogatorijs partis aduersæ, quasi tunc producens non intelligeretur approbare dictum testis à se inducti, sed solum eius personam, de cuius sententiæ veritate multa *Caualcan. decis. 12. num. 40.*

EPITOME.

Remissioni mercedis, quando sit locus propter sterilitatem.

SVMMARIVM.

1 *Sterilitas qua requiratur vt sit locus remissioni.*
2 *Statuta legati sunt perpetua, & præsumuntur in obseruantia.*
3 *Remissio pensionis non fit ei, qui culturam præterijt.*
4 *Omissio culturæ reddit fundum infructuosum.*
5 *Sterilitas vniuersalis non sufficit, vt possit peti remissio de fundo particulari.*
6 *Sterilitas vnius anni compensatur cum vbertate aliorum.*
7 *Aestimatio quanti plurimi, quando debeatur.*
8 *Denunciatio est necessaria, vt sit locus remissioni mercedis. Intellige vt num. 9. & 10.*

Decisio CCXXII.

IN decreto Illustrissimi Cardinalis Ranenæ confirmato per Reuerendissimos Dominos Porticum, & Grimaldum disponitur, quod si fuerint collectæ sex salmæ frumenti pro qualibet seminata, vt dicitur, laboratores, aut conductores terrarum soluant promissa; si quatuor aut quinque, soluatur vna salma cum dimidia; si tres, restituatur tantum quod seminarunt; si deductis expensis solum semen collectum sit, ad nihil teneantur, sed habeant liberam remissionem: quæ tamen non procedant in colonis partiarijs. Quo stante D. Hieronymus Crucianus de Recaneto conuentus per D. Antonium Franciscum Constantinum de eodem, pro pensione terrarum beneficij Sancti Petri, de quibus in actis, prætendit sibi fieri remissionem, cum collegerit solum, vt vulgo dicitur, buttinellos quinque, vltra semen iactum; Quibus tamen non obstantibus fuit condemnatus per D. Iudicem à quo, ad soluendum pensionem salmarum petitam cum interesse quanti plurimi, prout in sententia: à qua cum fuisset per Crucianū appellatum, & dubitaretur an obstet huiusmodi exceptio remissionis, & fuerit sterilitas probata, ita vt sententia esset confirmanda, vel potius infirmada: & omissis opinionibus Doctorū in huiusmodi materia loquentium, quando sterilitas sit
1 grauis, & † magna, vt locus sit remissioni, de quibus in *c. propter sterilitatem. locat. & in l. si merces. §. vis maior. ff. eo. tit. Couar. pract. quæst. c. 30. Gomes. de contract. c. 3. tit. de locat. & conduct. n. 18. vers. dubium tamen est. Menoch. de arbit. iud. cas. 77. lib. 2. cēt. 1.* Quia vt dictum est, ista nō sunt necessaria, cum in hac prouincia sit seruandum decretum, de quo supra, tanquam factum ab Illu
2 strissimo Legato, cuius statuta sunt † perpetua. *c. fi. de off. leg. c. 1. locat.* Maxime cum sint in viridi obseruantia, prout etiam de iure præsumuntur. *Dec. cons. 334. n. 9. Rolan. cons. 90. n. 54. lib. 1.*

Conclusum fuit pro confirmatione sententiæ, quia per Crucianum non est probatum quod coluerit, & seminauerit prædium, de quo agimus; Vnde non potuit se iuuare ex prætensa sterilitate. Ratio est, quia si non recte coluit agrum non videtur curasse de fructibus, neque de compensatione illorum habenda, & ideo nō fieret remis-
3 sio † pensionis propter fructus, quos percipere noluit, ex quo culturam præterijt. *Cin. in l. ad comparandas. in fin. C. mandat. & in l. licet. ad med. vers. secundus est. C. locat.*

Vnde

Vndedicunt Doctores, quod debet confide-
rari qualitas fundi, & quo modo cultus, & ara-
tus fit illo anno, & si sit vinea quo modo pota-
ta, ligonizata, releuata, & alia etiam requisi-
ta sunt inspicienda, & quantum fundus, seu vi-
nea bene culta consueuerit reddere, & fructua-
re; nam ista omissa fundum reddunt infructuo-
4 sum, † & per consequens sterilem. *Castren. in d. l. si*
vno. in princ. vers. quantum autem. ff. locati.

Non obstat, quod sterilitas fuerit vniuersalis
in illo anno, quia non est explorandum, an ille
annus debeat dici sterilis vniuersaliter, vel ge-
neraliter, nec ne, sed solum de prædio illo, de
5 quo quæritur, † vt per *Salicet. in d. l. si vno. n. 1.*
in fi. vers. & attende. cum alijs per *Neuiz. cons.*
90. n. 16. vers. relata ad ipsum fundum.

Præterea ex quo Crucianus habuit per plures
annos huiusmodi prædia, potest sterilitatẽ vnius
6 anni compensare cum vbertate † aliorum. *c. pro-*
pter sterilitatem. locati. l. licet certis. C. eod. Nam
quando sumus in vna, & eadem conductione,
quod vltra pensionem percipitur, compensatur
cum sterilitate anni sequentis, vel præcedentis.
Castrens. in l. si merces. §. vis maior. n. 6. ff. lo-
cati. Roland. cons. 86. n. 7. lib. 3. Gozad. consil.
83. n. 15. Socin. Iun. cons. 68. n. 2. lib. 2. Ludouic.
concl. 12. colum. 2. vers. declara secundo.

Ex quibus D. Crucianus fuit condemnatus
iuxta tenorem sententiæ, tam super frumento
petito, quam interesse quanti plurimi post mo-
ram, cum etiam in processu constet de omnibus
7 requisitis, † vt æstimatio quanti plurimi debea-
tur, de quibus per *Bal. in l. vinum. vbi Ias. col.*
16. ff. si cert. pet. post Bart. in l. 3. §. in hac. ff.
commodat. Afflict. decis. 316. per tot. Marant.
cons. 65. n. 6. Mascard. de probat. concl. 930.

Adde non esse locum remissioni petitæ, etiam
quod probata esset sterilitas, quia lapso iam an-
no non fuit per conductorem denunciatus casus
sterilitatis occursus; quæ denũciatio est necessa-
8 ria ad hoc vt obtineat remissionem † mercedis
contra dominum. *l. item quæritur. §. exercitu ff.*
locat. vbi *glos. in verb. renunciauit. Bosius de re-*
mis. merced. n. 51. & ita per omnes practicos
dicit *Thesaur. decis.* 108. *n.* 1 post *Bursat. cons.*
11. n. 29. lib. 1. & Carroc. de locat. p. 3. tit. de
9 *remis. merced. n. 32.* extendendo ad † omnes vl-
tra colonum, vt per *Menoch. de arbitr. casu 137.*
n. 19. & 21. ad fin. Quæ tamen denunciatio non
esset necessaria in casu, seu impedimento noto-
10 rio, vel proueniente † ex facto locatoris. *Ludo-*
uic. conclus. 12. col. 4. versic. primus casus.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Sterilitas qualis debeat esse, vt pensio remit-*
tatur.
2 *Fertilitas præcedentium annorum quando ope-*
retur vt non fiat remissio. n. 5.
3 *Remissio non habet locum in locationibus per-*
petuis ob damna in fructibus contingentia.
4 *Damnum notabile debet esse vt remissio conce-*
datur.
6 *Executio competit etiam pro interesse promisso*
in instrumento guarantigiæ.

¶ N. 1. *post verb.* cent. 1.

Masc. conclus. 1334. vbi refert multas opiniones
1 quæ sterilitas debeat esse, † vt pensio remitta-
tur, & ibi quid in tributis perpetuis, censibus, &
annuis præstationibus, & alijs, in quibus potest
allegari remissio sterilitatis. *Salaz. de vsu & cõ-*
suetud. c. 11. n. 88.

¶ N. 6. *post verb.* declara secundo.

Maxime quia non adest pactum, vt fiat remis-
sio, quo stante nõ attenderetur fertilitas præce-
2 dentium annorum, † Quidquid alias iure Com-
muni inspecto, vbertas vnius anni compensetur
cum sterilitate alterius. *Ang. cons. 312. num. 6.*
Surd. de alim. tit. 9. q. 26. n. 21. Prout neque di-
cta remissio damnorum in fructibus haberet
3 locum in locationibus perpetuis. † *Bald. in l. 1.*
C. de iur. emphyt. Viu. comm. opin. 247. Rot. per
Cardinal. Seraphin. Mediolanen. S. Celsi. 3. maij
1597.

Immo vt sit locus remissioni, deberet probari
4 notabile damnum, † de quo hic non constat. *Co-*
uar. pract. quæst. cap. 30. Roland. cons. 86. lib. 3.
Rot. coram. R. P. D. Penia Anagnin Molendini.
10. maij. 1600. Vbi etiam, quod est probanda
quantitas percepta in alijs annis, in quibus si
conductor percipit tot fructus, vt præsens dam-
5 num resarciri potuerit, † tunc propter præsen-
tem læsionem, aut damnum acceptum non est
locus remissioni: quod seruat *Rot.* in multis cau-
sis, de quibus ibidem *per R. P. D. Peniam. & co-*
ram. R. P. D. Cordub. Rom. remissionis officij. 19.
iunij 1598. & coram R. P. D. Gipsio Rom. afflict.
casalis. 8. februar. 1593.

¶ N. 7. *post verb.* conclus. 930.

Concedendo executionem etiam pro dicto in-
teresse, Quidquid dicat *Ias. in l. certi condictio.*
6 *n. 21. ff. si cert. petat.* † vbi concludit pro eo non
dari executionem, quamuis promissum sit in in-
strumento guarantigiæ, Quia contra eum est ve-
rior opinio, & magis communis. *Alex. in l. iuris*
gentium. §. quod fere. de pact. Parlador. rer. quo-
tid. lib. 1. c. 6. §. 2. nu. 11. Couar. lib. 2. var. resolu.
c. 11. in prin.

EPITOME.

Causa deserta, quando sit procedendum ad exequutio-
nem sententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Desertio notoria non requirit pronunciationem.*
2 *Appellans debet docere de prosecutione, vt possit*
exequi sententiam.

3 *Im-*

3 *Impedimentum excusat à negligentia.*
4 *Desertio non infertur, nisi ob lapsum bienny.*
5 *Tempora appellationis, quando sunt vtilia, sententia non demandatur executioni, nisi pronunietur causa deserta.*
6 *Tempus vtile requirit inquisitionem facti.*

Decisio CCXXIII.

DEsertio quando est notoria, licet non sit opus pronunciare super ea ad euitan-
1 dum† circuitum. *glos. in l. eos. in princ. in verb. vel iniustam. ad med. C. de appellat. Angel. consil.* 230. *visis omnibus.* Ideo sufficit victorem adire Iudicem, qui sententiam tulit, & petere illam mandari executioni, vt per eundem *Angel in l. si contra maiores. C. de appellat. Cotta in memorab. in verb. appellatione deserta.* Tamen in causa Sanctis, & Politi q. Laurentij de Firmo, cum Vincentio Bracadoro de Belmonte contrarium fuit conclusum, quia non aderat citatio prout requiritur de appellante ad contradicendum cur sententia non sit executioni demandanda. Nam tenetur appellans comparere, & docere de prosecutione, quo non docto po-
2 terit † ad executionem deueniri: & ita loquitur *tex. in d. l. si contra maiores*, vt per *Felin. in c. ex parte. il 2. colu. 5. n. 9. vers. secundo declara. & col. 9. versic. concludendum. de rescript. Bart. in l. 1 in fin. ff. nil nouari appell. pend. vers. aly dicunt. Bal. in d. l. si contra maiorem. n. 1. versic. vnde consuluit.*

Ratio est, quia debet constare Iudici de negligentia in prosequendo appellationem; quod non potest, nisi parte citata, quia potuit habere impedimenta, quæ si allegentur excusabunt
3 à † negligentia. *Iaffr. decis.* 465. *incip. iudex.*

Præterea licet lapsus sit annus; Tamen si biennium non effluxerit, solus eursus minoris tem-
4 poris non infert desertionem, cum ante † biennium possit interuenire impedimentum cuius probatio, vel improbatio consistit in facto, quod dubium est, & sic desertio non est clara. *Felin. in d. c. ex parte. il 2. col. 6. vers. & nota duo sub n. 10. post Bald. in l. eos. in princ. C. de appellat. n. 5. colum. 2. in princ. vers. sciat tamen.*

Adde, quia per statuto omnia tempora appellationis sunt vtilia, vt in constitutione Marchiæ; quo casu nunquam sententia poterit executio-
5 ni † demandari, nisi prius pronuntietur appellationem desertam, etiam si essent decursa multa tempora, quia tempus vtile requirit inquisitionem facti, idest calculationem, & compu-
6 tum dierum † non computandorum. *l. 3. §. ad diem. de re milit.* & ita in specie concludit *Bal. in d. l. eos. in princ. vers. ex his apparet, quod per statuta. n. 7. Angel. in l. si expressim de appellat. Felin. in d. c. ex parte. il 2. col. 6. vers. secundo nota. sub n.* 10. & singulare & alibi non reperiri, dicit *Franc. in c. ex ratione. in fin. n.* 101. *de appellat.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum vt excuset. quale esse debeat.*

¶ N. 3. *post verb.* iudex.

Dummodo executio sit rationabilis, & talis,
1 vt possit dici legitimum impedimentũ. † *Archid. & Prob. in c. 1. n. 25. de cleric. non residen. lib. 6.* Neq; iudicaretur iustum; vbi negotium esset tale, quod posset tractari per alios tanquam procuratores, & similes. *Bald. in l. eos. §. apostolos. in princ. C. de appellat. Aym. cons.* 179. *nu.* 9. *Rot. per Cardinal. Seraphin. Carthaginen. fructuum.* 25. *may* 1595.

EPITOME.

Constitutio census sine pecunia numerata, quando sit valida.

SVMMARIVM.

1 *Census debet constitui in pecunia numerata. Intellige vt n. 3. & 4.*
2 *Qualitas requisita in constitutione debet verificari.*
3 *Census dicitur vsurarius si non interuenit pecunia numerata.*
6 *Clausula quidquid contra factum fuerit, venditetur à Fisco, non potest remitti in praeiudicium ipsius.*

Decisio CCXXIV.

CEnsus quando constituitur, pecunia debet numerari in actu instrumenti, coram testibus ac notario, vt in bulla fel. rec. Pij Quinti ibi, nisi verè in pecunia numera-
1 ta † præsentibus testibus, ac notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem prius recepto integro, iustoque pretio. Vnde si non veri-
2 ficatur ista qualitas requisita in† constitutione, contractus est censendus vsurarius, adeo quod non possit confirmari per sententiam Iudicis, tanquam contra casum legis prohibentis fieri sub alia forma. *l. non dubium. C. de legib. Aym. consil.* 170. *in fine. & in specie censue Nauar. de vsur. in fin. not.* 22. *num.* 83. *Boerat. in tractat. vti possidetis. cap.* 18. *nu.* 37. *&* 39. *& n.* 21. [Licet quoad forum conscientiæ huiusmodi constitutio non videatur includere illos, qui bona
3 fide † anticipauerunt solutionem totius, vel partis census, ac si soluerent in illius constitutione: Taliter enim ementes possent tuto percipere censum ita constitutum, & solutum. *Nauar. de vsur. ad fin. notab.* 22. *n.* 88. *vers. est autem quaestio. & n.* 106. *vers. quarto quod nemo. & n.* 105. *vers. tum quia.* [Maxime quia est iuris humani, vt pretium soluatur in pecunia numerata, & coram notario, & testibus, non autem iuris naturalis, & diuini, prout est illud requisitum,

situm,quod constituatur super re fructifera. *Nauar. ibid.n.*105. vbi etiam sub *n.*107.*in fin.*con-
4 cludit † extra terras Papæ posse omitti formam,
& obseruantiam,quoad concernentia ius humanum, non autem diuinum, & naturale.

Quibus stantibus conclusum fuit non potuisse
per D. Iudicem à quo sententiari, exequendum
instrumentum census facti ad fauorem Gasparis
Ciechi de Aesio, contra Magdalenam Philippi
de Castro Sancti Marcelli, cum ex actis constet
instrumentum census fuisse contra formam constitutionis: Non enim apparet de pecuniæ numeratione, quia ibi solum dicitur Magdalenam
habuisse scuta centum actualiter in tnt auro, &
argento,& sic potuit habuisse pretium census in
auro,& argento non monetato, puta in annulis,
collanis,& similibus,& sic non in pecunia numerata, contra formam Bullæ, prr quam videtur
inductus huiusmodi rigor à Summo Pontifice,
vt soluatur pretium in pecunia numrrara, ad
præcludendam viam malis dolis,& cautelis,quibus ementes census male soluebant pretium in
pannis, vel alijs mercibus. *Nauar.de vsur.n.*88
vers.at is rigor. Immo etiam contractus censen-
5 dus est vsurarius † prout in eadem constitutione ibi, contractusque sub alia forma posthac celebrandos fœneratitios iudicamus. Stante etiam
clausula, & quidquid expressè vel tacitè contra
dicta mandata dari, remitti,aut dimitti contin-
hat,à Fisco possit vendicari:per quę verba non
potest pars remittere saltem in præiudicium Fi-
6 sci,†ne emptor teneatur soluere totum pretium
in pecunia numerata. *Nauar.de vsur.sub n.*88.
versic. videtur etiam.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Census est nullus si constituatur per vnum in suo prædio,cum obligatione plurium, qui omnes pretium habuerunt.*
2 *Constitutio de censibus ligat etiam in locis non subiectis Ecclesiæ in temporalibus.*
3 *Constitutio Papæ pertinens ad salutem animæ vbique est seruanda.*
4 *Statutũ locale propter æquitatem vbique ligat.*
5 *Constitutio facta ad euitandum peccata est fauorabilis,& extenditur quamuis sit pœnalis.*
6 *Census non est nullus, licet non sit in pecunia numerata,quando constat illam peruenisse ad manus venditoris, vt in cedula bancaria.*
7 *Census est validus si pro pretio detur in solutum quantitas prius debita ex mutuo, seu deposito. & num.* 11.
8 *Datio in solutum succedit loco pretij.*
9 *Debitum ex vna causa potest in aliam conuerti.*
10 *Simulatio non adest ob veritatem causæ præcedentis.*
12 *In alienatione census non debet interuenire pecunia,prout in illo de nouo creando. n.*13.

¶ N. 2. *post verb.* & 59. & n. 21.

Itaut pecunia sit danda ei, qui imposuit censum, si enim constitueretur census per vnum in
1 suo prædio, †cum obligatione trium, qui omnes
receperunt pretium,census erit nullus,quia illũ
imponens nõ habuit totam pecuniam, alij vero
qui eam recipiunt, nõ imposuerunt cẽsum super
aliquo fundo.late *Surd.cons.*421.*& cõs.*318.vbi
respondet omnibus in contrarium facientibus.

¶ N. 4. *post verb.* naturale.

Quamuis verius sit illam constitutionem ligare
2 in omnibus locis,† etiam non subiectis Ecclesiæ
in temporalibus quo ad omnia in ea contenta,
nulla facta distinctione circa ius humanũ vel diuinum. *Honded.cons.*35.*in princ.lib.*2.*post The-*
3 *saur.decis.*154.*n.*4.*Surd.cons.*182.*n.*13. *lib.*2.†
Cum in pertinentibus ad salutem animę Constitutio Papæ sit vbique seruanda, licet non contineat leges naturales,& ciuiles.*glos.in c.*2.*de reg.
iur.in* 6.*Doct.in c.fi.de præscript. & in c. vlt.de
secund. nupt.*

Immo constitutio etiam localis suadẽte æqui-
4 tate,& rationis identitate,generaliter,&† vbiq;
debet ligare, quasi loci demonstratio fiat ratione frequentioris vsus.*c.de immun.eccl.lib.*6.*glo.
in auth.cassa.C.de sacros.eccles. Mandos.reg.*25.
*col.*2.*n.*3.*vers.secundo dato.*

Præterea cum constitutio sit facta ad euitanda peccata,& consulendum animæ,dicitur fauo-
5 rabilis, † & extenditur quamuis esset pœnalis.
glos.in c.statuimus. *in verb.alios. de elect.in* 6.
Abb. in c. ex tenore. qui fil. sint legit. vbi dicit
singulare,& non tradendum obliuioni.*Caputaq.
decis.*215.*num.*5.*p.*3.

¶ N.6. *post verb.* videtur etiam.

Quibus adde non semper censendum esse contractum census inualidum, quamuis non fuerit
6 pecunia in ipso actu numerata, † Nam valebit si
re vera constat pretiũ peruenisse ad manus venditoris census;prout fuisse declaratum in signatura coram sanctissimæ mem. Greg. XIII. testatur *Rot.per Card.Pamphil. Romana census.* vbi
fuit conclusum pro illius validitate,licet in actu
impositionis non interuenisset pecunia, sed solũ
cedula bancaria. *Rot.coram R.P.D.Litta.Eugubien.census.*10.*Februar.*1597. cuius decisionis tenor est apud *Farinac. inter decis.crim.* per
eum recollectas 10.*in fin.n.*14.

Idem esset si præcedens debitum venditoris
7 verteretur in solutionem census,†puta si debitor
ex causa depositi,vel mutui non habens pecuniã
constituendi censum, illum venderet,& daret in
solutum pro quantitate debita, prout in specie
concludit *Surd.cons.*162.*nu.*38.*post Redoan.de
reb.eccles.non alien.rubr. de constitut. ann. cens.
nu.*6.contra *Nauar.de vsur. glos.*4.*num.* 89. ob
8 illam rationem, quia † ista datio in solutum
succedit loco pretij. *l.si prædium. C. de euict.*
Pa-

9 *Paris.conf.75.num.32.lib.4.* † cum debitum ex
vna causa possit conuentione partium conuerti
in aliam. *l.certi conditio. §. deposui. ff.si cert.pet.*
Neque adsit simulatio ob veritatem causæ præ-
10 cedentis. † *l. lucius, ff.depos.* Nec possit conside-
rari fraus in datione in solutum. *Dec.consil.118.*
num.3. Tiraquell.de retract.comment.in præfat.
Prout etiam sufficiet numeratio per depositum
penes Mercatorem, quasi constitutioni possit
1 satisfieri per æquipollens. † Quamuis secun-
dum alios, non videatur tutum admittere con-
tractus census celebratos aliter, quam in pecu-
nia numerata ad tollendas fraudes, prout in
hanc opinionem inclinasse maiorem partem Ro
tæ Romanæ testatur R. P. D. *Penna. Bononien.*
census.15. Febr.1599. quasi constitutio requirat
pro forma realem, & actualem numerationem
pecuniarum, de cuius veritate multa. *Surd. de*
conf.162.num.38.lib.2.

Constitutio autem prædicta de censibus dum
disponit, quod pecunia debeat interuenire in
12 actu celebrationis census, † cum quæreretur an
idem dicendum sit in alienatione eiusdem cen-
sus, Dixi veriorem esse opinionem negatiuam,
licet enim Bulla videatur requirere istam nu-
merationem in illis verbis, tam in censu de no-
uo creando, quam in creato alienando, tamen
dicta clausula non refertur ad pretij numera-
tionem, sed solum ad cætera pacta, quæ in con-
stitutione prohibentur. Cum enim sint plures
species alienationis, vt legatum, donatio, & da-
tio in solutum, cum similibus, non datur in alijs
pretij numeratio, Vltra quod in creando cen-
sum hoc fuit statutum, vt euitentur fraudes. *Na-*
uarr.de vsur.num.85. Ludou. Lopez de contract.
13 *lib.1. cap. 59.* † quæ ratio cessat in censu creato,
quamuis alienetur, & ita seruari in Rota testa-
tur R. P. D. *Manzaned. Rauennaten. saluiani.*
12. Ianuar. 1607. vbi etiam approbatur votum
R. P. D. *Robusterij.* circa intellectum clausulæ
hanc salutiferam, quod non referatur ad substan
tialia adhibenda in creatione, sed ad cætera con
tenta in eadem constitutione.

E P I T O M E.

Quando detur retentio pro melioramentis, & quæ sint pro-
banda ad hoc, vt reficiantur. ¶ Hæres an teneatur resarci-
re deteriorationes fideicommissarijs. ¶ Aestimatio melio
ramentorum an sit facienda secundum tempus restitu-
tionis, vel quando facta fuerunt. ¶ Fructus percepti per
possessores an sint compensandi cum melioramentis.

S V M M A R I V M.

1 *Melioramenta debent esse ad perpetuam rei vti*
litatem vt reficiantur. & num.2.
3 *Retentio datur pro melioramentis. Amplia vt*
n.5.6.7.8.9. & 10.
4 *Melioramenta sunt reficienda, si probetur tan-*
tum impensum, quantum melioratum.
11 *Acquisita ex pretio fideicommissi non spectant*
ad hæredem.
12 *Retentio datur pro melioramentis etiam non li-*
quidatis.
13 *Furti actio competit, si dominus rei melioratæ il-*
lam surripuerit.
14 *Liquidatio melioramentorum reseruntur in*
executione.
15 *Interesse potest liquidari in executione sen-*
tentiæ.
16 *Retentio melioramentorum datur, quamuis non*
sint reseruata.
17 *Hæres tenetur resarcire fideicommissarijs dam-*
num, & diminutionem ex culpa sua.
18 *Melioramentorum æstimatio est facienda secun*
dum tempus restitutionis, non iuxta illud quo
facta sunt. Contrarium n. 19.21. & 22.
20 *In melioramentis attenditur, quod minimum*
est ad fauorem domini fundi.
23 *Possessor bonæ fidei non lucratur fructus percet-*
ptos, sed compensat cum sumptibus factis.

Decisio CCXXV.

QVo ad melioramenta, quæ prætendeban
tur reficienda, & damna petita resar-
ciri in causa inter D. Federicum de Ar-
changelis, & D. Gabriellam Ferrettam de An-
cona, conclusum fuit constare de melioramentis
de iure reficiendis, prout etiam è contra de de-
teriorationibus suis loco, & tempore, cum per
testes omnia probentur: & quo ad melioramen-
ta apparet esse facta ad perpetuam rei vtilita-
1 tem † propter qualitatem rei mutatam, & auctã.
Bald. in l.emptor.de rei vendic.& conf.303.lib.1.
quo casu potest consequi ille, qui tenetur reuen-
dere ab eo, qui vult reemere tanquam facta ad
perpetuam rei vtilitatem; Secus si sint gratia
2 quærendorum † tantum fructuum. *Bald.conf.167*
in fin.lib.1. Natta conf 601.n.1. Menoch.conf.
64.num.27.lib.2. vbi multa quando dicantur ad
perpetuam rei vtilitatem.

Vnde pro illis debeat dari retentio fundi, & al-
3 terius rei melioratæ. † *Neguf.de pignor.4.mẽbr.*
5.p.n.9. Couarr.var.resolut.c.8.lib.1.

Item per testes adest probatio copulatiua,
quod tantum fuerit impensum, quantum melio-
4 ratum, & è contra; quo casu melioramenta † sol-
uuntur. *Abb.in cap.1.de in integr.restit. per tex.*
in l. in fundo.de rei vendic. Alciat.conf.23. in
fin.tom.1. lib.3.

Et regulariter melioramẽta sunt semper præ-
cipua eius, qui illa fecit, itaut non teneatur re-
5 laxare rem, donec sibi soluantur, † vt in colono
est tex.in l.horruorum §.1. & in l.penult.ff.locat.
6 *Paris.conf.79.n.26.lib.3.* In emphyteuta † *l.2.*
C.de iur.emphyteut.Bald.in l.Senatus §. Mar
cellus. de legat.1. Paris.conf.28.n.2.lib.3.Gozad.
7 *conf. 86. num.25.* in feudo, & in marito quo ad
fundum dotalem, in fructuario, & generaliter in
8 quocunque habẽte dominium † non perpetuum.
Decian. conf. 29. num. 5. volum.2. Et in socijs
habentibus rem communem per quatuor men-
ses si alter socius differt soluere melioramenta
9 facta per alium socium, † perdet dominium suæ
portionis *Angel. & Ias. in §. sequens, instit.de*
action. Decian. consil.29. num. 6. lib. 2. Et in

fideicommissis, prout est casus noster si fiant me-
10 lioramenta, † licet solo cedant, quod debeant sa
tisfieri per fideicommissarium, est *text. in l. do-
mos. de legat. 1. Afflict. decis. 87. in fin. Ruin.
cons. 184. num. 15. & consil. 127. in primo dubio.
lib. 3. Bertrand. cons. 21. num. 15. lib. 1. Paris. cōs.
55. num. 22. lib. 3. Rip. in l. vbi pure. §. fin. ad tre
bell. Roman. cons. 276. Guido pap. q. 296. Roland.
cons. 28. in princ. lib. 1. Marzar. de fideicommiss. q.
65. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. reuertatur. n.
235. C. de reuocan. donat. Cephal. cons. 659. n. 34.
& cons. 189. n. 37. lib. 2.* vbi subdit, quod si ex pre
11 tio fideicommissi alias † acquisiuisset, non spe-
ctarent ad heredem. *Aym. cons. 295. n. 4. Tiraq. de
retract. lignag. §. 32. glos. 1. n. 27. in fin. Doctor. in
l. Imperator. §. fin. de legat. 2.*

Non obstat, quod melioramenta non sint li-
12 quidata, quia etiam datur † retentio; licet de
liquidatione non constet, Nam qui meliorauit
habet ius insistendi in re meliorata, donec sibi il
la soluantur. *Decian. cons. 29. num. 19. lib. 2.* vbi
etiam *num. 2.* ampliat ad melioramenta, quæ pe
rijssent sine culpa meliorantis, & non extarent;
possent tamen repeti, & in illis insistere donec
soluantur. *l. si necessarias. in prin. de pignorat. act.
Castren. cons. 425. in primo dubio. lib. 1.* & actio
13 furti † competeret si dominus rei melioratæ il-
lam subriperet. *Tiraquel. de retract. conuen. glos.
1. n. 13. §. 7. Decian. d. cons. 29. nu. 19.* & probatis
melioramentis, prout est in casu, de quo agimus,
14 licet non sit probata † certa quantitas, Iudex æ-
stimare debet, vel saltem retentionem dare pro
illis liquidandis, postmodum in executione ad
exemplum interesse non probari; quia tunc etiā
datur sententia super interesse in executione li-
15 quidando. † *Comens. cons. 103. incip. ad primum.
in fin. Cagnol. in l. quatenus. in fin. de regul. iur.*

Non obstat, quod debebat reseruari in senten
tia ius retentionis, de qua non constat, quia li-
16 cet in ea non sit illud reseruatum, tamen † de-
bentur. *Roland. consil. 28. num. 3. lib. 1.* cum
illorum exceptio possit opponi in ipsius senten-
tiæ executione. *Bart. & Alexand. in l. in fun-
do. in fin. de rei vendicat. Ias. in l. si in area. de
condic. indeb.* Non enim impugnatur sententia,
sed respicit executionem illius. *Negusant. de
pignor. 4. memb. 5. p. numero 10. Gonzad. con-
sil. 86. numero 25. Deciani. consil. 29. num. 18.
libro 2.*

Quo vero ad damna, & deteriorationes idem
fuit dictum, quia quemadmodum fideicommis-
sarius restituet hæredi melioramenta perpetuo
vtilia, & necessaria in rebus subiectis fideicom-
misso. *Socin. consil. 82. in fi. lib. 4.* ita etiam dam-
num tenetur hæres resarcire fideicommissarijs,
17 licet de damno, & diminutione † sine culpa non
teneatur. *Gabr. cons. 22. n. 55. lib. 1.* vbi etiam sub
n. 50. explicet quæ bona restitui debeant, quan-
do fideicommissum est restituendum.

Aestimatio autem melioramentorum diceba-
tur, quod debebat fieri secundum tempus resti-
18 tutionis, † non iuxta illud quo facta sunt. *An-
char. q. 46. n. 6. Rolan. cons. 28. num. 14. lib. 1. Ce-
phal. cons. 32. in fin. Ruin. cons. 14. nu. 3. lib. 1. &
cons. 117. colum. 2. lib. 3. Ias. & Alex. in l. domos.
de legat. 1. Menoch. de recuper. possess. remed.
15. n. 55. Decis. Perus. 24. num. 25.* Licet secun-
dum alios videatur verior opinio, quod sint re-
19 stituenda secundum tempus † factorum melio-
ramentorum in id, quod verè tunc impenderint
pro plantandis arboribus cum vitibus, & eis
educandis, non secundum id, quod fundus est
melioratus. Si enim impendissent puta 50. & fun-
dus esset melioratus in centum, non possunt re-
petere, nisi quinquaginta, & si expensa fuerint
centum, & res non fuerint meliorata, nisi in
quinquaginta, non possunt repeti, nisi quinqua-
ginta. *glos. in l. in fundo. de rei vendic. Abb. in c.
1. n. 4. de restit. in integr. Negus. de pignor. 4.
memb. 5. p. principalis. n. 11. Vestius opinion. 177.
li. 2.* In istis enim melioramentis attēditur, quod
20 minimum est ad fauorem domini † fundi. *Ludo-
uic. decis. 39. in fin. lib. 1.* Et quod sit restituendū
quod fuit expensum, dummodo tamen semper
21 id repetatur, quod minus est, dicit † etiam *Ca-
stren. cons. 324. alias 270. lib. 2. Curt. iun. cons. 144.
col. fin. Brun. cons. 106. in fin. Siluan. cons. 49. nu.
75. Capit. decis. 93. n. 9. Bertr. cons. 21. n. 15. vol. 1.
Natta. cons. 256. n. 4.* vbi dicit *Ang. & Prosdoci-
mum d. cons. Castren.* se subscripsisse. *Marza. cōs.
10. col. 5. & de fideicommiss. p. 3. q. 65. Cagnol. in
l. 2. n. 175. C. de pact. inter empt. Boer. decis. 44. n.
12. Aemil. cons. fi. n. 8. Tiraq. de retrac. conuen. §.
7. glos. 1. n. 8. Bursat. cons. 71. n. 23. & cons. 151. n.
140.* & late *Hip. Rimin. cons. 411. n. 59.* vbi *n. 66.*
dicit hanc opinionem iuribus, auctoritatibus, &
22 † rationibus præualere. *Thesaur. decis. 251. Felin.
cons. 42. n. 9. Gabr. concl. 1. in fin. de acquir.
rer. dom.*

Quo vero ad fructus perceptos bonæ fidei pos
sessor illos non lucratur, sed debet compensare
23 † cum sumptibus per eum factis. *l. sumptus. & l.
emptor. ff. de rei vendic. Socin. iun. cons. 150. n. 32.
lib. 1.* vbi quod licet d. lex loquatur in rei vendi-
catione, tamen idem est in petitione hæreditatis
Alberic. in d. l. sumptus. & est eadem ratio, quia
semper expensa facta est in re aliena, tanquam
in re sua. *Bald. in l. super empti. C. de euictio.* cum
declarationibus, de quibus per *Gabr. concl. 1. de
acquirend. rer. domin.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Retentio est fauorabilis, & datur tam singula-
ri successori, quam contra singularem succes-
sorem. num. 2.*

3 *Executio quando impediatur per exceptionem
melioramentorum, & an sufficiat cautio. nu-
mero 4. & 5.*

6 *Expensa non attenduntur. nisi cesserint in vti-
litatem eius, qui tenetur illas reficere,*

7 *Aestimatio melioramentorum, secundum quod
tempus sit facienda. n. 8. & 9.*

10 *Expensa nimis onerosa non reficienda.*

11 *De-*

11 *Denunciatio potest fieri, vt emptor non faciat expensas in re subiecta restitutioni.*

12 *Res quando dicatur haberi pro derelicta ob impensas excessiuas, & nimis onerosas. n. 13.*

¶ N. 16. *post verb.* cons. 29. n. 18. lib. 2.

Fauorabilis enim est huiusmodi retentio com-
1 petens, non solum in executione sententię, † sed
contra singularem successorem debitoris. *Rip.
in l. vbi. pure. §. qui in distrahendis. n. 3 ad tre-
2 bell. Couar. lib. 1. var. resolut. c. 2. n. 3.* † Sicut
etiam datur singulari successori debitoris. *Socin.
cons. 158. n. 28. lib. 2. Aym. cons. 148. n. 1. & 2.
Surd. de alim. tit. 8. priuil. 62. n. 11.*

Itaut executio impediatur, quamuis sit oblata
cautio per exequi volentem de soluendo melio-
3 ramenta. † *Cast. cons. 17. in fin. lib. 1. Aym. cons.
408. lib. 4. Rimin. Iun. cons. 411. n. 6. lib. 9. Gal-
les. de obligat. camer. p. 4. q. 2. n. 12.* vbi dicit ita
4 iudicatum in Rota Romana. † Licet admitte-
retur fideiussio quando melioramenta non es-
sent liquida. *Put. decis. 471. lib. 2. Rot. diuers.
decis. 659. nu. 1. p. 1.* cum alijs per *Cartar. de-
cis. Genuens. 15. per tot.* Quidquid aliud sit exi-
stente pacto cum clausula, solutis tamen prius
5 melioramentis, † & omnibus expensis; quo casu
non admitteretur fideiussio, sed realiter solu-
tio erit facienda. *Castr. cons. 270. n. 3. lib. 2. Rot.
coram R. P. D. Manzaned. Terracinen. domus. 6.
Aprilis* 1606. & latius in eadem causa 28. *No-
uembris* 1605. cum alijs de quibus amplè *Rut-
ger. Ruland. in thesaur. iur. emphyt. q. 25. n. 23.
cum seq.*

¶ N. 22. *post verba.* in fin. de acquir. rer. domin.

Etenim nō est curandum quantum fuerit im-
6 pensum, sed † an cesserit in illius vtilitatem, quia
id solum dicitur peruenire ad eum, cui res resti-
tuitur. Vnde necesse est, quod constet in tantum
rem esse melioratam. *Glos. in l. in fundo. de rei
vendic. Felin. in c. cum causa. col. penul. de re iu-
dic. Negus. de pignor. p. 5. m. 4. n. 11.* vbi monet
Aduocatum, vt probet non solum quantitatem
impensæ, sed etiam quod res in tantum fuit fa-
cta pretiosior, alias succumbet, & sequitur *Surd.
de alim. tit. 61. q. 7. n. 10. & q. 11. eod. tit. n. 41.*
Et ita seruat *Rot. coram R. P. D. Manzaned.
7 Terracinen. domus. 6. Aprilis* 1606. † post *Con-
stant. Harmenop.* quem dicit optime ista de-
clarare *in prompt. iur. tit. 1. in rubr. de bon. fid.
poss.* Et voluit late *Menoch.* qui hanc opinio-
nem veriorem esse concludit *præsumpt. 32. n. 8.
8 lib. 3.* † vbi intelligit in bonæ fidei possessore,
puta conductore, Emphyteuta, & similibus,
non autem in hærede grauato restituere fidei-
commissum, in quo attendetur tempus restitu-
tionis, prout hanc differentiam ponit *Rum. cōs.
14. n. 3. & cons. 38. n. 25. lib. 1. & cons. 117. col. 2.
lib. 3. & cons. 165. n. 6. lib. 4. Couar. lib. 1. var. re-
9 solut. c. 8. n. 3.* † Et multa quo ad expensas neces-
sarias, & vtiles, quod tempus attendatur addu-
Decis. Marchiæ.

cit *Menoch.* qui amplè distinguit *de arbitrar. cas.
258. in addit. n. 62. vsq. ad n. 74.*

¶ N. 23. *post verb.* concl. 1. de acquirend.
rer. dom.

Et per *Surd. cons. 155. n. 16. lib. 1.* cum alijs quos
adduxi *discep. c. 193. n. 3. 4. & 5.*

Quibus adde quod in istis melioramētis con-
10 siderandū est etiam, vt impensa † non sit magna,
& nimis onerosa; prout diximus in eo, qui po-
test redimere rem venditam, qui licet teneatur
reficere omnes meliorationes vtiles, Tamen
quando sunt tales, ex quibus venditor remoue-
retur à facultate redimendi, præsumerentur
factæ in fraudem illius, vt cogatur rem dimit-
tere, & non essent reficiendæ quamuis bona fide
sint factæ, præcipue si per inopiam non possent
solui. *l. in fundo vbi* Bart. *num. 8. de rei vendic.
Menoch. de recuper. rem. 15. num. 523. post Al-
ber. in l. intra vtile. §. 1. de minor. Tiraq. de re-
tract. conuent. §. 7. glos. 1. nu. 28. Bald. cons. 272.
lib. 3. late Rebuff. in l. vnica. nu. 4. C. de sentent.
11 quæ pro eo quod inter.* † Licet cautius sit de-
nunciare emptori, ne aliquas impensas faciat,
cum rem velit venditor retrahere *Tiraq. dict. §.
7. n. 5. in fin.* cum declarationibus, quas adduxi
discep. c. 193. & alijs per *Rutger. in thesaur. iur.
emph. q. 25. num. 9.* vbi multa quid operentur
huiusmodi denunciationes. Itaut excessiuæ ex-
12 pensæ tunc debeant iudicari, † quando res ha-
beretur pro derelicta. *l. sed an vltro. 10. §. is
autem. ff. de negot. gest. Rot. coram R. P. D.
Manzaned. Terracinen. domus. 6. Aprilis* 1606.
Vbi etiam quod hoc erit in arbitrio Iudicis, qui
considerabit an meliorationes consulto fuerint
13 factæ per eum, † quem sciebat dominus futu-
rum non esse soluendo, & an illum nimium one-
rent; & secundum qualitatem rei, & persona-
rum omnia definiet, cum non dicantur vtiles
impensæ, quæ adeo sunt excessiuæ, vt teneatur
quis rem habere pro derelicta *Bald. cons. 303.
lib. 1. & cons. 332. lib. 3* cum alijs per *Tiraq.
de retr. conuent. §. 7. glos. 1. n. 5. Rutger. in the-
saur. iur. emphyt. q. 25. n. 9.*

EPITOME.

In iurisdictione Iudicis concedenda an attendatur veritas petitionis, seu forma libelli, & quid in causa appellationis.

SVMMARIVM.

1 *Libellus non veritas petitionis attenditur quoad iurisdictionem Iudicis.*

2 *Petitio inspicitur ad cognoscendum, quid debeat solui secundum statutum, & num. 3. 4. & 5.*

6 *Insinuatio requiritur habito respectu tenoris instrumenti, non exactionis. Intellige vt num. 7.*

8 *Gabella soluitur de pretio remanente penes venditorem deductis oneribus.*

9 *Petitio primæ instantiæ non attenditur ad co-
gnoscendum iurisdictionem in causa appella-
tionis.*
10 *Veritas est inspicienda quoad finem iudicij non
quantum ad fundandam iurisdictionem. nu-
mero 11.*
12 *Iudex non impeditur pronunciare super toto,
etiam quod tempore sententiæ summa sit ma-
ior, quam prima facie videbatur, & n. 13.
Amplia vt n. 14.*
15 *Decima soluenda ex forma statuti secundum
valorem rei, intelligitur rectè soluta, licet po-
stea creuerit quoad æstimationem.*
16 *Iurisdictio Iudicis crescit crescente lite rectè
initiata.*
17 *Limitatio iurisdictionis non trahitur ad incre-
mentum. Intellige vt n. 18.*
19 *Iudex competens respectu conuentionis, an sit
quo ad reconuentionem.*

Decisio CCXXVI.

QVo ad iurisdictionem Iudicis conceden-
dam non est examinanda veritas peti-
1 tionis, sed solum est attendenda † for-
ma libelli, & quid, & quantum petatur. *l. penul.
§. quoties.* vbi *Bald. n. 1. de iurisd. om. iud. Afflict.
decis. 293. n. 3. Vant. quib. mod. senten. nul. repa-
rent. n. 70. Papien. in forma responsionis rei con-
uenti. in verb. non tamen animo. Alexand. consil.
57. lib. 2. Neuiz. consil. 15. n. 16. Roland. cons. 87.
n. 5. lib. 2.*
2 Ratio est, quia semper inspicitur † illud quod
petitur. *l. incommodato. §. penul. ff. commodat.* Ex
quo dicimus, quod si statutum disponat actorem
debere soluere sex denarios pro libra de tota
3 summa litis, non inspicitur † quod in effectu de-
betur, sed illud quod petitur. *Bar. in d. §. quoties.
ad fin. & ibi Castr. n. 4. Ias. in §. tripli. n. 1. instit.
de action.* Quod intellige esse verum quando il-
4 lud, quod petitur † est certum. *Bart. in l. in of-
ferendis. sub n. 2. C. de appellat.*
Idem est in consultore, cui si debentur centum
pro libra, inspicitur quod petitur; non quod po-
5 test exigi propter inopiam, licet litigans † sit
pauperior petitore; itaut eius nomen non æsti-
maretur pro centum, vt dicit esse menti te-
nendum *Paris. ad Bart. in d. l. in offerendis. in
verb. in causis.* & notandum esse, quia quotidie
accidit, dicit *Matthes. sing. 142. & ibi Addit. Ias.
in §. actionum. in glos. in verb. communi diuidun
do. instit. de action. Mansuer. in addit. ad Papien.
in form. respons. rei conu. in verbo. soluēda data.*
Hinc etiam dicimus, quod si statutum dispo-
nat, vt habens instrumentum à decem libris su-
pra, debeat insinuare, si aliquis habeat instrumē-
tum centum librarum, quamuis in patrimonio
debitoris non sint nisi decem, & sic in effectu non
6 sit centum librarum, tamen requiritur † insi-
nuatio, quia debemus inspicere tenorem instru-
menti non effectum exactionis. *Bar. in l. in offe-
rendis. n. 2. C. de appell. & in l. qui tabulas. in
princ. n. 2. vers. secunda nota. ff. de furt.*

Intellige quando esset soluendum aliquid ha-
7 bito respectu ad litem, alias semper † deberet
attendi effectus exactionis, vt distinguit *Ias. in
l. penult. §. quoties. col. 2. vers. tertio nota. ff. de iu-
risd. omn. iud.* vbi adducit simile de gabella, quæ
si debet solui de pretio rei venditæ, intelligitur
8 de eo, quod in effectu remanet penes † vendito-
rem deductis omnibus expensis, tam in proxe-
netis, quam in subhastationibus.
Ex istis videbatur, quod causa inter Ioannē
Bonaceram, & Christophorum Fabrum de Ma-
cerata esset decidenda per omnes Iudices, cum
ex tenore petitionis appareat excedere summā
scutorum centum, quo casu secundum facultа-
tes Rotæ non potest quilibet Iudex solus iudica-
re, sed requiritur votum coauditorum, vt in
constitutione rotali c. 28. & 30.
Contrarium tamen visum fuit verius, quia
9 eramus in causa appellationis, in qua non † at-
tenditur petitio, & libellus primæ instantiæ,
sed ad cognoscendum, quæ sit quantitas, & iu-
risdictio, est inspiciendus tenor sententię, à qua
appellatur *l. in offerendis.* ibi, *quantitatem ex ip-
sa Iudicis sententia. C. de appellat.* & ibi *glos. in
verb. decernendam. in princ. Bart. nu. 2. & Ca-
stren. n. 2. vers. & nota hic post princ.*
Non obstat immo debere discuti veritatem,
non autem inspiciendum esse, quod dicitur, vel
10 nominatur, † nisi cum sic verum *l. 1. vbi glos. in
verb. decernetur. de dolo. l. 1. in prin. iuncta glossa 1.
ibi & verum sit. si quadrup. paup. fecis. dicatur.*
Quia respondetur illud intelligi quo ad finem
iudicij, non vt actor consequatur sententiā; Nam
11 quantum † ad fundandam iurisdictionem; & pro-
cessum sufficit sola narratio. *Castren. in l. penul.
§. quoties. in fin. de iurisd. omn. iud.*
Neque obstat, quod licet in sentētia à qua ap-
pellatur adsit vna quantitas: Tamen iudex ap-
pellationis poterit reformare sententiam con-
demnando in maiori summa quam continetur
in illa, à qua appellatur, vel secundum formam
petitionis, & pro summa in libello contenta, &
sic isto respectu quo ad illam maiorem non po-
terit esse iudex, licet sit quo ad minorem con-
tentam in sententia, à qua fuit appellatum.
Quia respondetur hoc non esse inconueniens,
12 cum immo regulariter iudex non † impediatur
pronunciare super toto, etiam quod tempore
sententiæ summa reperiatur maior, quam prima
facie videbatur. *l. ampliorem,* quæ est finalis. *§.
sed cum scimus. C. de appellat.* quod dicit esse no-
tandum *Bar. ibid. n. 1.* [Ex quo infert ad id, quod
dicit tota die occurrere, & prout est casus no-
ster, quod si adsint iudices, qui possunt de causis
cognoscere vsque ad certas summas, si illa causa
prima facie non videbatur excedere iurisdictio-
nē iudicis, licet postea reperiatur maior; tamen
13 poterit super toto pronūciare, † & de illa summa
cognoscere. *Castren. ibid. vers. & sic nota. Bar. in
l. si idem. ff. de iurisd. omn. iud. n. 2. vers. sed quæro.*
14 [Vbi ampliat, etiā quod causa creuerit † per infi-
ciationem partis. ad *tex. in l. item veniunt. §. cū
prædiximus. de petit. hæred. & authent. contra*

qui

qui propriam. vbi *glos. in verb. facta.* C. *de non numer. pecun. Felin. in c.* 2. *n.* 18. *vers. nono intellige. col.* 7. *de prob. V ant. quib. mod. senten. nulla repar. n.* 70. *Bal. in d. l. si idem. in* 1. *lect. in fin. vers. vltimo circa istud. & in* 2. *lect. in §. si vna. sub n.* 2. *vers. circa primam materiam. & versic. secundo quaeritur.* [Vbi per praedicta infert, quod
15 si decima committitur ex forma statuti † secundum valorem rei, intelligitur recte solutum, licet postea ereuerit res quo ad aestimationem. [Ex quibus etiam infert *Salic. in d. §. sed cum simus. n.* 5. post *Guliel. de Cun.* quod si aestimatio rei petitae sit infra iurisdictionem, nihilominus potest iudex pronunciare, quamuis pendente lite res sit tantum meliorata, vt aestimatio ex-
16 cedat iurisdictionem, cum † crescente lite recte initiata crescat iurisdictio iudicare debentis. *Ias. in d. l. si idem. col.* 2. *ad fin. vers. adde etiã. Rota diuers. decis.* 774. *p.* 1. [Limitatio enim iurisdictionis non trahitur ad incrementum, sed ad
17 principium, nisi † incrementum etiam ab initio comprehenderetur in petitione, vt in actionibus arbitrarijs, in quibus ex iudicis officio interesse
18 potest excedere, quod † petitum est, vt concludit *Lanfranc. decis.* 94.

Quando autem respectu conuentionis aliquis sit iudex competens, an etiam possit diei compe tens respectu reconuentionis, licet quo ad illam
19 summam † petitam in reconuentione non possit esse iudex, docet *Castren. in l. si idem. §. quod si mutuo. de iurisd. omn. iud.* & ibi *Ias. col.* 4. *in fin. ibi venio. ad vers. quod si mutuo.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Statutum mandans, vt soluatur de lite decima pars, intelligitur quo ad quantitatem, super qua lis contestatur.*
2 *Notario debetur merces pro extractione instrumenti respectu totius summa, non pro ea parte qua quis vellet vti.*
3 *Legatarius non tenetur dare mercedem notario pro tota haereditate, sed solum pro legato.*

¶ N. 4. ad fin. *post verb.* soluenda data.

Ideo si ex forma statuti debeat solui de lite de-
1 cima pars, erit attendenda quantitas, † super qua lis contestatur, non autem ea, quae est in sententia, vel quae in effectu debetur. *Bart. in l. cum quadam. §. fin. vbi Ias. nu.* 5. *de iurisd. om. iud. Surd. cons.* 66. *n.* 10. *lib.* 1.

¶ N. 8. *post verb.* subhastationibus.

Quare etiam dicimus, quod notario debetur merces pro extractione instrumenti, habito re-
2 spectu ad totã summam in eo contentã, † licet pe tens copiam instrumenti solum velit eo vti pro parte, cũ debeat inspici substantia, non effectus exactionis instrumenti. *Surd. cons.* 66. *n.* 8. *lib.* 1. Decis. Marchiae

Quidquid aliud sit in legatario, qui non tenebitur pro tota haereditate, sed solum pro legato,
3 quasi eius interesse hoc tantum respiciat, † cum etiam vtilitas, quae prouenit ex institutione veniat in consequentiam, non enim potest consequi legatum, nisi probet haeredem institutum, vnde attẽdetur illud, quod principaliter agitur. *Bece. cons.* 47. *n.* 32. Vltra quod vtilitas, quae prouenit legatario ex institutione, restringitur solum quo ad legatum tantum, vnde non mirum si non tenebitur soluere tabellioni, nisi pro legato, non autem pro institutione. *Surd. cons.* 66. *n.* 10. *versic. sed in praesenti casu. lib.* 1.

EPITOME.

Quando contra conuictum de mendacio super vna positione negata praesumatur super alijs negatis, itaut ratione mendacij pars contra quam illud est commissum, releuetur ab onere probandi.

SVMMARIVM.

1 *Conuictus de mendacio super vno negato praesumitur super alio, nisi probet de contrario. Intellige vt n.* 10. *&* 15.
2 *Negans dotis recognitionem non potest opponere exceptionem dotis non solutae.*
3 *Negans filiationem, & postea conuictus praeiudicat sibi, vt in omnibus praesumatur contra eum.*
4 *Contra negantem promissionem, & conuictum intelligitur promissio facta cum stipulatione.*
5 *Conuictus quo ad vnam positionem praeiudicat sibi quo ad reliquas. Intellige vt n.* 12. *&* 15.
6 *Haeres ex semisse si dixerit esse ex quadrante, in solidum conuenitur.*
7 *Negans pecuniam accepisse, & conuictus, non potest ab aduersario exigere probationem non debiti.*
8 *Mendacium in vno dicens, in omnibus dixisse praesumitur, & num.* 9.
11 *Negatio generalis refertur ad omnia petita.*
12 *Verba, non credit vt ponitur, aequiparantur illis narrata, prout narrantur.*
13 *Positio tota potest negari ratione partis falsa.*
14 *Poena mendacij habet locum circa rem indiuiduam secus diuisibilem.*

Decisio CCXXVII.

Contra conuictum de mendacio super vno negato praesumitur super alio negato, nisi per eum probetur contrariũ, & sic ratione mendacij pars contra quam illud
1 est commissum, † releuatur ab onere probandi. *Aym. cons.* 282. *n.* 9. *col. fin. vers. quarto dico.* loquens in eo qui negauit dotis recognitionem, & instrumentum de ea receptum, quod non pos-
2 sit opponere † exceptionem dotis non solutae in odium mendacij. Idem voluit *Castren. cons.* 87. *quantum ad contenta. n.* 2. *ad fin. versic. & licet quantitas sit parua. lib.* 1. Idem *Castren. consil.*
3 302. *ego pauius. lib.* 1. vbi de eo, qui † negauit filia,

liationem, & totaliter intentionem agentis, &
postea conuictus est de mendacio, quod in omni-
bus præsumendum est contra eum. Idem *Castr.*
cons.331.in causa Siluestri.lib.2.n.3.col.2. vers.
tunc dico. vbi de negante promissionem, qui si
4 conuincatur, intelligetur promissio facta † cum
stipulatione, nisi per eum probetur contrarium.
Natta cons.59.circa præsentem.n.16.vsque ad n.
5 *20.col.fin.* vbi de positionibus, in † quarum par-
te conuictus de mendacio, præiudicat sibi quo
ad reliquas, quæ præsumentur veræ, & habendæ
pro confessis; Et facit *l.de ætate.12.§.si cum es-*
set quis. de interrog. action. vbi hæres ex semisse
6 si dixerit ex quadrante, † mendacij pœnam hanc
feret, quod in solidum conuenietur: Non enim
debuit mentiri, dum se minoris portionis hære-
dem asseuerabat, & *l.cum de indebito.25.in prin.*
de probat. ibi absurdum est eum, qui ab initio ne-
7 gauit pecuniam † accepisse, postquam conuictus
est eam accepisse, probationem nō debiti ab ad-
uersario exigere, & hoc in pœnam mendacij, vt
ibi *glos.* notat *in verb. non debiti.*

Et regulare est, quod mendacium dicens in
8 vno, in omnibus etiam dixisse † præsumatur. *arg.*
l.vltima.ff.de rei vendic.auth.contra qui propriã.
C.de non num.pecun. Paris.cons90.n.29.li.1. Ma
scar.conclus.1039.n.7. vbi *n.11.* ampliat contra
eum oriri suspicionem, etiam quo ad alia genera
9 malorum, & *n.12.* vt etiam † præsumatur men-
dax in futurum, & in præteritum. *Alciat. reg. 3.*
præsump.7. Quod intellige quo ad præsumptio-
nem, non probationem, vt ibi per eos, & quando
aliquis est in possessione alicuius malitiæ onus
10 probandi transfertur † in eum, qui contradicit
Natt.cons.59.n.18. post *Bart.in l.si prius.oppos.*
5.de nou. oper. nunciat.

Et multas pœnas in diuersis casibus contra
mendaces enumerat *Gabr. de acquir.poss. concl.*
*5.*per totam. *Marsil.in rubr.de fideiuss.nu.322.*
vsque ad nu.342. & latius *M. Ant.Cuccius in*
tract. de mentiente circa possessionem.

Prędicta tamen fuerunt declarata quãdo quis
negat id, quod est causa sui beneficij, & negat ali
11 quid † specialiter, secus si negaret generaliter
narrata prout narrantur, tunc enim non habet
locum pęna mendacij, etiam quod postea probe
tur illud negatum. *Bar.in l.si ita dubitetur.§.ita*
demum.de fideiussor. Marsil.in rubr. eod. tit. nu.
*336.*post *Ias.in §.omnium autem.n.98.instit. de*
action. vbi dicit esse perpetuo notandum, & nũ-
quam de memoria delendum. *Gabr. de acquir.*
poss.cōcl.5.n.28. Lup.in c.per vestras.§.12. incip.
limita tamen, & intellige prædicta.n.15.fol. 184.
de donat.int.vir. & vxor. Alex. cons. 34. viso &
opportune. col.3.vers. & licet perdatur.n.11. lib.
2. Marsil.sing.242.textum habes.n.5.

Contrarium quod clausula, prout narratur,
non excuset à pęna mendacij, tenet *Felin.* dicẽs
esse communiter reprobatam aliam opinionem
in *c.cæterum.col.pen.n.19.vers.limita tertio. de*
iudic. & in c.1.de litis contestat.col.penult. n.20.
vers.ad tertiam quæstionem, quia, inquit, negatio
generalis refertur ad omnia petita. *Bald.in l. 1.*
vers.sed nunquid. col.3.n.13.C.de ædil.act.

Quidquid tamen dicat *Felin.* non est receden
dum à priori opinione, prout dicit *Paris. consil.*
*100.n.9. lib.3.*post *Ias.in l.sicut autem. §. quod*
autem.de re iud. n.10. vsque ad nu.13. vbi dicit
male sensisse *Felin.* ob rationes, & auctoritates
per eum allegatas.

Idem dictum fuit in respondente positionibus
12 per illa verba, non credo, vt ponitur, † quæ æqui-
parantur illis narrata, prout narrantur *Masc.*
conclus.1177.n.44. post. *Specul.in tit.de position.*
§.septimo.col.5.n.23.vers. responsio refertur. Et
passim admitti huiusmodi practicam negandi
narrata, prout narrantur, & non credendi, prout
ponitur, dicit *Mandos.de monitor.q.29.n.2.ver*
sic.in curia vero. vbi per hoc concludit posse ne-
13 gari totam positionem † ratione partis falsæ, cũ
hæc hodie sit magis communis, & in praxi ser-
uata, prout etiam testatur *Grauat.ad Vestr.cap.*
14.lib.5.num.24.

Intellige secundo prædicta de mendacio ha-
14 bere locum circa rem indiuisibilem, † & indiui-
duam, secus circa diuisibilem, quia si in ea delin
quatur, pœna delictum non egreditur. *Bal. in c.*
1.si de feud.fuer.cont.int.dom. & agnatum.§. vas
sallus.col.2.vers. & in summa.n.3. & 4. vbi lo-
15 quitur de pœna mendacij, † quæ non debet ex-
tendi ad rem, in qua non est illud commissum,
quando est diuisibilis, secus si esset indiuidua, &
ita etiam dicit *glos.in d.§.vassallus.in verb.scit-*
tia, quam testatur ab omnibus approbari, vna
cum *Bald. M. Ant. Cuccus. de mentient. circa*
possess.n.323.tom.3.p.2.fol.298. Ratio est, quia
pœna egredi non debet in his, quæ diuisionem
admittunt. *l. rescriptum. de his quib. vt indign.*
Bald.in l.cogi.C.de petit.hæred.in fi. & d.glos. se-
quitur *Ias.in §.omnium. nu.95. instit. de action.*
Gabr.de acquir.poss.concl.5.n.30.

EPITOME.

Quando dicatur constare de vera numeratione si quis con
fessus fuerit habuisse actualiter pecuniam. [Exceptio
vsurariæ prauitatis, an impediat executionem instru-
menti cameralis.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas in statuto contenta est verificanda.*
2 *Numeratio vera probatur si quis confiteatur*
habuisse actualiter pecuniam. Intellige vt n.9.
3 *Verba, ante præsentem contractum, exponuntur*
ante contractum finitum. Amplia vt nu.4.
5. & 6.
7 *Interpretatio debet fieri, vt actus valeat.*
8 *Interpretatio exclusionis delicti est facienda.*
10 *Notarius non punitur de falso dicens Titium*
habuisse centum ab aliquo numerante, licet
non probetur numeratio. Intellige vt num.
11. & 13.
12 *Realiter non dicitur fieri, quod verbo fit.*
14 *Exceptio vsurariæ prauitatis an impediat execu*
tionem instrumenti cum obligatione camerali.
Et quid stante constitutione rotali. n.15.

DE-

Decisio CCXXVIII.

Mandatum fuit exequi sententiam D. Iudicis à quo in iudicatum transactam ad fauorem Siluij Ferri, contra Salustinm Musciottum de Asculo, cum constet per Salustinm non fuisse litteras citatorias in vim inhibitionis reproductas in tempore, nec prosecutam causam appellationis in termino, de quo in *Constit. Marchiæ lib. 6. c. 9.* & sic est deserta appellatio. *clem. sicut. de appell. c. licet. de sent. excom. in 6. Frãc. in c. personas. in prin. de appell.*

Neque obstat petita restitutio in integrum ex clausula generali, quasi constaret de eius bono iure ex lectura instrumenti census, qui non videbatur factus secundum formam *constitutionis fel. rec. Pij Quinti*, cum dicatur pecunias esse numeratas ante præsentem contractum, quãuis constitutio disponat, quod fiat numeratio in ipso actu celebrationis instrumenti, non autem prius. Vnde cum non sit verificata ista qualitas,
1 contractus est censendus † vsurarius, ita vt non possit confirmari per sententiam iudicis, tanquã contra casum legis prohibentis fieri sub alia forma. *l. non dubium. C. de legib. Aym. cons. 170. in fin.* & in specie census *Nauarr. de vsur. ad fin. notab. 22. num. 88.*

Quia respondetur constare de vera numeratione, cum notarius faciat fidem de ea coram ipso, & testibus facta in scutis, testonis, duplis auri, quos confessi sunt habuisse actualiter, & in pecunia numerata, quos in eius præsentia, & te-
2 stium traxerunt, per quæ verba † probatur vera numeratio. *Felin. in c. si cautio. n. 52. col. 11. in fin. de fid. instrum. Socin. cons. 143. diu profecto. col. 1. vers. sed ad tollendum. n. 4. Masc. de probat. conclus. 1112. n. 1.* [Et licet addantur illa ver-
3 ba † ante præsentem contractum, possunt exponi ante præsentem contractum finitum, prout
4 † exponimus in testibus. *Ang. cons. 275. thema su*
5 *per quo. ante fin.* qui loquitur † ante publicationem instrumenti. *Decian. cons. 40. col. pen. lib. 2.* post *Bart.* & alios *in l. 2. §. creditum. ff. si cert. pet.*
6 qui loquuntur † ante nuptias, calendas, guerram. vel post nuptias, &c. & hæc interpretatio
7 videtur facienda, vt potius actus † valeat. *c. Abbate. de verb. signif. l. quoties. de reb. dub. Aym. cons. 52. n. 2.* Maxime ad exclusionem vsuræ, &
8 † sic delicti, & pœnæ. *Bar. in l. non solum. §. sed vt probari. de nou. oper. nunc. Aym. cons. 9. n. 20.*

Non obstat, quod de iure nõ probetur numeratio vera pretij census, de quo agimus per verba, de quibus in dicto instrumento, cum possit ex
9 ilis etiam probari † confessio partium super receptione pretij, ad doctrinam *Ias. in l. singularia. num. 52. vers. quarto limita. ff. si cert. pet.* vbi quando notarius in testamento mutui dicit, quod Titius fuit contentus habuisse, & recepisse
10 centũ à Sẽpronio † dante, & numerãte licet probetur, quod nulla fuit facta numeratio, tamen notarius non posset puniri de falso, quia censentur verba cõfessionis. Nã respondetur illa procedere in mutuo, quod cum contrahatur tribus modis, re, chirographo, & verbis. *l. 2. ff. si cert.*
11 *pet.* non mirum si in eo illa verba † non inducunt præcisè numerationem: quod secus est in casu nostro, in quo magis per dicta verba infertur numeratio, quia sumus in vno contractu, & vna obligatione, prout ita cõsiderat *Socin. post Bald. cons. 143. diu profecto. colum. 1. in fin. n. 3. lib. 1.* [Præterea in contrario non adsunt illa verba, quæ in casu nostro, videlicet actualiter in pecunia numerata, quos traxerunt in præsentia mei, & testium; per quæ excluditur confessio, & probatur vera numeratio, cum non di-
12 catur realiter fieri, quod verbo fit, † nec dicatur fieri actualiter, quod verbaliter fit, maxime propter verba geminata, prout in specie dicit *Socin. d. cons. 143. col. 1. in fin. num. 4. vers. sed ad tollendam omnem difficultatem. lib. 1.* & stantibus prædictis, si probaretur veram, & actualem numerationem non interuenisse, quod no-
13 tarius possit puniri de falso, † cum d. verba non possint fictè intelligi: post *Bald. in l. fin. num. 10. C. com. vtr. iud.* dicit esse communem *Alex. in l. prædia. num. 4. de acquir. possess. Mascar. de probat. conclus.* 1112. *n. 2.*

Quibus stantibus non potest dici constare de bono iure aperto ad concedendum restitutionẽ in integrum petitam, sed potius de contrario. Vnde conclusum fuit non esse locum restitutioni aduersus claram rem iudicatam ad fauorem Siluij Ferri. Ideo mandatum illam exequi, quod satis fuit, ita vt non esset opus disputare quæstionem propositam, vtrum exceptio vsu-
14 rariæ prauitatis possit impedire † executionem instrumenti, cum obligatione camerali, de qua per *Bero. cons. 85. n. 8. vol. 3. Bald. cons. 275. super præmisso statuto. col. 1. lib. 3. Bened. de Barz. de execut. instrum. Guar. p. 3. q. 7. Afin. super statut. Florentiæ. §. 31. q. 49. Menoch. cons. 109. col. fin. lib. 2. n. 40.* Licet secundum *Constitutionem rotalem §. 46.* huiusmodi exceptiones non
15 impediant † executionem, præstita per exequi volentem cautione idonea iuxta formam litterarum fel. rec. Iulij Papæ Secundi, quarum litterarum vis, & effectus ad alios casus, etiam similes extenditur; & multa quo ad huiusmodi exceptionem, supra *decis. 4. in fin.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Notarius non debet attestari, nisi de his quæ sensu corporis percipit.*
2 *Verbum numerauit intelligitur de actuali numeratione, & excludit confessionem, neq. suffi cit pecuniam adfuisse in sacculo. n. 3.*
4 *Confessio quando veniat, si notarius attestetur de numeratione.*

¶ N. 13. *post verb.* concl. 1112. n. 2.

Natt. Cassan. Aym. Alciat. & alij per Surd. decis.

cis. 284. *n.* 1. Ratio est quia notarius non debet
1 attestari nisi de his, † quæ percipit sensu corpo
ris. *Bart. in auth. si quis in aliquo. in fin. C. de*
edend. Maxime quia verbum numerauit deno-
2 tat actualem numerationem.† *Bald. in rubr. C.*
de fid. instrum. col. 4, *n.* 14. vbi amplius voluit
neque sufficere, quod adfuerit pecunia ostensa
in sacculo; punietur enim de falso, si notarius di
xerit pecuniam fuisse numeratam, quamuis par
tes fassæ fuerint ibi adesse totam pecuniæ quan-
3 titatem. † *Ias.* qui dicit multum notandum *in*
l. singularia. n. 46. *ff. si cert. pet. Nait. consil.* 162.
n. 15. *Surd. decis.* 284. *n.* 4. Quaodo enim adsunt
verba omnino restricta ad visum notarij, & te-
stium, nullo modo possunt verificari in confes-
4 sione, † Cum alias si constaret, qood notarius
non attestaretur de suo, & testium visu, posset
includi cõfessio. *Rom in l. prædia. n.* 4. *de acquir.*
possess. vbi dicit ita esse concordandas opiniones
Bar. & aliorum. Cepol. cons. 22. *col.* 4. *vers. tamen*
puto. Surd. decis. 220. *n.* 7.

EPITOME.

Clausula, appellatione remota, an habeat locum in subdelchato à delegato Principis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio in executiuis non admittitur.*
2 *In separatis de vno ad aliud non infertur.*
3 *Clausula, appellatione remota non babet locum in subdelegato à delegato Principis.*

Decisio CCXXIX.

FVit concessa moderatio inhibitionis ob-
tentæ per D. Fabium Mattheuccium con
tra DD. Iacobum, & Baptistam pariter
de Mattheuccijs, quia sententia R. D. Vicarij
Iudicis à qoo non admittit appellationem, cum
1 simus in † execotiuis. *Felin. in cap. quo ad con-*
sultationem. num. 18. *col.* 8. *vers. idcirco dicit. de*
re iudic. Neque obstat rescriptum Sanctissimi
D. N. allegatum per Fabium, quia est inter di-
uersas personas, & non comprehendit casum, de
quo agimus. Vnde in his, quæ sunt separata
2 de † vno ad aliud non infertur, *l. fin. de calum-*
niator. Bart. in l. Papinianus. in princ. num. 2.
de minor.

Minus obstat exceptio, quæ dabatur contra
sententiam D. Vicarij, quod non potuerit in
caosa pronunciare, & quod clausula appellatio-
3 ne † remota, non habeat locum quando sumus
in subdelegato à delegato Principis, prout in
casu prædicto. *Franc. in cap. pastoralis. num.* 16.
& 26. *de appell. Marsil. sing.* 295. *clausula*,
quia ex litteris Illustrissimi D. Cardinalis Al-
dobrandini apparet causam fuisse commissam
eidem Vicario eum ijsdem facultatibus, ac pri-
uilegijs, prout fuit eommissa Illustrissimo D.
Cardinali Bandino Delegato: Vnde quemad-
modum ab eo non dabatur appellatio, neque
dabitur ab illo, qui in eius locum successit,
Couarr. var. resolut. lib. 2. *cap.* 12. *num.* 3. *vers.*
1. *quia iudex.*

SVMMARIVM.

ADDITIO.

1 *Subdelegatus à Delegato principis non potest procedere cum clausula, appellatione remota concessa Delegato.*
2 *Priuilegium Episcopi, vt ab eius sententijs non appelletur, non competit eius Vicario.*
3 *Clausula, appellatione remota, excludit effectum suspensiuum.*
4 *Clausula, appellatione remota, nihil operatur constito de grauamine, & quando est in parte executiua literarum, & n.* 5.
6 *Appellatio non datur à sententia de exequendo. num.* 7.
8 *Mandatum speciale requiritur ad appellandum ab executione.*
9 *Appellatio permittitur ab excessiua executione.*

¶ N. 3. in fi. *post verb.* quia iudex.

Contraria autem habent locum, quando simpli-
citer essemus in subdelegato à Delegato Princi-
1 pis, † qui non poterit procedere eum clausula,
appellatione remota. *Spin. de testam. glos.* 5. *n.* 36.
in fin. & est tex. in c. super quæstionum. 27. *§. si*
vero. de off. deleg. vbi si vnus ex duobus delega-
tis Principis cum clausola, appellatione remota,
subdelegat alteri acceptanti, non potest subde-
legare, & appellatione remota procedere, quod
tamen ante acceptationem posset; & si ab isto
erit appellandum, appellabitur ad Papam,
quamuis fuerit subdelegatus non in totum, se-
cundum veriorem intellectum, de quo per
Doct. in d. §. super quæstionum. Quasi non possit
hoc facere cum iurisdictione sibi à Condelega-
to commissa, quod poterat ex sola iurisdictio-
ne sibi à Principe delegata. *d. §. si vero. vers. quia*
quod potest.

Ideo etiam dicimus, quod priuilegium com-
2 petens Episcopo, † vt ab eius sententia nõ appel-
letur, non transit in Vicarium. *Bal. & alij in l. à*
proconsulibus. 19. *C. de appellat.* Prout si ex for-
ma statuti appellatio sit prohibita à sententia
Potestatis, non erit prohibita ab ea, quam eius
Vicarius proferret. *Firman. de Episcop. p.* 6. *lib.*
4. *n.* 8. *in fi. Ceph. cons.* 615. *n.* 103. *lib.* 5. *Ias. Rom.*
Franc. & alij per Iacob. Sbrozz. de Vicar. episc.
lib. 2. *q.* 4. *n.* 2.

Quare cum sit data facultas iodicandi cum
3 eadem clausula, appellatione remota, † quæ fuit
concessa primo iudici, erat exclusus effectus su-
spensiuus appellationis, cum huiusmodi clau-
sula illum operetur, & excoset ab attentatis.
c. pastoralis. 28. *§. præterea. de offic. deleg. c. tua*
nobis. in fin. de decim. Franc. in c. bonæ. nu. 36.
4 *de appellat.* Maxime, † quia in casu nostro non
constat de notorio grauamine, quasi tunc nihil
operaretur. *Lancell. de attent. p.* 2. *c.* 12. *limit.* 8.
nu.

nu. 1. & 28. Dec. cons. 49. n. 2. Put. decis. 414. lib. 3. Quamuis esset apposita per Papam. Caput. decision. 33. par. 1. Et multa de dicta clausula, quid operetur, tam si est posita cum causæ cognitio-
5 ne, quam sine, † & quando est posita in parte executiua literarum, quæ tunc non comprehenderet contradicentes de iure, sed solum de facto, late *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 9. §. 1. in annotat. contra nullitat. & attent. nu. 242. post Felin. in c. super eo. de offic. deleg. Doct. in cap. ex*
6 *parte. eod. tit. Lancell. d. c. 12. nu. 35. & 42.* † Et quando esset in parte executiua, quod non excuset ab attẽtatis, est decisio *Rot. coram. R. P. D. Gypsio Gaurten. permutationis. 11. may 1595. Put. decis. 271. lib. 3.*

Et quatenus etiam dicta clausula non adesset, tamen non erat locus appellationi, cum simus in
7 sententia de exequendo, † à qua non datur appellatio *Glos. in l. si eum exceptione. §. hac actione. quod met. caus. Grat. cons. 92. lib. 2. Aym. cons. 283. num. 14. Gabr. de appell. conclus. 4. in fine* Quidquid sentiant *Glos. in l. ab executione. C. quor. appell. non recipiunt. & Alex. cons. 113. n. 10. lib. 5. Roland. cons. 43. num. 5. lib. 1. Dec. in*
8 *c. nouit. n. 40. de appellat.* † Quia contraria opinio est verior, vt neq; à pronuncia de exequendo liceat appellare, quemadmodum non permititur ab executione, prout testatur *Surd. cons. 358. lib. 3.* vbi quod neque executor definit esse
9 talis, quamuis cognoscat de meritis: † ideo neque hoc casu poterit appellari, cum etiam requiratur speciale mandatum ad appellandum ab executione, & debeat inseri causa excessus, nõ referendo se ad acta, sed in specie, & indiuiduo. *Surd. cons. 358. per tot.*

Presertim cum non allegetur aliquis excessus executionis, quo casu permitteretur appellatio.
10 † *Felinus cap. quo ad consultationem. de re iudic. Corn. cons. 71. col. fin. lib. 1. Diaz. reg. 41. Duen. reg. 41. limit. 1.* Intelligendo quo ad effectum suspensiuum, non deuolutiuum, ne alias via executiua sit longior ordinaria. *Ceual.* qui ita practicari testatur *q. 190. post Guter. in l. nemo potest. num. 447. de leg. 1. Canar. de execut. instrum. n. 46. & 47.*

EPITOME.

Statutum de dote lucranda an habeat locum in promissa. Et quid statibus verbis, dare, & restituere, & remanere.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens de dote data non habet locum in promissa, & num. 2. & 3. Intellige num. 5. 6. & 7.*
4 *Statutum loquens de dote lucranda, procedit etiam in non soluta.*
8 *Statutum loquens de dote data habet locum in promissa, etiam si mora non interuenisset, si maritus sustineat onera matrimonij, & n. 9.*
10 *Statutum loquens de restitutione dotis non procedit in promissa. Contrarium n. 11. & 12.*
13 *Verbum restituere applicatur etiam ad illud quod datum non est.*
14 *Verbum, remaneat non refertur nisi ad dotem datam.*
15 *Statutum de dotibus restituendis non vendicat locum, si dies solutionis non aduenit. Contrarium num. 17.*
16 *Opinio Bart. in dubio est tenenda.*
18 *Fideicommissum transmittitur, licet pendente die decedat is, cui est facienda restitutio.*
19 *Rubrica generalis operatur, vt dos promissa verificetur in data.*

Decisio CCXXX.

FVit per D. Iudicem à quo condemnatus Ioannes Rodilossus ad soluendum integram tertiam partem totius dotis promissæ pro eius filia Thadeo Ferro de Asculo: quod dictum fuit esse contra statutum, in quo di sponitur, quod dux partes dotis redeant, & reddantur illi, qui dedit dotem, & tertia pars remaneat marito, & sic præsupponitur dotem
1 fuisse datam: Vnde non † habebit locum in promissa. *Bart. in l. iubemus. la seconda. §. sane. n. 7. col. 1. vers. quæritur quid si dos. C. de sacros. eccles. Tobias cons. 48. n. 9.*

Maxime, quia fuit promissa dos soluenda infra tot annos, vt in capitulis dotalibus, quo casu mortua vxore ante tempus solutionis, non est æquum, quod lucrum extendatur ad dotem
2 † promissam. *Angel. cons. 158. quod si aliquod. Boer. decis. 22. num. 40.* & dicit notabile, & quotidianum. *Rolan. de lucro dot. q. 6. n. 4.* subdens declarandum esse, quando statuti verba sonant in dotem datam, prout est statutum, de quo agimus. *Crot. in rubr. solut. matr. col. fin. in fi.* Præ-
3 sertim quia hic non datur † vlla mora; tunc enim videretur aliter dicendum. *Rolan. d. q. 6. n. 4. in fin. & q. 7.* per totam.

Adde tamen prædictis infrascriptos casus. Primus est, quando statutum simpliciter loquitur de dote lucranda, & tunc vxore præmortua,
4 maritus dotem acquirit, † etiam si tradita, & soluta non sit. *Bald. in l. si donaturus. §. si quis indebitam. in fin. de condit. caus. dat.* vbi *Castren. n. 3. Ias. n. 14. & Alex. n. 7.* vbi de communi, idem *Castr. in l. si marito. §. si pater. ff. solut. matrim. & in l. sed hoc ita.* quam repetit cum *l. non tamen. n. 3. de re iud. & ibi Alex. nu. 16. Socin. in l. de diuisione. n. 4. ff. solut. matrimon. Campeg. in tract. de dot. p. 5. q. 14. Ias. in rubr. solut. matrim. num. 23. & 24.* & ibi *Ruin. num. 361. & seq. Socin. iun. num. 49.* dicens hanc opinionem magis communiter approbari. *Bologn. num. 144. Ias. in §. fuerat. n. 127. inst. de actio. Traquel. de retract. conuent. ad fi. n. 32. & 33. Rol.* qui de communi testatur *de luc. dot. q. 5.*

Secundus casus est, quando statutum non simpliciter de dote loquitur, sed de dote data, vel
5 recepta: & tunc sunt opiniones, † siquidem *Bar. in l. iubemus. §. sane. n. 7. C. de sacros. eccles.* putat maritum non posse vigore talis statuti lucrari, nisi partem dotis vere, & realiter datæ, non autem

autem promissæ, cum statutum ad dotem datã restringatur: Tamen quia contra Bart. magis communiter tenent Doctores, vt dicunt ibi addentes, & alij ad Matthesil. sing. 73. Ideo distinguendum est pro conciliatione, quod aut do-
6 tem promittens fuit in mora soluendi † per interpellationem diei, vel hominis, & tunc dos habetur pro tradita, & comprehenditur sub tali statuto, itaut vir lucrari debeat, nedum tertiam partẽ dotis receptæ, & datę vere & realiter, sed etiam tertiam promissę, seu tertiam totius do-
7 tis. Aut vero nulla mora intercessit, † & tunc non lucratur nisi tertiam dotis datæ, & receptæ, prout loquebatur statutum, & ita *Bart.* declarat, *Bald. in d. l. fin. C. de dot. promiss. n. 2. Castren. in d. §. sane. n. 3.* dicens, quod ista est veritas, prout sępe habuit de facto. idem *Castren. in l. peculium. n. 3. ff. de pecul. & in l. marito. 32. §. si pater. ff. solut. matrim. Angel. consil. 180. incip. pramitto ad euidentiam. Alex. in d. l. si donaturus. §. si quis indebitam. n. 7. Ias. n. 14. ff. de condit. caus. data. Campeg. d. q. 14. p. 5. in tract. de dot. Socin. in d. l. de diuisione n. 5. ff. solut. matrim.* idem *Alex. in d. l. sed hoc ita.* quam legit, cum *l. non tantum. n. 16.* post *Castren. ibidem. ff. de re iudic.* & magis veram dicit idem *Alexand. cons. 63. n. 26. in fin. vol. 4. & consil. 39. in fin. vol. 6. Tiraq. de retract. §. vlt. n. 38.*
8 dicens, quod vbi adest mora † res est citra controuersiam. *Addit. ad Matthesil. sing. 73. Ruin. cons. 133. vol. 4.* dicens, data mora rem esse claram. *Socin. Iun. in rubr. solut. matrim. n. 53.* & ibi etiam *Ruin. n. 167. iuxta cons. Bart. 133. statuto ciuitatis Eugubij, alias communis Sarzani. lib. 1.* & de magis communi, & veriori docet *Rol. de lucro dot. q. 6. iuncta q. 7.*

Et quamuis ipse cum hoc pertranseat, non desunt tamen ex dictis Auctoribus, & alijs infra in sequenti casu citandis, qui verius esse putent verificari, etiam hoc casu statutum in dote pro-
9 missa, quamuis nulla mora † intercesserit, si tamen maritus onera sustineat matrimonialia, ex quo eo ipso videtur in mora irregulari constitutus is, qui dotem dare debet, quod multi ex allegatis Doctoribus tenent sufficere ad hunc effectum statuti de dote lucranda, prout si bene perpenderentur rationes, facile defendi possent.

Tertius casus est, quando statutum loquitur
10 de restitutione dotis, scilicet quod † maritus tertiam partem lucretur, & duas tertias restituere teneatur, vel similia verba; & tunc licet etiam adhiberi possit distinctio supradicta in secundo casu relata: Tamen nulla data mora videretur dicendum, quod maritus debeat lucrari solum partem dotis datæ, non promissæ, cum alias quod datum non est, restitui non possit. *Roland. d. tract. de dot. q. 10.* post *Angel. consil. 158. viso puncto. Alex. in d. l. sed hoc ita. nu. 16. Ias. in l. si donaturus. §. fin. nu. 14. Ruin. cons. 197. num. 5. volum. 1. Socin in l. de diuisione. num. 6. ff. solut. matrim.*

Contrarium tamen tenuit *Angel. cons. 180. pramitto ad euidentiam,* concludens maritum
11 lucrari debere partem totius dotis † promissæ, non obstante quod adiectum fuerit verbum dare, vel restituere, eum verificari possit in restitutione obligationis: & idem dicit in *l. si prædiorum. in fin.* referens se ad *d. cons. C. ad l. falcid. Salic. in l. si constante. vers. nota ad quæstionem. n. 4. C. de donat. ante nupt.* dicens hanc partem esse tutiorem, quos sequitur *Guido pap. decis. 565. n. 3. vers. tertio auctoritate.* subdens procedere indistincte, siue termini solutionis
12 lapsi sint, siue non, † *Ias. in rubr. solut. matrim. n. 20.* dicens hoc verius esse, & *ibidem Socin. iun. num. 53. Bolognet. num. 157. & 158. & Ruin. num. 183.* & latius in *consil. 133. vol. 4. per tot.* Idem *Socin. iun. cons. 35. volum. 1. Alciat. in l. restituere videtur. 75. ff. de verbor. signif.* di-
13 cens per illam legem, videri † etiam restituere quod sibi datum non est. *Tiraq. de retract. conuent. in fin. n. 57.* & faciunt rationes adductæ per *Bart. d. cons. 133.* quia licet in casu illo adesset mora, tamen mouetur etiam propter aliam rationem, quod nomen debitoris est in dote, scilicet obligatio, quæ est de restituendo, & ideo eius lucrum esse debet. Quibus accedat *Cephal. cons. 336. vol. 3. Port. Imol. cons. 85. nu. 33.* vbi respondet pluribus motiuis contrarium tenentiũ, prout facit *Ruin. & Socin. iun. in locis allegatis,* adeo quod ex numero Doctorum ista videtur magis recepta conclusio, cum præsertim contrarium tenentes, vel sibimet alibi, vbi diffusius pertractãne contrarientur, vt *Angel. Ias. Ruin. & Tiraquel.* Vel vt *Alexan. & Ias.* moueantur ex doctr. *Salic.* quæ tamen facit in contrarium, vt diximus, quam etiam contra *Ang.* facere, male dixit *Socin.* prout de *Alexand. & Ias.* adnotauit *Ruin. d. cons. 133. in fin.* subdens quod ista opinio nititur maiori auctoritati, & verior videtur ex rationibus, quibus mouentur *Bartol. Ang. Socin. Ruin. & Cephal.* allegati.

Quibus stantibus verius est, maritum hunc non posse lucrari, nisi solum partem dotis datæ, & per eum receptæ: quia statutum loquitur non simpliciter de lucranda dote, sed adhibet verbum illud data, cum quo adest etiam verbum restituere, & remaneat, quod non potest refer-
14 ri, † nisi ad dotem datã, vt in casu *Ruin. cons. 197 lib. 1.* Maxime, quia etiam rubrica est restricta ad dotes restituendas, adeo quod nigrum nõ potest generaliter intelligi ex vniuersitate rubricę, vt considerat *Rolan. de lucro dotis. q. 9.* Adde, quod nulla mora interuenit; Immo nõdum aduenerat tempus intra quod erat dos soluenda; quo casu facit quod dicebat *Ias. in l. si donaturus. §. fin. n. 16. de cond. ob caus.* quod si Socer fecisset pactum cum genero, vt non teneretur sibi dare do-
15 tem, nisi ad † quinque annos, & interim moriatur vxor, ex quo nulla est mora in dote tradenda, non vendicat locum statutum: quod dicit esse notandum, quia est casus quotidianus, & videtur esse de mente *Ang. d. cons. 156.* vbi aderat simile pactum de soluenda dote infra quinque annos, in quibus terminis pro ista parte consuluit *Roland. consil. 46. vol. 4.* Præsertim cum

in

16 in dubio non videatur recedendum † ab opinione *Bart.* vt dicebat *Socin. iun. d. rubr. solut. matrim. n.* 54.

Licet prædicta non sint omnino tuta, prout
consulit *Cephal. consil.* 336. *volum.* 3. vbi aderat
17 simile † statutum de dotibus datis restituendis,
& adhuc dies solutionis non aduenerat; & tamen
dicit debere lucrari tertiam totius dotis,
etiam si soluta non esset, quia propter mariti vrbanam
dilationem non est priuandus lucro, cum
sustinuerit onera matrimonij: & ita etiam consuluit
Socin. Iun. d. consil. 35. *lib.* 1. & in *repet. rubr. solut. matrim.* vbi Rum. *n.* 5. præsertim,
quia ex communi vsu dos dicitur data quamuis
solum promissa sit, quo casu statutum de dote
data vendicat locum in promissa. *Rol. d. q. 6. n. 6*
quasi tunc agi possit ex promissione, ex qua durat
actio, etiam si matrimonium solutum sit.

Adde, quia statim atque contractum est matrimonium,
& consumatum, & vir sustinet onera
matrimonij, cessit obligatio dotis dandæ, licet
solutio fuerit dilata, quo casu non debet impediri
lucrum, quod ex ea marito defertur, vt dicimus
in fideicommisso, cuius cessit dies quantum
ad obligationem, licet restitutio esset prorogata
post certum tempus, quia quamuis inte-
18 rim pendente † die decedat is, cui facienda est
restitutio, tamen fideicomissum transmittit. *l. Seius Saturninus.* 46. & ibi *glos. ff. ad trebel. Soci. in l. Marcellus. §. res quæ. n. 9. eod. tit.* per quod
videtur tolli obiectum, quod nondum aduenerit
tempus solutionis dotis, vltra quod mariti
vrbana dilatio non est contra eum retorquenda.

Nec obstat, quod statutum loquatur de dotibus
restituendis, quia verba illa verificantur
etiam in dotibus promissis, quo casu verbum
dare, & verbum remanere quamuis de dote tradita
intelligenda essent, tamen quia rubrica est
19 generalior, † & verificari potest in promissis,
trahenda suat ad generalitaté rubricæ. *Roland. d. q.* 9. [Quæ magis procedunt si quoad partem
dotis non solutæ soluerentur viro annuatim fructus
aliqui ratione dilatæ solutionis, quia tunc
eo magis maritus dotem possidere videretur, &
pro tradita habenda esset.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Statutum deferens lucrum dotis intelligitur etiam de promissa. n. 5. intellige, vt n. 11.*

2 *Maritus an lucretur partem dotis quamuis vxorem non cognouerit.*

3 *Statutum, vt mulier non contrahat sine consensu viri, non habet locum antequam fuerit cognita & ad domum traducta.*

4 *Hypotheca super possessionibus facit, vt dos habeatur pro soluta.*

6 *Probatio admittitur per testes, vt statutum possit declarari habere locum in dote promissa quamuis loquatur de data. & n. 7.*

8 *Iudex debet iudicare secundum obseruantiam probatam.*

9 *Testamentum quando valeat, si adhibeantur testes fratres mendicantes, quamuis statutum requirat eos, qui sint de iurisdictione loci.*

10 *Interpretatio statuti quando fiat per obseruantiam.*

12 *Dos non dicitur tradita marito quamuis in capitulis fuerit dictum dat, & assignat. n. 16.*

13 *Verbum, assigno, significat translationem dominij. Intellige, vt n. 14.*

15 *Assigno habet plures significationes.*

17 *Per solam assignationem dotis transfertur dominium sine traditione. Declara, vt n. 118.*

¶ N. 4. ad fin. *post verb.* de lucr. dot. q. 5.

Et fuit decisum per *Rot. coram R. P. D. Ludouisio. Roman. donationis propter nuptias. 30. mar-*
1 *tij* 1601. † Vbi statuto vrbis. *lib.* 3. *cap.* 131.
per quod defertur simpliciter lucrum dotis,
non habita distinctione promissæ, vel datæ, vnde
intelligitur de vtraq; *Bald. in l.* 3. *C. de condit. instit.*

Itaut stante dicto statuto quamuis mulier non
2 fuerit carnaliter cognita à viro, † nec ad domum
ipsius traducta, lucretur etiam maritus partem
dotis, secundum communem opinionem, de qua
per *Castr. in l. cum fuerit. de condit. & demonstrat.* post *Bart. in l. nihil. ff. rer. amot. Corn. in l. quod sine. C. de bon. quæ liber.* De qua tamen
quæstione multa hinc inde adducit *Tiraquel. in l. si vnquam. in verb. donatione largitus. n.* 222. *C. de reuoc. donat. Dec. cons.* 67. *col.* 3. *in fin. Marsil. sing.* 106. *Felin. in rubr. de sponsalib. col. 2. cum*
3 *alijs per Ceuall. q.* 110. † Vbi etiam, quod statutum
vt mulier non contrahat sine licentia viri,
non habet locum, si non fuit cognita, & traducta
ad domum ipsius, contra *Lup. in rubr. de donat. int. vir. & vxor. §. 78. n. 2.*

¶ N. 19. *post verb.* habenda esset.

Quod magis procederet, si extaret hypotheca
super possessionibus, quæ facit vt aliquo pa-
4 cto videatur dos soluta † *Achil. deci. 2. de dot. alias 13. de constit. Rot. coram Card. Seraphin. Auximana dotis. 10. Ianuar.* 1575. vbi etiam, quod illud
Statutum Auximi tanquám generalissimum
comprehendit quoque dotem promissam, cum
5 non sit aperte restrictum ad dotem datam; † &
quamuis ibi adsint verba potius conuenientia
doti datæ, quale est verbum remaneat apud virum,
Tamen stante generalitate statuti, dum dicit
dotis contentæ in instrumento, illud verbum
remaneat, potest recipere interpretationem respectu
iuris incorporalis, vt in eadem *decis. Auximan. dotis.*

Amplius esset admittenda probatio per testes
6 qui deponerent statutum fuisse interpretatú, † vt
habeat locum, etiam in dote promissa, itaut non
sit opus præscriptione quadraginta aonorum,
cum illa interpretatio non sit contra regulas iuris,
quæ loquuntur de interpretatione, sed secundum
ius, quo casu non requiritur tantum tem-

po-

poris spatium. *Alex.cons.94. lib.2.* Et in specie
statuti loquentis de dote est decisio *Rot. per*
7 *Card. Seraphin.d. Auximana dotis.* † Aliud enim
est, quod tractetur de vsu introducente praescri-
ptionem, seu consuetudinem, prout est iuris,
Aliud quando tractatur de vsu, sicut est obser-
uantia de facto introducens interpretationem,
quae cum in solo facto consistat, non requirit tan-
tum tempus. *Butr. in cap. fin. nu. 46. de consue-*
tud. & ibi *Rece.n.25. Rot. coram R. P. D. Ora-*
din. Roman. bonorum de Matthaeis. 14. Martij.
1572. cum declarationibus quas adduxi *de ce-*
8 *ptat. cap. 153. nu. 26.* † Et quod per probationem
istius obseruantiae subsecutae, Iudex debeat iudi-
care talem esse mentem statuti, multis compro-
bat *Surd. decis. 130. n. 18. & 19.* vbi ex hoc con
cludit iudicatum fuisse, valere testamentum,
in quo fuerunt adhibiti testes religiosi, & Fra-
9 tres Mendicantes, aut Clerici, quamuis statu-
tum Matricae disponat, vt in testamentis adhi-
beantur testes, qui sint de iurisdictione eiusdem
communis: licet enim Clerici non sint de dicta
iurisdictione, tamen sufficit pro validitate actus,
10 quod ita fuerit practicatum, † Itaut procedat
talis interpretatio, etiam si statutum dispone-
ret, quod non attendatur consuetudo contra ius
scriptum, *Dec. cons. 11. n. 9.*

Quicquid tamen sit de praedictis, In casu sta-
11 tuti, de quo agebamus, Verius est, vt illud intel-
ligatur de dote realiter tradita, vt supra dictum
est, Alias nulla esset differentia inter promissam,
& cum effectu datam. *Surd. cons. 45. n. 16.* Et in
specie Statuti Asculani, de quo modo est quaestio,
conclusum fuit per *Rot. coram* R. P. D. *Gypsio.*
Asculan. lucri dot. 11. 22. Iunij 1598.

Immo ibi amplius deciditur, quod non proba-
tur dos tradita marito, quamuis in capitulis ma
12 trimonialibus dictum fuerit, † Talis vult dare
cum promissione dotis infrascriptae, etiam quod
dicatur dat, & assignat communiter, & pro in-
diuiso, & pro dote, & nomine dotis vnam do-
mum, &c. Ratio est, nam licet verbum assignare
13 significet veram traditionem, † & dominij tran-
slationem *l. si pluribus. de legat. 1. l. dotis fructus.*
§. vlt. cum l. seq. ff. de iur. dot. Natt. cons. 496.
num. 5. lib. 3. Doctor. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot.
Tamen non semper intelligitur de praesenti tra-
14 ditione, cum trahatur etiam ad futuram. † *Alex.*
in l. talis scriptura. de legat. 1. Rot. diuers. decis.
845. p. 2. Et habet diuersas significationes, & ca-
pitur secundum causas praecedentes, & prout iu-
ris ratio patitur. *Rebuff. in l. assignare. ff. de*
15 *verb. signif.* † Cum aliquando verbum, assigno,
significet nudam traditionem. *Paris. consil. 23.*
nu. 6. lib. 3. vel custodiam, & nudam administra-
tionem. *Bal. in l. omne verbum. n. 7. C. commun.*
de legat. Vel pignus *Bart. in l. si constante. nu. 93.*
ff. solut. matrim. Menoch. cons. 201. num. 7. lib. 3.
ideo tanquam verba dubia debent declarari
contra eum, qui se in illis fundat, & quod hoc
casu potius stent demonstratiue, cu non transfe-
ratur possessio per simplicem pactionem, *est deci-*
sio Rot. corā R. P. D. *Gypsio d. Asculan. lucri dot.*

Neque obstat, quod fauore dotis transferatur
dominium per solam assignationem, vel promis-
sionem, etiā absque traditione. *Guid. pap. q. 524.*
17 Quoniam hoc priuilegium † non extenditur ad
maritum, ad effectum consequendi lucrum dota-
les, vt per R. P. D. *Gypsium ibid.* Licet quando
ex coniecturis, & praesumptionibus, & alijs clau
sulis in instrumento assignationis appositis, pos-
set declarari dubitatio ista, an sit dos tradita,
18 nec ne, per huiusmodi verbum assigno, † tunc
concluderetur esse translatum dominium, & fa-
ctam assedationem in solutum, maxime in assi-
gnatione bonorum mariti, quae fit mulieri solu-
to matrimonio, & ad euitandum delictum, ne
contractus dicatur pignoratitius, & in alijs ca-
sibus, de quibus late *Menoch. cons. 201. n. 6. cum*
seq. lib. 3.

E P I T O M E.

Citatio quando sit facienda, vbi proceditur ex officio Iudicis, & in causa expedienda inspecta naturali aequitate. ¶ Nullitas, quando possit allegari elapso termino per statutum praefixo ad dicendum de ea.

S V M M A R I V M.

1 *Testes sine partis citatione non probant.*
2 *Causa commissa sine iuris solemnitate non potest expediri sine citatione partis.*
3 *Citatio requiritur, vbi proceditur inspecta naturali aequitate.*
4 *Citatio est facienda in causa commissa sola facti veritate inspecta.*
5 *Citatio requiritur ad videndum iurare testes.*
6 *Sententia est nulla non seruato termino ad articulandum.*
7 *Testes in processu informatiuo non probant non citata parte. Intellige vt n. 8.*
9 *Nullitas non potest allegari elapso termino per statutum dato ad dicendum de ea. Intellige vt n. 10. 11. 12. & 13.*
14 *Officium Iudicis potest implorari per prohibitum dicere de nullitate.*

Decisio CCXXXI.

REuocata fuit sententia D. Iudicis à quo,
in causa Mercurij Succulae Albanensis,
cum Vincentio Ciabattano de Asculo;
Nam ex processu apparet testes fuisse examina-
1 tos sine partis citatione, † quo casu non probant
c. in nomine domini. de test. lib. Paris. cons. 83. po-
tuit. n. 13. lib. 1. Ias. in l. properandum. §. sin
autem reus. n. 3. C. de iudic. Vbi enim non datur
dicendi, & reclamandi copia, ibi omnia gesta
corruunt. *l. 3. §. si ad diem. ff. de re milit. l. fin. C.*
de bon. vacant. lib. 10. Natta cons. 502. super
praesenti. n. 28. [Quae procedunt etiam si causa
2 † esset expedienda iuris solemnitate omissa,
licet secus vbi procederetur inspecta naturali
aequitate, *Bar. in l. filius familias. sub n. 4. de do-*
nat. & in l. 2. sub n. 4. vers. & aduerte mirabile.
C. de naufr. lib. 11. Marsil. sing. 75. n. 1. [quam-
uis

3 uis hoc de † naturali æquitate nou videatur approbari per *Feln. in c. in nomine domini col. 2. n.4.vers.secundo declara.de testib.* [Proue etiam
4 vbi procederetur sola facti † veritate inspecta *Brun.cons. 27. circa motiuum. n. 7. col. 2. vers. sexto ex modo procedendi*, post *Bart.in extrauag. ad reprimendum. in verb. & figura.n. 13. col. 3. vers. item etiam in dictis causis.* [Et regulariter citatio ad videndum iurare testes est necessaria, itaut testes tanquam nulliter examinati sine illa
5 fidem † non faciãt. *Caputaq. decis.274.n.2.lib.3.* Immo etiam sententia dicitur nulla, si non fuerit
6 seruatus terminus ad † articulandum. *Aegid. decis.27. Cassad.decis.8.n.6.de rescriptis. Caputaq.decis.149. lib.3.*

Non obstat, quod testes super prætensa turbatiua, & seruitute, de qua agimus, fuerint examinati ex officio pro curiæ informatione; quia etiam quando sumus in processu informatiuo,
7 testium depositiones, non citata parte † nihil nocent. *Dec.cons.54. in princ.* & post *Aret.cons. 163. col. 2.* & alios quos allegat, dicit *Gramm. consil. 63. num. 1.* vbi ampliat etiam in eo, qui habet liberum arbitrium. Neque faciunt aliquod indicium, siue agatur ad partis instantiã, siue Iudex procedat per viam inquisitionis, prout de veriori opinione testatur *Gabr. de citat. conclus. 1. num. 80. ampliat. 11. & num. 103. ampliat. 18. versic. contrarium.* [Et licet quando Iudex procedit ex officio non requiratur ci-
8 tatio; Tamen intelligitur † quo ad ea, quæ potest facere ex officio, & quo ad suam informationem. *Bald. in l.non dubium.col.6.vers.iuxta hoc quæro. C. de legib.*

1 Nou obstat, quod nullitas allegari non possit,
9 ex quo elapsus est terminus per † statutum præfixus ad dicendum de ea. *Alex.cons.105. ponderatis narratis. num.8. lib.5. & cons. 225. lib. 6. Socin. cons. 121. in causa reclamationis. sub nu. 2. versic. sed interim fit difficultas. lib. 5. Aym. cons. 179. num.4.*

Quia respondetur; quod per statutum non censetur reiecta, neque exclusa nullitas ex facie actorum resultans, prout est in casu de quo agi-
8 omus, † cum talis dicatur euidens, & notoria. *Alex.cons.19.n.17.lib.4.* Nam huiusmodi statuto non obstante, ista nullitas tanquam priuilegiata proponi poterit. *Dec.cons.8.n.7. Franc.in cap.dilecto.de appellat. quæst.52.limit.8.& q.54. n.152.in fin.Paris.cons.99.n.23.lib.3. Aym.consil.3.num.4.Gabr.de statut.conclus.2.n.16.vers. contrarium. V ant.in tit. quis possit dicere de nullitate.n.52. vsque ad num. 54.* vbi hoc ampliat, etiam quod terminus, seu instantia ad nullita-
11 tes proponendas esset elapsa, maxime † per viã defensionis. *Alex.cons.81.num.12.col.4.vers.non obstat. lib.3.* & ita intelligendus est *Alexand. d. cons.105.* quicquid dixerit *Aym.Castr.* & alij supra allegati. [Maxime cum per huiusmodi verba generalia statuti nunquam censeatur remota
12 nullitas ex defectu citationis † proueniens. *Innoc. in cap. tua nos. de cohabit. cleric. & muli. Bald. in l.1. col.3. C. quom. & quando iud. Ancharan. cons.262. alias 211. de iure commun. Dec. cons.38.col.pen.n.7. V ant.vbi supra.n.49.Ruin. cons. 37. n. 15. cum seq. lib.5. Mars.singul.75.*
13 [Prout etiam videmus in ea, quæ † prouenit defectu potestatis, & iurisdictionis, late *Becc.cons. 40.num.6.* vbi *num.8. in fin. versic. non obstat secundo loco.* respondet ad *Alex.* & alios qui loquuntur, quando nullitas insurgit ex defectu solemnitatis, non iurisdictionis: quod dicit esse receptissimum apud *Doctores*, reprobato *Alciato* contrarium sentiente *cons.348. tametsi subtilia.* [Præsertim, quia per statutum, neque censetur
14 sublatum officium iudicis, ad quod † semper poterit recurrere grauatus ex nullitate, & per similia statuta exclusus. *Ancharan. cons.208. Iudex. colum. 3.*

Decis. Marchiæ.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Actio & quodcunque remedium est sublatum, quando statutum prohibet molestari aliqua occasione, vel causa.*
2 *Exceptio & officium Iudicis censetur sublatum si per statutum prohibeatur omnis actio, & molestia post viginti annos.*
3 *Officium Iudicis succedens loco actionis est sublatum eodem tempore, quo ipsa actio.*

¶ N. 14. *post verb.* Iudex. colum. 3.

Quæ magis procedunt, quia per statutum de quo agimus, nou prohibetur quis molestari
1 aliqua occasione, vel causa, † tunc enim ne dum diceretur sublata actio, sed quodcunque remedium, per quod iudicialiter, vel extraiudicialiter posset inquietari. *Ruin. consil. 77. num. 6. lib. 2. Socin. iun. consil. 113. num. 38. lib. 1. Rot. coram Cardin. Pamphil. Anconitan. vineæ. 4. Februarij* 1583. Vbi etiam de statuto,
2 ex cuius dispositione tollitur omnis actio, † & prohibetur omnis molestia post viginti annos. Nam censetur sublata exceptio præscriptionis, & officium Iudicis, quamuis alias illud competeret ad reseruandam læsionem. *Calcan. consil. 74. nu. 37.* ratione doli re ipsa, qui dolus constituit in mala fide impediente præscriptionem
3 *cap. fin. de præscript.* † Prout etiam esset sublatum officium Iudicis eodem tempore, quo ipsa actio, quando succederet loco actionis. *Bald. de præscript. 4. p. quæst. 3. princip. nume. 101.* Et quando exceptio competat, licet actio non detur, dixi supra *decis. 151.*

EPITOME.

Appellatio an admittatur in causa præcedentiæ, & modus in ea seruandus in processionibus publicis, & priuatis: & qui possint compelli per Episcopum accedere ad d. processiones, & qua pœna puniantur.

SVMMARIVM.

1. *Appellatio prohibetur in causa precedentia.*
2. *Modus seruandus in causis precedentiae, tam in processionibus publicis, quam priuatis.*
3. *Episcopus non cognoscit controuersias inter confraternitates laicorum.*
4. *Modus incedendi in processionibus est actus spiritualis.*
5. *Laici in actionibus spiritualibus, & concernentibus cultum diuinum subsunt Episcopo.*
6. *Confraternitates laicorum non compelluntur accedere ad processiones per Episcopum.*
7. *Clerici regulares, & seculares exempti possunt compelli per Episcopos accedere ad processiones. Intellige vt num. 8. 9. 10. & 11.*
12. *Episcopi arbitrio remittitur quae sint processiones, ad quas tenentur accedere clerici seculares, & regulares.*
13. *Episcopus an possit imponere poenam excommunicationis regularibus mendicantibus non accedentibus ad processiones.*
14. *Regulares mendicantes non possunt excommunicari ab Episcopo. Intellige vt n. 15.*

Decisio CCXXXII.

Appellatio interposita per confraternitatem laicorum Sanctissimae Trinitatis nō fuit admissa, cū sit in causa pręcedentię,
1 in qua prohibetur † appellari, reclamari, & omnis protestatio, & subterfugium prorsus tollitur, vt in *constitutione fel. rec. Gregorij xiij.* super pręcedentia in processionibus; neque decretum D. Episcopi in aliquo granat d. confraternitatem, cum in constitutione detur modus seruandus in
2 huiusmodi causis, † videlicet, quod quicunque ex fratribus mendicantibus, aut cōfraternitatibus prædictis existentes in quasi possessione praecedentiae, seu iuris praecedendi in processionibus, tam publicis, quam priuatis debeant praecedere. Si vero non constet de dicta possessione inter fratres mendicantes antiquiores in loco controuersiae, tam priuatim, quam publice praecedant, & si contigerit noua monasteria, aut domos alicuius ordinis mendicantium erigi, in quo alterius ex d. mendicantibus monasteria, aut domus prius erecta, aut instituta sint, ille ordo praecedat, qui prius monasterium, seu domum habuerit in d. loco. Quo vero ad cōfraternitates inter se litigātes, qui prius saccis vsi sunt, praecedere debeant in processionibus, tam publicis, quam priuatis, prout ita per D. Episcopum fuit decisum.

Non obstat, quod ad Episcopum non spectet diffinire cōtrouersias, quae solent oriri inter con
3 fraternitates laicorum, † cum non sint personae Ecclesiasticae, inter quas solum poterit vti d. facultate. *c. 13. sess. 25. Concil. Triden. de reformat.* Quia cum modus, & ordo incedendi in processionibus, deferendi habitum, & similia sint actio
4 nes spirituales. *Nauar. cons. 3. de for. compet. nu. 6. lib. 2.* laici in d. actionibus spiritualibus, & concernentibus cultum diuinū subsunt iudicio Epi
5 scopi, † licet quo ad temporalia subsint laicis, Iudex enim laicus nullam habet potestatem super rebus, & actibus spiritualibus, & ecclesiasticis. *cap. 2. de iudic. cap. bene quidem. 96. distinct.* & quo ad d. actus est superior Iudex Ecclesiasticus Iudice laicorum, & idem voluit *Bart. in l. fi. num. 15. col. 2. in fin. versic. quaero coram quibus. ff. de colleg. illic.*

Licet tamen ad Episcopum spectet definitio d. controuersiae, non per hoc confraternitates
6 laicorum poterunt per eum † compelli accedere ad huiusmodi processiones; sed solum inuitari, vt per sacram Congregationem fuit resolutum. [Poterunt tamen compelli omnes exempti, tam
7 clerici seculares, quam † regulares, exceptis il-
8 lis; qui in strictiori clausura viuunt, † vt in *Concil. Trident. sess. 25. c. 13. in fin. de reform.* dummodo tamen isti regulares exempti non absint à
9 ciuitate † vltra dimidium milliare, quo casu non tenentur ad processiones accedere, vt sacra Congregatio censuit, [prout idem est in clericis lon-
10 ge absentibus à ciuitate, † qui de consuetudine non tenentur venire. *Gemin. in c. quando. in fin. distinct.* 38 [Et praedicta intelliguntur de omnibus clericis dioecesanis, quantumuis exemptis, etiam beneficia simplicia in dioecesi obtinentibus, vel officia, putasi deseruiant pro Cappel-
11 lano, etiam in † Ecclesijs exemptis, qui omnes possunt compelli accedere ad dictas processiones per Episcopum, prout declarauit sacra *Congregatio Concil. Triden.* quae etiam remittit arbitrio Episcopi, quae sint istae processiones, &
12 quando sint † pro bono publico, & alijs de causis, de quibus per *Doctor. in cap. nimis praua. u. 2. de excess. prelat. & in c. dilectus. de offic. ordin.* vbi *Felin. in fin. num. 7.* [Ex quibus etiam colligitur, quae poena sit imponenda per Episcopos non
13 accedentibus † ad d. processiones: & quidem circa regulares mendicantes dubium est an possint compelli per Episcopos sub censuris, vt eant ad processiones, iuxta *cap. 13. sess. 25. de regular.* cum habeant priuilegium, vt non
14 possint † ab ordinario excommunicari, suspendi, aut interdici, & sic potius erunt compellendi carcere, & alijs similibus poenis: [& licet *Calder. consil. 8. de regularibus, & Gambar. de auctor. leg. lib. 8. cap. vltim. num. 76.* dicant quod non possunt excommunicari, Tamen ibi loquuntur in exemptis, qui non pote-
15 rant cogi accedere ad processiones, † ad quas etiam quod aliquando iuerint, non per hoc praescribitur contra eos, cum sit facultatis, & sic nullum ius est acquisitum Episcopo contra eos, prout etiam dicit *Felin. in cap. cum olim. in fin. num. 7. de offic. ordin.* Vnde cum vigore Concilij modo subsint ordinarijs, à quibus compelli possunt ire ad processiones, poterunt etiam excommunicari. Cum enim Concil. non det modum compellendi, remittitur eius arbitrio. Maxime cum *Concilium Tridentinum c. fin. sess. 25. de regular.* mandet obseruari omnia decreta concernencia d. regulares, non obstantibus eorū priuilegijs, constitutionibus, cōsuetudinibus, praeterea

præscriptionibus, & regulis etiam iuratis, deputando Episcopos executores in omnibus prædictis casibus.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum potest fieri per Ecclesias Collegiatas super causa praecedentia sine consensu Episcopi. n. 5.*
2 *Causa praeminentia est magni praeiudicij. Intellige vt n. 3.*
4 *Pro bono pacis multa veniunt in compromisso, qua alias non venirent.*
6 *Ius reuerentiale pacto tolli non potest; neque praescribitur n. 7.*
8 *Exemptio inter Episcopum, & Monasterium quando includat ius reuerentiale.*

¶ N. 15. in fin. *post verb.* prædictis casibus.

Quamuis autem pertineat ad Episcopum defi-
1 nire controuersias, † quæ oriuntur quo ad in-
cedendum in processionibus, vt dictum est, Ta-
men poterit etiam super eis compromitti per
Ecclesias Collegiatas sine Episcopi, aut Supe-
rioris sui licentia; Nam licet materia præe-
2 minentiæ sit magni præiudicij. † *Put. decis.* 449.
in fin. lib. 2. *& decis.* 6. *lib.* 3. Itaut non com-
promittatur sine auctoritate Superioris, Ni-
hilominus aliud debet esse super modo inceden-
di, vel accedendi ad processiones; Ratio est,
quia ex hoc nulla subiectio considerabilis indu-
3 citur; † cum sit potius quædam ordinata admi-
nistratio, quæ tanquam licita, & honesta non
prohibetur pacisci, vt tollatur discordia pro
habenda ratione diuini cultus: Cum etiam pro
bono pacis, & quietis multa veniant in com-
4 promisso, † quæ alias non venirent. *Caccialup. de transact. q.* 18. *n.* 8. *in fin. Corset. de priui-
leg. pac. in princ. n.* 2. cum alijs adductis supra
5 *decis.* 6. *n.* 33. *&* 37. † Et ita in terminis resol-
uit. *Rot. coram Card. Seraph. Calaguritan. prae-
minentiarum.* 30. *Iunij* 1568. Vbi quoque ad-
ditur simile de iure reuerentiali, de quo etiam
fit compromissum pro bono pacis; Quidquid
6 alias ius reuerentiale pacto tolli non † possit.
Imol. in l. eleganter. 15. *in princ. ff. solut. matrim. Doct. in c. pastoralis. de donation. Abb. in cap. venerabilis.* 21. *n.* 3. *vers. quinto non potest. de censib.* Quemadmodum neque illud præscribi-
7 tur†. *Gomes. in §. penales. col.* 14. *instit. de action. Gabr. de praescript. conclus.* 12. *num.* 2. Vnde
exemptio concessa per pactum inter Episcopum
& Monasterium non includit exemptionem
8 à iure reuerentiali; † secus in exemptione con-
cessa per Summum Pontificem ex priuilegio.
Cassan. in catal. glor. mund. p. 4. *consider.* 27. *fol.* 110. vbi ita intelligit *Bald. in l. fin. C. de opir. liber.*

EPITOME.

Familia Episcopi, quando gaudeat priuilegio fori, & an notarius dicatur de eius familia, ita vt habeat huiusmodi priuilegium.

SVMMARIVM.

1 *Familia Episcopi gaudet priuilegio fori.*
2 *Episcopus habet multa priuilegia.*
3 *Famuli perpetui clericorum, & Ecclesiarum habent priuilegium fori. Intellige vt n. 4.*
5 *Coloni an habeant priuilegium fori.*
6 *Notarius Episcopi habet priuilegium fori, & dicitur de eius familia.*
7 *Priuilegium fori datur illis, sine quibus priuilegiatus non potest vti priuilegio.*
8 *Notarius dicitur de curia Episcopi.*
9 *Verbum, curia significat iurisdictionem.*
10 *Priuilegium concessum alicui comprehendit scriptores illius, & num.* 11. *Intellige vt num.* 14. *&* 15.
12 *Famuli, Bidelli, & scriptores habent priuilegium concessum scholaribus.*
13 *Priuilegium hospitalis extenditur ad ministros.*
16 *Cartularius dicitur notarius.*
17 *Notarij vniuersitatis scholarium non habent priuilegia concessa scholaribus. Intellige vt num.* 18.
19 *Vicarius Episcopi potest punire excessus officialium laicorum, vt sunt nuntij, cancellarij, executores, & notarij.*
20 *Priuilegium concessum Episcopo trahitur ad personas illi necessarias, & sub eius iurisdictione existentes.*

Decisio CCXXXIII.

Familia Episcopi gaudet priuilegio fori,
1 † tam in ciuili, quam in criminali. *c. fin.*
vbi communiter *Doctor. de offic. Archid.*
2 Quod est speciale † in eo, sicut multa alia, con-
ceduntur Episcopo, quæ alijs negantur. *Butr. & Abb. in c.* 2. *de for. compet. Natta consil.* 576. *nu.* 6. vbi contra Iudices, qui vsurpant huius-
modi priuilegia, multum exclamat. *Hostien. in d. c. fin. de offic. Archid. col.* 3. *in fin. in verb. familiares.* & est communis opinio, vt testatur *Capic. decis.* 12. *n.* 1. *Clar. in §. fin. q.* 35. *vers. quaero nunquid familiares. Dec. in l. in omnibus causis id obseruari. col.* 2. *de reg. iur. Menoch. de arbitr. iud. cas.* 336. *n.* 10. *late Niger. in extrauag. vnic. de vit. & honest. cler. n.* 89. vbi ampliat
3 ad seruos, mancipia, † ac famulos perpetuos
clericorum, & Ecclesiarum, qui etiam gaudent
priuilegio fori sicut eorum domini; licet secus sit
in famulis clericorum non perpetuis, sed tempo
ralibus, vel conducticijs, & mercenarijs pretio
4 seruientibus, † qui non gaudent priuilegio fori,
nec dominorum, etiam quod isti famuli sint ad
5 benepl[illegible]tum. Et quid in colonis† *Thes. dec.* 22.
Quibus stantibus dubitabatur, an notarius
dicatur de familia Episcopi, itaut gaudeat priui-

6 legio fori: & affirmatiua opinio est verior, † quia
cum notarius dependeat ab Episcopo, itaut si-
ne illo commode officium suum exercere non
possit, est ei concedendum huiusmodi priuile-
gium, prout cōceditur regulariter illis, sine qui-
7 bus priuilegiatus non posset vti commodè † suo
priuilegio. *Oldrad. cons. 93. n. 3. Nigr. in d.
extrauag. vnic. n. 93. vers. aduerte tamen. de
vit. & honest. cleric. post Bart. in tract. repre-
sal. q. 6. quæstionis 7. principalis. Bart. in l. 2. C. de
uxor. milit. & in auth. habita. C. ne filius pro
patr. Felin. in c. 2. col. 2. vers. tene istam conclu-
sionem. de for. compet.*
8 Adde quod notarius dicitur † de Coria Epi-
scopi. *Castr. in l. nulli. n. 6. C. de Episcop. & cler.*
& consequenter dicitur de iurisdictione ipsius,
9 cum hoc importet † verbum curia. *Socin. cons.
86. in causa communitatis. n. 5. colum. 2. lib. 1.*
& curiales dicuntur, qui aliquo modo sunt cu-
riæ obligati, vt milites, aduocati, iudices, seu
officiales. *Duenas regul. 55. n. 6.*
Præterea priuilegium concessum alicui ex-
10 tenditur ad scriptores, quia † ipsis seruiunt. *glos.
& Innoc. in c. 1. de locat. Bart. de represal. p.
7. q. 6. num. 8.* vbi loquens de scolaribus ex-
tendit etiam eorum priuilegia ad notarios, quia
inquit sunt necessarij in studio. *Bald. in prohem.
digestorum. §. hac autē tria. n. 7. vers. item nota.*
vbi quod scriptores sunt sub eodem foro sicut
11 † scolares: Idem *Bald. in auth. habita. C. ne
filius pro patre. colum. 4. versic. sequitur. & ver-
sic. nec ob alterius. num. 18.* vbi dicit idem in
ipsorum scolarium famulis, bidellis, & scripto-
12 ribus, † quia sunt appendices. *Rebuf. de priuileg.
scolar. quæst. 166. n. 1.* vbi quod cōpetit famulis,
& nuntijs, cum extendantur ad personas acces-
sorias, sine quibus priuilegium inutile remane-
re posset, prout priuilegium hospitalis porrigi-
13 tur etiam ad ministros † per *consil. 11. Oldradi,*
& per exemptionem Ecclesiæ, ministri eius cen-
sentur exempti. *cap. 1. de priuileg. in 6.* & po-
stea *num. 4.* ampliat ad scriptores subdens id
etiam tenere *Alberic. in l. inter eos. ex quibus
caus. maior.* Idem voluit *Afflict. in rubric. de
sur. prothomis. numero 3. Franc. in prohemio
sexti. numero 11. colum. 3. in glos. in verb. scola-
ribus. Imol. in clem. vnica. nume. 9. de reliq.
& venerat. Sanct.* vbi intelligit de scriptori-
14 bus, † qui actu scribunt, referens se ad notata
per *Cin. in l. omnes. C. de Episcop. & cler. &
Bald. in d. auth. habita. Ancharan. super pro-
hem. sexti. numero 11.* vbi idem de scriptoribus,
quia sunt appendices. *Hostien. in cap. 1. loca-
ti. versic. magistrorum. in princip. & in versic.
ergo extendentur.* Idem voluit *Card. ibidem
num. 3. versic. quæro an scriptores.* licet dicat
15 verius esse, quod d. constitutio † tanquam pe-
nalis non extendatur ad scriptores, prout conclu-
dit ibidem *Anan. sub num. 11.* quamuis ibi
Ancharan. num. 6. teneat cum *Hostiens.* quod
illos comprehendat. [Ex quibus p[illegible]t quod
Ancharan. & Anan. loquuntur in specie in
16 chartulario, qui chartularius † dicitur nota-
rius. *glos. in l. nulli. C. de num. & actuar. lib.
12. Ias. in l. error. columna 4. de iur. & fact.
ignor.* Cassan. *in cathal. glor. mund. par. 7. con-
siderat. 49. fol. 188. Barz. de instrumen. qua-
rantig. quæst. 1. post Bartol. in l. iubemus. §.
sane si hac. num. 14. versic. non obstat hac lex.
colum. 2. C. de sacros. Eccles.*
Non obstat quod Notarij vniuersitatis scho-
17 larium † non habeant priuilegia concessa dictis
scholaribus, & vniuersitati, secundum *Bal. Ca-
stren. & Alexand. in l. scbriniarios. C. de testa-
men. milit. Horat. Lutius. de priuil. scholar. in
fin. num. 4.* quia eorum officium publicum est.
*cap. instrumenta. de fid. instrument. Bald. in
rubr. C. eod.*
Quia respondetur verum esse, quod non ha-
bent omnia priuilegia, sed bene aliqua, ad exem
plum eorum, qui seruiunt militibus, tam cæle-
stis, quam temporalis militiæ, qui habent ali-
qua priuilegia militibus concessa, non tamen
habent priuilegium testandi: Vnde habebunt
18 priuilegium † fori, prout ita in bidello tenet,
& distinguit *Alexand. in d. l. scbriniarios. num.
2.* ergo multo magis erit dicendum in notario,
qui est necessarios plus quam bidellus: quod se-
quitur *Horatius Lutius in dicto tractatu de pri-
uileg. scholar. in fin. num. 4. versic. tertio intel-
lige.* vbi quod gaudent aliquibus priuilegijs, sed
non omnibus, vt electione, immunitate, & re-
presalijs, maxime quando alias priuilegium
non prodesset scholaribus, ad doctr. *Gemin. in
prohemio sexti. num. 12. in princip.* post *Franc.
Anchar.* & alios ibidem.
Ideo dicunt *Doctores*, quod Vicarius Epi-
scopi potest punire excessus officialium laico-
19 rum, qui illi † seruiunt, vt sunt cancellarij, no-
tarij, nuntij, & executores. *Boer. decis. 9. nu-
mer. 7.* post *Auffrer. de potestat. eccles. super
laic. numer. 25. folio 40. Franc. Marc. decis.
481. in fin. part. 1.* Caraue *super ritu ma-
gnæ Curiæ. 49. numero 10. & num. 23. Ca-
pit. decis. 12. Calcan. consil. 72. Soarez lib.
receptarum sententiarum numero 156.* Episco-
pi familia. *Iacob. Sbrozzius* qui loquitur de
notarijs *in tractatu de Vicar. Episcopi. lib. 2.
quæst. 166.* licet dicat quod *Barbat.* post *Bu-
tr. & Ancharan.* teneat contrarium in *capit.
cum contingat. de foro competenti. numero 14.
& num. 89.*
Ex quibus cum notarius dicatur de curia,
sit necessarius Episcopo, & persona accessoria
ad eom, ac appelletur scriptor & chartula-
rius, vt per *Bart. de represal. part. 7. quæst. 6.
num. 8. Baldum in authent. habita. C. ne filius
pro patre;* cum alijs supra allegatis, dicen-
dum est priuilegium fori, quod habet Episcopus
tanquam principalis, & caput, trahi etiam ad
20 eius membra accessoria, & appendices, † ac
personas illi necessarias, & sub eius iurisdictio-
ne existentes, *Mandosius de priuileg. ad instar
glos. 11. num. 32. tom. 18. fol. 135.* post *Ma-
rian. in cap. si quis clericus. declarat. 18. de for.
competen.*

Quæ

Quæ magis procedebant in casu de quo agebamus, cum essemus in scriptore, seu notario, qui actu scribebat, quo casu tanquam magis necessarius d. priuilegio debet gaudere, prout ita loquens de scriptoribus, intelligit *Imol. in clem. vnica. nu. 9. de reliq. & vener. Sanct.* Nihil tamen in prædictis fuit conclusum, cum non fuerit instatum pro resolutione; quamuis inclinaretur in partem affirmatiuam maxime ob multas rationes adductas per D. Franciscum Guidottum Florentinum collegam, virum multa doctrina, prudentia, & probitate.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium fori concessum dominis an extendatur ad famulos.*

2 *Dominus quando possit dici impeditus ex carentia famuli, est arbitrarium Iudici.*

3 *Officialium appellatione qui veniant.*

¶ N: 5. in princ. *post verb.* decis. 22.

Late *Menoch. de arbitr. cas. 562. n. 4. vsq; ad n. 13.* vbi *n. 11.* concludit esse magis proba-
1 bilem opinionem, † quod priuilegium fori concessum dominis extendatur etiam ad famulos, & colonos, si Dominus impediretur vti seruitio coloni, si ille non posset frui priuilegio. *Felin. in c. 2. n. 2. vers. tene istam conclusionem. de*
2 *for. compet.* † Quod erit arbitrarium Iudici cognoscere quando sit damnum, aut impedimentum Domini. *Menoch. ibid. n. 12.* qui etiam multa adducit, an priuilegium immunitatis ab oneribus comprehendat colonos, & famulos.

¶ N. 19. *post verb.* compet. n. 14. & n. 83.

Et qui veniant appellatione officialium. *Cara-*
3 *uit. rit. 49.* vbi de birruario, † & actuario. *Franc. decis. 407. in fin. Fab. Ann. cons. 107. n. 21.*

EPITOME.

Mulier asserens cum iuramento non habere alios consanguineos præter eos qui fuerunt adhibiti, an possit dicere de nullitate contractus, probando quod aderant proximiores, itaut etiam recuperet fructus. ¶ Et quid in minore asserente se maiorem. ¶ Statutum loquens de iuramento confirmatorio, & futuro, an extendatur ad assertorium, & de præsenti. ¶ Confessio insurgens ex productione instrumenti, quando trahatur ad narratiua.

SVMMARIVM.

1 *Statutum non debet opitulari calliditati contrahentis.*

2 *Assertioni verisimili standum est etiam in prohibitis.*

3 *Minor asserens se maiorem ratione mendacij perdit beneficium restitutionis in integrum. & n. 5. Intellige vt n. 26. & 18.*

Decis. Marchiæ.

4 *Mulier asserens rem non esse dotalem, non auditur volens alienationem impugnare.*

5 *Præsentia mariti non sufficit ad inducendum probabilem metum, stante interuentu consanguineorum, & Iudicis. n. 6. & 7.*

8 *Assertio iurata mulieris de non existentia aliorum propinquorum non præiudicat, vt non possit probare contrarium, & agere de nullitate actus. Amplia in minore n. 9.*

10 *Iuramentum non impedit assertionem erroneam.*

11 *Assertioni illius qui non potest actum facere, non statur.*

12 *Statutum loquens de iuramento confirmatorio, & futuro, non extenditur ad assertorium, et de præsenti. Contrarium. n. 14.*

13 *Statutum tollens vires iuramenti est odiosum, & restringendum.*

17 *Actio de dolo est subsidiaria.*

19 *Dolus non debet patrocinari ei, qui illum fecit.*

20 *Creditor debet credere assertioni filij familias asserentis se patrem familias.*

21 *Iuuans se instrumento tanquam valido, non potest de eius inualiditate dicere.*

22 *Confessio quæ insurgit ex productione instrumenti, trahitur ad dispositiua non narratiua. Intellige vt n. 23. & 24.*

25 *Obseruantia dat fidem instrumento non solemni.*

26 *Scientia defectus contractus debet probari, vt obseruantia præiudicet.*

27 *Minor alienans rem sine solemnitatibus potest repetere vna cum fructibus. Intellige vt n. 28. & 29.*

30 *Locupletationis species debet probari.*

Decisio CCXXXIV.

MVlier quæ asseruit cum iuramento non habere alios consanguineos, qui possint interuenire contractui celebrato, præter eos, qui fuerunt adhibiti, an possit postea dicere de nullitate illius, probando quod aderant proximiores tunc temporis, quasi non sit satisfactum statuto requirenti consensum proximiorum. In hac quæstione *Fulgos. consil. 219. visis binis processibus. colum. 3. ad med. vers. rursum posito.* concludit in specie, quod contractus valeat, & non possit de d. nullitate opponi, cum non debeat ex hac falsa assertione decipi
1 contrahens † ignorans, neque sit succurrendum dolo mulieris; Nam statutum debet opitulari infirmitati, non autem calliditati ipsius. *l. si fine. C. ad vellean. l. 2. §. verba. ff. eod.* Maxime quia contrahens cum muliere habuit iustam causam credendi huiusmodi assertioni, cui tanquam
2 verisimili † standum est etiam in prohibitis. *Rimin Iun. cons. 171. n. 39. lib. 2. post Salic. in l. mater. C. de contrahen. empt. Angel. consil. 341. pater emit. col. 1. Alex. cons. 18. consideratis his. vol. 3.* ¶ Idem dicimus de minore, qui asserens
3 se maiorem †, ratione mendacij perdit benefi-

cium

cium restitutionis in integrum. *l. 2. & 3. C. si min. se maior dixer. Rimin. Iun. consil. 228. n. 19. lib. 2.* [Idem de † muliere asserente rem non esse dotalem, quæ non auditur volens huiusmodi alienationem impugnare, & de filio familias asserente esse sui iuris, seu mentiente mortem patris, & de muliere alio modo decipiente contrahentem eum ea, prout omnes prædictos casus late prosequitur *Tiraquell. de legib. connub. glos. 8. in verb. de son mari. l. 16. nume. 135. cum seq.* vbi etiam refert *Fulgos. d. consil. 219. & Steph. Federic. de leg. interpret. p. 2. fol. 5. versic. idem debet intelligi.* & idem post multa concludit *Lamberteng. de contract. mulier. glos. 8. in verb. mariti. n. 112.*

Neque obstat, quod ob præsentiam mariti
5 præsumatur mulier ita asseruisse timore † reuerentiali, quia præsentia non sufficit ad inducendum probabilem, & sufficientem metum. *l. si patre cogente, de ritu nupt. Alexand. consil. 112. quoniam abunde. in fin. lib. 6.* Maxime stante interuentu aliorum consanguineorum, & decre-
6 to Iudicis præsentis, qui † dicuntur interuenisse in casu, de quo agebamus, per quos excluditur omnis metus, & fraus. *Dec. consil. 341. num. 12. Rimin. Iun. consil. 542. num. 97. lib. 5. post Ias. in l. fin. num. 8. ff. de iustit. & iure.* [& quod metus reuerentialis non sit sufficiens ad rescindendam alienationem, vel hypothecam
7 rei dotalis † per multa concludit *Guter. de cotr. iur. cap. 1. num. 15. tom. 6. p. 2. fol. 37. Gomes. de restitut. in integr. num. 27. versic. sed his non obstantibus.*

Contrarium tamen visum fuit verius, ex quo enim statutũ de quo agimus tollit vires iurisiurandi, si mulier contraxerit sine consensu proximiorum, præsumendo iuramentum dolo, & metu extortum, huiusmodi iurata assertio non de-
8 bet † ipsi mulieri præiudicare probato contrario: Nam de facili posset lex fraudari, si ex sola assertione mulieris contractus validaretur, qua enim ratione quis inducitur ad contrahendum eadem facilitate induceretur ad faciendum d.
9 assertionem. ita in specie loquens † de minore, concludit *Socin. cons. 23. circa prædictam consultationem. col. 3. in princ. num. 13. lib. 4. Curt. Iun. cons. 118. præsupponitur. colum. 3. num. 6. vers. tota igitur difficultas. & cons. 119. sacratissima. col. 2. num. 6. vers. sed quid fortius. Socin. Iun. cons. 3. visa, num. 18. in fin. col. 3. lib. 1.* vbi etiam num. 19. subdit præsumi ita iurasse, quia sic credebat: Vnde si potest constare, quod res aliter se habet, non debet d. iuramentum im-
10 pedire † assertionem erroneam. *Bald. in l. error. col. penul. C. de iur. & facti ignor.* Non enim
11 statur assertioni † illius, qui actum liberè facere non potest, neque huiusmodi assertio probat. *Bar. tol. in l. si forte. ad fin. de castr. peccul. Rimin. Iun. cons. 418. num. 24. lib. 4.*

Non obstat statutum loqui de iuramento con-
12 firmatorio, & de futuro, † nos autem esse in assertorio, & de præsenti ad quod non debet extendi: Vnde remanebit in dispositione iuris communis, secundum quod præsumitur istum asserentem fecisse d. assertionem animo decipiendi: quare debet excludi ab omni auxilio sibi de iure competenti, & sic tam restitutionis, quam nullitatis, prout concludit *Anchar. cons. 236. legitur in canone. col. 1. ad fin. vers. & bene aduertendum. Ruin. cons. 103. num. 14. volum. 5. & 6. lib. 4. Castr. cons. 53. visis actis. col. 2. in princ. vers. constat autem. lib. 2. Paris. cons. 97. vt præsentis. num. 49. lib. 1. Corn. consil. 121. videtur. in fin. lib. 3. Abb. cons. 71. quinque dubia. col. 2. num. 2. vers. sed his non obstantibus, & num. 6. col. 3. vers. ex his concluditur. lib. 1. Lambert. de contract. mulier. glos. 8. in verb. mariti. num. 92.* vbi etiam subdit id magis proce-
13 dere, quia † statutum tollens vires iuramenti, dicitur odiosum, sicut è contra est fauorabile mandans illud seruari, vnde est restringendum, non ampliandum. *Bart. in auth. sacramenta puberum. col. penul. vers. pro cuius declaratione, C. si aduersus vendit. Alex. in l. siue apud acta. col. 2. vers. non obstat, C. de transact. Franc. in c. 1. col. 3. vers. quarto limita. de tempor. ordin. lib. 6.*

Quia respondetur prædicta esse extendenda, etiam ad iuramentum assertorium, quod est mi-
14 noris efficaciæ, † quam confirmatorium: Vnde facilius in eo absolutio conceditur, quam in alio. *Doctor.* communiter in *c. mulier. de iur. iur.* & ita respondet *Curt. Iun. cons. 119. sacratissima. num. 2. col. 3. vers. sed quid fortius. lib. 1.* & hanc esse veriorem opinionem, dicit *Rimin. Iun. inst. quibus alien. licet vel non, nu. 30.*
15 Non obstant quæ dicta sunt de minore, † cui asserenti se maiorem denegatur beneficium restitutionis. *d. l. 2. C. si minor se maior dix.* Quia respondetur, prædicta procedere, quando minor vellet petere rescissionem contractus beneficio restitutionis in integrum: secus vbi diceretur
16 nullus ratione solemnitatis municipalis † requisitæ in contractu minorum & non obseruatæ. *l. quid enim. iuncta l. præcedenti. ff. de dolo.* vbi contra pupillum, qui mentitus est, datur actio de dolo, ex quo patet contractum non tenuisse; nam si valeret daretur actio ex contractu,
17 † non de dolo, quæ est subsidiaria. *l. 1. §. ait prætor. ff. de dol.* & ita in specie concludit *Iacob. Beluis. in sua disputatione incip. lege perusina.* quem refert, & sequitur *Io. Andr. ad Specul. in §. vt autem quæ præmisimus. col. 2. in verb. ad hæc. de sent. prolat. Anchar.* loquens de consensu proximiorum in *c. 1. colum. 96. in fin. num. 257. vers. iuxta prædicta etiam quæro. de constitut. Castren. consil. 175. ad primum quæsitum. in fin. lib. 2.* vbi limitat quando vltra d. assertionem
18 filius † se gerebat vt patrem familias. *Rom. consil. 12. viso facto. col. fin. vers. respondendum est breuiter. Cremen. sing. 163. statuto cauetur.* qui etiam loquitur, tam in minore, quam in muliere contrahente sine consensu propinquorum. *Socin. cons. 23. circa prædictam consultationem. col. 3. in princ. num. 13. lib. 4. Gram. decis. 12. per totum. Ant. de Canar. de execut. instrum.*

strum. q. 26. num. 30. Baum. de virtute iuramenti. vers. octuagesimosecundo. num. 148. tom. 4. fol. 341. Rimin. *Iun.* qui de communi, & veriori opinione testatur in *§. 2. instit. quib. alien. lic. vel non. num. 30.* vbi respondet rationibus *Paris. Corn.* & aliorum supra allegatorum. *Marsil. singul. 299. aduertas ad vnum.* vbi dicit esse multum notabile. *Mandos. de ætat. minor. q. 7. num. 2. & 3.* vbi testatur de magis communi.

In casu tamen de quo agebamus videbatur de prædictis esse dubitandum; ex quo enim contrahens ignorabat, qui nã vere essent proximiores, prout in dubio præsumitur, iusta ratione credidit illius iuratæ assertioni. *l. 1.* vbi *Bald. & Salicet. C. ad macedon.* cum secus esset, si id falsum sciuisset. *Tiraquel. de legib. connubial. d. glos. 8. num. 143. & nu. 159.* Ex quo enim adhibuit consensum illorum, qui ex forma statuti debebant adhiberi in defectum magis proximorum, vna cum decreto Iudicis, & alijs solemnitatibus requisitis, non potest considerari aliqua fraus contra mulierem, sed potius aduersus contrahentem, cui dolosè fuit assertum. Vnde debet valere contractus in præiudicium mulieris,
19 quæ fraudem, aut dolum fecit, qui ei non debet prodesse. *§. ita demum. de arbitr. l. verum. §. tempus. ff. pro socio. cap. ad nostram. de empt. & vend.* & ita in specie concludit *Tiraquel. de legib. connub. glos. 8. num. 141.* post *Alexand. consil. 122. quoniam abunde. num. 2. vers. tamen contra dictos filios, lib. 6.* & faciunt quæ in simili tradit *Seraph. de priuil. iuramen. quæst. 30. in fin.*

Neque obstant contraria, quia procedunt quando minor, seu mulier contraxerunt nullis adhibitis consanguineis, quo casu militat illa ratio, quod eadem facilitate qua inductus est ad contrahendum, eadem censetur induci ad dictã assertionem faciendam; secus in casu nostro, vbi interuenerunt alij consanguinei vltra presentiam Iudicis, ob quam ratio facilitatis, & fraudis alicuius non potest considerari. *Rimmin. iun. cons. 542. num. 97. lib. 5.* & contrahens sic adhibuisset alios consanguineos, quam eos, quos adhibuit, nisi dicta assertio dolose facta fuisset. [& prædictis confert quod dicit *Angel. in §. item si. num. 13. versic. quod si ille filius familias, colum. 13. instit. de except.* vbi quod creditor debuit credere soli assertioni filij famil.
20 asserentis † se patrem familias, & dicitur esse in bona fide, & in hista ignorantia, siue sit forensis, siue ciuis, dummodo non sciat, ex quo natus sit, prout est in casu nostro, cum simus in persona, in qua verisimiliter non poterant esse noti alij proximiores, & erat ciuitas populosa.

Præterea quidquid sit de prædicta opinione, quam dicit communem, & veriorem *Rimmald. in §. 2. num. 39. instit. quib. alien. lic. vel non. & Mandos. d. q. 7. num. 2. de min. ætat.* Aliud faciebat pro contractus validitate, quia in casu, de quo agebamus mulier in pluribus iudicijs, & ad diuersos effectus produxit d. instrumentum, & obtinuit. Vnde non potuit postea inualiditatem eiusdem instrumenti allegare,
21 ex quo se iuuit, tanquam valido. † *Salicet. in auth. cassa. nu. 7. quæst. 9. C. de Sacros. eccles.*

Non obstat, quod confessio quæ insurgit ex productione instrumenti, non trahatur ad ea, quæ non probant instrumentum, sed solum ad dispositiua, non autem narratiua: Vnde produ-
22 cens instrumentum potest postea dicere † illud non solemne, neq; fidem facere, confessio enim quæ insurgit ex productione instrumenti non trahitur ad ea, quæ non probant instrumentum. *Bart. in l. post legatum. in princip. nu. 2. ff. de his quib. vt indign.*

Quia respondetur, quod non sumus in narratiuis, sed dispositiuis. Immo inter contrahen-
23 tes, † etiam narratiua quo ad eos probant, & sic dicta confessio ad illa trahetur. *Aym. consil. 77. num. 8.* [Et quatenus non probarent procedunt contraria in confessione tacita, quæ insurgit ex productione prædicta, secus quando
24 pars expressè confessa esset, † vt in casu nostro, cum alias dederit articulos de contentis in instrumento, tunc enim narratiua instrumenti sunt redacta in dispositiuam per expressam confessionem, & illa confessio concordans cum instrumento non potest reuocari, & probat sub commemoratione illius facta. *Mol. in verbo, error confessionis.* post *Innoc. in cap. cum venerabilem in glos. non est verum. vers. sed confiteatur. de except.* cum declarationibus, de quibus ibidem per *Felin. col. 4. n. 22. & in seq.*]

Vlterius in casu nostro non adest sola productio instrumenti, sed etiam commissio executionis secundum eius contenta; Vnde ex quo mulier eo vsus est vti valido ad consequendum rem sibi debitam, & illo tanquam tali se iuuit, non poterit modò eius inualiditatem allegare. *Salicet. in d. authent. cassa. num. 7. q. 9. C. de sacros.*
25 *eccles.* obseruantia enim † dat fidem etiam instrumento non solemni. *Aym. consil. 101. in fin. & consil. 158. num. 12. Simon. de Præt. consil. 76. num. 16.*

Adde prædicta non esse tuta in casu, de quo agimus, quia omisso quod in approbatione videntur etiam requiri solemnitates, quæ in principali contractu requiruntur, de quibus non constat, debebat probari scientia defectus solemnitatis, de qua tamen non apparet; Nam licet exigendo iuxta formam contractus videatur facta
26 approbatio, tamen intelligitur † concurrente scientia defectus contractus. *R. uin. consil. 63. num. 23. in fin. lib. 1. Menoch. de recuper. possess. rem. 15. num. 123.* post *Caluan. cons. 12. in fin.* Tunc enim obseruantia præiudicat quando quis sciuit ipsam scripturam, & defectum solemnitatis in casibus, in quibus toleratur error iuris. *Aym. de antiq. temp. p. 2. versic. quarto limitatur. num. 19. Rota diuers. p. 2. decis. 100. n. 16.*

Stante autem nullitate contractus dicebatur restituendam esse rem cum fructibus, prout di-
27 cimus de minore, qui alienando sine † solemnitatibus potest repetere rem alienatam vna cum fructibus. *l. si prædium. 16. non sponte. C. de præ-*

dijs minor. Dec. conf. 403. *colum.* 5. *num.* 19. *Rimin. Iun. conf.* 5. *num.* 41. [Contrarium tamen est verius secundum distinctionem *Angel. consil.* 160. *D. Catherina. in fin.* vbi quod tenetur contrahens cum mala fide ad fructuum restitutionem, puta si esset fama in vicinia, quod ille esset minor, vel confessus est illum esse minorem, vel ex eius aspectu notorie apparebat minor; vel si
28 esset coniunctus, † aut administrator, quia præsumitur eius ætatem sciuisse: tunc enim, vel quia sciuit, vel quia ignorare non debuit, dicitur contra iura contrahere. *l. si Titius, & Seia. ff. de fideiussor.* Si autem mala fides probari non potest, fructus extantes debent restitui; consumpti vero non restituuntur, dummodo ex eis non fit factus locupletior, quo casu debent reddi, si
29 cut extantes: † licet enim habeat titulum, qui obest restitutioni fructuum, tamen habetur pro non titulo, & restituitur ex æquitate. *l. si me Titium. ff. si cert. pet. Innoc. in c. in literis. de restit. spol. Angel.* qui dicit esse vtile, & quotidianum. *cons.* 160. *in fin.* vbi ex hoc monet Aduocatum, vt probet emptorem factum locupletiorem, vt
30 recuperet fructus, deducendo † speciem locupletationis, cum non sufficiat deducere fuisse conuersos in suos vsus & suæ familiæ, etiam splendidius viuendo, quia non per hoc dicitur locupletior. *l. sed si lege. §. si qui re sua. ff. de petit. hered.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Minor petens pretium rei venditæ sine solemnitatibus videtur renunciare nullitati. Idem in maiore. n.* 2.
3 *Actus nullus non producit actionem ad pretiū.*
4 *Dominus petens fidelitatem, & canonem renunciat caducitati.*
5 *Mulier, Minor, & Prælatus quando possint recipere annuos redditus absq; decreto, & solemnitatibus. n.* 6. *&* 7.

¶ N. 21. *post verb.* de sacros. eccles.

Prout dicimus in minore, qui petens pretium rei venditæ sine solemnitate, videtur re
1 nunciare nullitati, † seu iuri dicendi alienationem nullam. *Alber. in l.* 2. *C. si maior fact. alien.*
2 *rat. hab.* Quod etiam est in maiore, † qui dum pretium petit, nullitatem remittit. *Surd. cons.* 104. *n.* 2. Ratio est, nam si actus esset nullus non
3 produceret actionem ad pretium. † *Idem Surd. de alim. tit.* 6. *q.* 3. *n.* 67. *in fin.* Ex illa enim petitione colligitur voluntas remittendi nullitatem, Ad exemplum Domini petentis fidelita
4 tem à vassallo, † & canonem ab Emphyteuta, qui videntur renunciare caducitate. *Tiraq. de retr. conuent. §.* 1. *glos.* 2. *n.* 6.

Accedat, quod multos annuos redditus ex contractu, de quo agitur, mulier exegit recipien
5 do solutiones, † quæ licet fuerint factæ sine Decreto Iudicis, & consensu proximiorum, Tamen istæ solemnitates non requiruntur, quando soluitur pensio, seu redditus non excedens centum aureos, nec sunt de pluri tempore, quam bien
6 nio: † sicut dicimus de minore, cui potest solui sine solemnitatibus in prędictis casibus, & debitor liberatur, quamuis aliàs soluens sine eorum interuentu non liberaretur; Quidquid aliud sit in Prælato, cui possent indistinctè solui pen
7 siones, † & redditus annui, etiam excedentes summam scutorum centum sine solemnitatibus, cum habeat liberam administrationem. *l. constitutione. de adminiſtr. tut. l. sancimus: ad trebell. Anchar. in c. grauis num.* 11. Vbi *Cardin. col.* 3. *q.* 5. *n.* 6. *deposit.*

EPITOME.

Dos à patre profecta stantibus liberis, quando ad eum redeat. [Ius délatum non agnitum, an transmittatur. [Dos an deferatur filio, vt hęredi. [Pater quando capiat deuoluta ad filium infantem ex successione non agnita.

SVMMARIVM.

1 *Dos à Patre profecta stantibus liberis non redit ad eum secundum consuetudinem Martini approbatam in omnibus curijs. num.* 2.
3 *Consuetudo Martini habetur pro iure communi non consuetudinario.*
4 *Dos dicitur proprium patrimonium filiarum.*
5 *Dos promissa dicitur proprie & vere dos.*
6 *Dos à patre profecta ad illum redit si filius non superuixit matri, nisi per modicum tempus. Contrarium est verius. num.* 7.
8 *Consuetudo Martini defert dotem filio non vt heredi. Contrarium num.* 12.
9 *Ius delatum ex dispositione statuti, non agnitum transmittitur.*
10 *Lucrum dotis quod defertur marito, non agnitum transmittitur. Intellige vt num.* 11.
13 *Pater potest capere deuoluta ad filium infantem ex successione non agnita, itaut habeat restitutionem in integrum. num.* 14.
15 *Infans non transmittit hereditatem patris non aditam ad extraneos heredes. Contrarium num.* 16.
17 *Beneficium abstinendi, quod habet filius à prætore, non impedit transmissionem tanquam vtilem, & commodam.*

Decisio CCXXXV.

Dos à patre profecta extantibus liberis non debet redire ad eum, secundum
1 consuetudinem Martini, † de qua per *Salic. & alios in l. dos à patre. C. solut. matrim. Ruin. cons.* 225. *lib.* 1. *Castr. consil.* 310. *in instrumento dotali lib.* 1. [Quæ consuetudo non
2 est particularis sed Italiæ, & totius † mundi. *Guid. Pap. consil.* 12. *ex facti narratione in fin.* Vnde vbique debet seruari, cum credendum sit Doctoribus de ea generaliter attestantibus tanquam notoria. *Natta cons.* 218. *num.* 5. *lib.* 1.

[Itaut

[Itaut non dicatur iuris correctoria, sed inter-
3 pretatiua, † & habeatur pro iure communi non
consuetudinario. *Alex. in l. post dotem. num. 29. ff. solut. matrim. Thesaur. decis.* 190. *num* 5. Ma-
xime propter æquitatem, quam huiusmodi con-
suetudo habetur ne priuentur filij propria hære-
4 ditate, & bonis maternis, cum dos † dicatur
proprium illorum patrimonium. *l. 1. §. & hoc. C. de rei vxor. act.* [Quæ omnia etiam procedût
in dote promissa, cum dicatur proprie & vere
5 dos, † prout in specie concludit *Dec. inter consil. Socin. Iun.* 35. *num.* 16. *lib.* 1. *Cephal. consil.*
336. *num.* 27. *lib.* 3. [sicut dicimus in statuto lo-
quente de lucro dotis, quod habeat locum in
promissa. *Bal. in l. si quis donaturus. §. si quis indebitum. in fin. de condit. caus. dat. Angel. consil.* 76. *statutum. Roland.* qui de communi, de *lucro dot. q.* 5.

In causa tamen Flaminij Scuralæ dicebatur
huiusmodi consuetudinem non habere locum,
quia filius non superuixerat matri, nisi per mo-
6 dicum tempus, † quo casu debet ad patrem re-
dire, quasi tunc cesset fauor filiorum. *Bald. in d. l. dos à patre profecta. & in auth. sed si quis. num.* 9. *vers. tertius casus. de secund. nupt.*

Contrarium tamen fuit conclusum, quia suf-
ficit conditionem semel extitisse, licet non du-
rauerit. *l. cum vxori. C. quando dies leg. ced. l. si quis hæredem. C. de instit. & substit. Alex. con-*
7 *sil.* 115. *vetus & trita. in fin. lib.* 1. † & ita in
specie concludit *Capic. decis.* 176. *num.* 18. *in fin. Thesaur. decis.* 190. *num.* 10 *post Socin. consil.* 9. *num.* 23. *lib.* 1. *Bertrand. cons.* 309. *col.* 3. *lib.* 2.

Non obstat quod hæreditas non adita non
transmittatur; Quia dicta consuetudo defert do-
tem filio, non vt hæredi, sed aufert illam patri,
eidemque auo, & tribuit liberis, qui dicuntur
8 habere † immediate ab auo. *Castr.* qui loquitur
in specie huiusmodi consuetudinis *cons.* 118. *dubitatio præsentis. in princ. vers. sed in casu nostro. lib.* 2. *Ceph. cons.* 613. *num.* 11. *lib.* 4. [Vnde
ius delatum ex dispositione statuti, vel consue-
tudinis, & ex legis prouidentia, quamuis non
agnitum transmittitur, licet secus esset, quan-
9 do deferretur † ex dispositione testatoris, & ti-
tulo vniuersali. *Ias. in l. si arrogator. col.* 5. *in fin. sub. num.* 14. *ff. de adoption. Alex. cons.* 150. *viso themate. col. fin. vers. nec etiam obstat. lib.* 2.
[vbi infert ad lucrum dotis, quod defertur ma-
rito ex forma statuti, qui illud transmittit etiam
10 † si non sit agnitum; quia datur titulo singulari,
& iura singularia facilius transmittuntur. *Castren. in l. cum in antiquioribus. col. vlt. in fin. numero* 7. vbi de communi. *C. de iure deliber.*
[Quæ tamen intellige non procedere quando
lucrum dotis à statuto deferretur filijs iure hæ-
11 reditario, vt scilicet † succederent in dote cum
hęreditate, tunc enim non transmitteretur. *Ias. in. d. l. si arrogator. num.* 18. vbi ita concordat
opiniones, saluando *Angel. consil.* 81. *D. Maria de Bastardis.*

12 Præterea etiam quod dos † deferatur filio, vt
hæredi, secundum opinionem *Bald. in d. l. dos à patre. ad med. Castren. cons.* 108. *ad med. p.* 2. *Alex. in l. si cum dotem. solut. matrim. Corn. consil.* 116. *num.* 16. *lib.* 2. *& consil.* 137. *num.* 3. *lib.* 4. *Ruin. cons.* 186. *num.* 9. Tamen quando
filius infans decedit, prout in casu de quo agi-
mus, subintrat dispositio *l. si infanti. C. de iur. de-*
13 *lib.* per quam pater potest † capere deuoluta ad
filium infantem ex successione etiam nō agnita.
Capic. in specie *decis.* 176. *num.* 15. *Socin. Iun. cons.* 119. *num.* 19. *lib.* 1. [Itaut etiam possit
petere restitutionem in integrum ex persona fi-
14 liorum pupillorum, qui † paternam hædedita-
tem non adierunt, per quam restitutionem pe-
titam, & obtentam adita priùs hæreditate filio-
rum poterit illam adire. *l. Pantonius. de acquir. hæred.* de communi. *Socin. cons.* 9. *prosequendo. num.* 24. *col.* 9. *vers. competit & aliud. lib.* 1. post
Iac. de Aret. & Cin. in l. qui duos. de reb. dub.

15 Adde quod infans non transmittit † hæredita-
tem patris non aditam, præsertim ad alios ex-
traneos hæredes, secundum *Bald. in l. si infanti. col.* 4. *vers. quapropter. C. de iur. delib. per tex. ibi in vers. sin autem, vel non sit tutor.* dum lo-
quens de omnibus hęreditatibus vniuersim, dicit
eas ad infantes deuolutas, & non agnitas perin-
de haberi, ac si ab initio non essent ad eum dela-
16 tæ. [Sed contrarium est verius †, prout idem *Bal.*
se corrigendo tenuit in *l. apud hostes. C. de suis & legitim. Fulgos. Alex. & Ias. in d. l. si infanti. Bertrand. cons.* 38. *ponitur in facto. in fin. lib.* 2. *Tiraq. in tract. le mort Saisit le vif. declar.* 17. *num.* 3. *p.* 2. & de magis communi, & veriori
opinione testatur *Socin. iun. cons.* 119. *num.* 24. *lib.* 1. [subdens quod licet filius habeat à præto-
17 re † beneficium abstinendi. *§. sed his prætor. instit. de hæred. qualit. & different.* Tamen illud dici-
tur inductum ad eius fauorem; Vnde non debet
damnum operari, & per consequens non impe-
dire transmissionem, quæ dicitur vtilis, & com-
moda ipsi morienti. *l. si filius qui patri. ff. de vulgal. & pupil.* Bart. *in l. si infanti col.* 3.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Ius excludendi fœminas stante masculo, an transmittatur ad hæredes ante agnitam hæreditatem.*

2 *Beneficium rescindendi contractum transmittitur ad hæredes.*

3 *Iura competentia defuncto transeunt ad hæredes.*

4 *Deuoluta ad filium infantem ex successione non agnita quando possint capi, etiam per hæredem extraneum.*

¶ N. 11. *post verb.* bastardis.

Idem est in iure excludendi fœminas stante
masculo: si enim masculus decedat ante hæ-
1 reditatem agnitam, † trasmittit illud ius ad
hæ-

hæredes, quia competit ex dispositione statu-
ti. *Alex. in l. cum antiquioribus. C. de iur. de-
liber. Pinell. in l. 1. p. 1. n. 36. C. de bon. matern.
Surd. decis. 138. n. 15. Aym. cons. 185. n. 3.* con-
tra *Calcan.* qui dicit se lucratum fuisse mille
florenos; quod tamen lucrum non fuit tutum,
cum eius opinio non sit vera, vt dicit *idem
Aym cons. 14. in fin.*

Prout beneficium rescindendi contractum ex
2 capite læsionis, quod transmittitur ad † hæredes
cum dicatur beneficium legis. *Ias. in l. si arro-
gator. col. 7. de adoption. Dec. cons. 202. vt vera
resolutio. in fin. vers. ex quibus omnibus conclu-
3 ditur. Aym. cons. 142. in fin. & cons. 185. in fin.* †
Iura enim competentia defuncto transeunt ad
hæredes. *l. si pactum. de probat.*

¶ N. 14. *post verb.* qui duos. de reb. dub.

Late *Surd. decis. 138. n. 10.* vbi testatur de ve-
4 riori opinione, † quamuis hæres sit extraneus,
& hæreditas ab extraneo peruenerit. *Ceph. cons.
56. n. 5. Bursat. cons. 60. n. 3.* Et non solum in
portione paternæ hæreditatis sibi iure commu-
ni delatæ, sed etiam in ea, quam consequitur ex
statuto sorore exclusa. *Alex. cons. 20. lib. 1.
Socin. cons. 296. lib. 2. Dec. Gabr. Rim. Aym.*
& alij per *Surd. d. decis. 138. n. 16.*

EPITOME.

Compromitti, an possit in duos arbitros, vel arbitratores, vt eligant tertium incertum [Factum per maiorem partem arbitrorum, an valeat. [Laudum etiam nullum defectu Iurisdictionis, quando confirmetur.

SVMMARIVM.

1 *Compromitti non potest in duos, vt eligant tertium incertum, etiam quod post discordiam in illo concordauerint. num. 2. & 3. Amplia vt num. 5. & 6. Limita vt num. 7.*
4 *Principale si non tenet, neque accessorium.*
8 *Arbitratoribus potest dari potestas eligendi incertum.* Contrarium. *num. 9.*
10 *Laudum est nullum si feratur ab vno ex arbitris, & tertio electo absente altero, & nu. 11.*
12 *Factum per maiorem partem arbitrorum valet. Intellige vt numer. 13.*
14 *Laudum etiam nullum potest confirmari.*

Decisio CCXXXVI.

IN cõpromisso facto per Io. Baptistam Mar-
zafortem, & Io. Cordellam die 1. Martij
1595. & cõfirmato die 25. Septembris eius-
dem anni, datur facultas arbitris electis per cõ-
promittentes eligendi tertium in casu discordiæ:
quod conclusum fuit non valere, cum non possit
1 † compromitti in duos, vt eligant tertium in-
certum, quia possunt dissentire in assumendo. *l.
item si vnus. 19. §. si in duos. de arbitr. c. inno-
tuit. eod. tit.*

Non obstat quod arbitri statim post discor-
diam concordarunt in tertio: Vnde cessante ra-
2 tione debet cessare prohibitio, † & sic valebit
compromissum, quod non debet vitiari ex illa
clausula eligendi tertium non certum, cum non
habuerit locum, vt ita in specie concludit *Io.
Andr. ad Specul. de arbitr. §. fin. col. 3. num. 15.
vers. sed. et quod dixi. in verb. nihil. post glos. in
l. si vnus. §. principaliter. in verb. parcatur. ibi
tu dic secundum. eod. tit.*

Quia respondetur, quod cum à principio non
tenuerit compromissum, licet fuerint postea con
cordes in eligenda tertia persona, non tamen
tenuit arbitrium, cum sufficiat vt discordare
3 potuerint, † & partes interim fuerint grauatæ
laboribus, & expensis inutilibus, in quo potius
præsumitur quod debeant dissentire, quam con-
sentire, & sic res erit sine exitu; Vnde concurrit
duplex ratio, tam incertitudinis, quam discor-
diæ: & sic cum non fuerit bene fundatum arbi-
trium, non potest stare super eo ædificium, quia
4 si principale † non tenet, neque accessorium.
*Hostien. in c. innotuit. de arbitr. col. 1. ad fin.
versic. in legali.* vbi ampliat quod tale compro-
5 missum sit ipso iure † nullum. idem voluit *glos.
ibi in verb. legali & Cardin. col. penul. versic.
quinto quaero.* subdens opinionem *Io Andr.* non
esse sine dubitatione, prout etiam dicit *Io. Imo-
la ibid. & Anan. num. 5. versic. quid autem si est
factum.* [Immo si partes litigent coram istis ar-
6 bitris, & tertio sic † electo, non valet processus,
vel laudum inde secutum tanquam nullum ipso
iure. *Anchar. in c. cum à nobis. ad fin. vers. ex his
quaero. de arbitr.* [Quamuis arbitri statim ab
initio facti compromissi concorditer tertium
elegissent: quia posset euenire, quod differrent
electionem tertij, & tunc cum eligerent, essent
discordes; & sic lex bene prouidit obuiandum
casui, qui posset occurrere. *Cardin. in d. c. inno-
tuit. q. 5. versic. item circa prædicta.* vbi tamen
7 limitat † quando sic actum fuisset à partibus in
compromisso, vt arbitri eligant tertium ante-
quam procedant in causa; tunc enim valeret cõ-
promissum, quia per illos prius est concordan-
dum de tertio, & non potest considerari casus,
quod possent diu frustra litigare, cum ex con-
uentione compromittentium non possit procedi
in causa, nisi prius fiat concorditer electio per
arbitros.

Adde prædicta procedere in arbitris, secus
8 autem in arbitratoribus, quibus potest † dari ta-
lis potestas eligendi incertum. *Alex. ad Bar. in l.
item si vnus. §. si in duos. de arbitr. Io. Monac. in
rubr. eod. tit. in 6. Bal. in l. 1. in lectura antiq. C.
de his quæ pœnæ nomin. Rom. singul. 164. tu ha-
bes. Felin. in c. suspitionis. de offic. deleg. num. 1.
post Cardin. consil. 86. in causa quæ vera. Bal. in
l. fin. q. 10. C. de contrahen. empt. glos. in c. cum
à nobis. de arbitr. vbi Hostien. vers. mediatorum.
& Anchar. num. 3. versic. & ista solutio.* [licet
9 † *Cardin. ibi in 3. oppos. in princip. versic. &
potius videtur.* dubitet & teneat quod ratio in-
certitudinis vitiet arbitramentum, sicut arbi-
trum, cum etiam in arbitramento habeant lo-
cum

cum rationes allegatæ in arbitro.

Præterea in casu de quo agebamus, constabat de nullitate laudi tanquam lati ab vno ex
10 arbitris, & tertio † electo absente altero assumpto per Mazzafortem. Nam licet de iure canonico possint arbitri procedere si ille est absens. *cap. 2. de arbitr. in 6.* tamen intelligitur
11 eo † vocato; tunc enim consolidatur eorum iurisdictio. *Felin.* qui de communi *in cap. causam matrimonij. col. fin. vers. tertia limitatio. in fin. de offic. deleg.*

Non obstat Statutum Anconæ de compromissis, *colum. 2.* vbi dicitur quod factum per maio-
12 rem † partem arbitrorum, seu arbitratorum valeat quemadmodum per omnes gestum esset. Quia intelligitur dummodo altera pars absens
13 esset requisita, † prout in specie concludit *Bartol. in l. item si vnus. §. item si plures. in fin. de arbitr.*

Ex quibus fuit conclusum pro nullitate laudi, coram D. Aenea Procaccino Iuris vtriusque Doctore dignissimo, & à Sacra Consulta in multis muneribus, & administrationibus publicis adhibito. [Adde, quia neque constabat de bono
14 iure, de quo si appareret, posset laudum † etiam nullum confirmari, prout dicimus de sententia. *Alex. cons. 111. viso themate. lib. 5. Marsil. singul. 402. sententia si fuit. Gabr. de statut. conclus. 3. num. 25. Crescent. decis. 48. Achill. decis. 114 pendente causa. Grannt.* qui de communi, & veriori opinione testatur *theor. 17. num. 2. ad fin.* [Licet etiam constito de bono iure, ne-
15 que sententia nulla esset † confirmanda, secundũ opinionem *Rom. cons. 407. in casu proposita. n. 3. vers. solo principi. Aym. cons. 270. ad fin. Paris. cons. 107. n. 8. in fin. lib. 4.*

ADDITIO.

¶ N. 13. *post verb.* in fin. de arbitr.

Ideo dicimus quod sententia lata ab vno ex pluribus Iudicibus valet, quando in rescripto adest clausula, quod si non omnes &c. & quando alius Iudex datus inueniri non potuit. *Caputaq. decis. 116. p. 3.*

EPITOME.

Confessio mariti post contractum matrimonium de receptione dotis ab alio quàm muliere, an præsumatur spe futuræ numerationis, seu animo donandi. [In dote confessata an habeat locum auth. res quæ. C. commun. de legat. itaut per eam subuertatur fideicommissum. Decretum Iudicis quando interponendum probatis causis, & in scriptura separata, & quid de consuetudine, & stylo, & à quo possit introduci. [Propinquiores pro consensu præstando in contractibus, quando vocandi.

SVMMARIVM.

1 *Maritus confessus dotem ab extraneo recepisse non potest opponere exceptionem non numeratæ dotis.*
2 *Confessio mariti erga socerum de dote recepta præsumitur simulata.*
3 *Maritus prohibetur donare Socero sicut propriæ vxori.*
4 *Actio de dote quando est communis patri, & filiæ, confessio illius præsumitur simulata. Amplia vt n. 5.*
6 *Auth. res quæ. C. comm. de leg. non habet locum in dote confessata.*
7 *Confessio præcedente promissione probat numerationem in præiudicium confitentis, & tertij creditoris.*
8 *Simulatio probatur per coniecturas, & num. 9.*
10 *Inuerisimilitudo inducit simulationem. & numero 11.*
12 *Simulationis causa est probanda.*
13 *Standum est testibus deponentibus contra producentem.*
14 *Decretum Iudicis est interponendum in scriptura separata probatis, & excusatis causis. Fallit de consuetudine. n. 15. 16. & 17.*
18 *Stylus est obseruandus ad iudicij ordinationem & decisionem pertinens, & n. 20.*
19 *Non requiritur ad esse styli quod sit obtentus in contradictorio iudicij.*
21 *Stylus iuri contrarius non potest induci à Iudice non habente facultatem legis condendæ.*
22 *Magistratus deputati ad ius reddendum non habent potestatem derogandi legi, seu condendi statutum contra ius commune.*
23 *Stylus præscriptus contra ius valet.*
24 *Stylus quando venisset in notitiam populi, vel maioris partis in vim consuetudinis valet.*
25 *Stylus per quod tempus inducatur.*
26 *Stylus contra ius habet locum in causis modici præiudicij.*
27 *Stylus Iudicis valet ad declarationem iuris communis.*
28 *Clausula, omni meliori modo, in decretis habet eundem effectum, ac si dicatur cum causæ cognitione. Fallit n. 29. & 30.*
31 *Proximiores vocati à statuto intelliguntur proximiores in successione.*
32 *Citatio facta domi quomodo facienda.*
33 *Proximiores si nolunt consentire, quid agendum.*
34 *Contractus est nullus ob defectum eorum, qui debebant interuenire.*

Decisio CCXXXVII.

IN causa dominorum Caroli, & fratrum de Falconibus cum D. Iuditta Palmeria de Firmo, primo dubitatum fuit, an quando maritus post contractum matrimonium confessus est recepisse dotem ab alio quam ab ipsamet muliere, præsumatur dos verè numerata, itaut non competat exceptio non numeratæ dotis. Et verior visa est opinio competere dictam
1 exceptionem, nec præsumi † verè dotem à marito receptam, & ab illo extraneo traditam, neque in hoc esse tributum aliquod priuilegium extraneum dotanti, prout ita loquitur *text.*

in

in auth. de tempor. non solut. pecun. super dot.
§. si autem neque. ibi, in nullo discernentibns
nobis, siue mulier tanquam dotem offerens con-
scribat, siue pater, siue alter quispiam pro ea: &
secundum hunc textum ita concludit *Couarr.*
var. resolut. lib. 1. cap. 6. num. 6. versic. esset
alia in hac re species. & veriorem hanc esse opi-
nionem, dicit *Menoch. præsumpt. 12. numero*
79. lib. 3.

Quo ad secundum de simulatione, an præsu-
matur confessio ficta, & animo donandi; conclu-
2 sum fuit, † quod quando maritus confessus est
erga socerum suum dotem ab eo recepisse, pro-
ut est casus, de quo agimus, tunc fraus & simu-
3 latio præsumitur, † quia socero ita donari pro-
hibetur, sicut propriæ vxori. *Bald. Nouell. de*
dote. p. 10. num. 14. vers. & multo magis; quem
sequitur *Menoch. præsump. 12. num. 83. lib. 3.*
Maxime quia sumus in casu, in quo actio de do-
4 te † est communis patri, & filiæ, quia reputa-
tur vna, & eadem persona. *Felin. in cap. si cau-*
tio. num. 83. colum. 21. in princ. versiculo fallit
5 *quinto. de fide instrum.* † vbi ampliat ad cura-
torem, seu negotiorum gestorem, prout sumus
in casu nostro, cum etiam illi reputentur pro
eadem persona ratione officij. *Bald. in l. pollici-*
tatione. num. 3. C. de donat. ante nupt. & sic sa-
tis dicendum est eandem rationem donandi mi-
litare in eius fauorem, quæ militat in fauorem
vxoris; licet quo ad socerum, seu fratrem con-
trarium videatur sequi *Surd. consil. 190. num.*
52. colum. 2. & in tract. de alimentis. quæst. 2.
num. 9.

Quo ad tertium quando sumus in dote confes-
6 sata, † dictum fuit non habere locum *authen. res*
quæ. C. commun. de leg. illa enim non venit re-
stituenda super bonis prohibitis alienari, & su-
biectis fideicommisso. *Paris. cons. 52. num. 40. p.*
2. vbi sub *num. 42.* subdit, quod licet talis con-
fessio noceat marito post tempora decursa, non
tamen debet præiudicare creditoribus, nec per
talem confessionem dicitur subuerti fideicom-
missum ex dispositione *d. auth. res quæ.* cuius di-
spositio procedit in dote vera, non in confessa-
ta, prout ita in specie dicit tenere *Bald. de dot.*
p. 6. priuil. 13. num. 3. qui ibi testatur sæpissi-
me consuluisse. *Signor. de homed. consil. 253. sub*
num. 4.

7 Non obstat, quod in casu nostro præcessit †
promissio dotis; tunc enim si secuta est confes-
sio mariti de dote recepta, probatur vera nu-
meratio, non solum in præiudicium confiten-
tis. *l. in contractibus. §. sed quoniam securitati-*
bus. C. de non numer. pecun. Aym. cons. 40. in
princip. [Sed etiam in præiudicium tertij, &
creditorum. *Afflict. decis. 402. colum. 2. Gabr.*
conclus. 4. num. 2. vbi de communi, *de iure dot.*
cum distinctionibus tamen, de quibus per *Me-*
noch. præsumpt. 13. num. 21. & 24. lib. 3. Ma-
xime quia hic non agimus de bonis subiectis fi-
deicommisso, neque probatur in actis illa adesse,
& sic non potest dici habere locum exceptio-
nem allegatam.

Quia respondetur confessionem non obesse
8 tanquam simulate factam, quæ simulatio † pro-
batur per coniecturas. *Castren. consil. 38. visis*
his quæ superius. num. 3. lib. 2. Tiraquell. de
retract. lignag. §. 1. glos. 14. num. 58. Masc.
de probat. conclus. 438. num. 7. & conclus. 447
num. 3. & conclus. 1124. num. 11. Et quidem
9 coniectura est ob solutionem factam † de nota-
bili summa ante tempus duorũ annorum, quod
10 est inuerisimile, ex quo instrumentum † proba-
tur simulatum. *Aym. cons. 156. nu. 9. Dec. con-*
sil. 644. num. 6. vltra alias coniecturas, de qui-
bus deponunt testes inducti per D. Iudittam,
qui probant contra producentem. *Gabr. de te-*
stib. conclus. 1. num. 13. videlicet quod Palme-
rius, qui soluit dotem, rehabuit pecunias, & D.
Carolus Falconus quietauit, etiam de non re-
ceptis in odium fratrum; & sic iudicandum est,
11 ac si † numerata, & non soluta fuisset pecunia.
l. qui sic. de solut. Paris. cons. 86. circa testa-
mentum. col. 4. vers. primo quia vere. lib. 3.

12 Non obstat non fuisse probatam † causam si-
mulationis, prout requiritur. *Castr. consil. 163.*
præsuppositis his. nume. 2. lib. 2. Dec. consil. 36.
pro tenus facultate. col. 4. vers. secundo respon-
deo. sub num. 6. Bero. cons. 170. in præsenti cau-
sa. num. 5. lib. 1. Quia ex testibus inductis per
Iudittam, & præsertim ex Bernardino quarto
teste, & Ioanne quinto probatur dicta causa,
quod scilicet quietatio fiebat per Carolum,
etiam quod non receperit pecunias ob discor-
dias existentes inter eum, & fratres, in quorum
odium, & incommoditatem illud peragebat, &
13 sic † standum est testibus contra eam deponen-
tibus, tanquam per eam inductis, & approbatis.
Aym. consil. 110. in fin. Alexan. consil. 54. pon-
deratis. ad fin. lib. 3. Bald. in l. parentes. C. de
testibus.

14 Quarto conclusum fuit, quod licet † decretum
Iudicis, in quietationibus minorum non fuerit
interpositum probatis, & excussis causis, & in
scriptura separata, vt de iure requiritur. *Corn.*
cons. 71. num. 4. lib. 3. Menoch. de recup. rem. 15
15 *num. 148.* † Tamen de consuetudine valet, quan-
do contractus est factus coram consanguineis,
etiam quod non præcesserit causæ cognitio, pro-
ut ita practicari dicit *Castren. consil. 38. super*
eo quod quæritur. in fin. lib. 1. Put. decis. 364.
lib. 1. post *Albericum, & Castren. in l. actis. C.*
de ferijs. Boccac. ad constit. Marchiæ vt mino-
rum. glos. 4. num. 8. & 30.

Tamen quo ad casum nostrum additum fuit
vltra simulationem esse etiam nullum instrumen-
tum quietationis, de quo agimus, quia in eo non
apparet, quod Iudex adhibuerit aliquam cogni-
tionem causæ, itaut neque fuerit hoc assertum:
16 licet enim de † consuetudine non requiratur se-
paratum instrumentum de causæ cognitione,
tamen bene requiritur, quod Iudex se informet
in ipso actu instrumenti contractum cedere in
vtilitatem minoris, de quo hic nihil constat; ita-
ut neque asseratur aliqua causæ cognitio: & ita
17 † dicuntur saluari decreta Iudicum interposita

sine

ſine cauſę cognitione, quia videntur informari
ex relatione conſanguineorum aſſerentium, &
iurãtium rem ita ſe habere: prout in ſpecie teſta-
tur *Gabriel de ſentent. concl. 5. num. 36. poſt
Rmin. conſ. 90. caſus de quo quæritur ad fin lib.
5. Simoneel. de decret. lib. 1. tit. 1. num. 59. fol.*
33. & late *Imol. conſ. 99. num. 6. dub. 6. & conſ.
98. num.* 12. quem ſequitur *Gabriel. conſil.* 23.
num. 9. lib. 1. poſt *Alex. conſil.* 80. *colum. pe-
nult. lib. 5.*

Neqne obſtat ſtylus ciuitatis Firmanæ, ſecun-
dum quem decreta interponuntur ſine vlla cau-
ſæ cognitione, neque ante contractum mino-
ris, nec in ipſomet actu, itaut non requiratur
illius aſſertio, vt prætenditur probari per duo-
decim inſtrumenta producta, quæ omnia ſunt
celebrata ſimpliciter, prout eſt id, de quo agi-
18 mus, & † ſtylus generaliter eſt obſeruandus, ſi-
ue pertineat ad iudicij ordinationem, ſiue de-
ciſionem litis. *Aym. conſ.* 201. *num.* 21, vbi ſub
num. 22. ſubdit neque requiri ad eſſe ſtyli, quod
19 ſit † obtentus in contradictorio iudicij, & In-
20 dicem † inique agere, ſi quid faciat contra fori
conſuetudinem. *Bartol. in authent. quæ ſemel. C.
quom. & quand. Iudex.* Quia cum fuerit proba-
tum requiri de iure, ſaltem in ipſo contractu cau
ſæ cognitionem, cum modo contra ius allegetur
21 ſtylus prædictus, non poteſt iſte † ſtylus induci
contrarius iuri à Iudice, qui non habet faculta-
tem legis condendæ, ſed ſolum à Indice maiori,
qui illam habeat. *Bart. in l. de quibus. colum. 4.
verſ. vltra hoc hic quæro. num. 10. de legib. Alex.
conſil. 36. themate ſupraſcripto, ad fin. nu.* 10.
22 *verſ. ſed vbi eſſet. lib.* 2. quia † magiſtratus de-
putati ad ius reddendum non habent poteſtatem
derogandi legi, ſeu condendi ſtatutum contra
ius commune. *l. forma. C. de offic. præfect. prat.*
& notatur in *cap. fin. de hæretic. in 6. & in l. 1.
quod quiſque iur.* & talis eſt Capitaneus Firmi,
qui interpoſuit huiuſmodi decretum, qui ſolum
fuit per Ciuitatem deputatus ad ius reddendũ,
prout ſunt alia decreta producta pro dicto ſtylo
23 probando. [Verum eſt, † quod ſtylus præſcri-
ptus, de quo hic non apparet, (cum ſolum fue-
rint producta duodecim inſtrumenta quatuor
notariorum confecta in tribus annis) valeret,
licet contra ius: Idem quando veniſſet in noti-
24 tiam † populi, aut maioris partis, & ſic in vim
conſuetudinis, prout declarat *Aym. de antiqu.
temp. in 4. p. in princip. num. 36. tom. 17. folio*
152. & per quantum temporis ſpatium ſtylus
25 inducatur, *Rebuff. de conſuetud. artic. 2. gloſſ.
13. num.* 11. qui loquitur de decem annis. *Alex.
conſ. 36. in fin. lib. 2.*

Neque obſtat ſtylum ſeruandum etiam con-
tra ius: quia habet locum in caſibus ſupra rela-
tis per *Aym. de antiquit. temp.* & quando ſu-
26 mus in proceſſu cauſarum, † quaſi tunc agatur
de modico præiudicio. *Alexan. conſil. 240. per-
ſpectis; & ponderatis. colum. 1. verſic. ſecundo
quia. num. 2. lib. 6. Aym. vbi ſupra nume. 36.
in fin.* alias contra legem communẽ non vale-
27 ret. *Dec. conſil. 677. in fin.* † licet valeret ſty-
lus Iudicis ad declarationem iuris communis.
Alexand. d. conſil. 36. ad fin. Add. ad Bartol.
*in l. de quibus. colum. 4. num. 10. in verb. ſty-
lus. de legib.*

Minus obſtat, quod in decreto, de quo agi-
28 mus adſit clauſula, omni meliori modo, † per
quam habemus eundem effectum, ac ſi dictum
fuiſſet cum cauſæ cognitione. *Alexand. conſ.* 80.
incipien. viſo themate. num. 6. lib. 5. Ancharan.
quaſt. 16. num. 6. par. 2. Marſil. Alciat. & alij
*per Bertazzol. clauſ. 10. gloſ. 16. num. 1. Gabr.
conſil. 23. num. 5. lib.* 1. Nam reſpondetur præ-
29 dicta non procedere, quia † vere ex ſupra nar-
ratis apparet, quod nulla cauſæ cognitio fuit
adhibita, & ſic non eſt recurrendum ad præ-
30 ſumptiones, vbi habemus † veritatem facti. *Ga-
briel* in ſpecie *conſil. 22. Thom. Campeg. num.
31. ad fin. lib.* 1.

Quo ad quintum, & vltimũ de conſenſu adhi-
bendo in contractu de quo agimus, concluſum
fuit debuiſſe adhiberi propinquiores Carolo
Falcono, & ſic fratres ipſius, quos tunc tempo-
ris conſtat adeſſe in ciuitate Firmana, licet vere
31 eorum conſenſus non fuerit adhibitus. † Cum
enim ſtatutum vocat proximiorem, intelligitur
de eo, qui eſt proximior in ſucceſſione ipſi mu-
lieri, vel minori, iuxta diſtinctionem, de qua
per *Pariſ. conſ. 59. num. 19. lib. 3. Socin. conſil.
89. circa præmiſſum. colum. 5. nu. 15. lib. 4. Bald.
in l. fin. colum. fin. verſ. & eſt argumentum ad
ſtatutum. C. de verb. ſignif. Brugn. de tutor. nu.*
137. *Bocc. ad Conſtit. March. vt minor. gloſ. 3.
num. 91. & 94.*

Neqne obſtat, quod Dominicus, & Ludoui-
cus fratres fuerint ſpecialiter citati ad conſen-
32 ſum præſtandum: † quia citatio de Ludouico ni-
hil operatur, cum fuerit facta domi ſine dimiſ-
ſione copiæ, & ſine alijs requiſitis in denuncia-
tionibus ad domum factis, & ſic nihil afficit. *Ti-
raquell. de retract. lignag. §. 9. gloſ. 2. num.* 1.
Vnde neque eſt ſatisfactum ſtatuto ob non in-
teruentum proximiorum: Si enim citatio eſſet
legitime facta, fratres comparuiſſent allegando
cauſas diſſenſus, quæ ſi non eſſent iuſtæ, Index
33 poterat cauſa cognita ad conſentiendum † co-
gere, vel pro eis conſentiendo ſupplere, aut li-
centiam dare in præmiſſis, vel alium Iudicem
adhibere, qui ſuppleat defectum, vel aliter di-
ſponere iuxta opiniones, quæ in huiuſmodi ca-
ſibus dantur, de quibus *Roland. conſ. 1. nu. 18.
libro 2. Granut. theorem. 25. numero 6.* Vnde
34 † ſtante defectu dicti conſenſus, contractus erit
nullus. *Pariſ. conſil. 59. nume. 19. lib.* 3. Ex
quibus fuit concluſum pro reuocatione ſenten-
tiæ D. Iudicis à quo, coram doctiſſimo D. Ioan.
Matthæo Moranzano Caſalenſi collega, qui po
ſtea eruditiſsimam dedit deciſionem, ita vt ma-
gis appaurerit veritas huiuſmodi cauſæ, tam
doctè, & copioſè omnia vt ſolet, ſcripſit, & con-
ſiderauit.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta vt probent obseruantiam contra statutum, quot debeant esse, & quid in eis requiratur. num. 2.*

3 *Consensum non cogitur quis præstare stante iusta causa dissensus, & datur appellatio.*

4 *Præsentia quando requiritur, facit, vt præsens possit appellare ab actu læsionem afferente, quamuis eius consensus non requiratur. numero 5.*

¶ N. 22. *post verb.* lib. 2.

Arctin. cons. 95. respondendo. in 3. dub. & cons. 103. in causa. col. fin. Dec. in rubr. de rescript. col. 2. Bertaz. claus. 4. glos. 36. num. 5. vers. supradicta tamen.

¶ N. 25. *post verb.* in fin. lib. 2.

Neque obstant instrumenta exaduerso produ
cta; Quia non fuit probatum illis fuisse datam
1 fidem in iudicio, † tanquam solemniter factis.
Rimin. Iun. cons. 417. n. 50. Rot. coram Card. Seraph. Narnien. legati. 30. Octob. 1580. & 16. Ian.
1572. in eadem causa. vbi requiritur instrumenta
esse tot, quæ comprehendant maiorem partem
2 populi, Quod constet de eorum effectu, † Quod
in iudicio obtinuerint, Et in cõtrarium non adsint
alia instrumenta, quę licet essent in minori
numero, Tamen saltem turbarent istũ vsum contrarium.
Bertazzol. claus. 1 glos. 2. num. 3. vsque ad num. 8. cum alijs quos adduxi *discept. cap. 79. num. 4. & c. 153. num. 27.*

¶ N. 33. in fin. *post verb.* theorem. 25. n. 6.

Feli. in c. cum venerabilis. n. 33. vers. & si episcopus. de exception. Mandos. de impetr. benef. per obit. Cardinal. *q. 32. Menoch. de arbitr. cas.*
182. *n.* 12. Secus si adesset aliqua iusta causa ad
3 dissentiendum, † tunc enim non posset quis cogi
præstare consensum, & si Iudex compelleret, esset
locus appellationi. *Abb. in c. licet. nume. 9. de regular. Lambertin. de iur. patron. lib. 1. p. 2. q. 1. art. 20. n. 13.*

Immo quamuis statutum requireret solum
præsentiam coniunctorum in Decretis faciendis
4 † quo ad obligationes mulierum, licet non requiratur
illorum consensus, cum sufficiat interuentus.
Bald. in l. nam ita diuus. n. 2. de adoption. Arct. in l. si quis mihi bona. §. iussus si coram.
5 *in 1. notab. de acquir. hæredit.* † Tamen si præsentes
viderent lædi mulierem, possent à tali
decreto ratione præsentiæ appellare, quidquid
alias non permitteretur. *Bald. in l. 1. num. 52. in fin. C. qui admitt.*

EPITOME.

Notariatus quasi possessio, quãdo suffragetur si non constet de titulo. [Statuto exigente corporalem traditionem, an constitutum sufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Notariatus quasi possessio non sufficit si non constet de titulo.* Contrarium num. 2. *Intellige vt num. 3.*

4 *Habilitas generalis non suffragatur, sed requiritur specialis, vbi statutum exigit certam qualitatem in notario.*

5 *Communis reputatio, quando faciat aliquem haberi pro tali.*

6 *Constitutum non sufficit vbi requiritur corporalis traditio.*

7 *Verba in statutis sumuntur in sensu vero, non ficto.*

Decisio CCXXXVIII.

IN causa Bartholomæi Ciecholi de Recaneto
dubitandum fuit an instrumentum donationis,
de quo agebatur, valeret, cum
tabellio fuerit communiter reputatus pro notario,
& se gesserit tanquam talis, etiam quod
non constet de eius creatione, ad *l. Barbarius. de offic. prætor.* [Et licet *Alexan. in cons. 138. col. 3. nu. 7. vers. nec obstat. vol.* 1. concludat quod
1 non faciat fidem, neque † sufficiat ista quasi
possessio notariatus: Tamen quia virtus probationis
magis dependet à fide publica, quam à ti-
2 tulo, vel collatione officij, † satis esse videtur
quod in iudicio, & extra publica fides ei adhibeatur,
vt illius prætextu non debeant decipi
contrahentes. *Bald. cons. 119. quia plenissime. lib. 3. Fulgos. consil. 51. col. 1. Addit. ad Alexand. cons. 138. in verb. valeant. lib.* 1. vbi testatur
ita obseruari, & ibi etiam *Nattam addit.*
vbi post *Afflict. decis.* 251. intelligit *Alexand.*
opinionem, quando esset contentio cum ipso no-
3 tario; alias sufficiet quasi possessio † notariatus.
Felin. in c. 1. de fid. instrum. num. 18. vbi quod
sustinetur instrumentum etiam si non constet de
creatione, cum distinctionibus de quibus per
eum.

Contrarium tamen fuit conclusum non sufficere
quasi possessionem notariatus, cum statutum
Recanatense, de quo in actis, non requirat,
vt sit generaliter notarius, sed quod habeat
illam qualitatem, vt sit de certa confraternitate,
& collegio, ad hoc vt possit rogari de
donationibus: Vnde non sufficit quem reputa-
4 ri communi † opinione habilem habilitate generali,
sed requiritur quod reputetur habilis
habilitate speciali, de qua agitur. *Alex. cons. 80. col. 1. vol. 2. Gabr. de probat. concl. 8. num. 49. vers. decimotertio limita. Masc. concl. 188. numero* 18. [Communis enim reputatio non facit
5 quem † haberi pro tali in his, in quibus requiritur
habilitas personæ quoad actum gerendum,

dum, maxime stante defectu formæ datæ, pro. ut hic per statutum. *Gabr. d. conclus. 8. num. 53. & 56.* Nam communis error nihil operatur, quando nullum reperitur fundamentum. *l. actuarios. C. de numer. lib. 12. Masc. concl. 317. num. 19.*

Secundo fuit dubitatum ex quo statutum, de quo agimus, exigit veram & corporalem traditionem, an sufficiat constitutum ad tradendam possessionem: & dictum fuit illud non
6 sufficere, vbi † requiritur corporalis traditio. *Bart. in l. Titia. 134. num. 9. col. 2. vers. quid si do tibi fundum. de verb. oblig. Dec. in l. contractus. de reg. iur. col. 3. vers. & hoc fallit. Cassan. in consuet. Burgun. tit. Desfiez. §. 8. in verb. reale. nu. 4. vers. crederem tamen. fol. 485.* vbi hoc dicit maxime procedere in statutis, in
7 quibus sumuntur verba in sensu vero, † non ficto. *Tiraq. de iur. constit. limit. 11. num. 1.* vbi licet dicat cogitandum, cum *lex fin. C. de sponsal.* qua doctores innituntur pro d. opinione, sit pœnalis: Ideo non sufficeret ficta traditio, sed requireretur realis, & vera. Tamen idem *Tiraquel. limit. 26. in fin. num. 8.* dicit non esse ob illam rationem, quod d. lex sit pœnalis, sed quia vtitur verbo accipiendi, quod significat veritatem, & realem traditionem, ad text. *in l. per diuersas. C. mandati.* & ita in prædictis casibus fuit conclusum coram D. Io. Francisco Bonauoglia dd. Fulginco collega doctissimo, & acutissimo.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Statutum vt nullus notarius possit conficere instrumenta, nisi sit de collegio an valeat, & quos tabelliones comprehendat. n. 3*
2 *Statuentes non possunt disponere de persona, qua non est subdita.*
4 *Confirmatio non debet trahi ad statuta iniusta, & contra ius commune.*

¶ N. 7. *post verb.* acutissimo.

Quo ad vltimum an valeat huiusmodi statutum, vt nullus notarius possit instrumen-
1 ta conficere, † nisi sit de collegio, aut matriculatus in confraternitate, de qua in eodem statuto, Dixi veriorem opinionem esse affirmatiuam, dummodo non simus in Notario forense creato à Papa, seu Imperatore, Quia in istis est speciale, vt possint vbiq; instrumenta conficere, neq; enim illud statutum eos ligat. Ratio est, quia statuentes non possunt disponere de
2 persona, † quæ non est subdita. *Gastr. cons. 226. in 1. dub. lib. 2. Roland. cons. 24. n. 17. lib. 3.* quod dicit indubitatum *Surd. cons. 257. n. 13.* Si statutum simpliciter, & absolute inhabilitat forensem, quando videlicet disponeret, quod nulla instrumenta quis recipiat, nisi sit de colle-
3 gio. Illa enim verba sunt referenda ad ciues, b... Decis. Marchiæ.

qui soli possunt esse de Collegio, Vnde cum statutum expresse inhabilitando respiciat forenses, defectu potestatis eos non ligabit, cum non sint suppositi iurisdictioni statuentium, late *Surd. d. cons. 257. num. 17.* Vbi etiam *in fin.* ampliat, neq; aliquid operari confirmationem
4 generalem factam de statutis, † quasi illa non debeat trahi ad ea, quæ sunt iniusta, & contra ius commune *Bart. in l. 1. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. Roman. cons. 218. n. 4. Ruin. cons. 60. n. 4. lib. 1.* Quamuis confirmatio esset facta cum certa scientia. *Roland. cons. 29. n. 32. lib. 1. Natt. cons. 193. n. 3.*

EPITOME.

Hæres institutus pleno iure, an concurrat in vsufructu cum vsufructuario omnium bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres institutus pleno iure non concurrit cum vsufructuario omnium bonorum. & n. 2. 3. & 15. Amplia si dictum sit plenarie. n. 4.*
5 *Plenum dicitur, quod non recipit additionem, neque diminutionem. & n. 14.*
6 *Verba pleno iure, important proprietatem, & vsumfructum, & n. 13.*
7 *Hæres institutus simpliciter intelligitur pleno iure.*
8 *Non concurrit tamen cum legatario si alteri legatur vsufructus.*
9 *Verbum pleno iure refertur ad hæreditatem, quæ dicitur pleno iure pertinere ad hæredem insolidum, etiam quod vsufructus alteri legetur.*
10 *Verba pleno iure expressa à testatore debent operari aliquid vltra ius commune, & n. 11.*
12 *Hæreditas tanquam ius vniuersale potest intelligi sine vsufructu.*

Decisio CCXXXIX.

QVando instituitur hæres pleno iure, an concurrat in vsufructu cum vsufructua-
1 rio † omnium bonorum, cōclusum fuit affirmatiue, secundum opinionem *Alex. cons. 56 per tectis. num. 1. lib. 3.* vbi illum sequitur *Natta in addit. in verb. pleno iure. post Picum in l. Titia. §. Titia. q. 21. col. 59. de leg. 2.*
2 Et licet contrarium aduersus † *Alexandrum* sequatur *Gabriel. cons. 102. cum vni. nume. 3. lib. 1. post Rip. in l. re coniunctis. numero 4. de leg. 3.* & de d. *cons. Alexandri*, dubitet etiam *Simon. de Pret. de interpret. vltim. volunt. dub. 1. solut. 1. in fin. p. 3. fol. 183. & Bero. cons. 98. n. 2. in fin.*

Tamen *Alexandrum* aduersus *Gabrielem*
3 † defendit Illustrissimus Cardinalis *Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 6. num. 19.* vbi dicit ita etiam tenere *Gozzad. cons. 47. primo quæritur. num. 10. vers. octauo sunt.* & *Natta consil. 297. sub num. 2. vers. in eandem sententiam. lib. 2.* quibus adde eundem *Nattam cons.*

301. nu. 53. lib. 3. & Dilec. de arte testan. caut. 4. tit. de hared. instit. uu. 1. Parif. consil. 94. n. 40. lib. 2. Gabr. de vsufr. concl. fin. num. 41. vers. quinto limita. Thomas Ferrat. caut. 32. quotidie conficiuntur. num. 2. ad fin. vbi ampliat
4 non solum in verbo pleno iure, † sed etiam si
dictum sit plenarie, post *Barbat. cons. 11. sapienter, & praclarè. lib. 2.*

Ratio est, quia hoc ipsum indicat verborum
5 natura, cum plenum dicatur id, quod non † recipit additionem, neque diminutionem. *cap. bene quidem. in princ. dist. 96. Bald. cons. 293. thema integrale. ad fin. lib. 4.* Vnde non est adeo
6 mirabile, vt etiam vsusfructus debeatur, † cum
d. verba importent non solum proptietatem, sed etiam vsumfructum. *l. mater. C. ad Tertul. l. si stipulatus fuero si Titius. §. 1. ff. de verb. obligation.*

7 Neque obstat quod hæres † institutus simpliciter adhuc intelligatur institutus pleno iure. *l. fin. §. simili modo. C. de bonis qua lib.* & tamen si alteri vsusfructus legatur, hęres non con-
8 currit † cum legatario. *§. 1. instit. de vsufr.* Vnde idem dicendum est quando verbum, pleno iure expressum est à testatore. [Præsertim, quia verbum, pleno iure, refertur ad hæreditatem,
9 quæ pleno iure dicitur † pertinere in solidum
ad hæredem, etiam quod alteri fuerit legatus vsusfructus. *l. hereditas. de regul. iur. l. vnica. §. fin autem. de rapt. virg.*

Quia respondetur, quod d. verba, pleno iure,
10 ex quo sunt expressa à testatore, † ostendunt
magis enixam eius voluntatem, & ideo debent aliquid operari vltra significationem, quam habent de iure communi: Vnde operabuntur, vt ex illis colligatur coniectura voluntatis, quod per concursum faciant partem in vsufructu; cũ
11 eo casu plus sit quando † aliquid verbis exprimitur, quam si tacite continetur. *l. legatum sit. §. 1. in fin. de leg. 1.* & quamuis hæreditas tan-
12 quam ius vniuersale possit intelligi sine † vsufructu, tamen ex dictis verbis expressis à testatore sumetur coniectura, vt significetur proprietas cum vsufructu. *l. si alij. de vsufr. leg.* &
13 quod d. verba importent vsumfructum, † & proprietatem. *Dec. cons. 468. num. 10.* Et nullam
14 diminutionem patiantur. † *Felin. in c. auditis. num. 8. de prascrip.* Ex quibus fuit conclusum pro hærede instituto pleno iure coram eruditissimo D. Bernardino Sfortia de Hispellio, & postea coram doctissimo D. Alexandro Fidele Ariminensi collegis. Prædictis adde *Canalem in*
15 *responso* † *pro fratre*, qui omnia ad materiam
pertinentia prosequitur, cum alijs per *Rimin. Iun. in subscriptione ad d. responsum.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Institutus an concurrat cum vsufructuario quando adsunt verba, pleno iure.*

¶ N. 8. *post verb.* instit. de vsufr.

Bald. in l. quoties. in fin. C. famil. ercifcund. Ias. cons. 18. num. 7. lib. 1. Corn. cons. 3. in fin. lib. 1.

¶ N. 15. *post verb.* responsum.

Surd. de alim. tit. 2. q. 15. n. 113. vbi concludit tenendam esse opinionem *Alexan.* contra *Gabr. & Rip.* quia cessat coniectura testato-
1 ris, † quando per eum sunt apposita verba, pleno
iure, per quæ videtur voluisse institutum concurrere cum vsufructuario, quod non est si institutio fuerit facta simpliciter, quasi tunc illa significet, vt testator non voluerit pleno iure succedi, ex quo vsumfructum alij legauit, Vnde verba, per eum apposita, debēt magis operari. *Becc. cons. 98. n. 3. post Pic. in l. titia. §. titia. de leg. 2. Castr. cons. 218. n. 2. lib. 1.*

EPITOME.

Testis vnicus deponens de facto proprio, quando plenè probet in præiudicium tertij. [Ad repellendum testem, an sufficiat probare quod erat infamis tempore, quo testificatus est, vel requiratur probatio haberi pro tali à cognoscentibus eum.

SVMMARIVM.

1 *Testis deponens de facto proprio licet vnicus probat in praiudicium tertij. Intellige vt num. 2. & 3.*
4 *Vilitas persona minuit fidem testis.*
5 *Testis patiens plures defectus quamuis de facto proprio, non facit semiplenam probationem.*
6 *Testis non admittitur in casu à iure permisso quando inhabilitas ex pluribus resultat.*
7 *Pauper non excluditur à testimonio. Intellige vt num. 8.*
9 *Tortura non supplet plures defectus.*
10 *Iuramentum non potest supplere multos defectus.*
11 *Antiquitas temporis non supplet plures defectus.*
12 *Testes inhabiles admittuntur in casu difficilis probationis. Intellige vt num. 13.*
14 *Ad repellendum testem non sufficit, quod sit infamis, sed requiritur probatio, vt pro tali habebatur à cognoscentibus eum. Contrarium num. 15. & de ratione. nu. 16. & 17.*

Decisio CCXL.

TEstis deponens de facto proprio, licet
1 plene probet, etiam quod vnicus sit † si-
ne aliquo eius interesse. *Castren. in l. quicunque. in fin. C. de seru. fugit. Socin. Iun. cons. 31. num. 33. lib. 2. post Salic. in auth. si quis decurio. oppos. 4. C. ad leg. cornel. de fals.* Tamen in causa inter Andream, & Simonem de comitatu Asculi conclusum fuit contrarium,

quod

quod non sit facta legitima probatio ad effectum, de quo agebatur.

Primo, quia d. opinio quod plene credatur vnico testi in praeiudicium tertij deponenti de
2 facto proprio, † non est ita simpliciter vera, prout concludit *Aym. consil.* 73. *num.* 30. *& consil.* 178. *num.* 7. fortius enim inquie probat, quam alius, non autem plene, & ibi testatur doctores qui aliam opinionem sequuntur esse sibi contrarios. *Cephal. consil.* 538. *nume.* 47. *lib.* 3. *Gabr. consil.* 31. *nume.* 7. *lib.* 1. *Ludouic. concl.* 70. *colum. penul. vers. intellige, & declara quinto.*

Secundo, quia eramus in persona vili, & pa-
3 tiente defectus, quo casu solum faciet † semiplenam probationem. *Dec. cons.* 364. *in causa, qua agitatur. num.* 3. *lib.* 2. *Ias. in l.* 2. *§. si absenti. colum. fin. vers. tertio per illam. num.* 8. *ff. si ex noxal. causa agatur. Menoch. de arbitr. iudic. casu* 99. *num.* 8. *lib.* 2. *centur.* 1. Ratio
4 est, quia licet personae vilitas † minuat fidem testis, nihilominus illa augetur ex hoc, quod attestatur de gestis à se ipso, & sic eandem fidem facit, prout testis singularis qui vir honestus esset, cum alias d. defectus illum repelleret. *l. cum probatio. C. de probat. l. quaero. §. vlt. ff. de adil. edi. Tiraq. de retrac. §.* 1. *glos.* 14. *numero* 48.

Tertio, quia constabat in actis, quod patie-
5 batur plures defectum & exceptiones, † quo casu quamuis de facto proprio deponat, neque facit semiplenam probationem. *Cephal. consil.* 741. *numero* 14. *lib.* 5. Ratio est, quia quando inhabilitas ex pluribus resultat, tunc neque testis admittitur, etiam in casu à iure promisso,
6 nec quo ad inditium, † aut praesumptionem. *Rol. consil.* 3. *num.* 49. *lib.* 3. *Parif. consil.* 2. *num.* 85. *lib.* 4. *Marsil. sing.* 385. *incip. dicit quoddam. Aym. cons.* 249. *num.* 12. *col. penul. vers. pro quo adduco.* vbi per hoc subdit, quod
7 licet pauper non excludatur † à testimonio, tamen hoc intelligitur, quando cum paupertate
8 te non concurreret † alius defectus. *Bart. consil.* 111. *quaeritur col.* 2. *in fin. lib.* 1. *Anchar. cons.* 64. *col. penul. ad med. Roman. cons.* 382. *num.* 5. *vers. secundo quia adest.* Licet enim vnica suspitio non operetur, fallit in pluribus. *l. instrumenta. C. de probat. c. ad nostram. de emptio. & vendit.*

Immo, neque si tortura adhiberetur, redde-
9 ret d. testem habilem, † cum illa non suppleat plures defectus. *Aym. consil.* 6. *num.* 56. *Claud. ad Bertazol. consil. crimin.* 71. *lib.* 1. *in littera b, Rimin. Iun. consil.* 360. *num.* 82. *lib.* 3. [Ad
10 exemplum iuramenti, quod non † potest supplere plures defectus. *Ias. cons.* 118. *colum.* 2. *post med. versic. & si contra praedicta. lib.* 4. cum distinctionibus, de quibus per *Rimin. in. instit. quib. alien. licet vel non. in princ. num.* 252. *vers. quid in hac re dicendum.* [Et ad exemplum
11 † antiquitatis temporis, quae non supplet plures defectus. *Corn. cons.* 24. *num.* 16. *colum.* 6. *in princ. vers. vidi etiam. lib.* 4. *Aym. cons.* 6. *num.* 56. *versic. dicam igitur.*

Non obstat, quod sumus in casu difficilis pro-
12 bationis, in quo testes alias inhabiles † admittuntur. *Ias. in l. cunctos populos. in fin. num.* 79. *C. de sacrosan. Eccles. Alexand. cons.* 24. *animaduersis. numer.* 11. *colum.* 4. *in princ. versic. non obstat. lib.* 2. Quia respondetur, quod etiam in casu admissionis inhabilium, & in quo veri-
13 tas alias † haberi non potest, repelluntur testes qui habent plures defectus. *Roland. cons.* 3. *nu.* 48. *lib.* 3. *Cephal. cons.* 65. *nume.* 28. *lib.* 1. *Bertazzol. cons. crimin.* 3. *num.* 21. *& num.* 32. *lib.* 1. *Becci. cons.* 85. *num.* 19. *Rimin. Iun. consil.* 113. *num.* 32. *lib.* 2. *& cons.* 66. *num.* 38. *lib.* 1. *& cons.* 360. *num.* 82. *lib.* 4. [prout idem est stante statuto admittente inhabiles. *Eugen. cons.* 27. *num.* 66. *Mascard. de probat. concl.* 1349. *in fin. lib.* 3. *Rota Diuers. decis.* 689. *nu.* 3. *par.* 3. *& decis.* 126. *num.* 4. *ead. part.*

Non obstat non fuisse probatum, quod testis propter d. defectus reputabatur pro infami, cũ non sufficiat ad repellendum testem, quod ipse erat infamis tempore quo testificatus est, sed
14 etiam requiratur † probatio, quod pro tali habebatur à cognoscentibus eum; licet enim esset infamis, tamen si reputaretur contrarium, non repelleretur. *glos. in l. cum lege. in verb. putant. in fin. ff. de testamen. Bart.* qui dicit hanc practicam mirabilem *in l.* 1. *per illum tex. col.* 1. *in fin. vers. vltimo nota. C. de testamen. & in l. ad testium. vers. conditionem. in princ. C. eod. tit. & in l.* 2. *in fin. C. de sentent. & interlocut. omn. iudic. Alexan. cons.* 24. *animaduersis. colum. penul. ad med. vers. praeterea non sufficit. lib.* 2.

Quia respondetur communem sententiam
15 Doctorum esse in contrarium, scilicet † quod sufficiat opponere quem esse infamem ex tali causa, vel crimine, licet non sit dictum quod pro tali reputabatur. Ratio est, quia probata infa-
16 mia, † & crimine, opponens habet fundatam intentionem suam de iure communi; Vnde aduersarius si vult se iuuare, opus est, vt replicet, quod communi opinione reputabatur bonae famae, & vitae. *Alexan.* qui testatur de communi *consil.* 152. *viso processu. num.* 16. *col. penult. post med. vers. non obstat etiamsi dicatur. lib.* 5. *per text. in c. praesentium. §. testes. de testib. in* 6. *& in l.* 3. *§. lege Iulia. eod. tit. Bald. in l.* 1. *col.* 3. *num.* 8. *vers. secundo quaero. C. de testamen.* vbi dat rationem, quia quando specialiter exprimitur causa infamiae, non est necesse dicere, quod habebatur pro tali, cum praesu-
17 matur, ex quo ita debebat haberi: secus † autem si opponeretur exceptio infamiae sine causa, tunc enim esset obiectio inepta, quia vbi opponitur de crimine, non sufficit opponere in genere, sed in specie. *d. c. praesentium*, & ita etiam tenent *Imol. Raph. Cum. Aret. & Castren. in d. l. ad testium. §.* 1. *C. de testam. & omnes Doctores moderni in l.* 1. prout ibi ita testatur *Ias. num.* 4. *colum.* 2. *in fin. vers. quinto nota. C. eod.* licet ipse. *num.* 6. *in fin.* teneat contrarium.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Mediatori stantibus coniecturis creditur deponenti de facto proprio.*

2 *Testi vnico deponenti de facto proprio non est adhibenda fides. Amplia in notario. n. 3.*

4 *Notarius deponens testatorem intellexisse legatum etiam de bonis futuris, probat plusquam semiplene, quamuis verba legati illa non comprehenderent.*

¶ N. 1. *post verb.* leg. corn. de fals.

Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 24. num. 47. late *Vasq. controu. illust. c. 34. nu. 2. Decian. cons. 93. n. 2.* cum alijs per *Ceuall. q. 404.*

¶ N. 2. *post verb.* declara quinto.

Borr. decis. 221. n. 17. Sim. de Pret. cons. 151. n. 37. Caputaq. decis. 271. p. 3. late *Menoch. cons. 98. num. 18. lib. 1. & de arbitrar. casu 99. num. 17.*

Quæ magis procedunt, cum in casu nostro nõ
1 concurrant verisimiles coniecturæ, † illis enim extantibus crederetur mediatori de facto proprio, si ad eum non spectaret commodum, laus, aut vituperium. *Aym. cons. 491. num. 11. Caputaq. decis. 267. p. 3. Rot. coram Card. Mantic. Romana pratensis pensionis domus. 22. Iu-*
2 *nij 1587. in fin.* † Cum alias per eandem Rotam seruetur, vt testi vnico etiam deponenti de facto proprio non sit adhibenda fides, vt testatur R. P. D. Coccin. Roman. *legati della porta 30. Martij 1601. in fin. Achill. decis. 7. n.*
3 *2. de testib.* † vbi etiam, quod neque notario crederetur, quamuis deponeret de facto proprio, cum ipse solus non faciat fidem. *Aym. cons. 171. num. 5. Bald. in l. errore. num. 2. C. de testam.* Quamuis aliud esset in his, quæ spectant ad officium suum. *Rot. coram Cardin. Seraph. Ro-*
4 *man. de Pichis, 1. Iunij 1585.* † Ideo notarius deponens testatorem voluisse legare, etiam futura probaret plusquam semiplenè, quamuis verba legati ad illud tempus futurum non extenderentur, quasi tunc deponat de spectantibus ad eius officium. *Aym. cons. 178. nu. 7.* quem sequitur *Rot. per Cardin. Blanchett. Roman. deuolutionis Vineæ. 1. Iulij 1573. & coram R. P. D. Coccin. Viterbien. fideiussionis. 20. Ian. 1600. & Rom. Legati della porta. 3. Decemb. 1601.* cum declarationibus, de quibus in eadem causa *30. Martij 1601. coram eodem.*

¶ N. 10. *post verb.* in hac re dicendum.

Bart in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. dixi discept. cap. 27. num. 37. Menoch. cons. 29. n. 40. Rot. per Cardin. Seraph. Rauennaten. donationis. 29. Aprilis 1596. Becc. consil. 100. n. 15. Aym. cons. 7. nu. 4. vers. amplius voluit. Surd. decis. 154. num. 12. & 14.

FINIS.

INDEX
RERVM AC VERBORVM,
QVAE IN HOC DECISIONVM
LIBRO CONTINENTVR.

Primus numerus decisionem; secundus decisionis numerum significant.

A



Vi-

Est

Non

Non

Contra-

Potius

F

Non

Non

L

Læsio

M

In mer-

N

Non

Potest

Pro-

ad quod

Prohi-

T


In te-

Transmit-

Pacti

Lega-

Finis Indicis rerum in Decisionibus contentarum.



INDEX
RERVM, AC VERBORVM,
quæ in Additionibus ad Decisiones Rotæ Prouinciæ Marchiæ continentur.

PRIOR NVMERVS DECISIONEM,
Secundus autem Decisionis numerum indicat.



dies

Papæ

E

Statu-

F

G

H

I

Indi-

L

Maior

Solem-

Sale-

S

Con-

Vendens

Index Additionum.

Laus Deo, Beatæque Virgini Mariæ.






REGESTVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ.

Omnes ſunt terniones, præter ✠, quæ eſt quinternio, & Sſ, quæ eſt quaternio.



R O M Æ, Ex Typographia Bartholomæi Zannetti. M. DC. XIX.

S V P E R I O R V M P E R M I S S V.